


# Ualerius maximus cuz duplici cōmentario historico uidelicet ac litterato Oliuerii Arzignanen. & Familiari admodū ac succincto Iodoci Badii Ascēsii. Qui quattuor & uiginti exēpla Aldino auspicio nuper inuenta simili cōmentatione declarauit: Et totum opus gemina Tabella: altera titulorum altera litterarum ordine illustrāuit.

✠

Germano deganaio amplissimorum honorum decori præcipuo
Io.Ba. Ascensius obseruantiam.

Valerii Maximi multiiugam:& ut in fronte pollicetur:cũpri
mis memoratu dignorũ collectaneam histoiã:ab Oliuerio
Arzignanensi non oscitanter præsertum cõgruentium histo
riarũ citatione declaratã:propterea succincta faciliq; cõmẽ
tatione exposuimus Germane splẽdidissime:q, talẽ intelle
ximus delyderatã ab iis qui altioribus studiis occupati ne
q; prolixiorẽ legere uelint:neq; difficiliorẽ (saltem prima lectione) capere
possint:simulq; ut in claustris pagisq; ac oppidulis ab litterario Gymnasio
seiuncti habeãt quo sitim suam sedẽt si non expleant. Omnes enim tam ru
di q̃ cultiore litteratura præditi uariatũ rerũ cognitione ne semp pueri ma
neant capiũtur. Quã utrũ quispiã uberius cõmodiusue ac Valerius noster
præstet:affirmare non ausim. Siquidem oĩm fere & temporũ & nationũ di
cta ac facta tã probãda q̃ improbanda historico stilo cõtexuit. Quorũ cogni
tio Christianæ pietatis cultoribus præter cætera hoc affert bõi:q, dum ethni
corum:quibus uanũ erat ante lucẽ surgere:aios tam propensos aut i supsti
tionẽ aut in nõ usquequaq; uerã religionẽ uidemus:erubescimus tãto & iã
altũ exorto sole:tam oscitanter stertere. Scilicet illi Voconię uel Aionis uo
ce aut moniti aut moneri uisi:tẽpla arasq; erexerint:& nos uiua redẽptoris
nostri quid dicã prædicatione uocati:imo & morte pciosissima restituti tã
torpescẽtes obsurdescemus:ut nulla religione excitemur: Illi nihil magni nõ
captis prius auspiciis inchoauerint:& nos q̃d dicã incõsyderati aut temera
rii:imo scelestissimi contra apertissima dei mãdata in nephas pcorruemus?
Illi pterea p male psuasa religiõne aut inani gloriola uitam profuderint:&
nos animas impendere uero formidabimus? Illi deniq; omne uirtutum ge
nus uel uitę pretio emerint:& nos ne uoluptatibus priuemur uirtutẽ omnẽ
accipendemus? Quinetiam integer lector dũ Authorem ipsum secuti sui
errore in deuia abductũ uidebitur quando domũ cæsareã nimia psequitur
palpitatione:aut sibi necẽ cõsciscendi approbat meticulosam (ut uere cũ di
uo Augustino dixero) fortitudinẽ:aut obscœnissimã nescio quo pallio te
git turpitudinem. cõtinuo gratias aget lumini per q̃d eius hallucinatiorẽ &
interdum cæcitatem perspexerit. Hunc igitur authorẽ paucis explanauimus:
grãmaticas nugellas consulto prætergressi:q, in eo ueteranorum potius q̃ ty
ronum iudicauimus palęstram:quippe in qua non uerborum uelitationem:
sed grauem sententiarũ (quę animos penetrent) cõflictationẽ perspeximus.
Quã lucubratiũculã Ganaie:pręsidiũ nostrũ dulcissimũ & decus ãplissimũ:
quoniã tuo faustissimo suffragio regia maiestas sic respexit ut priuilegio &
gratia i fronte præfixis eam dignata sit:tuę præstantiæ ita deuouemus:ut q
cũq; ea sese adiutos noscent:plus tuo se auspicio q̃ nostro debere fateantur
conatui. Vale. Ex officina nostra chalcographa ad Nonas Ianias. M.D.X.

# Tabula prima, quę est alphabetica

Rerū & uerborū præcipue memorabilium in sequenti opere tā in textu q̄ in cōmentariis index. In textu autē numero capitum: in commentariis numero foliorum: hoc discrimine q̄ cap. non semper præponetur: sed fo. Quibus uero plura sunt nomina sub maxime notis indicabuntur hoc modo.

# Tabula prima que eſt alphabetica

# Tabula Prima que est Alphabetica

# Tabula prima que est alphabetica

# Tabula Prima que est Alphabetica

# Tabula prima que est alphabetica

# Tabula prima que est alphabetica

# Tabula Prima que est Alphabetica



Finis tabulae primae in qua insignium uirorum nomina secuti sumus: ut in sequenti uirtutum & uitiorum capita ordine litterario persequemur.

# Epistola Oliuerii Arzignanensis

AD REVERENDISSIMVM In Christo Patrem Et Dominum Dominum Petrum De Brutis Benignitate Diuina Episcopum Catharensem Oliuerius Arzignanensis.

QVanq̄ mihi negatum erat ocium Reuerendissime Pater:ut inter graues & continentes erudiendæ iuuentis aliarumq̨ rerum multarum occupationes nihil a me promi:nihil edi posse uideretur:quod elaboratum ingenio: lucubratum idustria in litterario senatu digne recitari probariq̨ posset:negare tamen ipse nō potui:nec fas esse duxi Iacobo Leoniceo clarissimi uiri Omniboni filio:& mihi spirituali quadam necessitudine coniuncto præsertim a me iusta petenti & præclara cupienti:ut Valerii Maximi monumenta: q̄ uolumine breui compræhensa multis interdum obscuriora uideri solent: quacunq̨ possem ratione explicarem:in mediumq̨ proferrem ad humanitatis & disciplinæ propagationem:ad comunem studiosorum hominum utilitatem:Cui quidem hoc a me sæpius efflagitanti multum ac diu reluctatum fuisse non negauerim:quoniam suscipere tanti auctoris interpretationem quam non modo facultate consequi.sed etiam cogitatione complecti difficile foret: quippe ubi omnia ferme omnium rerum exempla:& multis & pœne innumerabilibus tam græcorum q̄ latinorū uoluminibus essent nō minus diligenter ingrēda:q̄ fideliter referenda: nō meū esse censebam:quū uererer repræhensionē doctorū hominū atq̨ prudētū:sed eorū q maiori ocio acriori ingenio:exquisitiori doctrina præstantiori facundia de se talia profiteri & consequi pñt. Sed cum huiuscemodi rei nuper facta esset ab impressoribus editio quædam temeraria satis ut arbitror:& ea falso quidem Omniboni oratoris eximii titulo adumbrata:ut eius auctoritate uenalior fieret ac p̄ciosior:id mihi necesse quodāmodo duxi:q̄d Iacobū Leonicenū magnopere uelle intelligerem:nec aliter boni uiri gratiq̨ discipuli officium tueri posse uidebā nisi præceptorē optimū de me:de patria:de litteris:de ligua nostra:de Romana dignitate optime meritū q̄bus possem studio:& industria uindicassem & turpissima q̄ uidebat̄ iniustus nota tersissem:nam cū boni si quid in nobis est id totū ab uberrimo tanti præceptoris fonte manarit:hæc quoq̨ cōmentaria nostra si quid ualent ad eū referantur necesse est:Et cū eo malignitatis & impudentiæ quorundā impressorū accesserit auaritia:ut dū suę utilitati consulant:alienę dignitati insidiari non dubitēt quippe qui pallacini cuiusdam.imperiti hominis nugas a doctissimo uiro Calphurnio non solū damnatas:sed ita reiectas:cum eius limatissimæ correctioni traderētur:ut diceret se malle noua cōponere q̄ iam mendosa corrigere:has inquā nugas tāto uiro ascribere iussi fuerunt: satius esse duxi periclitari q̄d possent exiguę ingenii mei uires q̄ rei magnitudine deterritū ab officio oīno desistere. Nam si minus quātū uelis afferas boni:at quātū possis attulisse laude non careat. Neq̨ enim ubi sunt sua præmia debent studia nostra languescere:q̨ non eo perueniamus quo uoluntas ferat:sed multo magis intēti ut officiosi homines aliquo potius munere uideamur fuisse q̄ nullo. Itaq̨ feci eoq̨ propensius:quo rem istam non solū honestā & utilem:sed prope necessariā esse iudicarem:ne pręclare adolescentū ingenia obscuris aliorū ambagibus:uel ut uerius dicam:delira mentis in maximos deducerētur errores:turpissimāq̨ rerum ignorantiā:falsas:& fictas historias lectitādo. Quantum uero utilitatis afferat Valeriana diligentia sui studiosis uel ex eo cognosci potest:q̨ nullum ferme hominum genus inueniri possit:cui non aliqua ex parte cōsuluisse uideatur:cum ille per oīa ferme omnium scriptorum monumēta:tanq̄ per redolentia prata discurrens multiplici flore uestita:pulcherrimarū rerū ueluti florū speciosissimam sibi coronam confecerit: dignissima queq̨ legendo:nam uirtutis & uicii nullum genus reliq̄t intactū:unde habeant homines & imitari q̄d cupiāt & fugere q̄d oporteat:hoc enim opere suo:ut preceptoris mei uerbis utar complexus est diuinarū humanarūq̨ rerum p̄cipua quæq̨:ut ab egregiis illa quidem uiris edita deligi potuere. Hinc scilicet habetur quo iure homines egregiam laudem:qua ue iniuria dedecus

Valerii utilitas

oẽ icurrerint. Habent sacris religióibus dedicati:quo pietatis honore colãt:falsq; boruq; : quan
ɗcide turpitudinis noxã meruãt iceluſq; nefalq. Habẽt rerũ publicarũ reges & pricipes:qbus eas
istitutis maioꝝ meliores efficere possint:qbus & artibus seditiões i populũ serere pniciosi hoies
cõsueuerint:ut eaꝝ artiũ turpitudinẽ abominẽt. Habẽt adolescẽtes:q̃ nã egregię idolis pclara fa
cinora imitent:q̃ rursus idignitatis & ignauiæ cõuicia declinent. Hinc fortitudinis & patientiæ
fructus uberior:hic cõstãtiæ gloria maior exorit:hic rebus oibus modum iponere discimus:aut
amicitiis gerẽdis ac inimicitiis ne aut i his remissiores:aut illis uehementiores q̃ oporteat simus.
Hic abstiere a flagitiis:cõtiere libidies:tolerare paupiẽ:turpia uereri:pietatẽ colere: seueritatẽ ob
seruare doceãr. Hic nobis cõiugalis amor carior efficit:amicitia iocundior:liberalitas clarior:hu
mãitas pstãtior:clæmẽtia nobilior:his pceptis istruũt:q gratitudis laudẽ sibi ɔparare studẽt:q ob
nixi⁹ igratitudinis nomẽ effugere cõtẽdũt. Hui⁹ pitia maiorẽ i modũ iustitia colit:fides obserua
tur:pudicitia retinetur:huius admonitiõe maxie iuuãtur:q sapiẽtius cõsulere:astutius prouidere:
industriosius agere uoluerit. Hic quoq; ociosa senectus inuẽire põt quo se studio oblectet atq; ne
gocio:hic luxuries atq; libido q̃ detestabiles sint facile percipitur. Hic crudelitas:ira:odiũ: auari
cia:ipotẽtia:pfidia:q̃ cõtrariæ sint naturę hominũ planius oñditur. Postréo quoniã Valerianæ di
ligẽtiæ ñ possimus oia narrata pcurrere:ex his satis cõstare arbitror q̃ũ utilis sit liber iste:ubi uir
tutũ ois gñis imagines collocatę sint:illæ qdẽ multo expressiores & imitari potius q̃ intueri iocũ
dæ:q̃s nõ ære aut marmore phidias:aut Apelles siue Lisipp⁹:sed tãtũ libris suis scriptor diligẽtis
simus reliq̃rit icorruptis litterarũ monumẽtis ppetuo duraturas:q̃s ipudẽtissima quadã temerita
te nescio qs attigere ausus dũ spectãdas hoibus illustriores se reddere posse putat: maxime defor
mes & obscurissimas reddidit:quare nos multorũ & clarissimorũ hoium tã græcorũ q̃ latinorum
hortatu cõpulsi:& eorũ ope atq; opa adiuti:illas i suũ pristinũ decorẽ reuocare ac restituere:qđ cu
rauimus & fœliciter satis nos assecutos eẽ speramus. Hoc igit opus nostrũ qualecũq; ẽ tuæ reuerẽ
dissimæ dominationi dedicatũ ad te mittimus:ut illud dũ licet per occupatiões totũ pcurras: & si
tãta dedicatiõe tibi dignũ uidebit tuo noi iubeas inscribi:ut tua auctoritate munitũ audacius p
deat i publicũ:nã iudicio tuo cõprobatũ satis scio malignitatis aculeos nõ ualde posse exhorresce
re. Quis eni nisi male sanus iudiciũ iprobaret æquissimi uiri:doctria & litteris excellẽtis: igenio
& sapiẽtia pditi:iustitia & itegritate referti:fide & inocẽtia pbati:religiõe & sanctimõia pleni : q
pbitatis defensor:malignitatis oppugnator:perpetuã sibi p nobis cõtra iprobos propugnationẽ
suscipere consueuerit. Nõ cõmodũ ur eẽ Reuerẽdissime Pater:iperorata iã pfatione nr̃a tuas uel
le laudes recẽsere:q̃ qdẽ eiusmodi sunt:ut unaquæq; suũ ips:suũ locũ:suã orõnẽ desideret: Nã Bru
torũ familiã toto orbe celebratã & tãta originis uetustate refertã:ut pria Romãæ libertatis parẽs:
eiusdẽq; seuerissime custos fuisse dicat. Si nũc i mediũ afferre:& explicare uoluero tãtæ primor
dia domus per tot ducta uiros ãtiquæ:ab origie gẽtis:si pterea tã iclytã patriã urbẽ Venetã:in
q̃ natus:i q̃ educatus:i q̃ ad honores & dignitates pfectus:q̃ oium iudicio atq; cõsensu merito dr
Maris regina:orbis consiliũ:regũ pricipũ & oium gẽtiũ pfugiũ:libertatis patrona:Iusticiæ parẽs
religionis mater fidei columẽ:Italię splẽdor:i q̃ ois illa spartanorũ atheniẽsiũ & romãorum sepul
ta potẽtia & gloria reuiuiscit. Si dẽiq; tuas eximias uirtutes:qbus merito uideris cũ oibus: & eo
rũ q maximi habẽtur:& sapiẽtia ai:& inocẽtia uitę:& magnitudie cõsilii:& liberalitate naturę:&
excellẽtia doctriæ:& sciẽtia rerũ:& religiõis obseruãtia:& fidei constãtia:& oi deniq; laudis gene
re posse conferri:si iquã oia cõmemorare uoluero nõ erit mihi oratio claudẽda sed historia ma
gis ichoãda. Itaq; omittã atq; i aliud tps differã:& si nostrũ multarũ uigiliarũ munus tibi gratũ
fuisse cognouero:primũ illud:ut noi tuo iprimat operã dabo. Alia deinde parabo dñationi tuę
destinãda:nã qcqd lr̃is:qcqd studio:qcqd idustria:qcqd igẽio cõseq potero: id totũ ad arbitriũ
tuũ referã. Quos ãt i hoc ope sũ auctores imitatus:quosq; dictorũ meorũ testes adduco histori
cos poetas oratores grãmaticos atq; philosophos grecos latios:& hebręos:nũero supra cẽtũ & ui
giti legẽdis cõmẽtariis nr̃is ɔmodius cognosces q̃ ut breuiter collecti oculis tuis subiiciãt. Vale.

# Tabula capitum seu titulorum ordine litterario.



FINIS.

# Tabula Capitu₃ secundum eorum serié



FINIS.

RBIS Romæ exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna: quæ apud alios latius OLIVE
diffusa sunt. In hac præfatione: Valerius seruat quod proprium est exordii: ut attentionem capiat & docilitatem. Proponit enim quibus de rebus dicturus sit: & se rem utilem scripturum pollicetur: idq; q̃ breuissime facturum. Beniuolentiam quoq; comparat a persona sui: cum officium suum sine arrogantia laudet: extenuat quoq; meritum suum cum dicat se non tantum ingenio & industria ualere: ut omnia complecti possit: neq; confidat: ea etiam de quibus tractaturus sit: se uel ornatius: uel copiosius q̃ cæteros esse scripturum. In reliqua uero parte: nihil aliud agit: nisi ut plane adulentur Tyberio: nam inuocat eius numen: quod proprium est poetarum: idq; sine adulationis suspitione fieri non potest. Vrbis Romæ: eo ordine historiam exequitur: quo nunc proposuit: nam ubiq; primo domestica ponit exempla: deinde externa subiungit. Exterarumq; gentium. Quia omnia fere in unum rerum ex multis & paene innumerabilibus: tam græcorum q̃ latinorum uoluminibus in unum congesta proposuit. Exterarum dicitur & Externarum: nam & exter inuenitur. Stati. exter honos dixit. Virg. li. iiii. Et nos fas extera quærere regna: at li. vi. Externiq; iterū thalami. Hesternus uero aspiratum cum. s. aliud est. Nam ab heri deducitur. Facta simul ac dicta: ut quisq; recte fecerit aut dixerit oculis nostris subiiciatur. Quæ apud alios: utilitatem ostendit operis sui: dicit enim apud alios eiusmodi prolixe tractata esse: & ob eam rem non facile cōprahendi posse. Latius diffusa sunt latius dispersa sunt ut non breuiter cognosci possint. Breuiter: bene hic breuiter quia apud alios siquidem ita percipi oportet: quemadmodum apud eos: scripta inueniuntur. Illustribus auctoribus. Ab auctoritate etiam comparat fidem scriptis suis. Documenta. hic nititur beniuolos reddere auditores: quia profitetur se illis minuere laborem. Documenta: exempla & monumenta uirtutis uel uicii: uirtutis ad suadendum uicii ad deterrendum: ut alterum imitemur: alterum fugiamus. Labor absit. Nam aliequin necesse foret ut apud multos eiusmodi exempla inuenirentur: quod sine maximo labore confici non posset. Nec mihi cuncta comple. quia non satis est ad beniuolentiam contrahendam officium suum laudare: nisi id quoq; extenuaueris: ideo hoc facit: & attentionem parat: cū breuiter id se facturum polliceatur. Nam cū dicit se nolle cuncta complecti: significat se historiam breuiori libro uelle cōprahendere. Quis enim omnis æui. Non enim inquit ego mihi uiribusq; meis ita confido: ut audeam omnia polliceri: immo uero de multis pauca perscribam: neq; enim ita ingenio meo fretus sum ut ornatius q̃ cæteri scriptores scribere audeam. Voluminum numero: utpote nouem libris: hoc inter uolumen & librum interest: quod uolumen significat partes operis: non autem totum librum: liber uero & pro toto codice & pro uolumine accipitur. Idq; Plinius oratoris testimonio comprobatur: qui dixit libri tres: in sex uolumina propter eorum amplitudinem diuisi. Aut quis compos mentis: bene dixit nisi stultus fuerit: nam qui supra uires aliquid audet: hic prope insaniam accessisse uidetur. Vnde flaccus. Sumite materiam uestris qui scribitis æquam: Viribus: & uersate diu quid ferre recusent. Quid ualeant humeri. Quis ergo inquit nisi male sanus audeat cæteros scri Volumē
ptores eloquentia & industria superare? Seriem: ordinem: asserendo. hoc est ordinando dictam: fœlici: fœcundo & copioso. Superiori: maiori & elegantiori. Conditam: compositam. Quis superauerit: quasi dicat nemo.

Valerius maximus.

VALERII Maximi factorum ac dictorum memorabilium liber ad Tyberium cæsarem, Prologus.

RBIS Romæ exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna q̃ apud alios latius diffusa sūt: q̃ ut breuiter cognosci possint: ab illustribus electa auctoribus deligere constitui. Vt documenta sumere uolentibus longæ inquisitionis labor absit. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Quis enim omnis æui gesta modico uoluminū numero comprehenderit: aut quis compos mentis domesticæ peregrinæq; historiæ seriem fœlici superiorum stilo conditam uel attentiore cura uel præstantiori facundia traditurum se sperauerit?

Iodoci Badii Ascensii Familiaris Va. Maximi expositio.

RBIS Romæ. More oratorio quo ordine rem prosecuturus est proponit. Deinde inueterato sui temporis errore inuocat non deum ipsum patrem luminum unde omne datum & omne donum perfectum est descendens: sed Tyberium Cæsarem: quem recepto iam tum consensu in diuorum numerum asciscit: quem quidem errorem Laurentius Valla ut acri vir est ingenio acerbe satis detestatur. Postremo loco proposita exequitur ut suis locis declarabimus. In propositione reddit lectorem ex ordine rerum quo prius domestica q̃ extera se scripturum dicit: docilem: ex difficultate suscepti negocii attentum: & ex utilitate: & breuitate beniuolum. simulq; breuitatem ne uitio detur purgat: ut cum ordine latius aperiamus quem ab ultima primæ Periodi parte auspicabimur. quia fere in construendo & resoluendo cōtrarius est ordo ut quæ hic ultima fuerint sint illic fere prima. Ordo igitur est. Constitui. i. maturo cōsensu & præuia deliberatione statui: deligere. i. de multis legere & decerpere facta simul ac dicta Vrbis Romæ & gentiū exterarum. i. aliarum nationum extra ciuitatem Romanam: digna memoratu. i. q̃ memorentur: hoc est recitentur & ad memoriam reducantur. Notanq; est Valla authore omnes urbes oppida posse dici præter Romam quæ tantū urbs dicitur usq; adeo ut si per se ponatur urbs Rōa intelligat: quocirca possit superflua uideri appositio: nam satis erat urbis exterarūq; gētiū: uerū qa dignitas qdā ex nobilitate rerū gestarum accreuit Rōæ noluit id nomē prætermittere: uñ at Rōa dicta sit: an ab Romulo an ab Rōa an ab ρωμη in aliis authoribus ubi plus sermōis q̃ morum elegantiā uenamur disquirendum

censeo: Bene aũt præponit facta ut pote in qbus plus ē pōderis: & q̃ plus ad imitandũ inuitant q̃ dicta. Et reuera Rōa
ni prius præclare facere q̃ dicere cœperũt: quæ. s. facta & dicta: sũt diffusa apud alios. s. authores seu scriptores latius. i.
extensius & diffusius: q̃ ut (elegans sermo dici posset etiam q̃ quæ in eadem elegantia & sententia) possint cognosci bre
uiter: ut modo cognosci poterunt: cōstitui inquit ea deligere electa. i. excerpta cum iudicio ab authoribus illustribus. i. cla
ris: nihil ergo triuiale aut protritum adducetur: ideo autem constitui ut labor longe inquisitionis absit uolentibus. i. iis qui
uolent aut uoluerint. credo autem uolentibus datiuum esse cōmunem: nam ablatiuum termini a quo regit ut absum do
mo &c. sumere. i. capere per se documenta. i. exempla & monumenta quibus moneantur quid in faciendo aut dicendo &
imitari & deuitare debeant: qui maximus est legendæ historiæ fructus: unde Liuius in præfatione. Hoc illud est præci
pue in cognitione rerum salubre ac frugiferum. omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: unde ti
bi tuæq; reip. quod imitere capias: unde fœdum inceptu fœdumq; exitu quod uites &c. Nec (ne forte prolixitate deter
rearis) cupido. i. cupiditas complectendi cuncta. s. facta & dicta memoratu digna incessit. i. irrepsit mihi. dicitur etiaz in
cesso te: quasi lacesso. Quis enim comprehenderit modico numero uoluminum gesta omnis æui. q. d. nemo: in ea tamen
re ingentem laudem meruit Antonius sabellicus. Aut quis. (si uidelicet magno uoluminum numero omnia complecti ten
tauerit) compos mentis. i. non insanus: sperauerit se traditurum uel attentiore cura uel præstantiori facundia seriem: idest
rapsodiam & coordinationem historiæ domesticæ. i. ciuitatis tuæ: & peregrinæ. i. externæ conditam felici. i. fœcundo &
bene fortunato stilo superiorum. i. priorum scriptorum. q. d. etiam nullus. Et est arguta argumentatio sic concludens. Qui
quæ ab aliis scripta sunt reponunt difficillime poterunt omnia complecti: nam paucis uoluminibus non poterunt omnia
dicere: & prolixis aut eadem similiter dicent: & erunt superuacanei: ac ridiculi: aut cura attentiore. s. ad ueritatem rei fer
uandam: aut facundia præstantiore: quod polliceri uidetur arrogantis animi aut sibi non satis constantis. Alterutrum ta
men polliceri habent qui alios imitari uolunt. Quia
ut inquit in dicta præfatione Liuius: dũ noui semper
scriptores aut in rebus certius allaturos aliquid se:
aut scribendi arte rudē uetustatē speraturos credunt.

¶ Te igitur huic cœpto: penes quem hominum
deorumq; consensus maris: ac terræ regimen esse
uoluit: certissima salus patriæ cæsar inuoco cuius
cælesti prouidentia uirtutes (de quibus dicturus
sum) benignissime fouentur. Vitia seuerissime uĩ
dicãtur. Nam si prisci oratores a ioue optimo ma
ximo bene orsi sunt. Si excellentissimi uates a nu
mine aliquo principia traxerunt: mea paruitas eo
iustius ad fauorē tuum decurrerit: q; cætera diui
nitas opinione colligitur: tua præsenti fide pater
no auitoq; syderi par uidetur: quorum eximio ful
gore multum cerimoniis nostris inclytæ clarita
tis accessit. Reliquos enim deos accepimus: cęsa
res dedimus. Et qm̃ initiũ a cultu deorũ petere in
animo est: de conditione eius summatim disserã.

OLIVE ¶ Te igitur pe. quem: Iam adulari incipit: sic & Vir
gi. Tuq; adeo quem mox quæ sint habitura deorũ
cōcilia incertum est: & cætera. Nec mirum est q tam
plane aduletur. non enim mos est scriptoribus inuoca
re. Hoc autem loco inuocat imperatorem quasi deũ:
quod sine adulatione facere non potest: q mos nō sit.
Liuius: Cum bonis potius hominibus: uotisq; ac pre
cationibus deorum dearumq;: si ut poetis nobis quo
q; mos esset: libentius inciperemus: ut orsis tãti opis
successus prosperos darent. Cōsensus hominũ. Quia
dii homines ita consenserunt: ut totius terrarum ma
risq; orbis imperium obtineres. Certissima sa. pa. qa
salus patriæ in te uno posita est: nam imperatores per
adulationem parentes patriæ dicebantur: quod Ci
ceroni non per adulationem datum fuit post extin
Nota ctam nepharIam Catilinæ coniurationem in consu
latu eius Iuuenalis. Roma patrem patriæ Cicero
nem libera dixit. Virtutes: fouentur. & uicia uindican
tur. Id fortasse dicit quod facere deberet: ut uirtutes
foueret: & uicia uindicaret: cum enim dicimus ho
minem aliquid magnum facere: si facit confirmamus
si non facit: hortamur ut faciat. Fouentur: sustentan
tur. Nam si prisci oratores: ostendit se rectius inuo
casse Cæsaris numen q̃ cæterorum deorum: quos
ab oratoribus & poetis inuocari consuetum est: di
cit enim si antiqui oratores & poetæ ab aliquo numi
Inuocandi mos. ne incœpere: hi a ioue: illi ab alio numine. Ego quo
minor sum cæteris hoc iustius ad te confugio. quem
uidemus diuinos honores meruisse: quod autem pri
sci oratores inuocauerint numina antequam oratio
nes inchoarent: ostendit Virgi. in. xi. æneI. Præfatus
diuos solio rex infit ab alto. Nam & Ser. in enarratio
ne huius carminis sic inquit. More antiquo: nam ma
iores nullam orationem nisi inuocatis numinibus in
choabant: sicut sunt omnes oratiōes Catonis & grac
chi: nam generale caput in omnibus legimus. Vn
de Cic. p irrisionē ait. Si qd ex uetere aliq̃ oratiōe io
uē ego optimũ maximũ: &c. Ab Ioue. o. m. Cic. in ora
tiōe cōtra Clodiũ. Quo circa te capitoline quem pp

¶ Te igitur huic cœpto &c. postquam proposuit inuocat ut di
xi Tyberium Cæsarem tempori magis inseruiens q̃ ueritati.
Quo uitio aut adulatiōis aut meticulositatis laborauerunt & Lu
canus qui Neronem inuocat & Martialis qui Domitianum te
terrima hominum monstra. Sed stilum contraham ideo breuis fu
turus q ab Oliuerio bene dicta neq; īculcare neq; delere uolui.
Ordo igitur est. Igitur quia hoc facere constitui: O Cæsar Tybe
ri uidelicet: appositorie: certissima salus patriæ. s. nostræ (unde pa
ter patriæ dici mereatur) ego inuoco. i. in fauorem & auxiliũ uo
co. te penes quem. i. in cuius potestate: cōsensus hominum & deo
rum (forte propter auspicia fausta deorum addit) uoluit regimē
idest imperium maris ac terræ esse: cuius cælesti prouidentia uir
tutes de quibus sum dicturus fouentur benignissime: & uitia uin
dicanī seuerissime. Probat deiñ. q cum rite inuocet: Nam si prisci
oratores ut Cato Gracchi & cæteri (de qbus Oliuerius exacte)
orsi sunt. i. exordia fecerunt incipientes bene. i. decenter: aut po
tius ab Ioue optimo maximo: ephiteta summo deo congrua: qui
cũ optimus dicitur: intelligitur summæ bonus & sũmæ sciens: nã

bonos et sciêtes dicim⁹ cũ maximus potêtissimus. Si excellêtissimi uates.i.poetæ:ut orpheus: Homerus Vergilius:traxerũt principia.s.canêdi:a numine.i.deo aliquo.mea puitas.i.modicitas decurrerit eo iustius ad tuũ fauorem:quo legêdũ est:q.i.quia cætera diuinitas.i.cæterorũ qui cũ hoies essent pro diis recepti sunt:colligitur opinione.s.hominum.i.persuasione: tua sup. diuinitas: uidetur fide.i.fideli approbatione:præsenti.i.coram oculis nostris uersanti:par.i.æqualis:syderi paterno.s.octauii patris tui adoptiui & auito idest Iulii. Cæsaris octauii augusti patris adeptiui: quorum.s. duorũ impatorum iulii & octauii fulgore quia syderi dixit eximio accessit.i.additũ est multũ inclyte claritatis: nostris cærimoniis.i.sacrificiis:nam per sydus quod in eorũ ludis apparuit ratificata fuit eorũ diuinitas:& approbatæ Romáæ cerimoniæ. Probat alia uia quod dixit. Nos enim accepimus.s. ab aliis nationibus pfertim a troianis:reliquos deos: quia apud alios natos:& nos dedimus sup.aliis Cæsares sup.deos quos alii quoq; colerent. Et quoniam in animo est.i.constitui petere initiũ.s. dicendi:a cultu deorũ:eius differam.i.diserte hoc est expresse disputabo:de conditione.i.origine qua conditum est:eius.s.cultus deorũ.

beneficia populus Romanus optimum propter oĩa maximum appellauit. Item lib.iii. de finibus bonorũ & malorũ. Cũ dicimus iouem optimum maximũ eundẽq; salutarẽ:hospitalem:statorẽ:intelligi uolumus salutem oium in sua esse tutela. Num inc.quia ita incipere solebant oratores antiqui. Orsi.s.exordia sumpsere. Numine:ut ab apolline: a libero: a cerere. Vnde Virgi. Vos o clarissima mundi Lumina labentem cælo qui ducitis annũ: Liber & alma ceres. Cætera.d.cæteri inquit dii tantum opinione colligi nĩ.i. tantũmodo homines opinantur cæteros esse deos q eos nunq̃ uiderint. Cæsares:autẽ uident:ergo cæterorum deorum quidem. fides est:sed incerta. Cæsarum autẽ præsens & certa:qa dii cæsares oculis ipsis conspiciuntur: ergo qñ de cæsaribus fides est certior atq; præsentior q̃ de cæteris diis tanto iustius ego tuũ numẽ inuocaui: q̃ cæterorũ deorũ ab oratoribus & poetis inuocantur. Paterno auitoq; syderi. Plinius li.i.naturalis historiæ dicit:non multo post obitum.C. Cæsaris inludis:quos faciebat Augustus ueneri genetrici:apparuisse sydus crinitum p septem dies in regione coeli sub septẽtrionibus:quod oriebat circa undecimá horá diei. Eo signo significari uulgus credidit Cæsaris aiam inter deorũ imortaliũ numina receptam. Et hoc testatur ipse Plinius ex uerbis augusti:q qdem interiori gaudio sibi illud natum seseq; in eo nasci interpractatus ẽ:hoc inqt salutare terris fuit. Vnde Virg. Ecce dionei processit Cæsaris astrũ. In cuius tamen carminis expositiõe Seruius non ueneri genitrici:sed patri Cæsari funebres tunc celebrasse ludos Augustum dicit. Bene ergo dixit paterno auitoq; syderi.i. paterno octauiani. Auito: Iulii Cæsaris. Cerimoniis nostris. Quia maxima lætitia celebrantur sacra patris & aui:quorum diuinitate auctæ sunt cerimoniæ nostræ. Reliquos enim.d.ac. Nec immerito quidem factum est:ut uirtute Iulii Cæsaris Romani dicerentur deorum auctores. Accepimus.s.ab aliis gentibus. Dedimus.s.a nobis. Et quoniam initium. Quandoquidem: huc animus intendit:ut principium nostrum sumatur a religione:ab ea dicere incipiemus.

## De cultu deorum. Cap.I.

Maiores:statas solennesq; cerimonias Põtificum scia.bene gerendarũ rerũ auctoritatem:augurũ obseruatione. apollinis prædictionem:uatum libris.portẽtorum depulsa hetrusca disciplina explicari uoluerunt. Prisco ẽt instituto rebus diuinis opera datur: quũ aliquid cõmendandum est precatione:quum exposcendũ uoto:quum exoluendum gratulatione:quum inquirendum uel extis uel sortibus:impito: cum solenni ritu peragendum sacrificio:quo etiam ostẽtorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.

¶Maiores:statas. Quẽadmodũ pmisit de religiõis & deorũ cultus origine differit:docẽs quoq; authoritate diuersa eius genera fulciant ut cũ ordine explanabimus. Ordo aũt est. Maiores sup. nostri.i.prisci Romani uoluerũt cerimonias.i. opationes aut res diuinas aut sacrificatões:statas.i.certo die cõstitutas:& solẽnes.i. ãniuersaria sacra q̃ solẽniter semel quotãnis fiebãt:explicari scia põtificũ.i.iure põtificio quod nũc canonicũ dicũt: & uoluerũt authoritatẽ bñ gerẽdarũ reg.i.auspicia: explicari.i.declarari:& denunciari:obseruatione.i.animaduersione augurum: & uoluerunt prædictionem.i.uaticinia & oracula apollinis: explicari libris uatum: præcipue sybillinis & uoluerunt depulsa.i.depulsiones & amotiones portẽtorum:quæ mali quippiam portenderent: explicari disciplina hetrusca: quia hetrusci in ea superstitione peritissimi habebant. Hæc át quam in uno dũtaxat exẽplo cognoui: ue

Maiores statas: Aggreditur nũc quod pollicitus est:ut exempla pponat memoratu digna & primo quidem de religione quibus facile percipi põt eá præ cæteris curæ fuisse maioribus: ut nihil ne minimũ qdem prætermitterent:quod ad religionem pertinere uidentur. primo igitur dicit de institutis maiorum quæ ad religionem spectabant quam illi omnibus in rebus diligẽtissime seruabant. Est autẽ religio:uirtus quæ superiori cuidã naturæ.i.deo cultum cerimoniamq; affert:dicta a relegendo teste Cicerone li.de natura deorum:qui superstitiosos a religiosis ita distinguit qui totos inquit dies precabantur & immolabant ut sui sibi liberi superstites essent superstitiosi sũt appellati:quod nomẽ primo latius patuit. Qui autẽ oia quæ ad cultũ deorum pertinerent: diligenter retractarent:& tanq̃ relegerunt: dicti sunt religiosi ex relegẽdo. Maiores:antiqui & ueteres:illi quorum mores fuere meliores: nam ipsi deorum cultum præ cæteris rebus procurarunt. Maiores & minores: quotiens de priscis & posteris dicimus numero tantum plurali declinatur. Statas cerimonias: statæ cerimoniæ.ut uult festus Pompeius:dicebantur sacrificia quæ certis quibusdam diebus & statutis celebrabantur. Vnde Cato. Sacra stata & solemnia sancta deseruisti:alii statas pro statutas dicunt: quidam etiam iouis statoris sacra. Sed Festi melior est sentẽtia & expositio. Solemnes:anniuersaria sacrificia quæ singulis quibusq; annis fiebant:nam solemnis a solo & anno componitur. Cerimonias:cerimoniæ apud latinos generaliter dicuntur omnes ritus sacrificiorum a cerete oppido:ut ipse paulopost dicturus est uel a charitate ut aliis placet. Pontificum scientia: iure canonico: ut nos nunc dicimus siue pontificio: nam pontifices docebant quibus templis:quibus diis:quo tẽpore: quo

OLIVE

Religio

Statæ

ritu: quibusq; in hostiis sacrificia fieri deberent. Gerendarum rerum. Quia sacrificia quæ pro rebus gerendis suscepissent earum rerum auctoritate cōfirmata solēnia habebantur nisi imperatorū cū hoste commissurus taurū marti imolasset: & postea uictoriam consecutus esset id sacrificiū ex re bene gesta comprobatum solēne habebatur: nam ex eo q̄ rē bene gessissent intelligebāt ea sacrificia diis accepta fuisse: & ita cōfirmata auctoritate solēnia haberi incipiebant. Augurū obseruatione: ut quæ captis auspiciis augures diis grata & probata fuisse dixissent ea solēnia haberentur. Apollinis prædi. ua. ut q̄ sacrificia phoebades oraculo apollinis fieri debere dixissent ac diis placare: haberētur solēnia: sicut sæpe cōsultus apollo quo modo sacrificia fieri deberēt: uel ad iram deorum placandam: uel ad uictoriam consequendam: uel siquid aliud opus esset: respondebant phoebades uel tauro uel agno: uel hoc ritu uel illo: uel ioui; uel marti: uel his uel illis sacrificium esse faciendum. Vatum: phoebadum: nam phoebades apollinis uates dicunt: erant autem uirgines sic a phæbo denominatæ: quæ templum apollinis ingressæ: cum ad ipsius adyta: hoc est penetralia uenissent: apollinis spiritu afflatæ futura

Phoebades

ra mihi uidet lectio: qua suos quæq; authores habet cerimonia alii legunt oia in ablatiuo: præter pricipium: ut sit ordo: maiores nostri uoluerunt cerimonias statas & solennes explicari scia pontificum: auctoritate rer; gerendarū: obseruatione augurum: prædictiōe Apollinis. depulsis portētorū: hetrusca disciplina: q̄ lectio certe nō placet: præcipue in secūdo articulo: nā quæ esset auctoritas bene gerēdarū rerū qua cerimoniæ explicentur. Sed pergamus suū cuiq; iudicium relinquētes: id tñ (tacere eni nō possū) quod sequit̃ lectionē nostrā cui simile est approbat. Opa datur rebus diuinis. id est cerimoniis & sacrificiis: ēt. q. d. nō tantū dictis modis: sed etiā aliis prisco. i. ex antiquo instituto. i. more ut pote p̄catiōe cū aliqd ut alicuius salus aut honor est cōmādandū. s. diis uoto. i. re uota: cū aliquid est exposcendū. i. quasi iuste a deo petēdū: gratulatiōe id est quasi gratiarū actione: cū aliquid est exoluēdum. s. deo p̄ suscepto beneficio: & extis uel sortibus cū aliquid ē inquirēdum: Exta sunt eminentiora intestina e quibus iudicabāt. Sortes in hetruria inuentæ dicunt̃ dæmonū nimirum fraude: uñ eas latere q̄ nosci præstet. Sacrificio imptito. i. diis non uoto sed iā ipēso: cū p̄agendū sit ritu solēni. qa prius offerebant & deinde opabant̃ quo. s. sacrificio licet nō eiusdē rei: denūtiationes ostentorum ac fulgurū. i. q̄ augures aut ruspices denūciauerūt p̄curāda: p̄curant̃. i. cura præuia ne quod minant̃ eueniat purgātur.

prædicebant. Libris portē. depulsis. i. superstitiosorum hoīum reiectis libris: naz ut Liuius tradit. Sacrificuli quidam ex terni uenerunt romā: qui superstitione potius q̄ religione animos hominum astringerent. Aut libris portentorum depulsis quia romani nunq̄ magicam artem admittere uoluerunt: quod Virgilius per Didonem testari uidetur: cū eam ita loquētē inducit. Testor cara deos: & te germana tuumq; Dulce caput: magicas inuitam accingier artes: ubi Seruius. Cum multa inquit sacra romani susciperent magica semper dānarunt. Cice. quoq; & plinius magicos & mathematicos ĩpugnāt.

Sortiū inuentio

Augustinus quoq; in ciuitate dei tradit aduersus magicas artes legem. xii. tabularum esse. Libris ergo portentorū. i. magorū: qui portēnis q̄busdā denunciatis in terrorē hoīes cōuertunt: ita ut eos sui cōpotes esse non sināt. Hetrusca disciplina: secūdū morē hetruscorū quē a thage in agro tarquiensi didicerūt: nā inde sacra & cerimonias oēs romani sumpserūt. Constat enim hetruscos oīs diuini cultus studiosissimos fuisse. hæc aūt omnia Cice. in oratione contra. P. clodiū planissime ostendit: qui illorum inqt prudentiā nō dicam asseq: sed quanta fuerit perspicere possunt: qui statas solēnesq; cerimonias: pontificum rerū bene gerendarum auctoritates: augurua fatorū: ueteres prædictiones apollinis: uatum libros: portentorū explanationes hetruscor; disciplina contineri putarunt: quæ tanta est: ut nostra memoria primū italici belli funesta principia: post Syllani Cinaniq; tpis extremū potne discrimen: tum hanc recentē urbis inflāmandæ delendiq; imperii cōiuratiouē non obscuræ pauloante prædixerit. Explicari: euolui exponi: diffiniri. Prisco etiam insti. non solum inquit in obseruando cultu deorū hetruscā disciplinā secuti sunt romani: sed etiā alii ritus quidā sacrificandi a ueteribus instituti seruantur: ergo prisco instituto: quia nō solū sacrificatur secundū hetruscam disciplinam: sed etiam secundū institutionē maiorum: nam sicut illa maiores instituerūt: ita quæ sequuntur maiorū institutis sunt præcepta. Rebus diuinis opa dat̃. i. sacrificia diis exhibent̃: nam diuinis operā dare nihil aliud est nisi sacrificare. Cū aliqd cōmēdādū: ut cū aliquod bellum susciperēt: & diis exercitū populi ro. cōmendarēt: diis sacrificabant: deinde cū iā bello suscepto p̄liū ituri essent numinibus aliqd uouebāt uel tēplū uel arā uel munus aliquod. si po. ro. uictoriā cōcessisset: postremo uictoria potiti: quā a diis petierant: in actiōe gratiarū uota persoluebāt: & hos ritus ostēdit istituisse maiores. Cōmēdādū: ordinē secutus rectissimū: tū dicat cōmēdādū p̄catiōe exposcēdū uoto: soluēdū gratulatiōe. prio enim anteq̄ bella susciperēt cōmēdabant̃ exercitus: deinde cū p̄liū cōmissum fuerat: uotis exposcebat̃ uictoria. postremo uictis hostibus: quod uotū fuerat cū gratiarū actiōe p̄soluebat̃: ergo cōmēdādū susceptis bellis: exposcēdū cōmissis p̄liis: soluēdū debellatis hostibus & deuictis bellorū casibus. Gratulatiōe: Quia diis gratias agebāt p̄ re bñ gesta: nā gratulari cū ad deos refert̃ ē gratias agere: alias uero cū alio pariter de re aliqua lætari significat. Cū inqrēdū uel extis uel sortibus. Sūt inqt & alii ritus sacrificādi a maioribus instituti: ut cū irati sunt dii: & sacrificiis irā cor; placare uolumus. prio ingrendū est cur irati sint: & postq̄ explorata fuerit ira deor;: p̄ qualitate piaculi adhibēdū ē sacrificiū: explorabat̃ aūt ira deorū uel p̄ exta: uel p̄ sortes p̄ exta hoc modo si tristia fuissent uel pallida uel aliqua parte mutilata: significabant deos iratos esse: si uero læta uigentia & integra dii significabant̃ esse placati. Vel sortibus: duplex fuit apud priscos præcipuū diuinandi genus per sortes: unas quidē sortes uirgilianas appellabant cum aperto Virg. codice destinari qui occurrissent uersus excipiebant̃: de quo genere Helius Spartianus in adriani uita: quo quidem tempore cum sollicitus de imperatoris erga se iudicio uirgilianas cōsuleret sortes: in hos incidit uersus. Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ Sacra ferens? nosco crines incanaq; menta Romani regis primam qui legibus urbem Fundauit: curibus paruis: & paupere terra. Alterū fuit sortiū genus uetustissimū: a sacerdotibus confictum responsisq; oraculorum non dissimile: quod inscripta foliis arborum tabellisq; diuersorū euentuum elogia ad deor; puluinaria erant ita disposita: ut quod petitioni conducere uideretur artificio quodā in spem uel in metum sciscitantem inducerent: hinc illud Liuii. li. xxii. sortes attenuatas: Vnamq; excidisse ita scriptum. Mauors telum suum concutit: quomodo fierent procurationes idem Liuius docet. Impartito: adhibito solemni ritu. primo inquirendum est: post inquisitionem pro qualitate piaculi adhibendum est sacrificium: ergo ubi causam cognouissent ire deorum in extis uel sortibus statim expiabantur ritu sacrorum. Quo scilicet sacrificio: non eodem dicit sacrificio purgari

Gratulari

Extortū inqsitio

Sortes

denunciationes: fulgurum & ostentoꝝ: quo purgabant ea quæ sortibus uel extis inquisita sunt. Sed alio sacrificio uidelicet sacrificio ostentorum. Vt uerbi gratia si lapidibus pluisset nouédiali sacrificio expurgabatur: quia nouem diebus sacrificiis operam dari oportebat. Liuius id multis in locis: sed libro quinto secundi punici belli: per aliquot inquit dies consules diuinis rebus operam dederunt: & per omnes dies sacrum nouendiale fuit. Ac fulgurum: Vt si tecta publica de cælo tacta fuissent maioribus hostiis expiari oportebat. Denunciationes: Quia denunciabant aliquid in statu reipublicæ. Procurantur: Expiantur: purgantur.

## De maiorum studio: & Cerere placanda. Cap. II.

TAntū aūt studium antiquis nó solū obseruádæ: sed etiam amplificádæ religionis fuit: ut florentissima tū & opulentissima ciuitate decem principum filii senatusconsulto singulis hetruriç populis ꝑcipiendç sacrorum disciplinæ gratia traderent. Cererique quam more græco uenerari instituerant Sacerdotem a uelia: cū id oppidum nondū ciuitatis nomé accepisset: chalcitanam peterent: uel ut alii dicunt: caliphená ne deæ uetustis ritibus perita deesset Antistes. Cuius cum in urbe pulcherrimum templum haberent: gracchanoque interitu pollutum moniti sibyllinis libris: ut uetustissimam cererem placarét Actā: quoniá sacra eius inde orta credebát quindecim uiros ad eam propitiandam miserunt.

¶ Tantum aūt studiū. Vt uere & pie monet Oliue. ingés nobis proposita est cura obseruandæ piæ religionis: cum prisci romani superstitiois sacrilegæ nedū stultæ: & ab impiis spiritibus in pniciē ac seruitutem generis humani introductæ tam anxie obseruantes fuerint. Quis itaque uerbis explicet quátū debeamus saluatori nostro: qui nos non solū a peccati iugo sed etiā a superstitione miserrima liberauit? Nihil eni miserius q̄ quos mortales nouerimus tanq̄ deos uenerari: tantūque deorū numerū cōstituere ut nulla fere uirtus nulliūque uitiū sit qd nō diuinitate donauerit stulta gétilitas. unū honoré: uirtutem. uictoriā. palloré. febrē. fortuná ut numia adorabāt. & siqs dicat a prudétioribus creditū unū fuisse numé: Nā ut Ply. asserit fragilis & laboriosa mortalitas i ptes ista & digessit plures fragilitatis suæ mēor ut portionibus quisque coleret quo maxime indigeret: dicā ꝑpaucos fuisse aut nullos qui id syncere crederét: nā si unius dei ueri cetera numia mēbra quædā credidissent: nō cēsuissent iter se tā diuersa ut uno sacello coli nō possent Nos eni sic sanctorū cōioné credimus ut qd uni placere cōstet oibus placeat. Verꝫ iuxta istitutū nostrū ordiné ꝓsequamur. Aūt ꝑ sed tātum studiū. i. tam studiosus conatus: nō solum obseruādæ religionis scilicet semel institutæ: sed etiam amplificandæ religionis fuit antiqs. i. Priscis Romanis: ut ciuitate superante: cum floré tissima & opulentissima: q̄ res negligétiā religionis generare solent: In aduersitatibus eni & timore deū inuocamus: unde illud primus in orbe deos fecit timor: & illud Greg. Mala quæ hic patimur ad deū nos ire cōpellunt: iuxta quod psal. Ad dominū cum tribularer clamaui. &c. Et cōtra. Impiguatus ē dilectus meus & recalcitrauit) decē (Cicero sex dicit) filii principū. i. maiorū ciuitatis: cū pauprimus qsque nūc religioi destinet: nisi honores cū q̄stu potentiores inuitét: traderent senatuscōsulto. i. ex decreto senatus singulis populis hetruriæ: sunt qui. xii. populos hetruriæ fuisse dicāt: & ab illis. xii. lictoꝝ numerꝫ sumptū: unū cētum uiginti fuerint filii mittédi: aut secūdū Cic. lxxii. q numerus discipuloꝝ xpi fuit traderent dicit: gratia disciplinæ sacroꝝ ꝑcipiédæ; in qua hetrusci

TAntum autem. Studium contendat antiquorum: quod adhibuere ad religionem colendam: cum inquit hetrusci eo tempore cæteris gentibus religione præstarent: senatusconsulto decem principum filii singulis ciuitatibus hetruriæ tradebantur: ut plene disciplinam sacrificandi perciperent: cuius rei Cicero meminit lib. de diuinatione: dicit enim bene apud maiores nostros senatus tum cum florebat imperium decreuit ut de principum filiis sex decem singulis hetruriæ populis in disciplinam traderentur: ne ars tanta propter tenuitatem hom inum & religionis auctoritatem adduceretur ad mercedem & quæstum: in quo tantum a Valerio de numero dissentit. Tantum autem studium: Tametsi hæc religio superstitio potius dicenda sit: quippe dæmonum cultrix: & quæ uerum deum nō inuenerat: hæc tamen exempla non parum nobis prodesse possunt: nam si dæmonū cultores adeo religionis obseruantes fuisse uidentur: qd nobis faciendum est: qui uerum deum uera religione colimus: & ueri cultus certa ꝓmia expectamus? Florentissima tum: Respicit illud quia dici posset: hoc ideo faciebant Ro. ut placatis diis urbem suam ex parua magnam ex paupere ditem facerent: immo o inquit ciuitas tum erat florentissima & opulentissima. ¶ Cereri quoque. Hinc quoque diligentia: quam circa religionem habuere maiores ostendi potest quod cum uellent cereri suo ritu sacra celebrari: miserunt in græciam unde sacrificia orta esse dicebantur: deinde in siciliam: quia inde Ceres pro dea coli cœpisset: cum filiam suā Proserpinam a Plutone raptam inquireret. inde enim sacra cereris principiū habuisse credebant ergo ne quid omnino deesset: nullum locū prætermiserunt: ubi dea aliquádo culta diceret. Cereri quoque: Ad speciem sensim descendit ergo cereri ad honorem cereris. More græco. Ne si mutato ritu sacrificaretur piaculum cōmitteretur. Sacerdoté: Tantum studiumque fuit ut etiam sacerdotem peterent: quæ docta & perita antistes sacrificia deæ suo ritu & more celebraret. Fiebant autē cereris sacra a solis matronis teste Li. li. ii. secūdi pu. bel. Sacrum inquit anniuersarium cereris intermissum est quia nec lugétibus facere id fas est: nec ulla illa tempestate matrona luctus expers fuerat. a uelia: Velia oppidum ē calabriæ sic a paludibus: quibus circūdatum est: appellatū. nā helia significat paludem: dassea uero hoc est aspiratio in digamma conuertitur. i. in. u. consonantem sicut multis in nominibus fieri solet: ut henetus uenetus: hespera uesperæ & multis aliis similiter. Vetustis ritibus deesset antistes. nequid de ritu sacrorum eius ꝓtermitteretur. Perita: quæ sacrorum eius pitiam heret: riteque sacrificare & sciret & posset. antistes: sacerdos ab anti stādo ē aūt custos & princeps templi. Cuius cū in urbe pulcherrimū téplū: Nec satis habuere maiores accersitā a uelia sacerdoté sacrificádi peritā q̄ uetusto ritu cereri sacrificia faceret: qm ēt cū in urbe téplū ei condidissēt amplissimum: & ostentis ciuitas laboraret: moniti libris sybillinis: ut cererem uetustissimam placarent act

nam.xv.homines miserunt ad eam placandā: quoniā
inde sacrificia eius principia ut diximus: habuisse cre
debātur: nam aetna mons est siciliae a poetis decanta
tus: & in cuius radicibus est eiusdē nominis oppiduz
teste Stra.lib.vi.in descriptione siciliae.dicit.n.centori
pis aūt propinquū est exile sane oppidū uocatū aetna
ea montē conscēsuros accipit atq; trāsmittit.hic eniz
primus mōtis ascensus inchoat: illuc missi fuere lega
ti. Nam cū Proserpina Cereris filia cū Cyane nym
pha & sirenibus flores colligeret a Plutone rapta est
mater inscia quo sibi filia surrepta fuisset errando cū
tēpus ei diurnū nō sufficeret: noctu eā fascibus accē
sis per triuia & quadriuia ululando quaerebat: unde
permansit in eius sacris; ut certis diebus a matronis
exerceatur ululatus ad imitationem eius Moniti li.si.
hoc ēt refert Lact. de falsa religione: dicit enim Rep.
tandem pertubata seditionibus & ostentis cū moniti
essent carminibus Sibyllinis cererem debere placari:
legatos aetnam miserunt.

habebantur peritissimi. Et (repete a superiore nam lectio conde
pendet) ut peterent Cereri .i. ad honorem Cereris Chalcitanam
uel ut alii dicunt Caliphenā sacerdotem.i.quae esset sacerdos ce
reri: quā.s.Cererem: instituerant.i.inceperant aut proposuerant ue
nerari more graeco. i. ut graeci a quibus primū uenerata est eam
uenerabantur: peterent dico a uelia cum haec scriberent oppido
calabriae: cū id oppidū nondū.i. nō adhuc accepisset: nomen ciui
tatis: nō oīa ergo oppida ciuitates constituunt: sed ea dūtaxat in
quibus cōibus legibus & iure cōstituto solēniter uiuitur: quā di
gnitatē nunc galli traxerunt ad ea oppida in qbus est episcopa
lis sedes: cū & aliae ciuitates sint. Pertinet aūt ad studiū religio
nis ꝙ opulentissima ciuitas nō dedignata sit ab oppidulo nondū
ciuitate sacerdotē petere: notū aūt est sacerdotē cōis eē generis;
uā hic foemininum est: ideo aūt petierūt: ne antistes.i.princeps sa
cerdotū: pita.i.exercita: uetustis ritibus deessz deae.s.Cereri. Cu
ius.s.deae cū haberēt pulcherrimū tēplū in urbe: & pollutū sup.
haberēt aut eēt: iteritu gracchano: quia alter gracchorū in eo in
teriit: antiqui sup. aut maiores nostri: moniti libris sybellinis: a sy
billa Cumana scriptis & ad Tarqniū allatis: in qbus fata roma
na cōtinebant: ut placarent cererē uetustissimā: aut uetustissimo
more: aut antiqssimā: ꝙ eā a prima ciuitatū institutiōne coluissent mortales. Nā nō est ciuitas sine legibus: legū aūt inuētrix
Ceres: uñ Maro legiferae cereri dixit: miserūt Ennā oppidulū siciliae nō ꝓcul ab aetna monte: de qua dicit Strabo lib. vi.
Intra insula est Enna: modicis qnidē possessa inqlinus sup collē iacens: in qua Cereris aedes est. Ea mōtanas amplectitur
planicies totas arabiles &c. quindecim uiros ad eam ꝓpitiandā: quoniā credebant sacra eius.s.deae Cereris orta inde.

Item matri deum. Et est seruatae religionis
exemplum non mediocre ꝙ imperatores Ro.
ꝑiae matri deum pro cōsequenda uictoria in
bello uota fecissent: eadem pessimuntem profecti cū
summa deuotione persoluerent: ꝙ ibi numen eius co
leretur in primis. Item. Rursus uel similiter non so
lum Cereri: sed etiam Matri Deum est habitus ho
nos. Compotes ui. Cum uictorias obtinuissent. Pes
simuntem: oppidum est phrygiae: ubi Cybeles simu
lachrum colebatur: quod cum pessimunte Oraculo
Apollinis romam translatum esset: apud Scipionem
Nasicam consensu senatus collocatū est: quia respon
sum fuerat ab oraculo: ut cum romam dea uenisset:
tum curarēt ut eā qui uir optimus esset romae hospi
tio acciperet: de cuius aduētu suo loco dicemus libro
viii.capi.ulti.

Metellus ue.pon.ma. Sub cuius potestate cae
teri oēs pontifices & sacerdotes positi erant.
Vnde etiam maximus dictus est: quia reli
qui omnes ipso erant inferiores. Eundemq; fla.idest
Flamies sacerdotem. Flamines: ut Var. testatur dicti sunt: ꝙ
caput uinctum habent filo: & cognomen accipiunt
ab eo deo cui sacra faciunt: sed partim sunt aperta: ut
Martialis: Vulcanalis: obscuriora partim ut dialis a
Ioue: furialis a furia: cuius in Fastis feriae erant furia
les. Li. uero scribit: numam flaminem Ioui assiduum
sacerdotem creauisse: insigniq; eum ueste & curuli re
gia sella adornasse: huic duos flamines adiecisse mar
ti unum: alterū quirino. Creati sunt etiam a pontifice
maximo flamines: & a dictatore in oppidis: seu muni
cipiis: scribunt Cic. & Li. ergo flamen dictus uidetur
quasi filamen: a filo lanae: quo caput uinctum habe
bat ꝙ aperto omnino capite esse non liceret. Dio. ta
men Alicar. lib.ii. a flāma assumpta inquit omni diui
ni cultus institutiōne atq; conscripta in octo diuisit ptes:
quot erant etiam sacrorum ordines: tradidit autem
Minum etiam &c. Post auspicia tractat omi na: praemittitq; more suo praeludiũ ad aptũ transitum faciendum unde facile patet quod etiam aldus animaduertit superius exemplum non pertinuisse ad omen. Omen aũt est qñ uox ex ore alicuius excepta cũ ad aliud propositum sit dicta ad alterius rei euentum ab excipiente eam applicatur. Neq; tamen ab ore duntaxat capi tur: nam & factum pro omine saepe animaduersum legimus: ut in casu Camilli proximo loco dicetur: & in procursu asel li ad fontem quem marius pro omine sequutus est. Sic equorum lapsus leporum occursus & id genus alia pro ominibus obseruata legimus. misera mortalium superstitione & certissima daemoniorum illusione: quae eo seruitutis genere homi nes deuinctos premebant. Nam quid aselli pcursus ad fontem ad marium pertinuit: certe siti potius q̃ fame oppressus fontẽ praetulit. At marius sibi aquas petendas intellexit: quod quia prospere fecit obseruatum est & scriptis mandatum at si in mari perisset: nulla ominis mentio fuisset. qui adeo omina: auspicia. auguria & id genus portenta nihil efficaciae credebantur habere nisi in capientibus & ratificantibus: ut uoluntaria haberetur eiusmodi seruitus. Ordo est. Obserua tio ominum est etiam innexa aliquo contactu religionis: quoniam sup. Ominis obseruatio creditur constare non fortuito motu sed diuina prouidentia: quam rem suae credulitati praetendunt fere diuinatores affirmantes quae fiunt ab astris de pendere & ideo praenosci posse: quae. s. obseruatio effecit: ut urbe. i. Roma deleta praeter capitolium: a gallis: & sup. pa tribus Conscriptis deliberantibus. i. consultantibus: utrum migrarent ueios iam captos a Camillo: an restituerẽt moenia sua: cohortibus redeuntibus forte eo tempore quo consultatio fieret: e praesidio. i. urbibus quibus praesidio fuerant: Cen turio exclamaret in comitio. i. in eo campo: quo ad suffragia populus coire solebat: o signifer statue. i. fige in terram: signũ i. uexillum: nos manebimus optime hic. enim pro quia ea uoce audita senatus respondit se accipere. i. acceptum habere: omen & omisit e uestigio. i. ilico. consilium transeundi Veios. Quam. i. o q̃tum paucis uerbis est confirmata. i. stabilita con ditio: de domicilio summi imperii futuri. i. ubinam monarchia arcem haberet: credo diis existimantibus indignum sup. esse: nomen romanum ortum prosperis auspiciis: mutari appellatione urbis Veientanae. i. ut romani deinde ueientes dice rentur: & decus inclytae uictoriae: infundi ruinis urbis modo. i. paulo ante abiectae.

Huius tam preclari operis auctor camil lus quum esset precatus: ut sicui deorũ nimia foelicitas Po. Ro. uideretur eius i nuidia suo aliquo icõmodo satiaretur: subito lapsu decidit. quod omen ad damnationem qua postea oppressus est pertinuisse uisum est. Merito autem de laude inter se uictoria & pia precatio amplissi mi uiri certauerunt: aeque enim uirtutis est: & bona patriae auxisse: & mala in se transferre uoluisse.

¶ Huius &c. Ordo dependet a superiore: nam talis est: Camillus auctor huius tam praeclari operis: ut. s. ueii. caperentur & eo non migraretur: aut ut restituerentur moenia urbis: cum eẽt praecatus: ut si foelicitas populi romani uideretur cui. i. alicui deorum nimia: sicut enei. vi. Nimium Romana propago Visa potens superis: in uidia eius. s. dei satiaretur & ita sedaretur aliquo incommodo suo s. precantis camilli: decidit. i. deorsum in terram cecidit subito lapsu i. inopino casu: quod omen. s. casus uisum est pertinuisse ad dãna tionem scilicet camilli: qua oppressus est postea: quia in exilium actus: Autem pro sed: uictoria & pia precatio amplissimi uiri: ui delicet Camilli: certauerunt merito inter se de laude id est utri ma ior laus deberetur. enim pro quia: est aeque. i. aequaliter: aut aeque i. aequalis uirtutis: & auxisse bona patriae quod fecit p uictoriam & uoluisse transferre in se mala scilicet patriae: quod precatus est.

Huius tam prae. Liui. dictator inquit camil. capta ueiorum urbe precones edicere iubet: ut ab inermi turba abstineatur is finis sangui nis fuit: deinde inermes capti: & ad praedam miles p missu dictatoris discurrit: q̃ cũ an̄ oculos eius aliquã to spe atq; opiniõe maior maiorisq; pcii rerum ferrẽ dicit manus ad caelũ tollens pcatus esse dictator: ut si cui hium deorũq; nimia sua fortuna populiq; ro. uideret: ut eã inuidiã leuire suo priuato icõmodo q̃ minimo publico populiq; Romani liceret: cõuertẽ tem se inter hãc uenerauoẽ traditur memoriae pro lapsum cecidisse. idq; omen pertinuisse postea euẽtu rẽ cõiectantibus uisum ad dãnationem ipsius Camilli cladẽq;: captae deinde urbis ro. qd post paucos acci dit annos. Tam praeclari operis auctor. ut restituerẽ tur moenia urbis ro. Nam ipse fuit qui ab exilio re uocatus collectis reliquiis exercitus Po. Ro. q apud Alliã fluuiũ paucis ante diebus turpiter fusus fuerat atq; fugatus ex urbe gallos eiecit. Inuidia. ob captã urbẽ Veiorum quã totius hetruriae opulẽtissimã fuisse constat. Et qa faelicitas illa uidebat ẽe nimia: uentus ẽ ne cui deorum faceret iuidiã. Fit foelicitas q̃ sua ma gnitudine diis ẽt fecisset iuidiã Lap. c. Nã sicut n. os erat adoraturus cũ se oriẽtẽ uersus cõuertisset pro lapsus cecidit hoc idẽ affirmat Cice. li. de nat. d. Qua op. dãnatus eni fuit die dcã sibi a. L. Apuleio tribũo plaebis: de q̃ dãnatiõe dicẽus lib. v. ca. de igratis. Me rito hic laudat Camillũ. difficile discrimẽ ẽ iqt utrũ maior laus fuerit uicisse ueios. an orasse deos ut i se malũ omẽ cõuerterẽt. Victoria igit̃ & pietas iter se certarũt. qa nõ facile discernes utrũ laudãda magis sit Victoria Camilli an ipsa pcatio. Auxisse bona deuictis ueis. Trãsferre mala deprecatiõe sua.

OLIVE

## De lucio Paulo & filia. Cap. XLVIII.

QVid illud quod. L. Paulo consuli euenit q̃ memorabile? cum ei forte euenisset ut bellum cum rege persa gereret: & domũ e curia egressus filiolam suam nomine Tertiam quæ tunc erat admodum paruula osculatus tristẽ animaduerteret: Interrogauit quid ita eo uultu esset? Que respondit Persam perisse. decesserat autem catellus quem puella in deliciis habuerat nomine persa. Arripuit igitur omen paulus: eq; fortuito dicto q̃si certam spem clarissimi triumphi animo præsumpsit.

QVid illud. Omen Camilli memorabile fuit. At quod sequitur nõ minori memoria dignũ Nam cum macedonicum bellum. L. paulo secus extra ordinem decreuisset: & ea ipsa die domũ ad uesperas redisset: filiolam suam tertiam quæ tunc erat paruula admodum osculans animaduertit tristiorem. Quam cum interrogasset quid ita tristis esset mi pater inquit: persa periit. tum ille arctius puellam complexus. Accipio inquit mea filia omen. Erat autem mortua catella eo nomine quam puella habuerat in deliciis. L. autem paulus omen accepit persam macedonum regem aduersus quem sibi decreta fuerat prouincia. eo bello periturum: quod & factum ẽ: q̃uis uiuus ductus fuerit in triumphũ Iusti. li. xxxiii. Dum hæc aguntur inquit metu iam periculosi belli Ro. Aemilium paulum creant. eiq; extra ordinẽ macedonicum bellum decernunt qui cum ad exercitum uenisset. non magnam moram pugnæ fecit: pridie q̃ consereret bellum luna nocte defecit. triste id ostentum perseo omnibus præsagientibus finemq; macedonici regni portendi uaticinantibus Cum rem diuersis modis hoc nomen declinatur perseus persei. q̃ declinatione usus est Iusti. ut supra uidimus cum dixit triste id ostentum perseo. simili modo & Liui. li. x. belli macedonici multis in locis: ut ibi uidere licet. Declinatur & perses huius psis ut sentire uidet Ser. honoratus qui Salustii utitur exemplo in historiis: quem librum amisimus ubi probare intendit subtractam esse litteram scilicet huic nomini achilli. & in eo uersu. Troas relliquias danaũ atq; immitis achilli: dicit enim propter omioteleuton detraxit s litteraz quæ plærunq; pro sibilo haberetur non solum necessitatis: sed etiam euphoniæ causa ut Sal. A principio urbis ad bellum persi Macedonicum pro persis. Item persa huius persæ ut hoc loco.

Perseus
perses
persa

Quid illud. Affert euidentis ominis exemplum dicens. Quid illud. i. quid dicendum putas de illo omine quod euenit Lucio Paulo. s. æmilio consuli: q̃ id est q̃tum sup. putas memorabile id est: memoratu dignum sit. Cum euenisset ei forte: quia consules sortiri solebant inter se prouincias aut sorte legendum est: quia extra sortem decreta est ei prouincia ut gereret bellum cum persa (proprium est nomen) rege scilicet Macedoniæ: & egressus e curia domum: osculatus filiolam suam Tertiam nomine quæ erat tũc paruula admodum animaduerteret tristem interrogauit quid ita idest cur: esset eo scilicet tam mœsto uultu? Quæ respondit persam perisse. Autem pro sed Catellus id est paruus canis nomine persa (nã canes a fluminibus aut regionibus aut colore nomina sæpe sumunt) quem puella habuerat in deliciis: decesserat id est mortuus fuerat: non tamen cani aptum uidetur uocabulum: non enim decedit id est de loco cedit quod perit: ut anima bruti: nam corpus manet. Igitur quia faustuz erat uisum: paulus scilicet æmilius: arripuit id est auide accepit & ratum habuit omen id est ab ore prolatum rei euentum: & præsumpsit id est precepit hanc rem anteq̃ contingeret & sumpsit animo scilicet suo id est cogitatione: edicto fortuito scilicet puellæ quasi certam spem triumphi clarissimi quem postea de persa egit: unde Macedonicus dictus est.

## De Cæcilia Metelli. Cap. XLIX.

AT cæcilia metelli dum sororis filiæ ad ultæ ætatis uirginis more prisco nocte concubia nuptialia petit: omen ipsa fecit: nã quum sacello quodam eius rei gratia aliquandiu persedisset: nec aliqua uox proposito congruens esset audita: fessa longa standi mora puella rogauit materteram: ut sibi paulisper locum residendi acõmodarent: cui illa. ego uero ĩquit libenter tibi mea sede cedo: quod dictum ab indulgentia profectũ ad certi ominis processit euentum: quoniam metellus nõ multo post mortua cæcilia uirginem de qua loquor in matrimonium duxit.

AT cæci. me. Ci. li. de diui. L. flaccum flaminez martialem inquit audiui cum diceret cæciliaz metelli cum uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare: exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa: quod fieri more ueterum solebat cum uirgo staret: & cæcilia in sella sederet neq; diu ulla uox extitisset: puellam defatigatam petisse a matertera ut sibi concederet paulisper ut in eius sella requiesceret. illam autem dixisse uere mea puella tibi concedo sedes meas: quod omen res consecuta est. ipsa. n. breui mortua est: uirgo autem nupsit cui cæcilia nupta fuerat. At cæcilia me. s. uxor ut hectoris andromache & deiphobe glauci. More prisco. Mos enim fuit apud maiores ut cum puellæ maturæ uiro & plenis iam nubiles annis essent in templis excubarent & ibi stantes omen acciperent futuri mariti. concubia nocte: intempesta nocte. Var. de lingua latina. Intempestum celius dicebat cum tempus agendi est nullum quod alii concubium appellarunt q᷑ fere tunc omnes cubarent: ẽ ergo prima pars somni. Eius rei petendi nuptialia. Locum residendi. Vt fessa non nihil se recrearet. Mota quadam indulgentia & commiseratione puellæ commota.

At Cæcilia. Aliud affert omen ex ore Cæciliæ Metelli dicens. At. i. sed Cæcilia Metelli. s. coniunx: dum more prisco. i. ueteri instituto: petit nocte concubia. i. qua mortales simul cubare solent & quiescere: nuptialia. i. pertinentia ad nuptias: filiæ sororis: uirginis. i. quæ erat uirgo ætatis adultæ. i. iã maturæ uiro: ipsa

fecit non accepit omen: nā cū persedisset in quodam sacello. s. parte templi: capellam nunc uocant aliquādiu: gratia eius rei. i. nuptialium ominum n. cā: nec aliqua uox congruens proposito. i. pertinens ad nuptias uirginis esset audita: puella fessa longa mora stādi: rogauit materteram. i. matris suæ sororem: Cæciliam uidelicet: ut accōmodaret sibi paulisper. i. paululum temporis: locum residēdi. Cui illa. s. Cæcilia: inquit ego uero. i. certo & serio: cedo tibi mea sede. i. do tibi sedem meam ut sedeas: quod dictum profectum ab indulgentia. i. clementi affectione in puellam: processit ad euentum certi ominis: quoniam metellus duxit in matrimonium uirginē de qua loquor: Cæcilia mortua. i. cum esset mortua: non multo post.

## De Caio mario & ominis obseruatione. Cap. L.

Caio autē mario obseruatio ominis procul dubio saluti fuit: quo tempore hostis a senatu iudicatus in domum faniæ minturnis custodiæ causa deductus est: animaduertit n. asellum cum ei pabulū obiiceretur neglecto eo ad aquam procurrentem: quo spectaculo deorum prouidentia quod sequeretur oblatum ratus alioquin etiā interpretandarum religionum peritissimus: a multitudine quæ ad opem illi ferendam cōfluxerat impetrauit: ut ad mare produceretur. ac ꝓtinus nauicula conscendit: eaq; in aphricam prouectus arma syllæ uictricia effugit.

¶ Caio aūt Mario. Omē hoc in facto nō in uerbo captū: nā cū asinū aiaduertisset marius neglecto pabulo terrestri ad aquā bibēdā ꝓfugere: itellexit neglectis terrestribus auxiliis ad marinū aufugiū ꝓperādū: qd' qa fecit & ꝓspere illi forte successit religioni a miseris mortalibus ascriptū est. Sabellicus author est asinum qua potuit uoce omē cōfirmasse. Nā igēti ingt uoce uelut classico quodā edito: ad fontē petulca gesticulatiōe ꝓcurrit. Ordo est. Autē. i. sed: obseruatio ominis. s. i facto fuit Caio Mario uidelicet preclaro q septies cōsul anteq̄ moreref fuit: saluti. i. ad salutē. i. seruationē uitæ: sic. n. salus fere accipief: eo sup. tpe quo tpe: ipse iudicatus hostis senatus. s. Romam deductus est cā custodiæ. i. ut custodiref donec romā traheref: minturnis. i. ad uillā iuxta paludes in qbus reptus erat: in domū faniæ: oliuerius dicit mulieris: credā uiri dicēdū: nā sabellicus uocē senis a quo occultus fuerat audita dicit: & in Terētio uiri nomē est. Enī ꝓ qa: aiaduertit. s. cū Minturnēsiū nemo auderet in eū manū mittere: cū nec cimber qdem id ausus fuisset: & eū abire ꝑmisissent: asellū ꝓcurrērē ad aquā. s. fontalē: cū pabulū. i. nutrimētū obiiceref ei: eo. s. pabulo neglecto. i. prætermisso tanq̄ spræto. Quo spectaculo ratus sup. est: oblatū sup. eē sibi ꝓuidētia deorū: id qd' sequeref: alioqn. i. q alio quoq; mō esset peritissimus: minime tñ litteratus: religionum q̄ ad diuinationē ptinerēt: interprætandarum: idest exponendarum quid portenderent: impetrauit a multitudie ꝑsertim miturnēsiū: q̄ cōfluxerat ad opē ferēdā illi: ut produceref ad mare ac protinus conscendit nauiculam: & prouectus ea. s. nauicula in aphricam effugit arma syllæ uictricia. s. tunc utpote a quibus uictus fuerat.

Caio aūt. cū P. Sulpitius tribunus plebis auctore. C. Ma. perniciosas leges promulgasset ut exules reuocarentur: ut noui ciues libertiniq; di tribuerenf in tribus ut & consul & marius aduersus mitridatem ponti regem dux crearef & aduersantibus consulibus. Qui. Pompeio & L. syllæ nim intulisset occisoq; Pompeii cōsulis filio genero Syllæ. L. Sylla consul in urbem cum exercitu uenit: & aduersus factionē Sulpitii & Marii in ipsa urbe pugnauit: eamq; expulit: Ex quo. xii. a senatu hostes inter quos consul Marius & filius iudicati sunt. P. Sulpitius cum in quadam uilla lateret iudicio serui sui retractus & occisus est. C. Marius filius in africam traiecit. C. M. pater Minturnas delatus in paludibus delituit: eo syllani milites cum uenissent: ac diligēter & accurate eius uestigia indagarent nec eum inuenirent: pastorē haud longe conspicati rogant primo indicet Mariū: fluctuantem deinde & dissimulantem minis & terrore perfundūt. qui ubi se a militibus circūfundi & telis undiq; peti uidit. Mariū indicat: itaq; capitur Marius Minturnasq; defertur: & in domum faniæ mulieris publice custodiendus traditur. ad quez occidendum seruus publicus natione cimber missus inermem & squalore obsitum maiestate tanti uiri cōmotus stricto iam gladio interficere non sustinuit. & tremebundus abiecto ferro refugit clamitans geminata uoce non possum interficere Marium. tum Minturnenses maiestate uiri capti incolumen præstiterunt. hic ergo cuz abiturus exisset e domo animaduertit asellum neglecto pabulo qd' obiectum ei fuerat ad aquam contendentem quo uiso omen arripuit: intellexitq; sibi salutem nauigatione quærendam esse: & statim impetrato a minturnensibus ut sibi publica nauis tradatur Quo facto se cōtulit in aphricam. & ibi uires comparauit quibus pristinam fortunam & dignitatem breui recuperauit. sicut suo loco ostendemus: faniæ. Quam defendit in iudicio. Alioquin: insuper peritissimus qui maximaz augurii peritiam haberet. In aphricam. ubi comparato exercitu cum se cinnæ coniunxisset urbez cepit: & pristinam dignitatem cum magno inimicoruz exitio recuperauit. — *Mariani exilii causa*

Pompeius uero. Omen futuræ cædis factū est Pompeio Cæsaris arma fugienti: nam in acie pharsalica uictus cum insulam cyprum peteret: ut inde uirium aliquid contraheret uidit a longe eminens ædificium & interroganti quod ei nomē esset. respōsum ē κακοβασιλεα quo audito mœstus intellexit se malū regem experturū Pompeius ma. cuius magnitudo totū orbē cōplexa fuit. nā Ci. in Catilinam inuectiua quarta paucis uerbis osīdit quāta fuerit Pompeii rerū gestarum magnitudo dicit. n. Pompeii res gestæ atq; uirtutes continentur iisdem quibus solis cursus regionibus ac terris continetur. Pharsalica thessalica. nam regio illa diuersis nominibus fuit appellata. emonia. thessalia. macedonia. emathia campi philippici: prout eam diuersi reges occuparunt. — *Thessalia.* Contraheret. colligeret. congregaret. Oppidum paphum. oppidum est cypri ubi ꝓcipue colebaf uenus quæ paphia dicta. Vir. Inde paphū sublimis abit. sedesq; reuisit læta suas. Malū regē sicut ptolemæū expertꝰ ē. ñ tulit dissimulanter Non occultauit illud quod mente conceperat.

## De Pompeio magno. Cap. LI.

Pompeius uero magnus in acie pharsalica uictus a cæsare fuga quærens salutem cursu in insulam Cyprum ut aliquid in ea uirium

contraheret classem direxit. appellensq; ad oppi/dum paphum conspexit in littore speciosum ædifi cium. gubernatoremq; interrogauit quod ei nomé esset: qui respondit Cacouasilea uocari. quæ uox spem eius quantulacunq; restabat cominuit. Ne/q; id dissimulanter tulit. auertit. n. oculos ab illis tectis. ac dolorem quem ex diro omine cóceperat gemitupatefecit.

¶Pō; eius uero magnus uictus. s. a Cæsare in acie pharsalica. i. conflictu apud pharsaliam urbem ema thiæ: quærens salutem. i. seruationem uitæ & reip. fuga. i. fugiendo direxit cursu. i. cum celeritate classez in cyprum insulam: ut contraheret. i. congregaret: ali quid uirium. i. copiarum quæ uires sunt exercitus: in ea. s. insula: & appellens. s. classem aut se ad oppidum paphuz. s. nomine: si præposuisset paphum non præ posuisset ad conspexit in littore ædificium speciosuz: & interrogauit gubernatorem. s. nauis: quod nomen esset ei. s. ædificio: qui respondit uocari cacouasilea. i. malum regem: Nam cacos dicitur malus: & βασι λευσ Basileus pferť tñ uasileus rex: q̃ uox cōmi nuit spē eius. s. pōpeii quantulacũq3 restabat: quia non sperabat se bonum regem inuenturum. Neq3 tulit. i. passus est id. i. eam spei depositionem aut indignationem suam dissimulanter: auertit enim oculos ab illis tectis. s. tam mali ominis ac pa tefecit gemitu. i. gemendo: dolorem quem conceperat ex diro. i. execrabili omine.

De Marco bruto. Cap. LII.

Marci etiam bruti dignus admisso parri cido euentus est omine designatus. siqui dem post illud nefarium opus natalem suum celebrans: quum græcum uersum exprimere uellet. ad illud potissimum Homericum referen dum animo tetendit:

quod latine sonat: Sed me parca fe ra: & latonę perdidit infans. Qui deus philippen si acie: a Cæsare & Antonio signo datus in eum te la conuertit.

Marci etiam bruti No. est historia quomodo brutus & cassius cæsarem in senatu multis uulneribus confoderunt. quam tamen suo lo co dicemus. sed quod ad hunc locum pertinet: cum Brutus post patratum homicidium sacrificaret nata li suo. inter praeces. ut mos erat aīum adiecit ad car/men homericum.

Sed me parca ferox latoneq3 obruit infans. Alius ue ro sic traduxit. Sed me sors misera & latonæ perdi/dit infans. Et ita factum est. naz in cāpis philippicis ubi congressus est cuz augusto & M. An. forte ita ce cidit ut signuz belli futuri præponeretur ab Augusto & Ant. signum apollinis. nam mos erat ut cōmissuri prælia: deum aliquem signum pugnæ præponerent ut. C. Marius martis simulacruz. Sylla delphici apol linis. Cæsar ueneris genitricis. ergo quia apollinis si gnum proposuit augustus: omen quod factum ē uer sus ille quodammodo impleuit. quia in ea pugna su peratus est in qua signuz fuerat apollo latonæ filius. Admisso parricidio. Hoc non sine adulatione dictū est. uult. n. Va. cæsarem patrem patriæ fuisse. Nata lem. Mos fuit apud antiquos ut natalia pricipes sua solēniter celebrarēt. Vir. Phillida mitte mihi me. est na. iola. Signo. da. Vt milites cæsariani & Antoniani a militibus bruti & cassii dignoscerentur.

¶Marci &c. Affert omen perniciosum Bruto dicens. Euētus. i. exi tus rei: etiam Marci Bruti: nō solum pompeii: dignus parricidio ad misso: dum cæsarem patrem patriæ & etiam suum occidit. Nam cæsar tribus & uiginti uulneribus confossus est uno duntaxat ge mitu ad primum ictum emisso. Marcum enim brutuz in se grassan tem intuitus: græcis uerbis dixisse fertur. Et tu fili. hoc est etiaz tu fili me occidis: qui in te paterno sum animo? euentus dico Marci Bruti designatus est. i. præfiguratus: omine. Siquidem. i. quoniam ipse celebrans post illud nepharium opus uidelicet cædem Iulii cæ saris natalem suum. i. diem quo natus fuerat. cum uellet exprimere uersum græcum. s. aliquem lepidum & festiuum: nam tales multi sunt apud græcos tetendit animo. i. animus illi tractus est potissimum ad referendum illud homericum quod latine sonat: Sed parca. i. dea fatorum fera. i. crudelis in me: & infans. i. filius latonæ semper iuuenili forma uidelicet apol/lo: perdidit me. Qui deus scilicet apollo: datus a Cæsare scilicet Augusto: & Antonio eius socio: signo: idest ut sit signum seu uexillum: sup. in acie idest conflictu philippensi: idest pharsalico: conuertit scilicet animando eos quibus signo erat tela in eum. s. Marcum Brutum. Virgilius etiam est author in Bello actiaco contra Antonium & cleopatram Augustum usum apolline: Quinetiam nonnunquam sese pro apolline gessit: ad quod alludens. Idem maro in Buco. dixit. Casta fa ue lucina tuus iam regnat apollo.

De. C. cassio. Ca. LIII.

Consentáeo uocis iactu. C. cassii aurē for tūa puellit q̃ orantibus rhodiis: ne ab eo cunctis deorum simulachris spoliarētur solem a se relinqui respondere uoluit. ut rapacissi mi uictoris insolentiam dicti tumore protraheret abiectumq; macedonica pugna non effigiem so/lis quam tantummodo supplicibus cesserat: sed ip sum solem reuera relinquere coegit.

Consentaneo uo. ia. pari ratione cassius bruto affinitate coniunctus quippe qui iuniā Bruti sororē duxerat uxorē: fecit suæ futuræ mor tis omē cū rogātibus rhodiis aliqua sibi deorū simu lacra relinq: solē a se relinq respōdisset: nā quod illud p ludibrium dixit suo euentu sortitus est: qareuera so lē reliqt. Solē re. simulacrū solis. hoc āt p ludibriū di xit: qppe quē ferre nō poterat p̄ magnitudie. Memo rat. n. a solino unū e septē mirabilibus mūdi. erat āt cētū uigiti sex pedū magna ænea & fusilis scā q̃ a se cassi9 relinq dicebat. Insolētia. Supbia. nā q̄to maior erat tumor uicti tātomagis uictori supbia crescebat

Simula/crū solis.

Protraheret.manifestaret uel augeret. Ipsum solem: quia cum uictus esset & cum omnibus copiis in hostium potestatem uenisset sibi mortem conscivit.

¶ Consentaneo uocis iactu. Fortuito inquit omine. Cassius etiam Cæsaris percussor & Bruti pe. necessarius, sui exitus euentum protulit. Nam orantibus rhodiis dum rhodon spoliaret etiam deorum simulachris: ut aliquod eis relinqueret: solis inquit relinquo (id aute tā ingēs erat ut auferri integrū nō possit: qđ iō forte tā ingēs fecerāt qđ i solis se credebāt tutela, propterea quod nulla dies tam nubila in qua sol non uideatur ipsis rhodiis) Et quia qui solem relinquunt uitā quoque relinquūt: ideo omen fuit uitæ ab eo relinquendæ. Or io est. Fortuna.i. fortunatus aut prosperus euentus peruellit aurem .C. cassii.i. admonuit Caium Cassium: (Quia enim auris dedicata est memoriæ: uellere aurem est memorem facere. Unde in buc. maro. delius aurem uelit: & (pro.i. admonuit. Et in rosa. Mors aurem uellens uiuite ait uenio) admonuit autem futuri exitii: consentaneo.i. conformi ad euentum rei: iactu.i. superba emissione: uocis.i. dicti aut responsi: quæ.s. fortuna uoluit sup. Cassium respōdere rhodiis orātibus ne spoliarentur ab eo.s. Cassio: cunctis simulachris deorum: solem.i. solis simulachrum (nisi forte de sole intellexerit Cassius ut qui quotidie rhodiis uisitur, relinqui a se: ideo autem uoluit eum fortuna sic superbe respōdere: ut protraheret.i. extenderet & ampliaret: insolentiam.i. superbam petulantiam uictoris.s. cassii superbissimi: tumore.i. inflatione dicti.i. responsi tam superbi: & fortuna coegit Cassium abiectum.s. a spe uictoriæ: priusquā uictus esset: pugna macedonica.i. macedonica ad philippos contra Augustum gesta: relinquere non effigiem solis: quam concesserat.i. cōcesserat: tantummodo: supplicibus.s. Rhodiis: sed reuera ipsum solem.i. lucem huius mundi cum uita: forte quod hallucinatus cum suos uideret: hostes, redidit & ita solem.i. lumen uendum mortuus reliquit.

De petilii omine.  Cap. LIIII.

Annotatu dignum illud quoque omen sub quo petilius consul in liguria bellum gerens occiderit. Nam quum montem cui letum cognomen erat oppugnaret: interque adhortationem militum dixisset hodie ego letum utique capiam: inconsideratius præliando fortuitū iactū uocis leto suo confirmauit.

In liguria. Ligures imis alpium iugis adherentes inter uarum & macram fluuios implicitosque dumis siluestribus maior aliquanto labor est inuenire quam uincere. Uarrus fluuius est grandis ex alpibus fluens galliam trāsal, nam a cisalpina separans uetustissimus italiæ terminus. Macra fluuius est ex initio apennini fluens inter ligurum montes & demum iuxta lunam ciuitatē defluit in mare tyrrhenum. Olíue Ligures

¶ Annotatu dignum &c. Affert omen petilianæ necis sumptum. & ab inuito aut non animaduertente: & ab æquiuoco uocabulo: nam cum se letum.i. montem eo nomine capturum diceret: letum.i. mortem cepit. Ordo est. Illud omen sub quo petilius consul gerens bellum in liguria parte illa italiæ galliæ italis cisalpinæ contermina: occiderit: idest mortem obiuerit: est sup. quoque idest etiam dignum annotatu idest ut annotetur quia mirabile est. Nam cum ipse Petilius oppugnaret montem cum castello aut saltem castris: cui scilicet nomen cognomen erat letum: & dixisset inter adhortationem militum: idest dum milites adhortaretur: utique idest certe: ego capiam hodie letū: ut maledixit: montem idest ipse præliando inconsideratius: confirmauit suo leto.i. nece & fato: iactum. fortuitum.i. incertā aleam alludit enim ad iactam aleæ: aut emissionem casualem uocis.i. dicti illius quod iactu quodam fit unde a uerberādo uerbū dictum uolunt. Ascen.

Externa. De Prienensium omine.  Cap. LV.

Adiici nostris duo eiusdem generis aliena exempla non absurde possunt. Samii prienensibus auxilium aduersus carras implorantibus arrogantia instincti pro classe & exercitu sybillam eis derisus gratia miserunt: quam illi uelut diuinitus datum præsidium interpretati libenter receptam uera fatorum prædictione uictoriæ ducem habuerunt.

Samii prie. Cum prienenses graui bello premerentur. auxilium petierunt a samiis: Samii ut qui ab illis essent alieni quasi irridentes se sybillam missuros responderunt: nam ex sybillis una fuit samia. Prienenses ergo quod irridentes samii promiserant lato animo acceperunt: &. hanc quasi ducem belli constituentes gloriosam ex hostibus uictoriam reportauerunt. OLIVE

Prienensibus Priene ciuitas est ioniæ. Biantis patria. Auctor Strabo li. xiiii. Cui principium est reliquum est ut de ionibus carnibusque dicamus & cætera. ubi nominatis. xii. ciuitatibus in quibus & priene. subiungit. nam hæ sunt. xii. Ioniæ ciuitates & paulo inferius ubi de singulis mentionem facit post meandri inquit ostia est prienensium littus. ultra quod priene ē & michale mons feris & arboribus plenus. Itē paulo post. priene inquit a quibusdam cadme appellatur quoniā philotas eius conditore bœotia uenit. e priene fuit Bias unus ex septem sapientibus de quo hipponax sic inquit & disceptari quam Bias prienensis melius. Aduersus car. Carræ po. insulas i piraticam exercētes famosi fuerūt uicti a Minoe ut Tucydides & Sal. dicunt. Auctor Ser. in expositione illius carminis Virgili. hic lelegas carrasque sagittiferosque gelo- Priene Priene Carræ

¶ Adiici &c. Adiicit duo externa omina alterum a prienensibus acceptum alterum ab Appoloniatis. Cum enim samii per derisum pro præsidio sybillam dedissent prienensibus aduersus carras aut quod illis opus censerent prudentia aut muliere duce: illique tanquā fausti ominis sybillam acceptassent: eius diuinatione seruati sunt Et cum epidamnii appolloniatis etiam per derisum Acantem quo nomine fluuius erat adiutorem assignassent: inuenientes forte quod illum non transgrederentur. appoloniatæ omen accipientes Acuta idest Aiacem. hoc est eius imaginem sumptam pro si-

nos. At Strabo dicit populos esse carriæ regionis q̃ conterminia est Ioniæ uidelicet inter ioniã & liciã po sitæ. hos etiam aliquando sub minoe fuisse dicit: & insulas habitasse. hic arbitror insulanos indictos fuisse: & carres carriũ declinauit: sũt & carræ primæ decli. in syria eodem teste. li. vi. in descriptione syriæ: dicit. n. tigrano certa & loca quæ sunt circa carras. Nicaphoriorũ & chordiraza & Sinnaca in qua Surina parthorum imperator Crassum dolo captum interemit. Vnde Lucanus Asyrias latrio maculauit sanguine carras. Derisus gratia pro derisionis. Diuinitus. Quasi diuina prouidẽtia eis data foret. Vera. fa. reddit rationem cur læti acceperunt.

Appolonia. APpoloniatæ. Appolonia plurĩũ urbiũ nomen fuit unius in epiro cõstitutæ de qua nunc agiť. alterius in creta. tertiæ in thracia. quartæ i siria. Aeãtẽ: actũs latinus a noĩe græco ueniens αιασ αιαντοσ. i. aiacẽ. & quia aiax unus ex heroibus fuit ideo hũc se libẽter accipere respõderunt. Acceptum re. i. quicquid felicitati ex ea re sunt cõsecuti id omini totum ascribẽtes & illi quasi gratias agentes: nam æanti tanquã deo postmodum immolarunt.

Ascen. ¶ Ne quidem. i. sed nec etiam apolloniatæ. i. ciues Apolloniæ urbis in Epyro: egerũt pniam. i. nõ pœnituit eos q cũ pressi bello illyrico orassẽt Epidãnios uicinos suos: ut ferrẽt sibi opẽ: atq; illi. s. Epidamnii dixissent: se mittere in adiutorium flumẽ uicinũ mœnibus suis: hoc est appoloniatarũ. (Et est bona reciprocatio quia respicit primũ hoc ẽ principale suppositum) nomine Aeantẽ. i. quod flumẽ noĩabať græce αιασ Aeas (quo modo aiax ab illis scribitur & profertur: declinatur huius æantis: suscepto n quod in recto nullis græcis ante s est: sed accipitur interdum ab as. is. us. ut gigãtis. symoentis. opuntis) nõ inquã egerũt pœnitentiã q dixerũt accipimus quod dať. s. auxiliũ: Aeantẽ uidelicet hoc est aiacem. & assignauerũt ei. s. æãti hoc ẽ eius imagini pinde ac duci primũ locũ in acie: eni p qa hostibus supatis. i. cũ hostes

gno sibi constituerunt ducem transgressiq; amnẽ uicerunt. Vt cũ ordine latius aperiã. Ordo autem est. Duo exempla alienigena. i. externa (declinatur itaq; adiectiue alienigenus. a. ũ.) eiusdem generis. i. admirabilis ominis: possunt adici non absurde. i. non impertinenter: nostris. i. romanis exemplis (Simile autem est de Cyrtheo seu Tyrtheo poeta: de quo flaccus in arte post hos insignis homerus Cyrtheusq; &c. ubi rem aperuimus) Samii. i. insulani illi: instincti arrogantia. i. superbia quadam unde contemptus oritur & derisio: prienensibus. i. ciuibus prienes ciuitatis in ionia: implorantibus. i. cum implorarent: hoc est quasi plorando orarent: auxiliuz aduersus carras qui uicini sunt populi: potestq; actũs dici tertiæ: miserunt eis gratia derisus. i. derisionis: p classe & exercitu. i. loco classis & exercitus Sybillam. i. fœminam diuinæ sentẽtiæ ac mentis peritam: hoc est uatem: quæ samia a uarrone & lactantio dicitur: Vnde patet dominicum illud: nullum prophetam acceptũ in patria: quia ut rem uilem miserunt sybillam samii: quam ut preciosam acceperunt prienenses. unde addit: quam. s. sybillam: illi. s. prienenses: interpraetati uelut præsidium datum diuinitus: habuerunt receptam libenter ducem uictoriæ prædictione uera. i. per ueram prædictionem & præmonitionem: fatorum. i. futurorum euentorum prius ignoratorum. nam scientes quid futurum esset & ita quid tentarent & quid uitarent: facile hostem superarunt.

## De apolloniatarum omine. Cap. LVI.

DE. Apolloniatæ quidem pœnitentiã egerunt q cum bello illyrico pressi epidamnios ut sibi opem ferrent orassent: atq; illi flumen uicinum mœnibus suis nomine æantem in adiutoriũ se mittere dixissent: accipimus quod datur responderunt eiq; primum in acie locũ peride ac duci assignauerunt: ex insperato enim superatis hostibus successum suum omini acceptum referentes & tunc æanti ut deo immolauerunt & deinceps omnibus præliis duce uti instituerunt.

essent superati ex insperato. i. pter spẽ: ipsi referentes omini. s. qđ acceperint successũ suũ acceptũ. i. fatẽtes se accepisse ab omine & cã ominis approbati talẽ successũ (Acceptũ. n. ferre cũ datiuo ẽ aĩo iudicare se accepisse qđ addiť ab illo q in dtõ ponit: Vt soli xp̃o genus humanũ salutẽ suã acceptã ferre dẽt) & . i. pariter tũc imolauerũt æanti ut deo: & istituerũt uti deinceps i oĩbus plus æante sup. duce. Quia tñ ueterũ supstitio tenuit fluuiis eiusdẽ nois deos præesse: uñ tyberis & Tiberinus iuocať apud maronẽ: nõ absurdũ forte esset dicere appoloniatas fluminis sui tanq̃ dei imaginẽ & non aiacis sibi ducẽ cõstituisse: sed in priore snia Oliueriũ seqmur Liberum tamen est cum author non discernat utramlibet amplecti.

PRodigiorũ quoq;. Recte inqt oĩbus prodigia subiũgunť: sũt. n. inter se quadã affinitate cõiũcta. & uideť hoc loco cũ Ci. sentire Vale. q a pdicẽdo dcã sunt pdigia: & nõ ut qdã uolũt: a porro & adigendo. nã cũ mõstrum aliquod apparet siue bonũ siue malum prædicat pdigiũ appellať Ci. li. de na. deo. prædictiones & psensiões rerũ futurarum quid aliud declarant: nisi quæ futura sunt hominibus ostendi monstrari portendi prædici: ex quo illa ostenta monstra portenta prodigia dicuntur: ergo plane ostendit a prædicendo dicta esse prodigia.

Prodigia. Anci marci regis ux. hic dissentit a Liuio qui non anci marci: sed prisci tarquinii uxorẽ fuisse dicit: q̃ ut pdigioruz peritissima cognouit Ser. tullũ puerũ dormientẽ cuius caput flãma compulisset clarum aliquando euasurũ: q etiã regiæ maiestati in rebus afflictis

Seruius Tullus

## De prodigiis. Titulus. VI.

## De Seruio Tullo. Cap. LVII.

PRodigiorum quoq; quæ aut aduersa aut secunda acciderunt debita proposito nostro relatio est. Seruio Tullo etiam tum puero dormienti circa caput flãmam emicuisse domestici oculi annotauerunt quod prodigiũ prisci tarquinii regis uxor Tanaquil admirata: Seruium serua natum in modum filii educauit: & ad regium fastigium euexit.

¶ Prodigiorum quoq; &c. Post omina narrat prodigia: inter quae mihi hoc uidetur interesse q omen ē dictum aut factum praesenti quidem negocio subseruiens: sed ab accipiente in rem futuram etiam ualens: ut q Tertia aemilii filia persam perisse dixit ad castelli mortē pertinuit: sed pater ad persae regis exitum cōuertit. Prodigium uero praesenti statui nihil confert sed futurum portendit: unde a pro. i. ante & ago interposito ut saepe fit dicitur eo quod significis rem tam bonam q̄ malam agat antequam eueniat. Vnde insomnia pharaonis ab Iosipo explanata: si facta fuissent ut in somnis apparuerunt prodigia dici potuissent. Sicut flamma e uertice serui tulli emicans non presentem illi gloriam sed futuram indicauit: ad quam allusit Maro aeneid. ii. dicens. Ecce leuis summo de uertice uisus iuli Funderi lumen apex: tactuq; innoxia molli Lambere flamma comas & circum tempora pasci &c. In principio ponit Author ad rerum continuationem proludium dicens. Relatio. i. recitatio & narratio prodigiorum qua acciderunt aut aduersa aut secūda (aliter proponit q̄ exequet: nam prius prospera exequetur) est quoq;. i. etiam debita nostro proposito. i. pertinens ad institutum opus. ¶ Seruio &c. Ponit primum exemplum dicens. Oculi domestici. i. domesticorum familiarum Tanaquilis quae erat uxor Tarquinii prisci (Pro quo quidam hic legerunt ut Oliuerius adnotauit anci regis uxor: sed in exemplo Aldino legitur. prisci Tarquinii regis uxor) annotauerunt: idest obseruauerunt flammam emicuisse Seruio Tullo etiam tum: idest tunc adhuc puerulo: dormienti. s. in regia: emicuisse dicit: circa caput: quod prodigium Tanaquil uxor tarquinii prisci: regis. s. romanorum: mirata. i. admirans aut ubi admirata fuerat educauit Seruium natum serua: idest captiua nobili tamē sanguine: in modum filii. i. perinde ac si fuisset filius: & euexit. s. tali educatione. ad fastigium i. culmen regium: quia ex seruo regem fecit. Vnde Iuuenalis. Seruis regna dabant: captiuis fata triumphos.

succurreret. Itaq; cū quidā familiariū aquā ad extinguēdum incēdiū afferret a regina ꝓhibitum fertur sedatoq; tumultu moueri puerū uetuisse: dōec sua spōte experrectus esset tū; adducto in secretū uiro Tanaql. uides ne tu puerū hunc inqt quē tā humili cultu educamus. Scire licet lumē quondā rebus nostris dubiis futurū praesidiūq; regiae afflictae: proinde materiā ingentis publice priuatimq; decoris omni indulgentia nostra nutriamus: inde puerum liberorum loco coeptum haberi erudiriq; artibus quibus ingenia ad magnae fortūae cultū exercitant. Euenit facile q diis cordi esset: iuuenis euasit uerae indolis regiae nec cū q̄reret gener tarquinio quisq̄ ro. iuuentutis ulla arte ōferri potuit: filiāq; ei rex despōdit. que deide caeso tanaquilis arte & consilio in regnum substitutus fuit. Pli. de uir. illu. Ser. inquit tullus. p. Corniculani & crisiae captiuae filius cū in domo tarquinii prisci educaretur: flammae species caput eius amplexa ē. hinc Vir. sumpsit illud. Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli: Fundere lumen apex: tactuq; innoxia molli Lābere flamma comas: & circum tempora pasci. & reliqua: ad Ascanium. s. referens quod fuit in Ser. tullo. Sunt qui uelint Vulcani filium fuisse. Vnde illud. Nāq; pater Tulli uulcanus Crisia mater. Prae signis facie corniculana fuit: hanc secum Tanaquil sacris de more peractis. Iussit in ornatum fundere uina focū. Hic inter cineres obscoeni forma uirilis: Aut fuit aut uisa est: sed fuit illa magis. Iussa foco captiua sedet conceptus ab illa Seruius a coelo femina gentis habet. Signa dedit genitor tunc cū caput igne corusco Contigit: inq; comis flammeus arsit apex. Serua na. Li. sentit non esse serua natum sed captiua. Dicit. n.

Hic quacunq; de causa tantus honos habitus credere prohibet serua natum eum: paruumq; ipsum seruisse: eorum magis sententiae sum qui corniculo capto Ser. tulli qui princeps in illa urbe fuerat: grauidam uiro occiso uxorem cum inter reliquas captiuas cognita esset ob unicam nobilitatem ab regina ro. prohibitam ferunt seruitio partum romae edidisse prisci tarquinii domo: inde tanto beneficio & inter mulieres familiaritate aucta & puerum, ut in domo a paruo educatum in caritate atq; honore fuisse. fortunam matris q capta patria in hostium manus uenerit: ut serua natus crederetur fecisse: nam omnis captiua serua dicitur.

## De. L. Martio. Cap. LVII.

Aeque foelicis euentus illa flāma quae ex L. Martii ducis duorū exercituum quos interitus publii & Cnei Scipionum in hispania debilitauerat: capite concionantis eluxit. namq; eius aspectu pauidi adhuc milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti octo & triginta hostium milibus caesis: magnoq; numero in potestatem redacto: bina castra punicis opibus referta ceperunt.

¶ Aeque foelicis &c. Affert secundum exemplum superiori multum simile: de quo quia Oliuerius satis ampliter loquitur: colligamus Ordinem qui talis est. Illa flamma quae eluxit capite Lucii Martii ducis duorū exercituū. s. romanorū militātiū in hispania: quos exercitus: interitus. i. interēptio: Publii & Cnei scipionū debilitauerat ī hispania: Lucii dico cōcionātis. i. ad milites cōcionē seu orōnē adhortatoriā habētis: sup. fuit euētus. i. exitus aeq̄ felicis: ac sup. flāma q̄ apparuit in capite Serui tulli: Nāq; milites pauidi: ꝑ pauētes: adhuc. s. ob cladē paulo añ acceptā: admōiti aspectu eius

Aeque foeli. Cum caesis in Hispania duobus Sci. deleti ro. exercitus amissaeq; Hispaniae uiderentur uir unus retinuit easdemq; restituit. erat in exercitu roma. L. Martius septimii filius eques ro. impiger iuuenis: animi & ingenii aliquanto maioris q̄ pro fortuna in qua erat natus. ad summā indolem accesserat. Cn. Scipionis disciplina sub qua per tot annos omnis militiae artem edoctus fuerat: is ex fuga collectis militibus & quibusdā de ꝑsidiis deductis haud cōtēnēdū fecerat exercitū cōiūxerat q; se. T. frōteio. P. Scipiōis legato: sed tātū praestitit eques ro. auctoritate inter milites atq; honore: ut castris circa hiberū cōmunitis eū ducē exercituū comitiis militantibus creauerint. hic igitur in magna rerū difficultate cū ad cōsiliū prima spē temerariū magis q̄ audacē adiecisset aium ut ultro castra hostiū oppugnaret ne subita res & nocturnus terror: nā id ꝓxima nocte facturus uidebat: suae fortūae cōsiliū ꝑturbaret. alloquēdos prius & adhortādos milites ratus aduocata cōciōe orationem habuit: cui concionanti flamam fusā; e capite dicunt sine eius sensu magno pauore circunstantium militum quo prodigio moti alacriori animo eum ducem secuti maiorem hostibus cladem intulerunt q̄ acceperant. nam nocte atq; die bina hostium castra ceperunt: & ad internecionem

L. Martii facinus

hostes prope ceciderunt. hic ergo ultimo iure ultus ē Cn. & P. Scipionum cum maiori parte exercitus cae demq́ues celtiberi transfugientes prodiderant duci bus carthaginensibus Magoni & Gisgoni quam ui ctoriam consecutus est nulla re magis q̄ celeritate. de quo Frontinus li. ii. c. x. L. martius eques ro. qui re liquiis exercitus praefuit cum a propinquo bina ca stra poenorum paucis milibus passuum distarent co hortatus milites proxima castra intempesta nocte adortus est: & cum hostem uictoriae fiducia incom f. flammae: recuperare fortitudinē pristinam. f. quam ante cladeȝ ha buerant: quasi prioris status: cum priscum sit prioris saeculi: cepe runt bina castra. i. duo munimenta exercituum sub dio degentium (Bene dicit bina sine distributione: quia castra in hac significatio ne tantum pluraliter dicimus) referta. i. oppleta opibus punicis. i. carthaginensibus: aut quas adduxerant: aut q̄s coaceruauerant: & hoc octo & triginta milibus hostium caesis. i. occisis: & magno nu mero. f. hostium redacto in potestatem. i. capto. Bene praeponit n. f. norem numerum dicendo octo & triginta &c. positum aggressus ne nuncios quidem cladis reliquisset breuissimo tempore militi ad requiem dato eadem nocte capd famam rei gestae praegressus: altera eorum castra inuasit. ita bis simili usus euētu deletis utrobiqȝ poenis amissas Popu. Roma. Hispanias restituit.

## De lacu albano. Cap. LIX.

Item cum bello acri: & diutino ueiētes a ro. intra moenia compulsi capi nō pos sent: eaq; mora nō minus obsidētibus: q̄ obsessis ītolerabilis uidret exoptatae uictoriae iter miro ꝓdigio dii imortales patefecerūt: subito enī albanus lacus: neq; caelestibus auctus imbribus ne q; inūdatōe ullius amnis adiutus: solitū stagni mo dū excessit cuius rei explorandae gratia legati ad delphicū oraculū missi retulerūt p̄cipi sortibus ut aquā eius lacus emissā p agros diffūderēt. Sic. n. ueios in ptātē po. ro. uenturos qd̄ priusq̄ legati re nūciarēt aruspex ueiētiū a milite nr̄o: qa domesti ci īterpretes decrāt: captus & in castra perlatus fu turum dixerat: ergo senatus duplici praedictione monitus eodem pene tempore & religioni paruit: & hostium urbe potitus est.

Item cum bel. acri. & huius histo. au ctor ē. Li. ab urbe cond. libro. iii. Ci. quo qȝ li. de diuin. Quid q in annalibus inqt hr ibemus ueienti bello cum lacus Alba
Albanus lacus. nus praeter modum excreuisset: ueientem quendā no bilem ad nos profugisse. eumqȝ dixisse ex fatis quae ueientes scripta haberent: ueios capi non posse dum lacus is redundaret: & si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset perniciosum Po. rō. sin autē ita esset eductus ut ad mare peruenire non posset: tū salutare nostris fore: ex quo illa mirabilis a maiori bus nostris aquae albanae facta deductio est. cuȝ au tem ueiētes bello fessi legatos ad senatum misissent: tum ex his quidam dixisse dicitur. non oia illū trans fugam ausum esse senatui dicere in eisdem enim fa tis scriptum ueiētes habere fore ut breui a gallis ro. caperetur: q quidem sexennio post ueios captos fa ctum esse audiuimus. haec Ci. At li. cū prodigiū ape ruisset: ut lacus albanus praeter modū excresceret ita ut per agros diffunderetur: nulla eius inundatiōis cā extrinsecus apparente: non solum ad ro. uenisse quae supra diximus referentem sed delphos quoqȝ oracu lum sciscitatum legatos misisse ro. refert q responsum retulerunt nō prius ueios capi posse q̄ lacus ille per agros unda ꝓflueret: oraculi aūt uerba haec fuere ro mane aquā albanā caue lacu cōtineri: caue in mare manare suo flumine sinas: emissam p agros rigabis dissipatāqȝ riuis extingues tuȝ tu īsiste audax hostiū muris memor: quā p tot annos obsides urbē ex ea ti bi his q̄ nūc pandunt fatis uictoriā datā. Acri Aspe ro & uehemēti. Capi. nō. p. qa moenia essent alta & loco editissimo posita ut nō solū aedificiis sed etiā na tura loci tuta essent. Eaqȝ mo. i. quia nō minus detri menti patiebantur obsidentes q̄ ueientes obsessi. Im
Sortes. bribus. q effusi ībres cecidissent. Sortibus oraculo. nā sortes p oraculis saepissime ponunt: eo q sortes e uase ducerent'. qbus oracula reddebant ad ea de q bus īterrogaret sacerdos. Ami. ra. quia simulauit uel le de priuatis eā ꝓdigiis cōsulere. Domestici. qa ro. adhuc nō habebant aruspicinā. Dupli. p̄. Et q ora culum: delphis p̄dixerat & q aruspex ueiētanus si gnificauerat lacum deriuari per agros.

Itē cū bello. huius quoqȝ ut fere reliquorū exēplorū historia sa tis explicat ab oliuerio: quocirca textū enodabimus cū ordine: qui hic ē. Itē cū ueiētes ppl'i italiae nō sane lōge a roma: quorū urbs ueiorū: cōpulsi a Rōano. f. pplo aut exercitu: bello acri & diuti no intra moenia. f. ueiorū: nō possēt capi: qa se moenibus tuebant: & ea mora uideret ītolerabilis: nō minus obsidētibus. f. Rōanis: q̄ obsessis. f. ueiētibus: dii īmortales (imo p diis habiti maligni spi ritus) patefecerūt iter. i. aditū uictoriae exoptatae. f. a Rōanis ꝓdi gio mire. i. mirādo. Lacus enī albanus excessit subito modū solitū i. mēsurā cōsuetā stagni. i. aluei itra quē stagnare solebat: neqȝ au ctus ībribus caelestibus. i. pluuia uehemēti: ab aere delapsa: nam caelū pro aere nōn nq̄ dicimus: un̄ uolucres caeli. neqȝ adiutus inū datiōe. i. īfluxu ullius amnis: q subito inūdare solet. Cuius rei ex plorādae gratia: legati. f. romāi missi ad oraculū. i. rn̄sū uocale: aut qd orādo ipetrari solebat (un̄ sybilla aenei. vi. īcrepādo: Cessas in uota p̄cesqȝ dux aut aenea? neqȝ enī añ dehiscēt Attonitae ma gna ora domus) retulerūt. i. reportauerūt p rn̄so: p̄cipi sortib'. i. ab rn̄sis dei. vn̄ flaccus in arte: dictae p carmina sortes: ut diffunde rēt p agros aquā eius lacus. f. albani emissā. f. stagno aut alueo suo. Enī p qa: sup. rn̄suȝ ē Veios uēturos sic. i. p tale op9 in ptātē po. ro. qd̄ qd attineret ad Veiorū captionē nemo dicere posset: nisi q futurā urbis captionē daemōes p̄uidētes tali illusiōe supstitionē mortaliū augeri cupiebāt: ut qcqd p̄ciperēt licet nulla cōstrictiō exequerent. Quod. i. quā rē. f. ue ios sic posse capi: priusq̄ legati renūciarēt. f. patribus cōscriptis: Aruspex ueiētū captus a nr̄o. i. rōano milite: & platus in castra. f. ad iudicādū de eo: qa īterpretes. i. expositores ꝓdigiorū: domestici. i. Rōani deerāt: dixerat futurū. Ergo senatus monitus duplici p̄dictione. f. apollinis delphici per legatos: & Aruspicis ueientis. pene eodē tempore &. i. simul paruit re ligiōi. i. mādato religioso deorū: quia aquam diffundēdam curauit: & potitus est urbe hostium: hoc est ueios cepit.

## De Lucio Sylla consule. Cap.LX.

Nec parum prosperi successus est quod se quitur Lucius sylla consul sociali bello: cum in agro nolano ante prætorium im molaret: subito ab una parte aræ plapsam anguẽ prospexit:qua uisa posthumi aruspicis hortatu cõtinuo exercitum in expeditionem eduxit:ac fortissima samnitum castra cepit: quæ uictoria futuræ eius amplissimæ potentiæ gradus & fundamentum extitit.

¶ Nec parum.&c.Ordo est.Nec.i.& non:& sup.prodigiũ quod sequitur est successus non parum.i.multum prosperi.Lucius sylla consul bello sociali.i.cũ latinis qui prius socii fuerant gesto: cum immolaret in agro nolano.i.nolæ urbis ante prætorium.i. tabernaculum prætoris:prospexit anguem.s.fœmellam prolapsam subito ab una parte aræ:qua uisa eduxit continuo exercitum in expeditionem.i.opus bellicum hortatu posthumi aruspicis:ac cepit fortissima castra samnitum quæ uictoria extit gradus & fundamentum eius potentiæ futuræ amplissime.i.medium aut occasio perueniendi ad eam.Notandum est q̃ anguẽ prolapsum dicit de fœminino:sed sexum discernit.

Nec parum pro.hoc fuit sociali bello cuius causa inde nata est:quod drusus tribu.pl. promiserat sociis latini nominis si cum senatu sentirent:eiusq3 partes aduersus equestrem ordinem cũ quo propter iudicia grauiter dissidebat:tuerentur:daturum operam ut in ciuitatem romanam acciperentur:sed occiso paulopost Druso cum præmiũ latinis negaretur irati a societate populi romani defecerunt & romanis bellum indixerunt. Diuersi contra hos missi sunt imperatores. inter quos &.L. Silla q̃ profectus in samnium aduersus nolam primo duxit exercitum.Nolani extra mœnia cum copiis & præsidiis posuerunt castra. Sylla igitur cũ deos de pugna consuleret:anguis subito apparuit.Interrogato aruspice quid anguis ille portenderet: responsum est ut magno animo castra hostium inuaderet: quo facto uictoria potitus est.Sociali.b.quod gestum est cõtra eos qui a societate popu.ro.defecerunt quod alio nomine bellum latinũ uocatur.Futuræ a.p. Nam opes suas hinc sylla cœpit augere: & hac uictoria clarior factus maiora suscipere non dubitauit.

Præci.ad.Li.multa refert apparuisse prodigia: ante gallorum aduentum quæ futurum urbis minarentur excidium: dicit enim eo cælum uisum ardere:terra ingenti cõcussa motu est. Bouem locutam:cui rei priore anno cũ fides non fuerat. creditum est Inter alia prodigia quæ multa fuere:carne pluit:quem imbrem ingens numerus auium uolitando rapuisse fertur:quod intercidit sparsum ita iacuisse aliquot dies:ut nihil odor mutaret. Præcipuæ non solum quæ diximus prodigia admiranda sunt: sed etiam que sequunt.Mugitum in hu.ser.Bos quæ ante mugire consueuerat humanis uerbis locuta est. nam dixisse fertur: caue tibi ro. sed primo creditum non est.secundo uero cum hic idem prodigium enunciatum esset fides haberi cœpta est. Carnis.q.in. m. Li.li.ii.præter hæc inquit relatum est in monumentis inferiore cælo lacte & sanguine pluisse.M. acilio.C. porcio cõ.& sæpe alias carne sicut.L.uolũnio. Ser. sulpitio cons.eamq3 non perputruisse. quod non diripuissent aues.In.mo.ni.nibus uentus cum pluuia: est etiam densitas nubis in tempestate obscura. Præpetes aues sunt quarum uolatu futura prænoscimus hoc est auguria faciunt:dictæ præpetes quasi priora petentes: quia priora petunt uolantes. Nec od. quia nec deformes erant carnes nec tabo & sanie aut alia corruptione fœtentes: non odore non aspectu uariarunt se carnes illæ. sed eundem quoq3 uigorem retinuerunt quem prius habuere & odorem. Li. secundi bel. pu. li.i. Romæ inquit circa urbem multa ea hyeme prodigia facta & cetera.Semestrem sex mensium: ideo autem dixit semestrem quia potuisset esse infans loquens sine admiratione ut in bimatu & infra. sed semestris loqui sine miraculo non potest.In.f.b.Li.dicit in foro olitorio. Locutum: clamasse io triumphe. Elephantino.ca. sine dubio hoc abominandum fuit.Lapi.plu. dicimus lapides & lapidibus.Virgil. qui nocturnas facit excubias. Sanguinem su.significat laborem bellicum:qui postea secutus est.Cruentas spicas. hoc ab antio ciuitate uolscorum nunciatum est. In corbem secundum uetustũ more3 locutus.Caue ti.roma.hoc dicit Li.fuisse bello macedonico.Cætere.Li.hoc idem scribit.

## De Caio Volũnio & Seruio sulpi. Cap.LXI.

Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia quæ.C. Volumnio & Seruio sulpitõ cõsu. in urbe nr̃a iter initia motusq; bellorum accidere. Bos namq; mugitu suo in sermonem humanum conuerso: nouitate monstri audiẽtium animos exterruit. Carnis quoq; in modum nimbi dissipatæ partes ceciderũt:quarum maiorẽ numerum præpetes diripuere aues: reliquum humi per aliquot dies neq; odore tetro neq; deformi aspectu mutatum iacuit. Nimbus

¶ Præcipue admirationis &c.Ordo est.Illa prodigia quæ acciderunt in urbe nostra hoc est romana:inter initia & motus belloru3: hoc est inter initia motuum bellorum:aut inter initia quia iam decreta erant bella:& motus:quia nondum quicq̃ motum erat: Caio uolũnio & Seruio Sulpitio consulibus.i. dum illi erant designati consules:sup.sunt etiam admirationi præcipuæ:idest singularis. Namq3 bos.s.fœmella: hoc est uacca:ut omnes interpretantur: mugitu suo.i.sibi naturali:conuerso in sermonem humanum quia locuta est: exterruit animos audientium nouitate monstri.i. inauditi prodigii.Partes quoq3 carnis dissipatæ ceciderunt in morem nimbi:idest densi imbris.Quarum.s.partium carnis: maiorem numerum aues præpetes:idest festinæ & priusquam caderent eas petentes: aut ad auguria aptæ:diripuere more uidelicet hirundinum reliquum.s.partium carnis.i. quod relictum erat & non direptum ab auibus:iacuit humi.i.super terram per aliquot dies:neq3 mutatum tetro odore quia non contraxit fœtorem:neq3 mutatum deformi aspectu:quia quod putrefactum est & odore & aspectu deformæ est: caro autem illa nequaquam unde concluditur non fuisse corruptam.

Eiusdem. Paucis recitat complura prodigia non minus stupenda dicens Monstra.i. prodigia eiusdem generis: credita sunt alio.i.diuerso aut uario tumultu.s.bellico: uidelicet puerum infantem semestrem.i.sex menses natum: proclamasse in foro boario: quod rome est: triumphum.i.clamando io triumphe denunciasse futurum triumphum: & creditum est alium.s.infantem natum cum capite elephantino: & creditum est: lapides pluisse.i.in morem pluuiae decidisse: in piceno sup.agro: & creditum est. lupum abstulisse uigili: forte tamen non uigilanti: gladium e uagina in gallia. Et duo scuta sudasse.i. sudantium modo emisisse sanguinem: in sicilia. Etiam sup. creditum est spicas cruentas.i.cruore perfusas decidisse metentibus.i.iis qui metebant: in corbem.i.uas uimineum in quod colliguntur spicae dum intensius ē cauma. Aquas cerites.in cerete oppido fluxisse mixtas sanguine. Constitit.i.pro manifesto tentum est: etiam bello punico.i.carthaginensi secundo: Bouem dixisse Cneo domitio. O roma caue tibi.

Caius autem flamini. Li.de.ii.bel.pu. Cice.de di. quid bello inquit punico.ii. nonne. C. flamin. consul. signa neglexit rerum futurarum magna cum clade rei pu. qui exercitu lustrato cum aretium uersus castra mouisset: & contra Hannibalem legiones duceret: & ipse & equus ante signum Iouis statoris sine causa repente cecidit nec eam rem habuit religiōi obiecto signo ut peritis uidebatur ne committeret praelium. Idem cum tripudio auspicaretur pullarius diem praelii committendi differebat tum flaminius ex eo quaesiuit si nec postea quidem pulli pascerentur quid faciendum esset censeret cum ille quiescendum esse respondisset Flaminius praeclara inquit auspicia si esurientibus pullis res geri potuisset saturis nihil gereretur. Itaq3 signa conuelli & sequi iussit quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset loco mouere nec qcq̄ ꝓficerent plures cum accederent. Flam. nunciata suo more neglexit: itaq3 tribus oris concisus exercitus atq3 ipse interfectus est. Inauspicato. aduerbialiter dictum est ut fallo consulto praecario auspicato tes. prisciano. La cum. t. perusinum lacum qui nomen accepit a menio monte. Conuelli s.in terra semper signa defigebant Lapso. l. i. Fla. cum ocius conuelli signa iuberet: & ipse in equum insiluisset: equus repente corruit: consulemq3 lapsum supra caput effudit. Verum. h. t. sed utinam temeritatis huius poene in caput suum redundasset nō enī respu. tantū detrimēti passa fuisset. Ad funerādū: ad funus faciēdū ut sepulturae mandaret.

Laminii autem prae. non minus obstinatus fuit. Hosti. ut aduersus deorum uoluntatem bellum susciperet cum numantinis: nam hic fuit bello numātino sicut suo loco dicemus: nā lanuui deos cōsulēti cū esca pull' in cauea eēt obiecta. illi stati esca neglecta i ꝓximū lucū ꝓfugerūt: quo ꝓdigio nihil territus cū in ꝓuiciā ꝓficiscēs classē e portu her. solueret: uocē audiuit dicētē. Mācine mane: deide cū genuā reuersus eēt uidit serpētē imēsae magnitudinis tñ his tot ꝓdigiis nihil ille motus pgit ire in ꝓuiciā ubi demū ꝓdigia cladibus adaequauit. nā cū igēti strage uictus est ab hostibus deinde foedus turpiter cum hostibus iniuit: postremo traditus est a senatu hostibus ad supplicium Vesana non sana. i.

De diuersis prodigiis. Cap. LXII.

Eiusdē generis mōstra alio tumultu credita sūt: puerū īfātē semestrē foro boario triūphū ꝓclamasse: aliū cū elephātino capite natū. In piceno lapides pluisse. In gallia lupū uigili e uagina gladium abstulisse. In sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Etiā metētibus cruentas spicas in corbem decidisse. Caerites aquas sanguine mixtas fluxisse: bello ēt punico secundo constitit. Cn. domitio bouem dixisse: caue tibi roma.

De. C. flaminii prodigiis. Cap. LXIII.

Caius aūt flami. inauspicato cōsul creatus quū apud lacū trasimenū cū hānibale cōflicturus cōuelli signa iussisset: lapso equo sup caput eius humi ꝓstratus est: nihilq3 eo ꝓdigio inhibitus signiferis signa moueri sua sede posse negātibus malū ni cōtinuo ea effodissēt: minatus ē. Verum huius temeritatis utinā sua tantū non ēt po. ro. maxima clade poenas pepēdisset. In ea nāq3 acie. xv. milia roma. caesa. vi. milia capta xx. milia fugata sūt. Cōsulis obtruncati corpus ad funerandum ab hannibale quaesitum est: qui quantum in ipso fuerat ro. sepelierat imperium.

Caius aūt. flaminius creatus cōsul inauspicato.i.ñ captis auspiciis: aut infoeliciter: cū cōflicturus.i.mānus cōserturus: cū Hānibale carthagineñ. duce: apud lacū trāsimenū.i. ꝑusinū a uicino mōte dictū: iussisset signa.i.uexilla hastis iposita: cōuelli.i.terra extrahi & moueri: ꝓstratus ē humi.i.i terrā: equo lapso sup caput eius: & ipe nihil ihibitus.i.retractus ab icepto l3 ihiberet: eo ꝓdigio.i.ostēto futuri cāus: signiferis negātibus.i.cū isuper signiferi negarēt signa posse moueri sua sede.i.a terra cui inherebāt: miatus est sup. signiferis malū.i.uerbera aut necē: nisi effodissent ea.s. signa cōtinuo. Verū.i.sed: utinam ipe. C. flaminius pepēdisset.i. persoluisset: poenas.i.multā huius temeritatis. tātū.i.dūtaxat sua clade: & non ēt maxima clade populi Romani. quod tamen non fecit. Nāq3 pro qa. quindeci milia Romanorū sunt caesa in ea acie. vi. milia Romanorū sunt capta: & uiginti milia sunt fugata.i. in fugā uersa. unde colligit. xli. milia in eo praelio cōtra hānibalē stetisse. Corpus consulis.s.C. flaminii: obtruncati.i.cui caput erat ablatum quaesitū est ab hānibale hoc est iussu hannibalis: ad funerandum i.funus faciendum ad sepulturam pertinens: qui.s.consul quātum fuerat: in ipso: sepelierat sup. secum: imperium Romanū: qa nisi dii ꝓspexissēt actū fuisset de imperio Romano. Posset etiam dici: qui.s. hannibal: quantum in ipo fuit sepelierat cum cōsule imperium Romanum quia nisi fata restitissent: potuisset iperiū Romanum extinxisse. Verum quia haec dicit author ad reprachensionem temeritatis cōsulis: sequar priorem expositionem.

De. C. Hostili. Mancinii ꝓd. Ca. LXIIII.

Laminii autem praecipitem audaciam. C. hostilius mancinus uesana ꝑseuerātia sub

sequitur:cui cōsuli in hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt. quum lanuuii sacrificium facere uellet:pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt summaq; diligentia quæsiti reperiri nequiuerunt:quumq; ab herculis portu: quo pedibus puenerat:nauē cōscēderet talis uox sine ullo auctore ad aures eius puenit. Mancine mane. Qua territus quum itinere cōuerso. Genuam petisset:& ibi scapham fuisset ingressus anguis eximiæ magnitudinis uisus e conspectu abiit. Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquauit:infœlici pugna:turpi fœdere:deditione funesta.

stulta. In hi.quia duxit exercitum contra numantinos.Pulli e ca.romāi moris fuit &c.Ser.q in comitiis agēdis & bellis gerēdis pullaria captarent auguria. Portu.h.uidelicet de liguria ubi portus est herculis monœci:nam componitur ex μονοσ quod est solus & οικοσ domus.&c.Ser.ideo putant herc. sic dictum ul'q pulsis omnibus illic solus habitauit:uel q in eius templo nunq̄ deorum quispiam simul colitur sicut in templo Iouis colitur minerua.& Iuno in templo Veneris cupido Stra.de lig.loquens ait. Monœcus præterea portus statio quædam est non magnarum non multarum capax nauium templum habens hercu.cognomento monœci:quoniam is in eo habitat solus Infœlici pugna. Quia uictus est cum ingenti multitudine a paucis;nā fuere.xxx. milia ro. a.iiii.milibus numantinorum superata. Turpi fœ. Quia se in hostiū ptātē dedidit:& iniussu po.ro. fœdus iniquis conditionibus fecit cum numantinis.Deditione funesta:quia senatus cēsuit ut hostibus traderetur:& populus romanus religione solueretur. Her.monœcus

¶Flaminii autem &c.Affert simile exemplum contemptorum prodigiorum in.C.hostilio dicens.Aut pro sed:Caius Hostilius Mancinus:subsequitur id est imitatur perseuerantia id est pertinacia sua sup.uesana.i.multum insana.Legi posset etiam sic.perseuerantia uesana Caii hostilii mancini subsequatur.præcipitem.i.temerariam audaciam flaminii:cui.s. Caio hostilio consuli:ituro.i.cum uellet ire i hispaniā:hæc prodigia que sequuntur acciderunt.Cum uellet facere lanuuii in eo oppido italiæ sacrificium:pulli emissi cauea ut.s.pascerent & ex pastu futura pullarius diiudicaret:fugerunt in syluam proximā:& quæsiti sup.cum summa diligentia:nequiuerant reperiri: & cum cōscenderet nauem a portu herculis.s. monœci:quo.i.ad quem:puenerat pedibus:uox talis qualis seqtur peruenit ad aures eius sine ullo authore. Mancīe mane. qua.s.uoce territus:cum itinere cōuerso:petisset Genuam urbem liguriæ præcipuam:& esset ibi ingressus scapham.i. nauiculam:anguis eximiæ magnitudinis uisus.i.postq̄ apparuerat:abiit e cōspectu ergo quia ea tria prodigia contempsit ipse æquauit numerum prodigiorum numero(ablatiuus est)calamitatum:uidelicet infœlici pugna quam fuga pullorum significauit turpi fœdere iniquis conditionibus cum Numantinis icto quod uox ruinata est:& deditione funesta: quia eius funeris.i.mortis causa.Senatus enim censuit ut hostibus traderetur & fœdus irritum fieret: quam quidem deditionem anguis qui forte genium eius se simulabat:euanescendo portendit. Ascen.

Aliud de Tito Graccho. Ca.LXV.

Minus miram in homine parum consyderato temeritatem Titi Gracchi grauissimi ciuis exitus tristis & prodigio denunciatus nec euitatus consilio facit.Consul enim cū in lucanis sacrificasset angues duo ex occulto prolapsi repente hostiæ quam immolauerat adeso iecinore in easdem latebras se retulerunt:ob id deinde factum instaurato sacrificio idem prodigii euenit:tertia quoq; cæsa uictima diligentiusq; asseruatis extis neq; elapsus serpentum arceri neq; fuga impediri potuit:quod quāuis aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixissent: gracchus tamen non cauit ne perfidi hospitis sui flauii insidiis in eum locum deductus in quo pœnorum dux mago cum armata manu deliuterat:inermis occideretur.

¶Minus &c.Ordo est.Exitus Titi(nō tiberii)gracchi ciuis grauissimi:tristis.i.dolorosus:& denunciatus prodigio quod ante eū

Minus mi.Titus gra.prouinciam lucaniam tenebat proconsul bello pu.secundo in qua sacrificanti triste prodigium apparuit:nam ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto prolapsi edere iecur:conspectiq; repente ex oculis abierunt:id cum aruspicum monitu sacrificium instaurraretur atq; intentius exta reserata seruarentur:iteruz ac tertio tradunt libato iecinore in tactos angues abiisse:cum aruspices ad imperatorem id pertinere pdigiū præmonuissent & ab occultis cauendum hominibus consultum esset:nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit:naz hospitis dolo præcipitatus i insidias cum paucis occiditur:hospes autem fuit flauius lucanus caput eius partis que cum ro.stabat.nā lucanorum pars ad hannibalem defecerat:is mutata uoluntate locum gratiæ querens apud pœnum neq; transire neq; trahere ad defectionē lucanos satis habuit:nisi imperatoris ro.& eiusdem hospitis proditi capite & sanguīe fœdus cum hostibus sanxisset.Cōuenit enim cum magone car.duce:ut si ro.tradidisset imperatorem liberi cum suis legibus in amicitiam lucani uenirent cuius rei data acceptaq; fide gracchū inuitat ad reliquam lucaniæ partem in ditionem accipiendam quam a pœnis defecturam pollicebatur: si modo imperatorem ro.uidissent. nam antea partem maximam ceperat.Grac.igitur uerbis hospitis fraudem abesse credens cum lictoribus & turba equituz e castris profectus duce hospite in insidias precipitauit.Minus mi.nam in quo uir clarissimus peccat si in eodem leuior peccauerit minus erit mirandum. Te Valerius maximus.

pteritatem:temeritas dicitur cum aliquid sine consilio & cogitatione facimus:consilium uero est aliquid faciendi aut nõ faciendi excogitata ratio. dicit ergo cũ prodigium: tristis exitus denunciatum esset Ti.grac. nec illud consilio etiã usus uitare potuerit: minus mirandum uidetur de temeritate mancini:quia & ipsũ pariter fata traxerunt. Angues duo ex oc. pro adeso iecore in easdem latebras se cõtulere. Multa prodigiũ faciunt:nam anguis ẽ subdolum & callidum animal quod significat hostes futuros callidos & astutos:iecur preterea membrum uitale est:quod mortem consuli prædicebat q in latebras se contulerit significabat fore ut in insidiis hostes delitescerent. Ex oc.quia nesciebant:unde se proriperent. Iecore:iecoris. & iecinoris dicitur teste Pri. Idem pro. Quia cum renouasset sacrificiũ reuersus anguis ille iecoris parte abesa se ab oculis hominum proripuit. Extis as. diligenter custoditis ne diriperentur:exta dicuntur intestina ab extando.i.eminendo.sunt enim partes que intra corpus eminentiores sunt:sicut iecur cor pulmo: splen. Cauit:preuidit. Ne per ho.cum apud maiores iura hospitii sancta & inuiolata fuissent. Vir. Iuppiter hospitibus:nam te dare iura loquuntur. perfidus autem dicitur qui fidem uiolat. Insi. utpote qui proficisceretur in pacatos. huius. Ti.ossa ro.deportanda dedit hannibal militibus ro.ut uidebimus i ca.de humanitate.

Et consulatus col. Consules in apulia. Qu. Crispus & M. Mar. hannibali se opposuerant:cum copiis bel.punico.ii.tumulus erat [illegible] inter punica & ro.castra a neutris primo occupatus:quia ro.qualis esset pars eius que uergeret ad hostium castra iguerabant:quem hannibal insidiis captandis aptiorem esse crediderat: itaq3 nocte ad id missas aliquod numidarum turmas medio in saltu condiderat:romanos occupandi loci cupiditas incessit:ne si occupatus ab hannibale foret in ceruicibus haberent hostem:itaq3 consules cum paucis equitibus exploratum profecti in insidias precipitantur:ubi Marcel. pugnãdo fortiter cecidit. Crispus grauiter saucius euasit:immolasse eo die quidam prodidere memoriæ consulem Marcel. & prima hostia cæsa iecur sine capite inuentum. In secunda omnia comparuisse que assolent:auctum etiam uisum in capite: nec id sane aruspici placuisse q secunsum trunca & turpia exta nimis læta apparuissent. M. quis admonitus esset ne quid temere ageret: tamen ducentibus fatis id consilio uitare non potuit. Colle. Ti. gra. & Mar. collegæ fuerant in consulatu. Erro. so. quia uterq3 insidias temere precipitauit. Par. g. m. quia uterq3 fuit isidiis oppressus. Is ca. sy. quia syracusas diu obsessas tandem cepit ubi Archimenides ingenti arte diu classe roma. cluserat Hannibal cor. Mar. primus fuit qui ad nolam hannibalem uinci posse docuit: & cũ3 exercitu deleri. hic quoq3 fuit ex. iii. unus qui spolia opima ioui feretrio consecrauit caeso Viredomaro

Hostia gal. rege Prima hosti. Hostia immolabatur anteq̃ ad

Victima hostes proficiscerentur. Victima:post partam uictoriam cum diis gratias agerent dicta uictima q uicti sint hostes. Capi. principio. Tri. mœsto: quia uidebat periculum ducibus imminere. Temere: incomsulte. Hannibal Marcelli corpus sepeliendũ curauit.

euenerat:facit temeritatem in homine parum considerato idest parum prouidenti & futura non satis consideranti : minus miram : quia minus mirandum est quod homo inconsyderatus per temeritatem tristẽ habuerit exitũ:q̃ q ciuis grauissimus nequerit prodigii tristis exitum uitare. Enim pro qa: Is se Titus gracchus consul cum sacrificasset:ad inquirendum exitum belli per exta:in lucanis.s.campis angues duo prolapsi repente ex occulto: retulerũt se repente in latebras easdem unde.s.prolapsi accesserant & hoc iocinore.i.iecore hostiæ quam grac.immolauerat adeso.i.absumpto. deinde sacrificio instaura.i.in statum priorem innouato: ob id factum:q anguis iecur ederat:idem prodigii euenit : quia iterum absumptum est iecur hostiæ ab illis: Tertia quoq3.s. etiam tertia uictima cæsa: & extis asseruatis.s.a sacrificulis:diligentius.s. quã prius aut multũ diligẽter:neq3 elapsus serpẽtũ neq3 fuga serpẽtũ potuit ĩpediri qn.s.iecur ederet & aufugerent:qd.s.prodigiũ q̃uis aruspices.i.qui Haram inspectabant & inde iudicabant dixissent pertinere ad salutem imperatoris ( quod Virgi. æne. v. in ænea imitatus est ) & ita non fuit temeritas in eo:tamen gracchus imperator non cauit.i.non cauit:ne deductus insidiis flaui hospitis sui perfidi:in eum locum in quo mago dux pœnorum delituerat cum armata manu.i.exercitu armato:occideretur.s.ab eo inermis.

## De Marco Marcello. Cap. LXVI.

Et consulatus collegium:& erroris societas & per genus mortis a Tito graccho ad Marcelli memoriam me trahit. Is enĩ captarum syracusarum & Hannibalis ante nolana mœnia a se primum fugere coacti gloria inflãmatus cum summo studio niteretur ut pœnorum exercitum aut in italia prosterneret aut italia pelleret solemniq; sacrificio uolũtates deorum exploraret:quæ prima hostia ante foculum decidit:eius iecur sine capite inuentum est proxima iocinoris duplex caput habuit:quibus inspectis aruspex tristi uultu non placere sibi exta quia prima trũca secunda nimis læta apparuissent:respõdit. Ita monitus. M. Marcellus neq d temere cõnaretur in sequẽti nocte speculãdi gratia cum paucis egredi ausus a multitudine hostium in brutiis circũuẽtus æque magnum dolorem ac detrimentum patriæ interitu suo attulit.

¶ Et consulatus &c. Transit apte ad narrationem de Marcello dicens. Et id est simul collegium consulatus:quia simul consulatum gesserunt: & societas.i.paritas erroris.s.in spe de prodigii exitu : & par.i.simile genus mortis:trahit me a Tito Graccho.i.a narratione exitus eius:ad memoriam Marcelli. Is enim inflammatus gloria syracusarum.urbis insicilia opulentissimæ:captarum.s.a se & hannibalis coacti fugere primum a se.s.Marcello:ante mœnia nolana:cum niteretur summo studio ut aut prosterneret exercitum pœnorum in italia:aut pelleret italia: & exploraret.i.exquireret uolũtates deorum:sacrificio solemni:eius sup.hostiæ:quæ hostia decedit prima ante foculũ:ubi asseruabatur ignis ad sacrificii usum: iecur est inuentum sine capite.i.prima & eminentissima parte:proxima sup.hostia habuit duplex caput iocinoris : ( Sic

antiquis declinabatur secur:nam illis rectus erat locinor:sicut id/ex uindelicenis )quibus inspectis aruspex tristi uultu.i.habēs tristem uultū:respondit exta non placere sibi id est non portēdere lætum exitum:quia prima apparuissent trunca id est diminuta ablato iecoris capite:& secunda minus læta:quia duplicato capite: & ita Marcus Marcellus monitus ne quid conaretur temere: ausus egredi cum paucis nocte insequenti gratia speculandi: circumuentus in Brutiis a multitudine hostium:attulit interitu suo patriæ.i. romanæ æque magnum dolorem ac detrimentum.i.damnum.

## De octauio consule. Ca.LXVI.

Iam Octauius consul dirum omen quē admodum timuit:ita uitare nō potuit:e simulacro enim Apollinis p se abrupto capite:& ita infixo humi ut euelli nequiret:armis a collega suo cinna dissidēs:presumpsit animo ea re significari exitum suum:in quem metus augurii tristi fine uitę incidit:ac tum demum immobile dei caput terra refigi potuit.

¶ Iam Octauius.Ordo est. Iam quæ uox continuatiua hic est. Octauius consul non ille qui augustus postea dictus est: sed collega Cinnæ in consolatu:quemadmodum timuit dirum omen.i.ostētum & prodigium:ita non potuit uitare.Enim pro quia:capite abrupto per se:quasi nesciebatur facti author alius q deus ipse:e simulacro apollinis.(Ergo & ipsi credebant non simulachrum esse apollinem sed apollinis tabernaculum quin etiam multi solem.lunam.hesperum &c.non apollinem.dianam.uenerem.&c. sed eorum faces aut sedes esse censebant,)& capite infixo humi in quam ceciderat:ita.i. tam firmiter :ut nequiret euelli : Diffidens armis a collega suo Cinna nomine:præsumpsit.i.ante euentum sumpsit & iudicauit animo:exitum suum significari ea re : hoc est se qui caput bonorum esset caput amissurum:in quem scilicet exitum: metus augurii:incidit tristi fine uitæ:quia reuera obtruncatus est : & caput eius ludibrio habitum:ac caput dei : hoc est simulacri dei apollinis immobile.s.prius:potuit tum demum refigi.i.euelli terra. Refigi & figi contraria sunt.

## De Marco Crasso. Ca.LXVII.

Non finit nos.M.Crassus inter grauissimas ro.īperii iacturas numerandus hoc loco de se silētium agere plurimis & euidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus.Ducturo enim a Carris aduersus parthos exercitum:pullum ei traditum est paludamētum:quum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret:mœsti & taciti milites ad principia cōuenerunt:qui uetere instituto cum clamore alacri accurrere debebant:aquilarum altera uix conuelli a primipilo potuit:altera ægerrime extracta in contrariam ac ferebatur partem seipsam cōuertit.magna hæc prodigia.sed & illæ clades aliquanto maiores tot pulcherrimarum legionum i

Iam Octauius cos.Octauius & cinna cōsules fuerunt.Sed cinna consulatum tanq tyrannidem exercens sæuiebat in ciues & legem ferre uolebat de reuocandis:quos senatus hostes iudicauerat:& hoc modo tyrannidem affectabat.Octauius uero huic aduersabatur:& eius conatibus summa ope resistebat.igitur cum inter se tantopere dissentirent & Octauium pars melior ciuitatis sequeretur: ex urbe pellitur cinna : quo eiecto Cor.merulam in eius locum substituere patres:Eadem tempestate marius e ciuitate pulsus a sylla in hispania ingentes copias comparauerat:qui ut Cinna audiuit eiectum ex urbe ad eum statim legatos de coniungendis exercitibus misit:cinna id se facturum libenter respondit: ad hæc uelle se marium legionibus præesse:utpote q belli dux peritissimus esset.marius negat se priuatum consuli preterq oportere.Cæterum nihil quod ad pristinam dignitatem recuperandam pertineat prætermissurum:igitur in Italiam traductis copiis quas in hispania contraxerat:marius cinna coniungunt exercitum ad urbem ducunt:sed primo hostia:quæ octo milibus passuum distat ab urbe:post aucinarum capiunt:postremo exercitum ad urbem ducunt Cinna octauium pro tribunali sedentem obtruncat : caput eius rostris affigit:multi & alii nobilissimi ciues cæduntur:inter quos &.M.An.orator cuius caput diu manibus pertractatum marius mensæ apposuit : & cum aliis postea rostris affixit.Quemadmodum: iungitur cum superiori.Marcellus quidem non timuit octauius uero timuit:sed uitare non potuit.Præsumpsit:præsagiuit animo.Tristi fine:quia occisus est a cinna & eius caput rostris affixum. M.Antonii cædes

Non finit.cum tres romani principes quadam inter se conspiratione conuenissent ut conflatis opibus rempublicam pro sua uoluntate uexarent prouincias inter se partiti sunt:ita ut galliā Cæsar Italiam Pompeius parthiam Crassus obtineret.Sed parthia prouincia facta est nulla intercedente belli causa.neq3 enim parthi populum ro.ulla iniuria lacessiuerant:uerum quia Cras.audierat.Arsacidē: uel ut alii dicunt.Orodem parthorum regem auri & argenti locupletissimum esse:inhians eius opibus: si prius agere nequiuit cū Cæsare atq3 pompeio q̄ obtinuit ut ea sibi prouincia decerneretur sperans inde se locupletem rediturum magis q̄ gloriosum . constat enim Crassum ciuem fuisse auarissimum Ci.li.iii.de fi.bo.& ma.Rectius inquit diues q̄ crassus qui nisi eguisset nunq̄ eufratem nulla belli causa transire uoluisset.Sed res ipsi præter spem & opinionem euenit cum enim in parthiam duxisset exercitum infeliciter pugnans obtruncatur:& obtruncati caput regi offertur quod habuit ille ludibrio:nam ferunt aurum liquidum cum hac exprobratione infudisse: aurum sitisti aurum bibe:utpote qui semper diuitiarum studiosissimus fuisset:ita ut diuitis cognomen acciperet : unde Flo.caput inquit crassi recisum cum dextera manu ad regem deportatum.Ludibrio fuit : neq3 indigne.aurum enim liquidum in rictum oris infusum ē: ut cuius animus arserat auri cupiditate eius ēt mortuum & exangue corpus auro ureretur.alii tamen dicunt:quod ueritati magis accedit:parthorum regem edixisse quicunq3 caput ad se crassi detulisset ei se tantūdem auri repensaturum ut ex eo calliditate ige Crassi auaritia

Valerius maximus.

mi mi item usum exhcuato cranio plumbum liquidū
instillasse: & hanc calliditatē regē pbasse: quod ue-
ro ad rem pertinet huic aduersus hostes exercitū du
centi multa apparuere prodigia: quibus poterat ab
incepto deterreri: si mens non leua fuisset: uel fata po
tius ro. tulissent. nam proditur memoriæ. xi. legiões
ro. i ea pugna fuisse deletas Inter gratissimas Quia
ut dixi. xi. legiones amisere ro. A carris de quibus su
Pullus pra satis dictum est. Pullum id est nigrum & atrum
nam pullus. la. lum. dicitur niger. a. um. Vir. R eiice ne
maculis infuscet uellera pullis. Iu. Pullati proceres:
hoc est atra ueste. Paludamentum: uestis imperato-
ria. Ad prin. principes appellantur qui in secūda acie
locantur: nam cum uelites primi ita leuiter prælium
principia committaut ut qui primum hosti cedant. eorum cum
hoste congressus dignus non esse uidetur quæ pu-
gna appelletur: unde principia hoc ē principes subse
quente: insignes armis uiribusq3 ferocius pugnant:
hiq3 primam pugnam cōmittere dicuntur: ergo ad
principia hoc est ad primam aciem; quæ post uelites
& ferentarios remanet eo q ipsi pugnam reuera in-
cipiant: nam uelitum præludium magis q̄ pugna esse
uidebatur. Teren. ego uero post principia omnibus
signa dabo: secunda acies erat principum siue hasta
torum: tertia subsidiariorum. Altera. a. Vexillorū na3
Signaro: uexilla ro. depictam aquilam habebant. Lu. Signa
Aquilæ pars aquilas & pila minantia pilis. item alibi: & no
tæ fulserunt aquilæ romanaq3 signa. Optime i Qu.
L. Cras. dicebatur: hic bello gallico sub cæsare mili
tans multa facinora uirtutis ediderat: & cum pater in
hanc expeditionem proficisceretur eum a militia cæ
saris exciuit cum ægre cæsar illum dimitteret quem
ante conspectum patris cæsum fuisse constat. Tot. s.
quia signa militaria in potestatem hostium uenere q̄
deinde Aug. imperāte recepta sunt. Strues: cumulos
aceruos. Vellem: uellem inquit Va. hanc cladem pla
cidius dicere posse: sed omissis gratiosis uerbis cogor
uera fateri. sed relatu. s. loquor. Sic deorum quia dii
ubi nobis ostenderunt signa quibus quod gesturi su
mus sibi non placere significant: irascuntur si contra
eorum uoluntatem fecerimus. Excandescunt irascun
tur effectu non passione. Excandescere est ignescere
sicut ignis: igitur comparatur. Preferunt quia consilia
humana admonitionibus deorum anteponunt.

CNeum pompeium. Multa prodigia superio
res admonuere duces. Sed non pauciora pō
peium a suscipienda cum cæsare pugna auer
tebant: si modo fata tulissent Vltimam fortunam qa
de summa rerū pugna ista fuit ubi cu3 uniuerso exer
citu fortunam belli expertus est. Contenderet: enitere
tur. Aduersa ag. Luca. Inq3 oculis hominum frege-
runt fulmina nubes. Examinibus apū. Luc. Nec non
innumero cooperta examine signa. quod prodigium
significabat multitudinem nocituram esse pompeio
Vnde Vegetius de re mili. Nil magis obfuit pōpeio
q̄ exercitus numerosa copia: quod etiam sensisse fer-
tur. Dixit enim nihil aliud portendere apes q̄ nume-
rosam militum copiam. Nocturnis constat flammaz
quandam clarissimam in castris pompeii emicuisse i
cæsaris castra uergentem: quæ significabat magnam
pompeii gloriam ad cæsarem trāsituram ex eoq3 ter
rorem iniectum uniuerso exercitui: qui & aliis uisis
monstris territus est. Lu. Hinc trepido concussa tu-

teritus: tam multa signa hostilibus intercepta ma-
nibus: tātum Ro. militiæ decus barbarorum obtri
tum equitatu. optimæ indolis filii cruore paterni
respersi oculi corpus imperatoris inter promiscu-
as cadauerum strues auium ferarumq; laniati-
bus obiectum. Vellem quidem placidius sed re-
latu uerum est: sic deorum spreti præmonitus ex-
candescunt: sic humana consilia castigantur: ubi se
cælestibus preferunt.

¶ Non finit &c. Pulchre transit ad Marci Crassi exitū tristi prodi
gio significatū dicens. Marcus Crassus numerandus inter grauissi
mas iacturas iperii romani qa cū eo plurimi extincti sunt: & pau
lo post resp. oppressa est: nō finit. i. nō patit: nos agere silentiū. i. nos
silere de se hoc loco: utpote pulsatus. i. grauiter admonitus ut qué
pulsando monemus: plurimis & euidentissimis ictibus. i. pulsatio
nibus: monstro3. i. prodigio3 aduerso3: añ tantā ruinā. i. priusq̄
resp. tantā faceret iacturā. enim p qa paludamētū. i. indumētū im
peratoriū pullū. i. nigrū & funebris coloris: traditu3 est ei ducturo
exercitū a carris urbe medo3 aduersus parthos: cū paludamentū
albū aut purpureū soleret dari exeūtibus in præliū. Itē milites cō
uenerūt ad principia quæ archiua uulgo uacant: aut ad secūda in
aciebus loca: mœsti & taciti: q debebant accurrere instituto. i. mo
re uetere cum clamore alacri. i. alacriter clamantes. Præterea alte
ra aquilarū (nā duæ erāt Romāis pro signis) uix. i. cū summa dif
ficultate potuit cōuelli. i. terra extrahi: a primipilo. i. prio uexillife
ro: altera. s. aqlarū. i. reliqua extracta ægerrime. i. cū summo labo
re conuertit seipsam in ptē cōtrariā ac. i. q̄ ferebaf. Hæc prodigia
sup. sunt aut fuerūt magna: sed illæ clades q̄s Crasso duce resp. ac
cepit: sup. fuerunt: &. i. etiā maiores aliquanto. utpote interitus tot
pulcherrimarū legionū. s. romana3: tā multa signa. i. uexilla mili-
taria (præter eni aqlas duas erāt q̄ plurima alia signa) intercepta
manibus hostilibus: sunt tñ postea ab augusto recepta: & tantum
decus militiæ romanæ obtritū. i. in terrā cōculcatū: eqtatu barba
ro3: Oculi paterni. i. ipsius Crassi patris: respsi: cruore filii. s. Iunio
ris crassi: optimæ indolis. i. q erat optima indole præditus: & cor
pus imperatoris. i. ipsius crassi: abiectū laniatibus. i. discerptioni
bus auiū & ferarū: inter strues cadauer3 pmiscuas. i. confusas: ubi
tā boni q̄ ignaui: tā nobiles q̄ ignobiles iacebāt. Ego qdē. i. certe:
uellē sup. referre aut loqui. (Verba eni loquelæ sæpe supprimunt
& pulchra est in re tristi eclipsis ubi singultus uerba surripere ui-
dentur) placidius. i. plausibilius & amœnius: sed uer3 est relatu. i.
ut refertur a me: aut: sed uerum est relatum sup. a me i quomodo
clarior esset locutio: sed exemplaria quæ uidi habent relatu ut sit
sicut dixi: sed quod dixi uerum est relatu. i. dum refertur aut sed ue
rum. i. iustum est relatu. i. ut referatur sicut gestum ē. Sic. i. hoc mo
do præmonitus deorum. i. du in suis præmonitionibus spreti: excā
descunt. i. ira uehementi inflammantur: & sic cōsilia humana quæ
uana sæpe sunt castigantur scilicet tam duriter: ubi id est quando
præferunt se cælestibus. i. diuinis.

De Cneo Pompeio monito per Iouem ne cū
C. cæsare pugnaret. Ca. LXVIII.

CNeum etiam Pompeiū omnipotens iup
piter abunde monuerat: ne cum. C. Cæsa
re ultimam belli fortunam experiri con

tēderet: egresso a dyrrachio aduersa agmini eius fulmina iaciens: examinibus apum signa obscurādo: subita tristitia implicatis animis militum: nocturnis totius exercitus terroribus ab ipsis altaribus hostiarum fuga: sed inuictæ leges necessitudinis pectus aliquando procul ab amentia remotū prodigia ista iusta æstimatione perpendere passæ non sunt. Itaq; dum ille eleuat auctoritatem amplissimā: & opes priuato fastigio excelsiores: omnia ornamenta quæ ab ineunte adolescentia ad inuidiam usq; contraxerat: spacio unius diei confregit. Quo constat in delubris deum: sua sponte signa conuersa militarem clamorem strepitumq; armorum: adeo magnum antiochiæ & ptolemaide auditum: ut in muros concurreretur. sonum tympanorum pergami abditis delubris editum. palmam uiridem trallibus in ęde uictorię sub cęsaris statua inter coagmenta lapidum iustæ magnitudinis enatam. quibus appareret cęlestium numen & Cęsaris gloriæ fauisse: & Pōpeii errorem inhibere uoluisse.

¶Cn. etiam pompeium. Ordo est Iuppiter omnipotens.i.deus pater a iuuando dictus & solus omnia potens: monuerat etiā abunde Cneum (profertur ut Gneum) pompeium qui magnus dictus est: ne contenderet id est firmato animo moliretur: experiri ultimā fortunam belli cum Caio Cæsare. admonuerat (dicit) iaciens fulmina aduersa agmini eius scilicet Pōpeii egresso a dyrrachio urbe epyri: obscurando signa.s.militaria.i.uexilla: examinibus.i.fœturis apum quæ ex aluearibus suis nuper euolauerunt: animis militum implicatis subita tristitia & nocturnis terroribus totius exercitus: & fuga hostiarum ab ipsis altaribus. Sed leges inuictæ necessitudinis.i.fata ineuitabilia: non sunt passæ.i.non permiserunt: pectus.s.Cnei pompeii: remotum aliquando (immo si Ciceroni & cæteris reip. studiosis credimus fere semper: sed callide loquit auctor: cum enim consilia & facta pompeii omnia damnare nō posset: ea: eius innuit damnanda: quatenus contra Cæsarem facerēt: idq; in gratiam Tyberii Cæsaris: qui nisi cæsar uicisset: imperiū non habuisset) procul ab amentia.i.quod aliquando prudētia utebatur perpendere iusta æstimatione ista prodigia.s.iam dicta. Itaq; dum ille.s.pompeius: eleuat.i.deprimit & minoris q̄ sit æstimat authoritatem amplissimam. scilicet senatus secundum oliueriū: sed malim dicere Cæsaris: quem præse contempsit Pompeius: nam pati noluerunt ut Lucanus cecinit Cæsar ue priorem Pompeius ue parem: unde superbior iudicatus est pompeius qui pari potestate neminem pati uoluit q̄ cæsar qui maiore: & opes.i.facultates excelsiores fastigio priuato.i.priuati hominis: hoc est opes Cæsaris quem priuatum agere uolebat: cum tamen eius gloria & potentia maior esset q̄ quæ etiam in fastigio.i.culmine priuati hominis ageret: uult ergo dicere q̄ quia cæsaris maiestatem eleuaret & de se maiora uiribus sentiret: penitus corruit (Oliuerius tamen aliter exponit) unde addit: confregit spacio unius diei.s.in pugna pharsalica: omnia ornamenta quæ contraxerat.i.cōflauerat & accumulauerat usq; ad inuidiam.s.deorum & hominum ab ineunte ado-

multu Castra fremunt. Hostiarum fuga. Luc. Admotus superis discussa fugit ab ara Taurus. nam cum altaribus hostias admouisset ille statim fugam proripuerunt. Sed mul. Sed fatis inquit resistere non potuit pompeius q̄q̄ prudentia & consilio plurimum ualeret. loquitur autem secundum stoicos qui omnia dicebant fatali necessitate contingere: quod falsissimū est: & a uera religione alienum. nam si sic esset sequeretur illud absurdissimum q̄ nec consilium nec doctrina nec uoluntas quicq̄ ualeret: & frustra humāo generi liberum datum esset arbitrium: sequeretur & illud: ut quicquid homines sine uirtute sine cōsilio facerent non uirtuti neq; consilio: sed necessitati potius esset ascribendum: & propterea damnari quisq̄ uel p̄mio affici non merito posse uideretur: q̄ non uoluntate rectum quicq̄ uel turpe fecisset: sed fatis ita uolētibus. de fato Seneca in quæstionibus natu: qd enim intelligis fatum existimo necessitates rerum omnium actionumq; quas nulla uis rūpat. Alioquin: præterq̄ q̄ in hoc parum prudens fuit. Perpendere Examinare considerare: translatio sumpta a pensantibus. Itaq; dum ele. nam ex auctoritate sua pompeius cum Cæsare pugnam suscepit Senatus enim prodigus cedendum esse dicebat. Eleuat: minuit: tollit: & est translatio sumpta a cumulo: de quo quantum eleuas tantū minuis. unde Persius. Num si quid turbida roma eleuet accedas. auctoritate quia noluit senatus consiliū sequi. Opes pri. pompeii opes iam inceperant maiores esse q̄ ciuicæ. neq; .n. contentus erat cum cæteris æquo iure uiuere: sed omnes opibus superare uolebat fastigio altitudine. Ab ince. ado. Adhue adolescens ante q̄ consul esset de aphrica triumphauit: quod nulli ro. ad eam diem contigisse legitur. Inuidiā quia tantæ opes erant pompeii: ut omnes inuidia laborarent. Quo con. quia Pompeius hæc omnia admisit ideo sibi prodigia multa apparuerunt nec solū quæ supra diximus: sed etiam quæ sequuntur. In delubris: Iulius celsus li. de bel. ci. prodigia ista commemorat. dicit. enim elide in templo mineruæ repetitis atq; enumeratis diebus: quo die prœlium secundum cæsar fecit simulacrum uictoriæ quod ante ipsā mineruam collocatum erat & ad simulacrum mineruæ spectabat ad ualuas se templi limenq; conuertisse: eodem die antiochiæ in syria bis tantus exercitus clamor & signorum sonus exauditus est: ut in muros armata ciuitas discurreret; hoc idem ptolemaide accidit pergami in occultis & recōditis templis quo præter sacerdotes adire nefas est: quæ græci adyta appellant: tympana cecinerunt. Item trallibus templo uictoriæ ubi cæsaris statuam consecrauerant palma per eos dies in tecta inter coagmen a ex pauimento extitisse ostendebatur. Antiochiæ: quæ ciuitas est in syria quam condidit Seleuchus antiochi filius. Ptolæmaide. Quæ ciuitas est pentapoleos inter ægyptū & aphricam olim testibus Seruio & Stra. barce appellata. Ci. ad lentulum. Esse tui & nostri imperii dignitatis ptolæmaide aut aliquo propinquo loco rege collocato. Adytis: adytum locus est in templo quē adire nemini fas est nisi sacerdoti: & est dictio græca. nam δύω significat ingredior. Sub cæ. sta. Trallenses cæsari statuam quandam erexerant: sub qua p iuncturas lapidum pauimento palmam pullulasse constat. Inter; pro per. Coagmenta coniuncturas. In

Valerius maximus.

Contra stoicos

Fatum

Simulacro♃ motus

Adytum

stæ ma. Tam magnam ut crescere solet. Errorem: ne pompeius se fortunæ committeret.

lescentia.s.ab eo tempore quo primum inciperet adolescenturire. Quo.i.propter quod factum eius cõstat: signa.i.effigies deu.in p. deorũ: conuersa sua sponte in delubris.i.templis deum: proprie in quibus simulacra erant lignea: quasi delibrata.i.decorticata & constat clamorem militarem & strepitum armorum auditum antiochiæ & ptolemaide (Seruius dixisset ptolemaidi) ut concurreretur.s.a ciuibus aut uigilibus in muros. & constat sonum tympanorum: quibus nunc quoq; Alemani in bello utuntur: editum pergami in delubris.i.phanis abditis.i.secretis: hoc est adytis ipsis (non tamen dices adytis delubris sed delubrorum) & constat palmam uiridem iustæ magnitudinis enatam trallibus urbe lydiæ aut potius phrygiæ in finibus cariæ: nam in utrisq; sunt tralles: in æde uictoriæ.s.deæ sub statua cæsaris inter coagmenta lapidum. Quibus.s.prodigiis appareret numen.i.uoluntatem diuinam cælestiũ s.deorum & id est simul: fauisse gloriæ Cæsaris.s.Iulii: & uoluisse inhibere errorem Pompei. Hoc uidetur contrarium illi: sed inuictæ leges necessitudinis: sed sic est: quod deus scit incuitabiliter futurum: ut euitabile libero proposuit arbitrio.

Tuas aras. Hic aperte cæsari adulatur. cõstat enim ab Augusto fuisse Cæsari dedicatas aras & templum: ergo non sine adulatiõe cõmemorat Cæ. fuisse temerarium q & ipse contẽptis prodigiis in periculum suum corruerit: ideo ueniã petit si contra eum dicturus erit. Diue Iuli nota est differentia inter diuum & deum ut deum æternuz diuũ ex homine factuz dicamus. Propitio: epexegesis ẽ. nam dii nobis propitii sunt cum nobis fauent. Sub tui. De negligentia scripturus quam cæsar adhibuerit in probandis prodigiis quasi ueniam petit: & dicit ideo se exemplum eius positurum: non tam ut ipsum repræhendat q̃ ut per eius exemplum cæteri de quibus dixit minori repræhensione digni censeantur nam si deus prodigium neglexisse probatur: minus mirum est mortalem hominem tale quicq̃ incurrisse.

Diuuz & Diuus.

Te enim accepimus. Cum senatus nouos & inusitatos honores Cæsari decreuisset: die statuto quo accepturus eos in senatum uenturus erat sacrificauit: nec cor uictimæ: quam immolabat inuentum est. responsum itaq; est ab aruspice id prodigium ad salutẽ eius pertinere: itaq; cum cæsar in senatum ire recusaret. Decius brutus: qui auctor & princeps coniuratiõis erat: instabat & monebat ac liberius arguebat nõ decere senatum uniuersum pro uno: & eo cui magnificentissimos honores demandare uelit: nequicq̃ conuocatum suspitionem eo die tantæ insolentiæ ausugeret: itaq; cæsar persuasus in senatum uenit: ubi teste Sue. tribus & triginta plagis interfectus ẽ. honores autem quos illi senatus decreuerat erant: ut perpetuo dictator esset: ut omnibus prouinciis nisi italiæ præesset: ut terra mariq; coronam gestaret præterq̃ in italia. Sue. alia præter hæc prodigia apparuisse cõmemorat cæsaris futuram cædem significantia: ut illud cũ capuæ euerterẽtur lege iulia uetustissima sepulchra: tabula ænea in monumento in quo dicebatur capis conditor capuæ sepultus inuenta est: litteris uerbisq; græcis hac sententia. quando ossa capis detecta esset fore ut Iulo prognatus manu cõsanguineorum necaretur magnisq; mox italiæ cladibus uindicaretur: cuius rei ne quis fabulosam aut cõmentitiaz putet: auctor est Corn. balbus familiarissimus cæsaris. Rursus illud equorum greges quos in traiiciẽdo rubicone flumine consecrauerat ac uagos & sine custode dimiserat comperit pertinacissime se a pabulo abstinere uberimq; flere: quod uir. tetigisse uidetur ĩ ægloga daphnidis in qua cæsaris mortem sub nomine daphnidis: ut quidam uolunt: deplorat cum dicit. Non ulli pastos illis egere diebus: frigida daphni boues ad flumina nulla neq; amnem Libauit quadrupes nec graminis attigit herbam. Item aliud immolãte aruspice auem regaliolum cum laureo romulo põ

Honores Cæsaris.

## De Iulio Cęsare premissa ad eum deprecatione. Cap. LXIX.

Tuas aras. tuaq; sanctissima templa diue Iuli ueneratus oro: ut propitio ac fauenti numine tantorum casus uirorum sub tui exempli præsidio. ac tutela delitescere patiaris. Te enim accepimus eo die quo purpurea ueste uelatus aurea in sella consedisti: ne maximo studio senatus exquisitum: & delatum honorem spreuisse uidereris: priusq̃ exeptatum ciuium oculis cõspectum tui offerres: cultui religionis in quam mox eras transiturus uacasse: mactatoq; opimo boue cor in extis non reperisse: ac responsum tibi a spurina aruspice: pertinere id signum ad uitam & cõsilium tuũ. q utraq; hæc corde continerentur. Erupit deinde eorum parricidium qui dum te hominum numero subtrahere uolunt: deorum concilio adiecerunt.

¶ Tuas aras. Quia mentem Pompeii magni dixit aliquãdo hallucinatam: posset aliqs dicere cæsarẽ quoq; errasse q prodigiis admonitus non cauerit: quam rem qa inficias ire non posset: cũ nihilominus asserat & prius asseruit Cæsarem esse in deorũ numerum relatũ fatetur diuos quoq; dũ in humanis agunt posse errare: sed precatur ut patiatur per suũ errorẽ magnorũ uirorum errorem defendere. Ordo est. O diue Iuli.s. cæsar: ego ueneratus tuas aras & tua sanctissima templa: & ita tibi diuinitatem demens: ut patiaris numine sup. tuo propitio ac fauente casus.i.lapsus & errores tantorũ uirorũ quanti dicti sunt errasse: delitescere.i.abscondi ut protegantur: sub præsidio.i.prætexta ac tutela.i.protectione: tui exẽpli. quia quod in diuis non reprachenditur: non uidetur reprachensibile in mortalibus. Dico tui exempli: enim pro quia: nos accepimus te uacasse eo die quo uelatus ueste purpurea id est triumphali cõsedisti in sella.i.sede quasi sede aurea: ne uidereris spreuisse honorem exquisitum & delatũ sup. tibi maximo studio.i.anni: xu: senatus: priusq̃ offerres oculis ciuiũ: conspectũ tui.i.tuæ (ut uulgo dicunt) personæ: exoptatũ.s.populo: accepimus inquã te uacasse.i. operã unicã dedisse dicto die cultui religionis.i.uenerationis deorũ: in quã eras transiturus mox: quia qua ueneratione deos coluisti mox colendus eras: & accepimus te boue optimo.i.pingui mactato non repperisse cor in extis.i.inter exta. ac responsum.i.dictũ cũ quæreres quid illud prodigium portenderet: tibi a spurina aruspice: id signũ pertinere ad uitã & ad consiliũ tuũ: q.i.qa hæc utraq;

s.uita & consilium: continerentur corde. quia cor est fons uitae: primum: & ultimum membrorum uiuentium: & in eo uidetur sedes prudentiae: unde cordati prudentes habentur: sicut ergo defuit cor ita denunciabat illi breui praesertim ad idus martias uitam defuturum & consilium: quia in senatum inermis se contulit: deinde parricidium eorum. s. Bruti. Cassii. & aliorum coniuratorum: qui dum uolunt te subtrahere numero hominum: adiecerunt te concilio. i. coetui deorum erupit. i. exortum est quasi ex ea re occasionem deinde sumpserunt.

pompeianae curiae se inferentem uolucres uarii generis ex proximo nemore prosecutae ibidem discerpserũt. Purpurea: Triũphali ueste indutus Exquisitũ: excogitatũ diligenter inuentũ. Priusq̃ ex. uidetur quodam modo caesarem excusare q̄ prodigia non seruauerit ne. s. uideretur contempsisse honores: quos sibi senatus studiosissime deferebat. Cice. li. de diui. quid igr caesarem putamus si diuinasset fore in eo senatu quẽ ex maiori parte ipse coaptasset in curia pompeiana ante ipsius põpeii simulacrũ tot cẽturiõibus suis spectatibus a nobilissimis ciuibus partim etiam a se omnibus rebus ornatis trucidatus ita iaceret: ut ad eius corpus nõ modo amicorum sed ne suorum quidem quisq̃ accederet: quo cruciatu animi uitam acturum fuisse putas? Exoptatuz: quia pauci admodum contra te iurauerant uniuersa tamen ciuitas tibi fauebat. Religionis: ideo dixit quia post mortem i deorum numerum translatus est: ergo religionis inquam mox transiturus eras: ut quemadmodum tu eo die sacrificabas ita paulopost tibi quoq3 sacrificandum esset in numerum deoruz relato. Opimo: pingui & sacrificiis idoneo. A spurina arus. Spurina praedixerat caesari diem mortis suae ut caueret: erant autem idus martiae. hoc est a Kalẽ. usq3 ad idus. nam omnes illos dies ei periculosos esse praedixerat. unde legitur q̄ cum idus aduenissent sine ulla noxa sua: Spurinam irridens & tanq̃ falsum uatem redarguens caesar dixit. adsunt calendae o spurina: cui adsunt quidem respondit sed nondum praeterierunt. Item cum in capitolium iret caesar multitudine stipatus dixisse spurinam ferunt. Sol tendit ad occasum quia rñdisse dicitur. Sol bene tendit. Ad ui. quia uita & consilium a corde proueniunt: nam cor uitale membrum est: & ideo caesar de utroq3 periclitabatur. Erupit: Ex t. cum impetu exortum est parricidium. s. bruti & cassii & aliorum: qui manus intulerunt caesari: maxime cassii qui primus letale uulnus intulit: parricidium autem ad adulationem dixit: q̄ uerum patrez patriae occiderit. Cicer. ad Cal. luget amicus tuus furorem iudicis primum in statua quam posuit in rostris inscripsit parenti optime merito: ut non modo sicarii: sed etiam parricidae iudicemini.

Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio: ne si ulterius romana apprahẽdero: e caelesti templo ad priuatas domos non consentaneos usus transtulisse uidear. Attingam igitur externa quae latinis inserta litteris ut auctoritatis minus habent; ita aliquid gratae uarietatis afferre possunt.

Claudatur hoc &c. domesticorum exemplorum finem faciens: dicit. Relatio domestica. i. de domesticis: talium ostentorum. i. prodigiorum: claudatur. i. finiatur: hoc exemplo. s. iulii caesaris: ne si apprehendero ulterius. i. ultra iulii caesaris exemplum: Romana sup. exempla: uidear transtulisse usus non cõsentaneos. i. repugnãtes & inuitos e templo caelesti in quo caesar est: ad domos priuatas: in quibus reliqui fere Romani sunt. Igitur ego attingam externa sup. prodigiorum exempla: quae inserta. i. immixta litteris latinis. ut habent minus authoritatis q̃ haberent si graeca in ea forma qua graece scripta sunt recitarentur: & ita possunt afferre aliquid uarietatis gratae. i. utilis ad delectationem & memoriam.

## Externa: de equa pariente leporem. Ca. LXX.

IN exercitu xerxis quem aduersus prouinciã graeciã cõtraxerat eq̃ ptu leporẽ editũ cõstat. quo genere mõstri tanti apparatus significatus est euentus. Nam qui mare classibus: terram pedestri operuit exercitu: ut fugax animal pauido regressu regnum suum repetere est coactus.

In exercitu xerxis. Affert externa exempla & primum de xerse persarum rege omnium pulcherrimo ac opulentissimo minime tamen foelici dicens. Constat leporem editum. i. in lucem datum ac

Claudatur hoc. nunc concludit dicens nõ cõgruũ esse ut facta caesaris: qui diuinos iam consecutus ẽ honores: ad priuata hominũ exempla transferamus quasi a diuinitate ad humanitatem descendamus: & ideo se domesticis exemplis: quae ad pdigia spectãt finem imponere uelle dicit: exemplo. s. caesaris qui uisis prodigiis in periculum lapsus est. Ad pri. Ne a diuorum exemplis ad mortalium documenta transeamus Inserta: permixta. Ut minus: quia graeci a quibus exempla petuntur semper assentatores fuerunt & magis gloriae q̃ ueritati studuerũt Unde Sal. Atheniensium res gestae sicut ego existimo: satis amplae magnificaeq3 fuerunt. Uerumtamen aliq̃to minores q̃ fama feruntur: sed quia prouenere ibi scriptorum ĩgenia magna per terrarum orbem Atheniensium fcã pro maximis celebrantur. Gratae uarietatis. Respondet tacitae quaestioni: nam dici posset si graeca latinis litteris inserta minus auctoritatis habent: cur ea tradis? habent quidem: sed uarietas ipsa non nihil delectationis affert: etiam si concesseris minus auctoritatis habere latinis litteris prodita: ipsa tamen uarietas quandam affert delectationem.

IN exercitu xerxis. Hoc exemplum tradit ab Hero. q̄ in exercitu xerxis persarum regis: quem aduersus graecos innumerosum ac ppe incredibilem duxerat: equa leporem peperit: quod turpissimam regis fugam: quae subsecuta est significare uoluit. est enim lepus timidissimum animal. Tãti apparatus. Quia sicut Demosthenes tradit: quattuor milibus & d. centis nauibus: & decies centenis milibus militum Mardonio uni ex ducibus suis i graecia relictis cum paucis admodum: exigua rate: utpote piscatoria scapha: trepidus in suum regnum refugit: nam in graeciam alii alium numerum traduxisse ferunt. Ego uero totum exercitum fuisse legi quinquies mille milia & ducenta octoginta duo milia: quae summa potius ostentatione quam fide digna: quum modum omnem excedere uideatur. xerxis apparatus.

natum partu equæ hoc est equam peperisse leporem in exercitu
xerxis quem contraxerat aduersus prouinciam græciæ Quo gene
re monstri: euentus.i.exitus tanti apparatus: quantus raro alias le
gitur: est significatus: lepus enim est animal timidum & fugax: &
ita significauit exitum apparatus bellici quem fecit xerxes: Nam
is qui operuit: mare classibus: terram exercitu pedestri: est coactus
repetere regnum suum regressu pauido: quia in una scapha sedēs:
ut animal fugax. uidelicet lepus.

## De uino in sanguinem uerso. Cap. LXXI.

Idem montem athon iuxta idam trans/
gresso priusq̄ Athenas deleret Lacedæ
monis inuadendæ cōsilium agitanti: ad
mirabile inter cœnam prodigium incidit: infusum
namq; pateræ eius uinum in sanguinem nec semel
sed iterum & tertio conuersum est. Qua de re cō/
sulti magi monuerunt ut se ab incepto proposito
abstineret: & si quod uestigium in uecordi pectore
sensus fuisset: cauere potuisset ante a Leonida & a
spartanis abunde monitus.

¶ Eidem &c. affert secundum exemplum externum de eodem xer
xe dicens. Admirabile prodigium incidit inter cœnam.i.inter cœ/
nandum eidem uidelicet xerxi: transgresso Athon montem inter
macedoniam & thraciam iuxta Idam & agitanti cōsilium lacedæ
monis.s.urbis spartanæ: inuadendæ priusq̄: deleret athenas. Inci/
dit dicit admirabile prodigium: nam uinum infusum pateræ.i. pro
culo eius patenti (galli tarsiam dicunt) conuersū est in sanguinē
nec.i.& non semel sup. tantum: sed iterum.i. secundo & tertio. de
qua re magi. qui persarum sunt sapientes & diuinationis periti: cō
sulti.i.rogati consilium aut sententiam suam. monuerunt sup. xer/
xem. ut abstineret se a proposito incepto id est ab Lacedæmonis
inuasione. Est autem urbs hæc Lacedæmon: uir hic Lacedæmo/
nius. Et si quod.i. aliquod etiam minimum uestigium sensus.i. ra/
tionis & prudentiæ fuisset in pectore uecordi.i. experti cordis id ē
prudentiæ: uidelicet xerxis ipse potuisset cauere monitus abunde
antea leonida rege lacedæmoniorum & a spartanis.i. populo lace
dæmonio. nam lacedæmon etiam sparta dicitur: est autem urbs la
coniæ unde uiri lacones mulieres lacenæ dicuntur.

Idem montem athon. Hoc quoq; prodigiū
significauit tristem exitum xerxis qui antēq̄
inuaderet lacedæmonem cum sacrificaret &
uinum pateris infunderet: subito uinum in sanguinē
conuersum est: quod prodigium itidem euenisse dido
ni Vir. dicit Vidit turi crēis cum dona imponeret aris
horrendum dictu latices nigrescere sacros. Visaq; in
obscœnum se uertere uina cruorem. Montem athon.
mons est Macedoniæ tantæ altitudinis ut usq; ad in
sulam lēnon umbram protendere dicatur. distat autē
lēnos a macedōia. lxxxvi. millibus passuum. Sta. lib.
v. thebaidos. Ingenti tellurem proximus umbra Ve
Athon stit athon: nemorumq; obscurat imagine portum: In
Athos uenitur athō & athos: Iuue. Velificatus athos. Vir.
in geor. Quātus athon aut q̄tus erix: hic igitur mōs
q̄q̄ esset altitudinis admirādæ: ut supra diximus: ta
men iussu xerxis mille quingētis passibus abscissus
est: & nauigabilis factus. ut tradit Hero. unde Iuue.
Olim uelificatus athos. Structum etiam fuisse pon
tem supra mare hellesponticum ab abydo urbe asiæ
usq; in seston urbem europæ idem testatur Hero. qd
& luc. tetigit cum dixit. Talis fama canit tumidū su
per æquora xerxem Construxisse uias: multum cum
pontibus ausus Europamq; asiæ sestonq; admouit
abydo. Incessitq; fretū rapidi super hellesponti. Nō
eurum zephyrumq; timens cum uela ratesq; In me
diu; deferret athon Athenas: quas relictas ab athe
niensibus qui arma ferre poterant: xerxes solo adæ/
quauit: fugientibus in lacedæmonem consilio The
mistoclis: & relictis imbellibus. Agitanti: tractanti ut
lacedæmonem inuaderet. Nec semel: sed iterū ac ter
tio quia sæpius restaurauit sacrificium: & semper il
Cōsulto lud idem apparebat prodigium. Qua de re consulti
Cōsultus magi. Cum petiisset a magis consiliū: consultus eni;
Cōsultor dicitur a quo consilium petitum fuerit: consultor uero
Leōidas qui petit: q̄q̄ incōsultus dicatur sine consilio: hoc est
cui non est datum consilium quod petierit. unde Vir.
li. iii. Inconsulti abeunt: sedemq; odere sibyllæ. incon
sultos dixit ignaros rerum & sine consilio hoc ē qui
bus non est datum consilium a sibylla. est enim Ca/
to consultus: consultor filius eius. Magi dicebantur
apud syrios sapientes: uel quos Romani augures ap
pellant. Ab incepto proposito: inuadendæ lacedæmo
nis. Vecordi: insano. De leonida: nam leonidas sparta
norum rex cum trecentis milibus apud thermopylas
persis in græciam ex asia transeuntibus occurrit: &
ita cum xerxis exercitu pugnauit: ut ipsum regem aliquotiens a sede sua consternatum in fugam conuerteret. sed multitu
dine militum oppressi sunt spartani. Hæc historia suo loco plenius tractabitur in ca. de fortitudine.

## De Mida rege phrygiæ mirum. Ca. LXXII.

Midæ uero: cuius imperio phrygia fuit su
biecta: puero dormienti formicæ in os
grana tritici congesserunt: parentibus de
inde quorsum prodigium tenderet explorantibus
augures responderūt: Omnium illum mortalium
futurum ditissimum. Nec prædictio uana extitit.
nā Midas cūctorū pene regū opes abūdātia pecu
niæ ātecessit: ifantiæq; i cūabula utili deor; mūere
donata: onustus auro atq; argento gazis pensauit.

Midas Midæ uero regi. De quo poetæ fabulati sunt:
quicquid manibus attigisset in aurum con/
uerti. Cice. Midæ illi phrygio cum puer eēt
dormienti formicæ in os grana tritici congesserunt:
ditissimum fore prædicatum est: quod euenit. Om/
nium: quia nullus propemodum fuit ante Midam: q
tantum auri omniumq; diuitiarum genus possideret
Gaza Vtili: nullæ fruges sunt tritico meliores. Gazis: gaza
lingua persica significat apud latinos diuitias: sicut
enim sub diuitiarum genere itelligimus multas opes
ita lingua Persica sub nomine gaze intelligimus ma
ximas diuitias.
Ascen. ¶ Midæ uero. Affert tertium exemplum prodigiorū
externorum de mida rege phrygiæ opulētissimo di
cens. Vero pro sed formicæ congesserūt midæ cuius

imperio subiecta fui.s.postea:phrygia:puero.i.cum adhuc esset puer:dormienti in os grana tritici.deinde augures respõderunt parentibus eius explorantibus quorsum.i.ad quem euentum prodigium sup.illud tenderet:illum.s.puerum midã futurum ditissimum omnium mortalium:nec prædictio extitit:idest fuit aut emersit uana.i.mendax.Nã midas antecessit abundantia pecuniæ opes pene cunctorum regum.atq3 ipse onustus auro & argento pensauit.i.compensauit gazis.i.diuitiis:incunabula infantiæ.s.suæ:donata ut dicunt dotata & aucta munere deorum utili:quia tritico nihil utilius. Quæ uerba sunt satis aperta:habent tamen sensum obscurum:nam dubitem an intellexerit author midam pro deorum munere ab incunabulis suscepto illis reposuisse incunabula auro & argento referta:an potius:Midam pro granis tritici sibi in os congestis:auri & argenti uim coaceruasse & ita prodigio deorum:facto suo respondisse.

## De platone aliud mirum: Cap.LXXIII.

Formicis Midæ iure meritoq; apes Platonis prætulerim.Illę enim caducæ ac fragilis: hæ solidę & æternæ fœlicitatis indices extiterunt dormientis in cunis paruuli labellis mel inserendo:qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem hymettum thymi flore redolentem: sed musarum heliconios colles omni genere doctrinæ uirentes dearum instinctu depastæ: maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillasse uidentur.

¶Formicis midæ.Bono filo cõnectit quartum exemplum quod est de platone exemplo tertio dicens.Ego prætulerim iure & merito formicis midæ.i.quæ in os midæ triticu3 congesserunt:apes platonis quæ in os platonis mel collegerunt:enim pro quia ille.i.prius dictæ hoc est formicæ midæ:extiterunt indices.i.prænunciæ: fœlicitatis caducæ ac fragilis qualis ẽ diuitiarum secũdum Salustiu3 hæ.s.apes platonis extiterũt indices fœlicitatis solidæ & æternæ inferendo labellis.s.platonis paruuli dormiẽtis in cunis:mel:quod cæleste est donum:unde in principio quarti georg. Protinus aerei mellis cælestia dona exequar &c.& quo nihil ẽ dulcius. Qua re.i.quo prodigio:audita.i.diuulgato:interpraetes prodigiorum: dixerunt singularem suauitatem eloquii:emanaturam.i.effluxura3 ore eius.At.i.sed ille apes uidentur quidem mihi:depastæ.i.ubi fuerit depastæ non hymettum montem atticæ:redolentem flore thymi: herbæ fragrantis:qua uescuntur auidissimæ apes. Unde in buco. maro. Dumq3 thymo pascentur apes &c. Sed heliconios colles musarum.i.quos musæ rerum inuentrices excoluisse dicuntur in bœotia non procul a phocide uirentes non thymo sed omni genere doctrinæ: uidentur inquam depastæ illos colles instinctu dearum uidelicet musarum:instillasse maximo ingenio.s.platonis qui diuinus ob id dictus est:alimenta dulcissima eloquentiæ summæ: quia summæ sapientiæ summam coniunxit eloquentiam.

Formicis.hoc simile est superiori: sed in hoc distant q; illud ad diuitias:hoc ad eloquentiam spectare uidetur: nam formicæ tritici grana in os midæ congerentes diuitias portendebãt: apes uero platonis labellis insidentes:mellaq3 stipantes:suauissimã3 eloquãtiam significabant. Apes platonis:Cicero platoni cum in cunis dormiẽti paruulo apes in labellis consedissent responsum est illum suauitate orationis fore præclaru3:ita præuisa est infanti futura eloquentia:dignum est.inquit Valerius: ut platonis apes midæ formicis præferantur. Caducæ & fragilis:quippe quæ in potestate fortunæ positæ pro eius libidine modo huc modo illuc transferunt: nullo loco:nullo tempore certæ stabilesq3 possidentur. Aeternæ fœlicitatis.Vis tanta est eloquentiæ:ut immortalem hominem efficere possit: nam platonis nomẽ ut uidemus uiget apud oẽs uirtus enim in cuius genere ponitur eloquẽtia cum sapientia coniuncta:ẽ hois certa possessio:quæ sola clara æternaq3 habet:ut nec eripi nec surripi possit: non naufragio: non incendio amitti:nõ ui tempestatum:non impiorum perturbatione mutari:qua qui præditi sunt soli fœlices sunt soli diuites:qui possident res fructuosas & sempiternas.Qua re audita: Aruspices interrogati:quid sibi uellet prodigium responderunt summam ex ore platonis eloquentiam aliquando emanaturam esse.nam Homerus eloquentiæ suauitatẽ melli comparauit.dixit enim ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.Emanaturam: Exitura3 fluxurã. At mihi quidem.Sed ille apes inquit Valerius siq3 sententiam meam requisierit non uidentur de flore thymi ex hymetto mel collegisse: sed de helicone monte instinctu musarum suauissimos eloquii fontes hausisse.Hymettu3: Hymettus mons est atticæ regionis qui teste solino omnium græcorum montium obtinet principatum & floribus semper abundat.Oui.Verticẽ de summo semper florentis hymetti.pari ratione Iuue.dulciq3 senex uicinus hymette. ex hoc eodem monte marmorum crustæ. & trabes marmoreæ succauabantur:dicente.Hor.in odis.contra mœcenatem:qui in edificando nimis sumptuosus esse uidebatur.Non ebur:neq3 aureum mea renidet in domo lacunar non trabes hymetiæ. Heliconios. mons est secundum Pliniu3 atq3 solinum bœotiæ:& est iuxta thebas & auctore strabonæ in li.ix. phocidi regioni uicinus locatus procul a parnaso circiter quindecim milia passuum:eiq3 æmulus altitudine & circuitu qui & ipse appollini quoq3 sacer.& musis est:unde heliconiades musæ appellatæ sunt.Lucre.adde:heliconiadum comites quorum unus Homerus:Non igitur collis est helicõ mõtis parnasi ut Seruius sentit atq3 Tortellius musis sacratus.Virentes in translatione persistit. Himett9 Helicon

## De somniis. Titulus. VII.

### De somniis pro Augusto & Iulio cæsaribus a diis immissis. Cap.LXXIIII.

Sed quoniam diuitias midæ disertumq; Platonis somnum attigi; referam q̃

Sed quoniam. Transit ad capitulu3 de somniis quæ uera apparuerunt. & primo quidẽ somnium narrat Artorii medici quod ad salutẽ Augusti cæsaris ptinuit. nã huius somnii monitu ab exitio qd iminebat liberat9 ẽ.Diuitias:pp for

micas disertum propter apes. Referam q̃ certis ima ginibus: cum duo sint uaticinandi genera uni artis: alterũ naturæ: somnia sunt ex his quæ a natura proueniunt. Ci. li. i. de diuinatione. Sed omittamus oracula: ueniamus ad somnia. de quibus crisippus disputans multis & minutis somniis colligendis facit idem quod antipater ea conquirens quæ antipatris interpretatiõe explicata declarat. Imaginibus certis. Quia exitus declarauit imagines illas somniorum ueras fuisse. Adũbrata. Respexit ad imagines quæ adumbrari dicuntur. A diui augusti sacratissima memoria: non potest ab assentatione discedere Valerius: somnium autẽ eiusmodi fuit. cum in campis philippicis exercitus duo stetissent romanorũ: hinc Octauii & Antonii: inde Bruti: atq; cassii: & proximo die manus essent conserturi: artorius medicus octauii somnium accepit: ut admoneret octauiũ ne postero die propter ualitudinem in cubiculo iaceret: quod cũ fecisset ab imminenti mortis periculo liberatus est: nã captis forte castris brutiani milites octa. tentoriũ ingressi lecticã eius in qua illũ cubantẽ esse putabant gladiis transfixerunt. fuit autẽ octa. ut inquit suetonius de duodecim cæ. somniorum obseruantissimus ita ut nec suum nec alienum contẽpserit unq̃. dicit. n. philippensi acie q̃uis statuisset nõ egredi tabernaculo propter ualitudinem. egressus tñ est amici somnio monitus cessitq; res prospere quoniã captis castris eius lectica quasi si ibi cubans remansisset concursu hostium confixa atq; lacerata est. Quam dies inse. est. i. nocte quæ diem præcessit: quo manus conserturi erant exercitus ro. Implici. affectum laborãtẽ morbo. Ne destina. quia etiam uiuus templa meruerat: ut Hor. Præsenti tibi diuinos largimur honores: Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

certis imaginibus multorum quies adumbrata sit. Quem locum unde potius ordiar q̃ a diui augusti sacratissima memoria? Eius Artorio medico somnum capienti nocte: quam dies insecutus est: quo in campis philippicis Romani inter se exercitus concurrere: mineruæ species oborta præcepit: ut illum graui morbo implicitum moneret: ne propter aduersam ualitudinem proximo prælio non interesset: quod cum Cæsar audisset lectica se deferri in aciem iussit: ubi dum supra uires corporis pro adipiscenda uictoria excubat: castra eius a bruto capta sunt. Quid ergo aliud putamus q̃ diuino munere effectum: ne destinatum iam immortalitati caput indignam cælesti spiritu fortunę uiolentiam sentiret?

¶ Sed quoniã &c. More suo gradũ munit ad somniorum narrationẽ quã superioribus affinẽ dicit eo q in illis dictum est de iis prodigiis quæ dormientibus Midæ & Platoni contigerunt. unde dicit. Sed quoniã ego attigi diuitias midæ quæ. s. illi dormienti destinatæ sunt: aut quas fere mortales somniant: & attigi somnũ platonis disertum. i. qui significabat illum disertum fore: referam. i. recensebo: q̃ certis imaginibus quies. i. dormitio multorum: sit adumbrata. i. sopita: aut potius umbris. i. phantasmatibus affecta. Deinde transiens ad exemplũ de Artorio medico augusti qui de ipso somniauerat dicit. Quem locum. i. tractatum de somniis: unde ordiar: idest ordine quodam incipiam potius q̃ a sacratissima memoria diui Augusti quasi dicat a nullo. deinde incipiens narrare dicit. Species mineruæ oborta: idest obuersata & præter cogitatione orta & apparens Artorio medico eius. s. Augusti Cæsaris: capienti somnum. i. dormienti nocte quam dies quo Romani exercitus Cassii scilicet & bruti ex una parte: & Augusti & Antonii ex altera: concurrere idest conflixerunt post concursum inter se in campis philippicis: idest pharsalicis: est insecutus: hoc est nocte præcedente eum conflictum: præcepit sup. Artorio: ut moneret illum. s. Augustum implicitum graui morbo idest grauiter ægrotantem ne non interesset: idest ut nõ abesset prœlio proximo idest proxime futuro: propter aduersam ualitudinem: hoc est ægritudinem idest licet esset æger. Quod idest quam rem: cum Cæsar scilicet Augustus: audisset: iussit se deferri in aciem idest locum conflictus: lectica: qua ægroti solent deferri humeris suorum: ubi idest in qua acie: dum ipse Augustus excubat: idest intentus est & uigilat. noue dicit excubare in lectica iacentem: pro uictoria adipiscenda (ergo a deponenti fere quattuor deducuntur participia) supra uires corporis: castra eius sunt capta a Bruto: & ita si in eis mansisset una cum eis captus fuisset. Quid ergo putamus (aut putemus potius) alius scilicet de illo somno: q̃ id effectum esse diuino numine. i. diuina prouidẽtia: aut ut alii legunt diuino munere: idest beneficio aut dono ne caput. s. Augusti destinatum. i. a diis addictum iam. s. tum immortalitati. & ita diuinitati (quia uiuenti: decreti sunt illi diuini honores ut oliue. recitat) sentiret uiolentiam fortunæ quæ etiam optimis ducibus interdum inimica est: indignam spiritu cæle sti qualis erat iam tum Augusti.

Augustum uero: exempla hæc ita coniungit ut a narratione sua discedere non uideatur: Augustus inquit ita somnio paruit Artorii: ut quia excubaret in acie exemplum capiebat a patre suo Iulio cæsare. nam Augustus cæsaris adoptiuus filius fuit. pater igitur quia noluit uxoris somnio parere: pœnas dedit. nam a parricidis in senatu crudeliter trucidatus est. Præter naturalem. Præter q̃ q Augustus cautus erat accessit & patris exemplum: ut somnio pareret. Vigorem. Nam plurimum ualebat ingenio: & in perspiciendis rebus subtilis. In terris. Quia postea uixit in cælis. Calpurnia uxor imaginata collabi fastigiũ domus: maritũq; in gremio suo confodi. Item paulo supius: ea nocte inq̃t cũ il

## De Iulio Cæsare. Ca. eodem.

Augustum uero præter naturalem animi in omnibus subtiliter prospiciendis uigorem: etiam recens & domesticum exemplum: ut artorii somnio obtemperaret: admonuit. Audiuerat enim diui Iulii patris sui uxorem calpurniam nocte quam is ultimam in terris egit: in quiete uidisse multis eum confectum uulneribus in suo sinu iacentem. somniiq; atrocitate uehemẽter exterritam rogare non destitisse ut pximo die a

curia se abstineret. At illum ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur: senatum in quo ei parricidarum manus allatæ sunt: adire cõtendisse. Non est inter patrem & filium ullius rei compara tionem fieri: prǽsertim diuinitatis fastigio iũctos. Sed iam alter operibus suis aditum sibi ad celum instruxerat: alteri longus adhuc terrestrium uirtu tum orbis restabat: Quapropter ab hoc tantum modo pendẽtem mutationem status cognosci ab illo etiam differri dii imortales uoluerũt: ut aliud cęlo decus daretur: aliud promitteretur.

luxit dies cædis & ipse sibi uisus est per quietem in terdum supra nubes uolitare aliam cum ioue dextrã iungere. At illuȝ ne muliebri. Ne uideretur cæsar mu liebribus somniis deterritus uoluisse senatus morem gerere uoluntati: ideo spreto somnio senatum adiit. Non est inter patrem & filium. Quia occurrebat il lud q ipse patre sapientius fecisset: ideo dicit nõ eẽ comparationem faciendam inter patrem & filium. nam alter paratum iter habebat in cælum. alter ma gnarum rerum laborem referebat. anteq̃ diuinos ho nores acciperet. Non est. Non conuenit non licet. Pẽ dentem. Quia non stabilis est fortuna nec status re rum humanarum.

¶ Augustũ &c. Trãsit ad somniũ obortũ pro Iulio dicens. Vero pro sed: exemplum recens & domesti cum: quod Iulio patri eius adoptiuo oblatum ẽ: ad monuit etiam Augustum præter naturalem uigorem animi. s. eius. i. præter uigilantiam eius in prospiciendis subtiliter omnibus rebus: admonuit dico ut obtemperaret. i. acqe sceret & pareret: somnio Artorii. i. medici. Enim pro quia audiuerat Calpurniam (alii calphurniam scribunt) uxorem di ui Iulii patris sui. s. adoptiui: uidisse in quiete. i. sopore aut somno: nocte quam is. s. Iulius egit ultimam in terris: quia die sequente occisus est: eum. s. Iulium iacẽtem in suo. s. calpurniæ sinu confectum. i. ad necem cæsum multis uulneribus. Et audiuerat Calpurniam: exterritam uehementer atrocitate. i. diritate somnii: non destitisse rogare. s. maritum suum Iuliũ: ut abstineret se a curia. i. ab ingressu in senatum: die proximo. i. proxime secuturo. At. i. sed audiuerat illum. s. Iulium pa trem suum contendisse. s. contra monitum uxoris adire senatũ: in quo manus parricidarum. i. coniuratorum in patrem pa triæ sunt allatæ. i. per uim illatæ ei: ideo autem contendisse: ne existimaretur fecisse id. i. abstinuisse a curia: motus somnio idest in somnio muliebri: quod plerũq3 uanum est. Et siquis dicat erga sapientius egit filius q̃ pater. Quanq̃ posset respõ dere: sequelam non stare: quia cætera non sunt paria: nam filius patris exemplo erat admonitus: maluit tamen in adulatio nem respondere: q ideo res non est similis: quia pater iam multa uirtute sibi aditum in cælum muniuerat: & ita dii nolue runt ipsum diutius in terris agere filio autem. s. Augusto restabant adhuc multa in terris pro mortalium salute gerenda. Ordo est. Non est conueniens comparationem ullius rei. s. fœlicitatis aut prudentiæ: fieri inter patrem. s. Iulium & filium scilicet Augustum: præsertim iunctos fastigio diuinitatis. i. cum uterq3 sit summum diuinitatis gradum assecutus. Sed al ter scilicet pater hoc est Iulius instruxerat iam: scilicet cum somnio muliebri moneretur senatum non ingredi. sibi aditum ad cœlum operibus suis. s. iam peractis: longus orbis. i. circumactus uirtutum terrestrium. i. in terris exercendarum resta bat adhuc alteri: uidelicet filio adoptato: hoc est Augusto. Quapropter dii immortales uoluerunt mutationem status sci licet mortalis in immortalem: pendentem: idest imminentem aut dubium adhuc: cognosci tantummodo ab hoc scilicet Iu lio: qui per somnium uxoris cognouit mutationem status sui: sed non distulit: quia nihilominus in curiam se contulit: ubi uitam cum morte mutauit quasi dicat Iulium cognouisse quidem mutationem uitæ suæ: sed noluisse euitare: quo citius immortalis efficeretur & dii uolueŕt mutationem status differri etiam ab illo scilicet Augusto: qui cognouit se quoq3 ali quando deum futurum: sed distulit euitando manus bruti: quod dii ita fieri uoluerunt ut aliud. i. alterum illorum duoruȝ: decus daretur cælo: cui Iulius additus est: aliud. i. alterum decus. s. Augustus promitteretur: quia presenti uirtute cælum quidem meruit: sed propter utilitatem quam hominibus præstitit distulit. Hic locus subobscurus mihi uisus est: propte rea q hoc fere de proximiore. i. posteriore dicto dicitur: & illud de remotiore: quocirca diceretur: ab hoc scilicet Augusto ab illo uidelicet Iulio: quod siquis dicere uelit: non sit legendum differri sed adiri: ut sit dii uoluerunt mutationem status co gnosci tantummodo & non adiri ab hoc idest augusto: & uolueŕt ipsum adiri etiam ab illo scilicet Iulio. Quia tamen exemplaria habent differri non adiri: & sequentium membrorum prius respicit Iulium: posterius augustum: sequar prio rem expositionem: quum neutrum ponat Oliuerius: sed ita fit ubi difficultas est nihil dicunt commentarii. Posset etiam legi: illi etiam deferri ubi est: ab illo etiam differri: quam lectionem siquid immutare ausim maxime sequar.

## De. P. Decio & M. Torquato. Cap. LXXV.

ILlud etiam somnium magnæ admiratio nis & clari exitus quod eadẽ nocte duo consules. P. decius & T. manlius torqua tus latino bello & graui & periculoso non procul a Vesuuii montis radicibus positis castris uide runt. Vtriq3 enim quidam per quietis speciem prę dixit ex altera acie imperatorẽ: ex altera exercitum diis manibus matriq3 terræ deberi. Vtrius aũt dux copias hostium aggrederet' supq3 eas seipsum de

ILlud etiam somnium. P. Decius ille. q. filius qui primus ex deciis cõsul fuit cũ esset tribunus militum. Valerio & Au lo Cornelio consulibus a samnitibusq3 premeretur Romanus exercitus: cum pericula præ liorum iniret audacius: moneretur q3: ut cautior esset dixisse fertur: quod extat in annalibus sibi in som niis uisum esse: cum in mediis hostibus uersaretur occidere cum maxima gloria: & tum quidem inco lumis exercitum obsidione liberauit: post triennium autẽ cũ consul esset deuouit se: & in aciẽ latinorũ ir rupit armatus: quo eius facto supati sunt & deleti la tini. cuius mors ita gloriosa fuit: ut eãdẽ cõcupisceret filius. Liuius ab urbe cõdita li. viii. cuȝ cõsules ingt duobus scriptis exercitibus ad capuam: quo iam la

tini sociiq; conuenerant: castra locc ssent: utriq; consuli eadem dicitur uisa species in quiete uiri maioris humāo habitu augustiorisq; dicēis ex una acie imperatorem: ex altera exercitum diis manibus: matriq; terrae deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium: superq; eas se deuouisset eius populi partisq; uictoriam fore: hos ubi nocturnos uisus inter se consules contulerunt: placuit auertendae: deum irae causa uictimas caedi: simul ut si ex eis eadem q̄ somno uisa fuerant protenderentur. alteruter consulum fata impleret: ubi responsa aruspicum insidenti iam animo tacitae religioni congruerunt. tum adhibitis legatis tribunisq; & imperiis pro palam expositis. ne mors uoluntaria consulis exercitum in acie terreret. comparant inter se: ut ab utra parte cedere romanus exercitus coepisset: inde se consul deuoueret: pro populo romano quiritibusq;. Item paulo inferius. Instructis inquit. sicut ante dictum est: ordinibus processere in aciem. Manlius dextro. Decius leuo cornu praeerat. primo utrinq; aequis uiribus eodem ardore animorum gerebatur res. deinde a leuo cornu hastati. ro. non ferentes impressionem latinorum: se ad principes recepere. in hac trepidatione Decius consul. M. Valerium magna uoce inclamat deorum: inquit ope Valeri opus est agedum pōtifex publicus populi Roma. prae. i. uerba: quibus me pro legionibus deuoueam. pontifex eum togam praetextam sumere iussit: & uelato capite: manu subter togam exerta: super telum subiectum pedibus stantem sic dicere: Iane: iuppiter: mars pater: quirine bellona: lares: diui nouensiles: dii indigetes: dii quorum est potestas nostrorum hostium. diiq; manes uos precor ueneror: ueniam peto: feroq; uti populi Roma. quiritum uim: uictoriamq; prosperetis: hostesq; populi Romani quintum terrore: formidine. morteq; afficiatis: sicut uerbis nuncupaui: ita pro republica quiritum: exercitu. legionibus. auxiliis populi Roma. quiritum legiones auxiliaq; hostium mecum diis manibus deuoueo. Haec ita praecatus lictores ire ad. T. Manlium iubet: matureq; collegae se deuotum pro exercitu nunciare. ipse cinctus ritu gabino armatus in equum insiluit. ac se in medios hostes immisit conspectus ab utraq; acie aliquanto augustior humano uisu sicut coelo missus piaculum omnis deorum irae. qui pestem a suis auersam in hostes ferret. Itaq; omnis terror: pauorq; cum illo latus: signa primo latinorum turbauit: deinde in totam penitus aciem peruasit. Euidentissimum id fuit: q; quacunq; equo inuectus est: ibi haud secus q̄ pestifero sydere icti pauebant: ubi uero corruit obrutus telis. inde iam haud dubie consternatae cohortes latinorum fugam uastitatemq; late fecerunt. Latino bello. Quādo latini a sociis romanis defecerūt. Periculoso. Bene periculoso: quia latini populi iisdem armis eadem militiae disciplina utebantur: & romanis pares opibus erāt. Vesuuii: Mons est campaniae. Matri. s. omnium Luce proxima. Postera die ubi illuxit: primo quidem tentarunt piacularibus hostiis auertere ne possent iram deorum: sed idem in extis quod uiderant in somniis futurum cognouerunt. Cōuenit. Ex pacto inter se ita constituerunt. Neutro: re for. quia uterq; paratus erat sine trepidatione se pro patria deuouere.

Deuotionis forma

uouisset uictoriam habiturum. Id luce proxima consulibus sacrificio uel expiaturis si posset auertiuel si certum deorum etiam monitu uisum foret executuris hostiarum exta somnio cōgruerūt. Conuenitq; inter eos cuius cornu prius laborare coepisset: ut is capite suo fata patriae lueret: quae neutro formidante decium depoposcerunt.

¶ Illud ēt somniū. Narrat somniū decio & Torquato oblatū qd manifeste daemonū fraude suū sortitū est effectū ut pulchre sabellicus aenea. iii. li. iiii. argumētat: qa si p talē deuotionē. i. sui ad mortē addictionē posset qs hostilē exercitū sic deuouere ut necessario cadat: nō opus esset nisi aut solido aut supstitioso aut gloriae cupido. aut desperante de uita: aut grauius suppliciū timēte imperatore: ad hoc ut aliena uirtus frangat. deinde qd fieret si utrinq; duces se deuouerent: an ne ambo exercitus caderent: q; si sic qs esset i deuotiōe fructus. Sed ordo est. Illud etiā somniū (quod duo cōsules Publius Decius & Titus Manlius Torquatus. s. cognomento dictus: uiderūt eadē nocte: bello latino. i. cū latino populo q defecerat a Ro. gesto: & ideo & graui & periculoso: qa armis aīs: & disciplina fere pari utebantur. i. castris positis non procul a radicibus Vesuuii mōtis cāpaniae italicae) sup. fuit magne admiratōis: & clari. i. euidētis exitus. Eni pro quia: Quinam deus: Praedixit utriq; per speciē uisionis quae in quiete solet fieri: iperatorē. i. primū ductorē: deberi diis manibus. i. inferis: & terrae matri. s. animantiū fere omniū: ex altera acie. s. duarum aut ex Romana aut ex latina & exercitū deberi illis ex altera. i. ex reliqua acie: in qua iperator non cecidenit. Autē pro sed: predixit utrius. s. aciei siue huius siue illius: dux aggrederetur copias hostiū & deuouisset. i. morti addixisset solēni prece seipsum super. i. ultra eas copias aut: ideo super eas dixit q; deuoti super stragem occisorum se tandem demittere solēt: sicut dido sup cadauera iuli & Aeneae se daturā fuisse dicit aeneid. iiii. Natūq; patrēq;. Cū genere extinxem: & memet super ipa dedissem: sup. cū ducē habiturū uictoriā non tū pro se sed pro suis: nisi eo modo quo martyres tyrannos uicerant: quia ne morte quidē frangi potuerunt: apertior esset lectio habiturā ut sit eam aciē habiturā uictoriā: q; si omnino legendū contendas habiturum tū placeret more antiquo cū foeminino cōiungendū ut sit utrius aciei dux ceciderit eā aciē habiturū (quod nunc diceremus habituraz: multa autē sunt id genus apud antiquos exempla: ut post Aulum Geliū collegit nestor. Calepinus. atq; alii) uictoriā: posset tū dici eum ducere habiturū uictoriā licet ipe ceciderit uerū sabellicus dicit sic. Vtrius exercitus imperator se super hostium cateruas deuouisset eius populi uictoriam fore. Consulibus uel expiaturis. i. purgaturis & ab euentu malo munituris. i. cum uellent uel piare id. s. somnium luce proxima. i. proxime insequenti die: sacrificio si. s. prodignum illud posset auerti. i. euitari aliquo sacrificio: uel executuris. i. executioni daturis. i. quum uellent si mutari non posset quod dii monuerant: ipm exequi: si uisum foret certum. i. testificatuz etiā monitu deorum qui per extorum dispositionez tunc praecipue admonere credebantur: exta hostiarum scilicet caesarum: congruerūt idest cōcordia fuerunt: somnio. i. idem portendebant quod somnio iusserant: q; p &: quia euitari non poterat quod dii in somniis monuerāt. Cōuenit. i. pactū factū est inter eos cuius: p utrius (duo. n. sunt) cornu coepisset prius laborare. i. in periculo esse: ut is. s. consulum siue Decius siue Torquatus lueret idest purgaret aut aboleret: suo capite: idest uita fata scilicet aduersa patriae: idest quae patriae imminuissent. Quae scilicet fata depoposcerunt decium scilicet consulem. Neutro scilicet consulum formidāte scilicet se pro salute exercitus morti obiicere.

## Aliud somnium hominis latini. Cap.LXXVI.

SEquitur æque ad publicam religionem pertinens somnium: Cum ludis plebeis quidam paterfamilias per circum flaminium priusq pompa induceretur: seruum suũ uerberibus mulctatum: sub furca ad supplicium egisset: latino homini ex plebe iuppiter in quiete præcepit: ut consulibus diceret sibi præsultorem ludis circensibus proximis non placuisse: quæ res nisi attenta ludorum instauratione expiata esset secuturum non mediocre urbis periculum. Ille ueritus ne cum aliquo incommodo suo religione summũ implicaret imperium: silentium egit. Euestigioq filius eius subita ui morbi correptus interiit. Ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus an satis magnam pœnam neglecti imperii sui pependisset: in proposito perseuerans debilitate corporis solutus est. ac tum demum ex consilio amicorum lectica ad tribunal consulum: & inde ad senatum perlatus ordine totius casus sui exposito: magna cum omnium admiratione recuperata membrorum firmitate pedibus domum rediit.

¶ Sequitur æque &c. Hoc exemplũ adhuc manifestiore dæmonorũ fraude mortalium oculis obiectum est: ad ludorum uidelicet sanctiorẽ celebrationẽ pertinens quasi uero ad deorũ religionem pertinerent & non potius ad morũ subuersionem: de qua re argute disputat diuus Augustinus libro de ciuitate dei.viii.capi. xiii. Ordo est. Sequitur somniũ pertinens æque ac superius sup. ad religionẽ publicam. Cũ quidã paterfamilias: Acronius uidelicet maxim9 egisset.i.ipulisset ad supplicium sub furca.i. cruce ludis plebeis .i. tpe quo ludi plebei celebrari debebant seruũ suũ mulctatũ.s. prius uerberibus.i. uirgis aut flagellis: per circũ flaminiũ in quo futuri erant ludi: priusq̃ põpa.i.solẽnis apparatus ad celebrandos ludos iduceret: Iuppiter cui eiusmodi ludi facti erant: præcepit homini latino ex plebe.i. plebeio & non patricio: in quiete.i. cũ dormiret: ut diceret cõsulibus: præsultorẽ.i. eũ a quo facta sunt præludia & præuiæ saltationes: hoc est miserum illũ seruũ qui ad suppliciũ ducebatur non placuisse sibi.s.ioui: ludis circensibus proximis.i. ultimo loco celebratis: & est amaræ scõma.q.d. iuppiter cũ ludi q festi & celebres ac lætitiæ pleni esse deberent mihi fieri deberent nõ decuit eos a mœsti serui & eiusdẽ malefici supplicio & miserabili saltu auspicari: q̃ res.i. q errattũ: nisi esset expiata.i. emẽdatũ & castigatũ: attẽta.i. diligẽti & accurata instauratione.i. de integro celebratõe ludorũ: dixit sup. nõ mediocre: imo maximũ pic ulũ urbis.s. Romæ: secuturũ. Ille.s.hõ plebeius: ueritus ne iplicaret religiõe.i. metu deorũ aut instauratione religiosa ludorũ: summũ: utpote cõsulare imperiũ cũ aliquo incõmodo suo. qa timebat ut mẽdax ab illis in carcerem detrudi aut uerberibus affici: aut multã dare: egit silentium.i. nihil dixit. Et filius eius correptus subita ui morbi interiit idest mortuus est euestigio: idest continuo post. Ipse etiam interrogatus per quietem idest in somnis ab eodem deo scilicet Ioue: an pependisset: idest persoluisset satis magnam pœnam

SEquitur æque ad publicam religionẽ. illud somnium ad deos pertinuit ut eorum uoluntas impleretur sed hoc quod sequitur nõ minus spectat ad religionem: omnes historici romani Fabii: Selii: Cælii & Liuius in primis hanc testãtur historiam. Cicero quoq3 libro de diuinatione refert q bello latino dum ludi uotiui maximi primum fierent: ciuitas ad arma repente excitata est. itaq3 ludis intermissis instauratiui paulopost constituti sunt: q anteq̃ fierent cum populus sedisset: & seruus per circum uirgis caederetur furcam ferens. dictus est deinde cuidam rustico romano dormienti uisus esse iuppiter per quietem: qui dixerunt præsultatorẽ sibi nõ placuisse ludis: idq3 ab eodem iussum esse senatui nunciare: illum non ausum esse: iterum idem iussum & monitum ne uim suam experiri uellet. nec tũ quidem esse ausum: exinde filium eius esse mortuũ eãdem in somnis admonitionem fuisse tertiam: tũ ẽt debilem factum rem ad amicos detulisse: quorum de sententia lecticula in curiã esse delatum. cũq3 senatui somnium enarrasset pedibus suis saluum domum reuertisse: itaq3 somnio approbato a senatu ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est. Plebeiis ludis. Quos teste Asconio: exactis regibus pro libertate plebis aut pro reconciliatione fecerunt. Diony. uero alicarnaseus li.vii. circa finem hos ludos senatum fieri decreuisse dicit: cum nuncupata essent uota ab aulo posthumio dictatore pugnaturo cum desciscẽtibus latinorũ urbibus conantibusq3 tarquinium in regnum restituere: decreuisse quotannis in sacrificia atq3 certamina quingentas argenti minas: & usq3 ad bellum punicum hoc impendisse in eã solemnitatẽ. ipsos deinde ludos quales essent & quomodo fierent longa oratione describit. quod quia longum nimis esset referre prætermittam. Quidam: paterfamilias. liuius li.ii. Mane seruum quidã paterfamilias nondum cõmisso spectaculo sub furca caesum medio egerat circo Macrobius saturnaliũ primo dicit hoc fuisse anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo quarto: & patre familias uocatũ Acronium maximum. Circum flaminiũ. Tres constat circos fuisse in urbe romana maximũ flaminium & neronianum. Flaminius autem circus dictus est nõ q flaminius quisq̃ ut nonnulli putant ædificari iussent: sed q in pratis flamineis fuerit cõstructus. Vnde Liuius. Ea inquit omnia in pratis flamineis consilio plebis acta quæ nunc circa flaminiũ appellãt. Plutar.i pblematibus. Quid ẽ q circus flaminius dictus ẽ: an q flamineus qdã priscus cũ ciuitati agrũ reliqsset: eqstrib9 ludis ei9 fructu & uectigalibus utebant. nã cũ pecũia suppeteret: uiã quoq3 flamineã muniuerũt: psultorẽ: Lusorẽ q psiluerat: hoc ẽ psaltauerat priusq̃ ludi ichoarent. Circẽsib9: q pxie celebrati fuissẽt: nã ludi plebei magni rõani circẽses eodẽ noie appellabant. dicti sũt aũt circẽses teste Seruio a circũ & enses. qa rudis antiqtas q̃ nõdũ specta cula in fabricã ornatũ deduxerat iter enses & gladios locis uirẽtibus ludos agebãt: & in medio loco muliera collocabãt: ut Vir. Mãera pricipio añ oculos circoq3 locantur. In medio eratq3 ludricum ut equi iũctis curribus a circi carceribus discedẽtes: ex uno latere circi decurrerẽt & cum ad summam aduentassent se deinde diuerterent & ex alio latere recurren

Plebeii ludi.

Flaminius circus

Circenses

tes ad primam usq3 circi metam reducerentur: ne igitur lusoribus per fugam locus esset ignauiæ circum eos disponebantur milites strictis gladiis: unde circenses dicti sunt quasi circum enses: uel ut alii uolũt: a circuitu. erat autem curule certamen. hoc est quadrigarum cursus. Virg. Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus. Attenta restauratione. Diligẽti & accurata renouatione ludorum.

AC ne: siue nec illud quidẽ &c. prosequit̃ somniũ Ciceronis q per. C. Mariuz cõpatriotam suũ (uterq3 eni arpinas fuit) iã defunctũ & in somnis apparẽtẽ de suo in patriam reditu admonitum dictitabat. Ordo est. Ac ne illud quidẽ quod sequit̃ somniũ ẽ sup. inuoluendũ. i. implicandũ silentio: hoc est nõ est silendũ. Marcus Cicero pulsus. urbe. s. Roma (quod bis contigit sed prius gloriose rediit: posterius iussu antonii cõniuẽte Augusto crudeli & iniqua cæde sublatus est: de priore ergo proscriptione loquitur) conspiratiõe inimicorum præsertim nobilium ut appii Claudii & aliorum inuidorũ moleste ferentium q homo nouus tantũ gloriæ in toga meruisset quãtum quisq̃ eorũ in armis unde criminabantur illũ q Catilinã, cethegum & cæteros coniuratos: ciues Romanos in dicta causa dãnatos occidisset: cũ diuersaret̃ in quadam uilla. i. domo rustica: campi atinatis: iuxta atinam urbem: is. s. Cicero animo profuso in somnum. i. cũ haberet aium pfusum in somnũ: putauit Caiũ Mariũ ornatũ insignibus cõsulatus. s. lictoribus & fascibus. xii. (septies eniz cõsul fuerat) factũ obuiam sibi. s. Ciceroni uaganti. i. sibi uagari uiso per loca deserta & regiones inuias (quod in regibus solet mortis putari omen) & sup. interrogantem eum. s. Ciceronem: Quid ita. i. cur ferretur incerto itinere uultu tam tristi. i. habens uultuz tã mœstũ. Deinde Marium audito casu quo Cicero conflictabatur: comprahendisse manum suam. s. Ciceronis (qui hæc putauit unde ad primum suppositum fit reciprocatio) ac Marium tradidisse lictori. i. ministro publico portanti fascem uirgarum cũ securi ante cõsulez: proximo. i. proxime e duodecim astãti se. s. Ciceronẽ deducẽdũ in monumentũ ipsius. i. sacellũ marianũ ubi erãt ei⁹ monumẽta: q. i. eo q diceret spem lætioris status esse repositam. s. Ciceroni: ibi. i. in sacello Mariano. Nec euenit aliter. s. q̃ somniauerit Cicero sibi dictum. Nam senatusconsultum de reditu eius scilicet Ciceronis in urbem est factum. s. præsidio lentuli: in æde iouis Mariana. i. a mario ioui constituta.

imperii sui neglecti idest eo q neglexisset imperium suum: quia siluisset: perseuerans in proposito scilicet tacendi: solutus est debilitate corporis idest paralyticus factus est: omnibus membris luxatis ac tum demum perlatus lectica ex consilio amicorum ad tribunal consulum: & inde ad senatum: ordine idest serie casus sui exposito idest declarata: idest cum rem omnem eo ordine quo dictum est consulibus & senatui enarrasset: rediit domuz non in lectica: sed pedibus suis: cum magna admiratione omnium. s. qui id uiderant: & hoc firmitate membrorum recuperata. Quæ res sic potuit fieri: ut norint dæmones filium eius tunc moriturum & ipsum in ualitudinem illam ex mœrore aut alioqui casurum: aut se permissione diuina illius corpus infestaturos: sed paulo post incolumitatem illi redituram: aut potius se ab infestatione quieturos: ut talis miraculi ludibrio mortales irretirent ad ludorum exactiorem celebrationem: cum in ipsis nihil aut deo aut bonis moribus dignum contineretur

## De Marco Cicerone. Cap. LXXVII.

AC ne illud quidem inuoluendum silentio. Inimicorum conspiratione urbe pulsus. M. Cicero cum in uilla quadam campi atinatis: diuersaretur: is animo in somnum profuso per loca deserta: & inuias regiones uaganti sibi. C. Marium consulatus ornatum insignibus putauit obuium factum: interrogantem eum. Quid ita tam tristi uultu incerto itinere ferretur: audito deinde casu quo conflictabatur comprehendisse dexteram suam: ac se proximo lictori in monumẽtum ipsius deducendum tradidisse: q diceret ibi esse lætiorem status spem repositam: nec aliter euenit. Nam in æde iouis mariana senatusconsultum de reditu eius est factum.

AC ne illud quidem. Cicero li. i. de diuinatione. ubi quintum fratrem de se loquentem inducit. Venio inquit nũc ad tuum somnium: audiui equidem ex te ipso: sed mihi sæpius noster Salustius narrauit cum in illa fuga nobis gloriosa patriæ calamitosa in uilla quadam campi attinatis maneres: magnamq3 partez noctis uigilasses ad lucem deinde arcte & grauiter dormitare cœpisse. Itaq3 q̃q̃ iter instaret tibi silentium fieri iussisse: neq3 passum esse te excitari: cum autem experrectus esses hora secunda fere te sibi somnium narrasse. uisum tibi esse cum in locis solis mœstus errares. C. Mariũ cũ fascibus laureatis querere ex te qd ita tristis esses: cũq3 tu te patria expulsum ui esse dixisses: prehendisse eum dexteram tuam & bono animo te esse iussisse: lictoriq3 proximo tradidisse ut te in monumentum suum deduceret: & dixisse: in eo tibi salutem fore: tum & se exclamasse Salustius narrat: reditum tibi celerem & gloriosum paratum & teipsum uisum somnio delectari: nam illud mihi ipsi celeriter nunciatum est: ut audiuisses in monumento Marii de tuo reditu magnificentissimum illud senatusconsultum esse factum: referente optimo & clarissimo

Villa P. lentulo consule idq3 frequentissimo theatro incredibili clamore & plausu comprobatum: dixisse te nihil attinati somnio fieri potuisse diuinius Villa: In domo agresti. Nam uilla proprie est domus in agris. Virgi. Et iam summa procul uillarum culmina fumant. Atinatis Mons est campaniæ ab atina urbe iuxta pontinas paludes posita deriuatus. & est nomẽ gentile. atina ab ærũna & morbo dicta est: quẽ uicinæ paludes inferebant & ixiet græce: latine significatur ærumna q̃q̃ Virgi. dicat. Atina potens tiburq3 superbũ. Insignibus. Videlicet lictoribus præcedentibus: ipo uero prætextam gerente sicut mos erat. Lictori proximo nãq3 ex lictoribus unũ sp habebãt proximũ consules. Monumentũ. Sacellũ marianũ. ubi fuerant eius monumenta & ita accidit. nã ut diximus. cũ Cicero totius ferme italiæ cõsensu restitutus esset in sacellũ Marii in quo factũ fuerat senatusconsultũ de eius reditu deductus ẽ: & ingenti senatus cõsensu liberatus; summaq3

## De Caio Graccho. Ca.LXXVIII.

CAio autē graccho imminentis casus atrocitas palam atq; aperte per quietē denunciata est: somno.n.pressus. Tiberii gracchi fratris effigiem uidit dicentis sibi nulla ratiōe eum uitare posse: ut eo fato non periret quo ipse occidisset. Id ex Graccho priusq̄ tribunatū in quo fraternum exitum habuit iniret: multi audiuerunt. Celius etiam certus romāæ historiæ auctor sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc uiuo peruenisse scribit.

¶Caio autem. Argumentum patet nec ordo obscurus est: ne nihil tamen dicā ita retexitur. Autem pro sed Atrocitas casus (quia ob leges populares occisus ē a lucio opimio) imminentis Caio Graccho: est denunciata ipsi.C.Graccho palam & aperte per quietem .i.in somnis. Enim pro quia: ipse pressus somno: uidit effigiem.i.simulachrum Tiberii Gracchi fratris sui dicentis sibi: eum nulla.i.non ulla: non posse uitare ulla ratione: ut non periret: eo fato.i. genere mortis fatalis (ut hic sentit minus catholicæ fidei conuenienter) quo ipse occidisset (ab occidendo media breui).i.occubuisset cæsus a Scipio ne nasica ut prius dictū est. Multi audiuerunt id.s. somnium sic factum esse: ex graccho s.Caio: priusq̄ iniret tribunatum.i.priusq̄ factus esset tribunus plebis: in quo tribunatu habuit exitum fraternum.i.similem exitui fratris: quia ob consimilem causam similem accepit necem. Celius etiam certus author romanæ historiæ scribit sermonem de ea re peruenisse ad aures suas illo.s.C.graccho adhuc uiuo.i.uiuente.

cum dignitate restitutus. scimus enim quemodo.M. Ci.lege appii claudii tri.ple.lata q̄ ipse ciues romanos in dicta causa damnatos occidisset: in exiliū pulsus fuerit. In æde iouis mariana: quam Marius in honorem Iouis condiderat: ibiq; monumenta sua collocauerat.

CAio aūt Grac. imminentis casus attrocitas. Titus Gracchus uir magnæ auctoritatis duos filios habuit seditiosissimos uiros tiberium & Caium gracchum quorum uterq; eodē exitio perierunt: nam Tiberius maior natu dum leges agrariam contra senatus auctoritatem ferre moliretur ut ager stellas q̄ bello & armis captus fuerat inter oēs æqualiter diuideretur: a Scipione nasica interemptus est. erat enim lex illa magnæ seditionis causa: quia nobiles de possessione cedere cogebant: itaq; cū magnæ essent tyberii opes & legē oino laturus esset quam populus q̄ sibi cōducibilem fore uidebat libenter acciperet. Scipio nasica uidens id fieri contra rēpublicā tergiuersantesq; consules inqt. Quicūq; uult rēpublicā eē saluā is me sequat: & ita fractis subselliis impetū fecit in rostra. & uno ictu tiberiū occidit: haud ita multo post.C.gracchus tiberii fratris effigiē uidit in somniis dicētis: quātum uellet cūctaret: tñ eodē sibi leto quo ipse interiisset esse pereūdū: idq; Celius tradit se ab eodē.C.graccho audiuisse anteq̄ tribunus plebis factus esset q̄ ēt euenit. cū eni creatus tribunus esset multas leges senatui p̄ q̄ iuisas tulit. inter quas & frumētaria que iubebat ut misseisibus & trientibus frumēta plebi diuideret alterā agrariā eādē quā & frater tulerat: tertiā queq; ut sexcēti eqtes miscerent senatoribus & equestrē ordinē ita puertit. hic continuato magistratu & latis legibus coplēs in italiā colōias eduxit & unā in solo dirutæ carthaginis quo ipse triūuir coloniā deduxit: deniq; seditiosus cū auentinū montē cum multitudine armata oppressisset a.L.opimio qui populū conuocauit occisus est: & ita somnium adimpleuit: de gracchis multis in locis dicturi sumus ut res postulabit: itaq; uariabitur historia fortasse pro diuersa auctorum sententia: Quo ille: nam sicut ille a Scipione cæsus est ita hic .a.L.opimio interfectus. Celius. Hoc somnium auctoritate Celii probat.





## Aliud somniū de Cassio parmensi. Ca. LXXIX.

Incit huiuscemodi sōnii dirū aspectum qd insequtur. Apud actiū.M.Antonii fractis opibus cassius parmēsis q̄ ptes eius secutus fuerat athenas cōfugit: ubi cōcubia nocte cū sollicitudinibus & curis mēte sopita i lectulo iaceret: existimauit ad se uēire hoiem igentis magnitudis: coloris nigri: sq̄lidū barba & capillo demisso. Interrogatūq; qsnā esset: rñdisse cacodæmōa: perteritus deinde tā tetro uisu & noie horrendo seruos inclamauit: Sciscitatusq; ē si quē talis habitus aut intrātē cubiculū: aut excūtē uidisset qbus affirmātibus neminē illuc accessisse: iterū somno & qeti se dedit atq; eadem animo eius obuersata species ē. Itaq; fugato somno lumen introferri iussit pueros q; a se discedere uetuit. Inter hanc noctem: & sup

CAssius parmensis. Deuictus Antonio & Cleopatra apud actium promontoriū ut supra dictum est. Cassius hic qui secutus erat Antonii partes: timens exitum ne.s.occideretur ab interfectoribus quos miserat Octauius ut persequerentur omnes qui sibi aduersi fuissent. Athenas profugit: & se in diuersorio quieti dedit horrida somni species obuersata est sibi mortē paulopost futuram denuncians. Concubia. Prima parte somni: nam nox concubia & nox intempesta eadem ferme est ut supra diximus. Sollicitudinibus. Sollicitudines & curæ sæpe somnium excitant: sæpe etiam debilitato corpore in somnum resoluunt sicut ēt hoc loco. Demisso: usq; ad pectus demissa barba tale qddā uisuȝ ē Bruto in cāpis philippicis: ut i eius uita Plutarchus tradit. κακοδαιμονα Malū dæmonē. duo sunt spūs q dant homini bonꝰ & malus. bonus rōne uocabuli dæmō appellat. naȝ dæmō apud græcos itelligētiā significat: & ita itelligit bonus angelus cacodæmō malus angelus. nam κακοσ malū significat: uñ Virg. Quisq; suos patimur manes: quia ut inquit Ser. Cum nascimur duos genios sortimur. hoc est duos spiritus: unū q nos hortatur ad bōa: alterum qui deprauat ad mala. quibus assistētibꝰ aut asserimur ad meliorē uitā. aut ɔdēna

tur ad deteriorem. Iterum sequenti. Quasi per somnium delusus esset. Fugato. Pulso. hic autem non multo post tempore ab interfectoribus Octauianis occisus est.

plicium capitis quo eum Caesar affecit paruulum admodum tempus accessit.

℄ Vincit &c. Affert dirius somnium dicens. Somnium sup. quod insequitur. s. Cassii parmensis: uincit. i. superat dirū affectum huiuscemodi somnii quod factum est graccho. ut dictum est. Opibus Marcii Antonii fractis apud Actium Epiri promontorium: ubi cum cleopatra ab augusto uictus est (unde Maro aenei. viii. In medio classes aeratas actia bella Cernere erat: totumq; instructo marte uideres Feruere leucatem &c.) Cassius parmensis (qui secutus fuerat partes eiu. s. Antonii: confugit athenas ubi cum iaceret in lectulo: nocte concubia. i. alta qua mortales simul requiem capere solent: mente sopita. i. inuoluta sollicitudinibus & curis: quia timebat arma Augusti uictoris & partes Antonii persequentis: existimat hominem ingentis magnitudinis: coloris nigri squallidum barba. i. habentem barbam squallidam. i. squalore & situ immundam: & capillo demisso: ut habent qui in carcere diu detenti sunt: & existimauit eum interrogatum quisnā eēt respondisse κακοδαιμονα cacodaemona. i. malum daemonem. i. genium eius malignum. deinde perterritus (pulchre mutat dicendi filum: Nam de superioribus quae in somnis uersata sunt dixit existimauit: de iis quae uigili contigere ut de certis loquitur) uisu tam tetro & nomine horrendo quale ē cacodaemō: iclamauit. i. itro ad se cum clamore uocauit seruos: & sciscitatus. i. postq̄ disquisiuit: si uidissent quem. i. aliquem talis habitus. i. figurae & ornatus intrantem cubiculum. s. suum aut exeuntem: quibus. s. seruis affirmantibus neminem accessisse illuc id est in cubiculum eius (unde constat Cassium cum sibi tam anxie timeret seruos habuisse pro foribus cubiculi excubātes. Alioqui id sciscitari non decuisset) dedit iterum quieti & somno se. i. iterum obdormiuit: atq; eadem species est obuersata. i. obiecta animo eius. Itaq; somno fugato id est per uim excusso: iussit lumen introferri & uetuit pueros idest seruos suos discedere a se. Tempus admodum paruulum intercessit inter hanc noctem: & inter supplicium capitis: quo Caesar scilicet Augustus affecit. i. mandauit afficiendum: eum. s. Cassium.

Propioribus tamen. Quāuis somnium quod supra dixi certis admonitionibus declaratum uerit tñ quod sequitur certioribus denūciatum fuisse uidetur. Lineis spaciis: ideo quia paruum interuallum fuit ab eo quod uiderat ad id quod postea fuit: quemadmodum linea breuissimum spacium est. ideo ostendere uoluit paruum admodum interuallum fuisse ab eo quod uidit ad id quod postea

Gladiatorium munus. sensit Gladiatorium munus. Quidam ludos funebres edebat in honorem patris sui qui gladiatores dimicantes protulerat. & hoc erat quasi ad inferias

Gladiatores mortuorum. existimabant enim si sanguinem effudissent ad umbrarum expiationem pertinere. gladiato

Mirmillo res autem dicebantur qui singulari certamine dimi-

Retiari9 cabant gladiis: donec aut occideretur alter: aut se uictum fateretur. Retiarii. gladiatorum alter mirmillo: alter retiarius dicebatur: retiarius pugnabat aduersus mirmillonē: & teste Festo ita dicebat nō te peto piscē peto qd me fugis galle. nā mirmillonicū genus ē armaturae gallicae ideo & galli mirmillōes sunt appellati. ideo autem piscem dicit: quia in eorum galea piscis effigies erat: illud autem gallicae armaturae ge

Retiarii pugnae inuentio. nus a pittaco mitileno uno ex septem sapiētibus primo inuentum fuisse traditur cum dimicaturus esset contra Phrinonē quēdā atheniensem pro finibus patriae: occultabat igitur pittacus sub clipeo rete quoddam: quo deinde iacto Phrinonem sic implicuit ut se mouere non posset: & ita uictus est: habuitq; in manu fuscinam: unde Iuue. Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina gracchi. & in capitis pinna piscem: quem rapere moliebatur retiarius. Idem alibi. Inter pinnirapi iuuenes iuuenesq; lanistae. ergo si piscem in apice galeae gladiatores gestabant recte utebantur retibus quibus capiūtur pisces. Narrauit. an scitis inquit quid ego uiderim i somnus me. s. a retiario occidi. Discusso: quia illum metuere uetuerunt.

## De Atterio Ruffo. Cap. LXXX.

Propioribus tamen (ut ita dicam) lineis Atterii Ruffi equitis romani somnium certo euētu admonitum est: qui cum gladiatorium munus syracusis ederetur. inter quietē retiarii se manu confodi uidit: idq; postero die in spectaculo consessoribus narrauit: incidit deinde ut proximo ab equite loco retiarius cum mirmillone introduceretur: cuius cum faciē uidisset idem dixit ab illo retiario trucidari se putasse: protinusq; inde discedere uoluit: illi sermone suo metu eius discusso causam exitii misero attulerūt: retiarius enim in eum locum compulso mirmillone & abiecto dum iacentem ferire conatur transiectum gladio. Atterium interemit.

℄ Propioribus tamen &c. Affert exemplum somnii quod Atterio contigit dicitq; ut exempla inter se connecteret. Tamen. i. tametsi multum conformis fuit cassii cum somnio exitus: tamen somnium Atterii Rufi: equitis Romani. i. qui erat de ordine equestri Romae: admonitum est certo euentu: lineis. i. spaciis temporum quae per lineas in horologiis agnoscuntur: quia agitur metaphora est dicit ut ita dicam: propioribus. i. uicinioribus: quia minus erat spacii inter admonitionem & euentum q̄ in Cassio. Qui. s. Atterius cum munus. s. spectaculum populo quasi numeri exhibitum: gladiatorium. i. quo duo gladiatores inter se certare solebant: quibus nomina ex officio erant Mirmillo & Reciarius Mirmillo autem piscem in galea habebat quem retiarius capere nitebatur dictitans subinde: piscem peto: te non peto: cur me fugis galle: ederetur syracusis. i. in ea urbe siciliae principe in qua tunc erat atterius: uidit inter quietem. i. cum dormiret: se confodi manu retiarii: & narrauit consessoribus. i. iis cum quibus sedebat: postero. i. sequenti eam noctē die in spectaculo: id. s. uisum aut somniū suū: deinde incidit. i. forte accidit ut retiarius cū mirmillōe. i. par illud gladiatorū itroduceret. s. i arenā hoc ē spaciū mediū ad usū certāīnū relictū: loco p̄ximo ab eqte. i. ab eo i quo Atteri9 eq̄s sedebat: cui9. s. retiarii: cū idē. s. eq̄s ro. uidisset faciē

dixit se putasse trucidari ab illo retiario: & uoluit potius discedere inde.s.ab illo loco aut spectaculo:illi.s.consessores q̄ illud audiuerant:metu discusso.i.ablato hoc est postq̄ ademerant illi metū sermone suo:asserentes uidelicet stultū esse adhibere fidem somniis:seq̄ꝫ cauturos nequam illi uim inferret retiarius:attulerunt misero causam exitii:Enim pre qa:n ir millone compulso.s.per fugam in eum locum ubi eques sedebat:& abiecto.i.lapso aut a desensione sui amoto:aut lege obiecto.s.ictu:retiarius dum conatur ferire iacentem.s.mirmillonem:interemit Atterium transfectum gladio.Ergo gladium quoqꝫ non solum rete tenebat Retiarius.

Externa de Hannibale. Ca.LXXXI.

Annibalis quoq̄ꝫ ut detestādū Romano sanguini:ita certæ pdictionis somnium. Cuius nō uigiliæ tantum sed etiam ipsa quies hostilis imperio nostro fuit. Hausit enim proposito & uotis suis conuenientem imaginem. Existimauitq̄ꝫ missum sibi a ioue mortali specie excelsiorem iuuenem inuadendæ italiæ ducem: cuius monitu primo uestigia nullam in partem secutus oculis mox humani igenii prona uolūtate uetita seruandi pone respiciens aīaduertit immensæ magnitudinis serpentem concitato impetu omne quicquid obuiū fuerat proterentem: postq̄ eā magno cum cœli fragore erumpentes nimbos lucemq̄ꝫ caliginosis inuolutam tenebris:attonitus:deinde q̄d nam esset monstri et quid portenderet interrogauit. Hic dux:italie īquit uides uastitatem:proinde sile & cætera tacitis permitte fatis.

Hannibalis &c. Prosequitur externa & primo de hannibale dicens. Somnium quoqꝫ hannibalis ducis carthagineū.ut.i.quemadmodum sup.fuit:detestandum sanguini Romano; ita sup.fuit certæ.i.non fallentis nec falsæ predictionis.i.prenunciationis.Cuius.s.hannibalis non tantum uigiliæ:sup.fuerunt hostiles: sed etiā ipsa quies.i.dormitio fuit hostilis:imperio nostro.i.Romano.enim pro quia:ipse hausit.i.auide accepit in quiete:imaginem.i.phantasticam repræsentationem:conuenientem proposito & uotis suis existimauitq̄ꝫ iuuenem excelsiorem specie mortali missum sibi a Ioue ducem italiæ inuadendæ:cuius.s.iuuenis monitu nullam.i.non ullam:non secutus in ullam partem uestigia sup.eius: hoc est iuuenis:primo.i.a principio:oculis.i.conuersione oculorum ad uestigia eius:hoc est quem iuuenem primo secutus est nullo modo obseruando uestigia eius nec inuestigando oculis quis eēt ( Sunt qui legant secutis:ut sit oculis hannibalis secutus.i.sequentibus in nullam partem primo)mox.i.paulo post respiciens (si esset secutis legendum:legerem etiam respicientibus )pone.i.post se: uoluntate ingenii humani prona.i.inclinata aut appetente.(sed noue dedit adiectiuo prona gerundium in di )scrutandi uetita animaduertit serpentem immensæ magnitudinis proterentem.i.ante faciem eius terentem & proculcantem impetu concitato omne quicquid fuerat obuiam:& ita indicauit hannibali similiter faciendū:postq̄ꝫ i.& post:& animaduertit post eam.s.serpentem:nimbos.i.uentos pluuiosos erumpentes cum magno fragore cæli.i.aeris hoc est cū magno tonitru:& lucem.i.fulgentem inuolutam tenebris caliginosis.deinde attonitus.s.ex tam horribili rerum facie:interrogauit:quidnam monstri esset & quid portenderet.i.porro.i.in futurum tenderet & præmonstraret:hic.i.tunc dux.s.qui apparuerat ei prius ut Iuuenis diuina specie:nunc ut serpens formidabilis:inquit tu uides uastitatem.i.aut amplitudinem italiæ sic obruendam aut uastationem italiæ per te futuram:proinde.i.ideo:sile & permitte cætera fatis tacitis.i.non diuulgatis per te:aut tacitis,i.tacendis:ut diues inaccessos ubi solis filia lucos &c.i.non accedendos:& Aut illaudatis.

Annibalis quoqꝫ. Narrat hannibalis somniū Liuius secundi punici belli li.i.in quiete dicit iuuenem ab eo uisum fuisse diuina specie qui se a Ioue diceret ducem in Italiam hannibali missum proinde sequeretur neqꝫ usq̄ a se deflecteret oculos: pauidum primo nusq̄ circunspicientem aut respicientem secutum:deinde cura humani ingenii cum quidnam id esset quod respicere uetitus esset:agitaret animo.temperare oculos animo nequiuisse:tum uidisse post se serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum & uirgultorum strage ferri ac post insequi cum fragore cœli nimbum.tum quæ moles ea quid ue prodigii esset quærentem audiuisse uastitatem italiæ esse.pergeret porro ire nec ultra inquireret:sineretq̄ꝫ fata in occulto esse.Ci.i.li.de diuina.hannibalem: inquit cum cepisset saguntum uisum esse in somniis a Ioue in deorum concilium uocari quo cum uenisset Iouem imperasse ut italiæ bellum inferret:ducemq̄ꝫ ei unum ex consilio datum quo illum euntem cum exercitu progredi cœpisset.ne respiceret imperasse.illum autem diutius facere non potuisse.elatumq̄ꝫ cupiditate respexisse.tum uastam belluam & [illegible] uisam circumplicatam serpentibus quacunqꝫ incederet omnia arbusta uirgulta tecta peruertere & eum admiratum quæsisse de deo.quidnam illud esset tale monstrū:& deum respondisse italiæ esse uastitatē:præcepisseqꝫ ut pergeret protinus quid retro & a tergo fieret scire ne laboraret. Vigiliæ:non solum dum uigilaret sed ēt dum quiesceret agitabat animo pestem italiæ inferre Hausit:uidit.haurio polysemus sermo ē.multa enim Haurio
significat:aliquādo ferio.Virgi.Et latus hausit apertum.aliquando uideo:ut hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto dardanus.interdum audio : ut uocēqꝫ his auribus hausi.plærunqꝫ sorbeo:ut ille impiger hausit spumantem pateram & pleno se proluit auro: q̄uis ibi Ser.dicat hausit accepit:ergo pro loci qualitate accipiendum est.Excelsiorem.Augustiorem mortali habitu.Secutus oculis.Quod humani ingenii proprium est:ut nitatur in uetita.Pone post.Proterentem proculantem omnia prosternentem. Nimbus : Ventus cum pluuia : sed interdum pro nube ponitur : ut Nimbus
Virgilius.Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi.aliquādo pro pluuia siue imbri:ut densus ruit æthere nimbus.Fragore: Tonitru.& propriæ fragor dicitur fractarum rerum sonitus siue strepitus.Portenderet.significaret.Hinc portenta dicuntur que aliquid futurum significant.Permitte fatis, Relinquas diis solicitudines:nihil aliud dicere uoluit:nisi ut fata carthaginensium in occulto relinqueret.tam si huius belli exitus declarasset : nulli dubium quin ab incepto destitisset.

ti nescit Busiridis aras.i.nō laudandi:aut nihil qđ laudes habentis. Aut lege:tacitus ut sit tu tacitus pmitte cætera fatis

## De Alexandri regis somnio. Cap.LXXXII.

QVam bene macedoniæ rex Alexander p quietem uisa imagine præmonitus erat: ut uitæ suæ custos esset diligentior: si eū etiam cauendi periculi consilio fortuna instruere uoluisset. Namq; cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius cognouit:q̄ exitu sensit. Existimauit enim se ab illo interfici cum eum nunq̄ uidisset. Interposito deinde tempore postq̄ in conspectum uenisset nocturni metus patefacta imagine:ut antipatri filium esse cognouit:adiecto græco uersu: qui fidem somniorum eleuat præparati iam aduersus caput suum ueneficii:quo occidisse cassandri māu creditur: suspitioné animo repulit.

QVam bene macedoniæ rex. Alexander macedo uidit in somniis imaginem nescio quā cū admonentem: ut diligentior esset suæ uitæ Alexādri mors custos:quoniam pestifera Cassandri manu periturus esset:quod etiam factum est:nam Iolaus Cassandri frater pincerna erat alexandri & nuper uenerat: ita q̧ facultatem dedit accusare uolentibus Cassandrū & nonnulli proxime uenerant qui dicerent. Antipatrem cum filiis egisse.ut Alexandrum ueneno necarent quod cum illi dicerent præsente Cassandro:tum ille quid audis inquit dicere homines qui tam procul uenerunt nulla nobis iniuria affectos cauillari. & ille inquit eo magis quia procul uenerunt scire non possumus quid indicant.hic est inquit illa Aristotelis ironia qua utitur:ut in utranq; partem arguat:deinde cum uidisset cassander more prisco adorari alexādrum: quia res noua esset risu statuam prosecutus est. Alexander indignatus capillis manibus iniectis ipsum terq; quaterq; terræ collisit. Haud multo post sicut antea dictum est ex antiocho rege cassander poculum uenenatum alexandro propinauit. Venenū autem frigidam aquam fuisse de nonacride regione quæ guttatim de petra stillat.que aqua non nisi ī ungulis equi uel asini deferri potest hanc aquam cum hausisset alexander subito dolore profusus est. Alexander natus est anno ab urbe condita.ccc.lxxxv.teste Solino capitulo de asia quo die flagrauit templū Dianæ ephesiæ.Ci.de na.deo.li.ii.Diana cū in partu olympiadis adesse uoluisset domo abfuit. De cuius morte Iustinus li.vii.Plinius & Herodotus:sed ī primis plutarchus in uita alexandri. Ab illo cassandro:erat enim antipatris filius qui paulopost somniū uenit sed anteq̄ ueniret illum in somniis uiderat. Adiecto uersu græco. Sunt qui dicant huc fuisse uersum Eleuat:minuit translatio ut diximus a cumulo. dicit autem credendum non esse.

¶ Quam bene &c. Recitat somnium Alexandri macedonum regis:quo monitus quidem fuerat periculum uitare:sed consilium uitandi defuit:quia fidem non adhibuit. Duplex enim est donū dei & scire quid uites aut facias: & consilium ac animus uitandi seu faciendi. Econtra aliud est uerum prædicere:aliud prædictis fidem mereri. Vnde de cassandra dicitur æneid.ii. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora dei iussa nonunq̄ credita teucris Ordo est. Quam.i.o q̄tum bene præmonitus erat. Alexander.s.magnus: rex macedoniæ:imagine uisa per quietem.i.dum dormiret: præmonitus dico erat:ut esset diligentior custos uitæ suæ:quia dictū ei erat q̧ potio letalis per Cassandrum afferebatur.si fortuna uoluisset instruere eum etiam consilio.i.proposito & uoluntate p donum consilii:cauendi.i.fugiendi periculi. Namq; prius cognouit somnio.i.in somnio & simulachro sibi oblato per somnium:dexteram Cassandri pestiferam.i.afferentem pestem.i.potionem letalē: q̄ sensit.i.percepit exitu.i.euentu sup.dexteram eius Enim pro q̄a: ipse existimauit se interfici ab illo.s.Cassandro:cum nunq̄ uidisset eum. Deinde tempore.s. aliquanto, interposito postq̄ uenisset in conspectum:scilicet Alexandri imagine nocturni metus patefacta.i.cum agnouisset illum esse a quo interfici uisus fuerat:ut id est postq̄ cognouit sup.Cassandrum esse antipatri filium:adiecto uersu græco qui eleuat.i.diminuit & minoris facit fidem somniorum.i.que de somniis haberi posset:repulit animo.i.reiecit ex animo suspitionem ueneficii.i.potionis letalis & in morem ueneni necantis:quam stygis aquæ partem fuisse traditum est præparati iam: quia allati a Cassandro:aduersus caput suum.i.in perniciem uite eius:quo.s.ueneficio aut uenenata potione creditur occidisse.i.occubuisse:manu cassandri.s.ipsum porrigentis.

## De simonidis poetæ somnio. Ca.LXXXIII.

LOnge indulgentius dii in poeta Simonide:cuius salutarem inter quietem admonitionem consilii firmitate roborarunt. Is enim cum ad littus nauem appulisset inhumatumq; corpus iacens sepulturæ mandasset: ab eo per somnium admonitus:ne proximo die nauigaret in terra remansit:qui inde soluerant fluctibus & procellis in conspectu eius obruti sunt:Ipse lætatus q̧ uitam somnio q̄ naui credere maluisset. Memoriam autem beneficii elegantissimo carmi

Symonides LOnge indulgentius. Hoc somnium Ci.lib.de diuinatione refert dicit.n.quid illa duo somnia que celeberrime commemorantur a stoicis quis tandem potest contemnere unum de Symonide:qui cum ignotum quendam proiectum mortuū uidisset.eumq; humasset:haberetq; in animo nauē conscendere moneri uisus est ne id faceret:ab eo quē sepultura affecerat:si nauigasset eum naufragio esse periturum:itaq; symonidem rediisse: periisse cæteros qui tum nauigassent. Indulgentius. Indulgentiores fuere dii in symonidem q̄ in alexandrum. Symonides lyricus fuit a quo symonidia metra dicuntur. Consilii firmitate. Non enim satis erat ī somniis prædixisse exitum:nisi etiam prædictum caueret.nam prædictio mali magis nocet nisi cautio adhibetur. Corroborauit admonitioni quam uiderat in somniis consilium adhibuit Aeternitati:quia liricum carmen scri

ne æternitati consecrauit:melius illi & diuturnius in animis hominum sepulchrum constituens:q̃ in desertis & ignotis harenis struxerat.

psit.cuius postea per aliquot annos memoria man sit. Diuturnius. Iuxta illud Propertii. At tibi ingenio quæsitum nomen ab æuo excidit: ingenio stat sine morte decus. Ignotis: peregrinis. Virgilius Nudus in ignota palinure iacebis harena.

¶Longe indulgentius. Ordo est. Dii sup. egerunt aut fecerunt aut præmonuerunt: indulgentius.i. efficacius illi opitu lando:in Simonide sup. poeta:q̃ in alexandro:quia in Simonidem simul & præ noscendi periculi beneficium & fugiendi consilium contulere:in alexandrum tantum prænoscendi. Vnde addit. Cuius.s. Simonidis poetæ admonitionem saluta rem.i. salutiferam:inter quietem.i. factam inter quiescendum: roborauerunt.i. stabiliuerunt & confirmauerunt firmitate consilii. Enim pro quia:is.s. Simonides:cum appulisset nauem ad littus: & mandasset sepulturæ:corpus iacens.s. in litto re naufragio facto a mari eiectum:inhumatum.i. insepultum:admonitus ab eo.i. eius corporis umbra aut spũ (per som nium aut somnum ut quidam textus habent:sed uacat cum prius dixerit inter quietem) ne nauigaret die proximo.i. pro xime futuro:remansit in terra:illi qui soluerunt.s. naues inde.i. ab ea terra id est qui eo die nauigabant obruti sunt.i. sopi ti & coopti fluctibus & procellis id est undis impetuosis & uentosis:in conspectu eius.s. symonidis stātis adhuc in littore Ipse.s. simonides lætatus est q̃ maluisset credere.i. committere quasi fidei:somnio.i. uisioni nocturnæ q̃ naui uitam suam Autem pro sed:ipse consecrauit æternitati memoriam beneficii.s. accepti ab eo quem sepeliuerat:carmine elegantissimo: constituens illi.s. defuncto sepulcrum melius & diuturnius in animis hominum:q̃ struxerat.s. prius in harenis desertis & ignotis:hoc est in littore peregrino.

## De Crœsi regis somnio. Cap.LXXXIIII.

Efficax & illa quietis imago: quæ Crœsi regis animum maximo prius metu:dein de etiam dolore confecit. Nam de duo/bus filiis: & ingenti agilitate & corporis dotibus præstantiorem imperiiq̃ successioni destinatum Atym:existimauit ferro sibi ereptum. Itaq; quic/quid ad inuitandam denunciatæ cladis acerbitatẽ pertinebat: nulla ex parte patria cura cessauit auer tere. Solitus erat iuuenis ad bella gerẽda mitti:do mi detentus est. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum:id quoq; amoueri iussit. Gladio cinctis comitibus utebatur: uetiti sunt propius accedere: necessitas tamen aditum luctui dedit. Quum enim ingentis magnitudinis aper olympi montis culta crebra cum agrestium strage uastaret:inusitato q; malo regium implora tum esset auxilium:filius a patre extorsit:ut ad eũ opprimendum mitteretur: eo quidem facilius: q̃ non dentis sed ferri sæuitia in metu reponebatur. Verum dum acri studio interficiendi suem om/nes sunt intenti:pertinax casus imminentis uiolen tiæ lanceam petendæ feræ gratia missam in eum detorsit:& quidem eam potissimum dexteram ne phariæ cædis crimine uoluit aspergi:cui tutela fi lii a patre mandata erat:quamq; Crœsus impru/dentis homicidii sanguine uiolatam hospitales ue ritus deos:supplicem sacrificio expiauit.

¶Efficax &c. Affert triste sed uerax somnium crœsi lidorũ regis ditissimi & ut uideri uoluit beatissimi dicens Et.i. etiam illa ima go.i. repræsentatio aut uisum quietis.i. somnii:quæ confecit animũ

Crœsus

Efficax & illa. Crœsus rex lidiæ duos filios habuit unum mutum alterum incolumem. Pa ter autem uidit in somniis illum. qui uocalis erat ferro periturum esse. curauit igitur ut omne teluz remoueretur ab eo. ipsum etiam cũ æqualibus suis cum quibus uiuere consueuerat: sine telo esse uole bat. deniq; eum nihil agere permittebat: quo posset ferro perire. forte ita accidit ut eo tempore aper im mensæ magnitudinis totam illam regionem uastaret agrestes uero ad regiam conuenere petentes atym. q uenatione delectabatur quibus Rex ita respondit. instrumenta se quidem daturum retia: canes: filium uero non concessurum metuens somnium quod uide rat. Eodem tempore uir quidam externus ad Crœ/sum uenerat rogans regem:ut cædem suam expiaret Interrogatus quis esset. Vnde ueniret respõdit. Adra sti filius sum:uelut alii dicunt Midisgordii: fratrem meum inuitus occidi Et a patre pulsus rebus omni/bus priuatus Tum rex misericordia captus:cum cæ de expiauit & in regno retinuit. deinde Adrasti (sic enim de nomine patris appellabatur) cognita indu/stria. Rex ei filium Athym commendauit. Sed cum tandem precibus agrestium uictus esset Rex:ut filiũ concederet. Misit in uenationem Adrasto prius ma/gnopere commendatum. Forte casus ita tulit: ut hũc Adolescentem uenatione uersantem Adrastus cũ ha stam torqueret in aprum:infœliciter atym medium transfixerit: & occiderit: qui cum mortuus ad patrẽ delatus esset:in magnos questus lachrymasq; resol uitur pater: & ipsum præcipue accusabat Adrastum: q̃ cui filium demandasset: is potissimum occidisset. Adrastus se nihil expurgans:mortem non respuebat Rex ubi uidit illum casu non uoluntate cædem illã perpetrasse: & propterea impatienter dolentem uita donauit q̃tum in se fuit:sed cum funus atys persecu tus est Adrastus in eius sepulchro seipsum quasi in ferias occidit. Destinatum:deputatum Virgi. Et qui me destinat aræ. Strage quia multi agrestes peribãt nam strages dicitur cæsorum corporum ruina. Non dentis. Sic quoq; herodotus tradit hac ratione filio concessisse:ut ad uenationẽ iret. quia.s. non dente sed ferro moriturũ somniauerat. Sacrificio expiauit. hic mos a græcis sũptus ẽ: ut qui hõicidiũ perpetrasset a regibus expiaret. Oui. fastorũ: Ha nimiũ faciles q̃ tristia crimina cædis Flũinea tolli posse putatis aq̃.

Valerius maximus.

cro⸗e.i regis:plus maximo metu:deindé etiam maximo dolore:fuit sup efficax.i.effectum reddens quod admonuerat. Nã crœsus existimauit.s.somniando atym præstantiorem de duobus filiis.i.inter duos filios quos habuit:&.i.simul:ingenti agilitate.s.corporis:& dotibus sup.cæteris corporis. Nam agilitas quoq3 dos corporis:quia tamen ex spiritu preueniente: nam non pro corporis mole sed pro spiritus uiuacitate agiles sumus:uidetur distinguere dotes corporis ab agilitate ut in ter dotes corporis sint quæ a corpore dependent:ut procentas.i.pulchritudo.robur membrũ species &c.præstantiorem dico & destinatum.i.animo crœsi additum & ut dicunt ordinatum:successioni imperii.i.regni lidiæ. Itaq3 quia id existi mauerat:cura patria.i.paterna:nulla.i.non ulla:non cessauit ex ulla parte:auertere.i.amouere & impedire: quicquid per tinebat ad acerbitaté cladis denunciatæ.s.in somnio inuitandam.i.accelerandam.(Textus fere habet euitãdam:sed cõ traria sit sententia:nam auertere:quod euitet est nolle euitare) Iuuenis.s.Atys:solitus erat mitti.s.a patre: ad bella geren da:& sup.post somnium patris:detentus est domi. Iuuenis habebat armamentarium.i.repositorium armorum refertum copia omnis generis telorum pater sup.iussit id quoq3 amoueri.s.a filio. Iuuenis utebatur.s.prius:comitibus cinctis gla dio:sup.postmodum hi uetiti sunt accedere propius.s.ad iuuenem:tamen necessitas.i.uiolentia ineuitabilis fati dedit luctui.i.dolori patris:aditum.i.accessum:hoc est ansam & medium quo fieret. Quum enim aper.i.porcus siluester: ingen tis magnitudinis:uastaret.i.destrueret uasta reddendo.s.sata aut uineta:montis olympi qui illic quoq3 est.nam quattuor in lo.is ponitur olympus:cum crebra strage.i.prostratione & nece agrestiũ.s.colonorum qui ipsum pellere aut interficere sperabant:& auxilium regium esset imploratum:malo inusitato.i.contra malum insuetum:filius extorsit.i. multa prece quasi ui obtinuit:ut mitteretur ad opprimendum eum.s.aprum.quidem.i.certe eo facilius sup.extorsit:q̃ non sæuitia dẽ tis:quo aper armatus est sed ferri reponebatur in metu:nam existimauit pater in somniis filium sibi ferro adẽptum. Veru dum omnes qui cum Aty missi erant:sunt intenti acri studio interficiendi suem.i.porcum sup.syluestrem: hoc est aprum illum:casus pertinax uiolentiæ imminentis.i.instantis necessitatis.hoc est a fato prædestinatus:detorsit in eum.s.iuuenẽ hoc est filium regis Atym:lanceam.i.hastam aut cuspidẽ missam gratia feræ petendæ.i.ut uulneret aprum ferocem: & quidem.i.certe pertinax ille casus:uoluit eam dexteram potissimum.i.præ omnibus aliis:cui tutela filii erat mandata a patre:hoc est dexteram Adrasti iunioris:aspergi crimine cædis nephariæ.i.filii eius a quo de parricidio purgatus fuerat & a quo custodiam filii receperat:quãq3.i.& quam dexteram:hoc est cuius dexteræ totum:hoc est adrastum uiolatum sanguine homicidii imprudentis.i.ab imprudente commissi:quia imprudens fratrem occiderat:crœsus ueritus deos ho spitales.(quia enim Adrastum hospitio susceperat ueritus est si eum non iuuarẽt deos hospitales.i.hospitalitatis autho res habere inimicos) expiauit sacrificio supplicem.i.supplicantem ut sit pars pro toto.i.dextera pro homine. Crœsus & huic errori ueniam dedit:sed Adrastus non admissa uenia seipsum tanq̃ inferias Atys interemit:ut Oliuer.recitat. Qua propter historiarum narratione illius recitatione contentus fere supersedeo.

## De Astiagis somnio. Ca.LXXXV.

Nec Cyrus quidem superior inuictæ fato rum necessitatis paruulum argumẽtum est:cuius ortus ad imperium totius asię spectantis maternus auus astyages:duos præ nun cios somnii frustra discutere tentauit: Mandanen filiam suam (q̃ in quiete uiderat urinam eius om nes asiaticas gentes inundasse) non medorum ex cellentissimo:ne in eius familiã regni decus trans ferretur:sed persarum modicæ fortunæ uiro collo cando natumq; cyrum exponi iubendo quia simi liter quietis temporibus existimauerat genitali parte mandanes natam uitem eo usq; creuisse:do nec cunctas dominationis suę partis inumbraret: frustratus enim est se ipse nepotis fœlicitatem cœ lestium iudicio destinatam humanis consiliis im pedire conando.

Astiagis somnium

Nec cyrus quidem. Astiages medorum rex ui dit in somniis filiam suam mandanẽ urina to tam asiam inundasse:ut tradit Herodotus: ut uero Iustinus refert:uidit ex naturalibus filiæ quã unicam habebat:enatam esse uitem cuius palmite omnis asia obumbraretur. Consulti aruspices respon derunt ex filia nasciturum esse nepotem qui totam Asiam imperio subigeret:eiq3 regnũ adimeret. Quo responso territus Astiages:neq3 claro uiro neq3 ciui filiam suam:ne paterna maternaq3 nobilitas nepotis animos extolleret:sed ex gente obscura tum tẽporis persarum Cambisi mediocri uiro in matrimonium tradidit. Ac nec sic quidez somnii metu deposito gra uidam ad se filiam iussit acciri:ut sub aui oculis par tus necaretur:natus infans datur occidendus. Arpa go Regis archanorum participi. Is ueritus ne si ad filiam mortuo rege uenisset imperium: quia nullum astiages uirilem sexum genuerat: illa necati infantis ultionem:quoniam a patre non potuisset: a ministro

Cyri ca⸗sus.

exigeret Mitridati pastori regii pecoris puerum expo nendum tradit. Forte eodem tempore & ipsi pastori natus filius erat uiuus:ut Iustinus refert:ut alii uolũt mortuus:eius igitur uxor audita regii infantis expo sitione:rogat summis precibus sibi preferri ostẽdiq3 puerum cuius precibus fatigatus pastor:reuersus in siluam:inuenit iuxta infantem canem fœminam par uulo ubera præbentem & a feris alitibusq3 defendẽ tem:motus & ipse misericordia:qua motam esse ca nem uiderat:puerum defert ad stabula: eadem cane anxie prosequente:quem ubi in manum mulier acce pit:ueluti ad notam allusit:tantusq3 in illo uigor & dulcis quidam blandientis infantis risus apparuit:ut pastorem ultro rogaret:suum pro illo partum expo⸗neret: permitteretq3 sibi siue fortunæ ipsius:siue spei

¶Nec Cyrus &c. Recitat somnium habitum de Cyro de quo quia Oliue.satis prolixe differit:Ordo est. Nec.i.& non: & quidẽ Cyrus superior.i.prior tempore (nam fuit eo alter Cyrus poste rior) est non paruulum:immo magnum argumentum.i. approba tio:aut medium probandæ necessitatis fatorum inuictæ.i.ineuita bilis:Cuius.s.Cyri:ortus.i.natiuitatis:spectantis ad ĩperiũ totius asiæ:Astyages auus maternus:quia pater Mandanes matris eius

tentauit frustra discutere.i.dissoluere & irritos facere duos præud cios.i.duo præsagia somnii Si loco relatiui:cuius ponatur antecedens Cyri.ordo fit.Astyages auus maternus Cyri frustra tētauit excutere duos pnūcios Forte legēdū fit duuos pnūcios:sed duo illa somnia fuisse dicit:alterū quo uidit Mādanen tota regionē urina pfundentē:alterū quo uidit ex eadem uitem enatam cuius palmites totam asiam umbra sua tegerent )prænuncios dico somnii.i.qui erant in somnio prænuncii ortus Cyri spectantis ad imperiū totius asiæ.tentauit autem discutere:collocando.i.uxorem dando Mandanen filiam suam:non excellentissimo medorum ne decus regni transferretur in familiam eius.( q.i.quia uideret urinā eius.s.mandanes filiæ suæ inundasse.i.obruisse aut unda quadā inuoluisse: omnes gentes asiaticas:& ita somniorum interpretes dicebant unde urina fit proditurum partum qui totius asiæ imperium occuparet )sed collocando eam uiro modicæ fortunæ persarum.i.habenti modicum fortunæ inter persas:uidelicet cambysi: & iubendo Cyrum natum.s.ex Mandane:exponi.i.foras ferri in desertum aut siluestrem aliquem locum feris deuorandum quia existimauerat similiter temporibus quietis.i.cum dormiret: uitem natā genitali parte mandanes creuisse eo usq.i. donec inumbraret.i.umbra sua tegeret:omnes partes dominationis suæ.s. Astyagis.deinde probat q frustra tentauit:enim pro quia: ipse frustratus ē se conando impedire consiliis humanis fœlicitatem nepotis.s.Cyri:destinatam.i.illi addictam iudicio cælestium.i.deorum.

suæ gratia puerum enutrire atq ita permutata sorte paruulorum:hic pro filio pastoris educatur: ille pro nepote regis exponitur:nutrici deinde nomen spago fuit:quia canem persæ sic uocant.puer deinde iam adultus cum imperio usus inter pastores esset: cyri nomen accepit.mox rex inter ludentes sorte delectus cum per lasciuiā contumaces flagellis cecidisset a parentibus puerorum querela regi delata est indignantibus a regio seruo ingenuos homines seruilibus uerberibus affectos:ille accersito puero & interrogato quid ita esset:cum nihil mutato uultu fecisse se ut regem respondisset:admiratus constantiam: in memoria somnii responsiq reuocatur:atq cum & uultus & similitudo & expositionis tempora & pastoris cōfessio conuenirent:nepotem agnouit & quoniam defunctus sibi somnio uideretur:agitato inter pastores regno.animum minacem dūtaxat in illo fregit.cæterum Arpago amico suo infestus in ultionem seruati nepotis filium eius interfecit:epulandumq patri tradidit:Sed arpagus ad tempus dissimulato dolore: odium regis in uindictæ occasionem distulit.Interiecto tempore cum adoleuisset Cyrus:dolore orbitatis admonitus:scribit ei:ut ablegatus ab auo in persas fuerit:ut occidi eum paruulum auus iussrit:ut beneficio suo seruatus sit:ut regem offenderit.ut filiū amiserit:hortatur:ut exercitum paret:& pronam ad regnum uiam ingrediatur:medorum transitionem pollicitus:Epistolam quia palā ferri nequibat regiis custodibus omnes aditus obsidentibus:exenterato lepori inseritur:lepusq in persas Cyro ferendus fido seruo traditur:additaq retia sunt ut sub specie uenationis dolus lateret.Lectis ille litteris:eadem somnio aggredi iussus:bellum medis infert.Astiages memor sui in Arpago oblitus:summam belli idem committit:qui exercitum acceptum statim cyro per deditionem tradit: regisq crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur:quod ubi astiages audiuit:contractis undiq auxilus ipse in persas proficiscitur:& primo impetu persarum acies in fugam conuertit:quibus fugientibus matres & uxores eorum obuiam occurrerunt:orant ut in prælium reuertantur:cunctantibus illis sublata ueste obscœna corporis ostendunt rogantes num in uteros matrum & uxorum uellent refugere.Hac repressi castigatione in prœlium redeunt:& facta impressione quos fugiebant fugere compellunt.In eo prœlio Astiages capitur:cui cyrus nil aliud q̄ regnum abstulit:seq in illo nepotem magis q̄ uictorē egit.Superior:ideo dixit quia fuit etiā cyrus inferior:de quo in Catone maiore multa Cicero dicit.ad quē Alexander cū uenisset:illi arbores sua manu insitas ostendit.Argumentū:indiciū.Prænuncios:quasi duo præsagia .Mandanen:Declarat somnia que fuere prænunciat ortus Cyri:qui uniuersæ asiæ iperaturus esset.Frustratus:uere inquit frustra tentauit:quia dum uult fata cauere:in ipsa fata incidit.

Mulieris animositas.

De dionysio Syracusano. Ca.LXXXVI.

INtra priuatum autem habitum Dionysio syracusano adhuc se cōtinente himera quædam non obscuri generis fœmina inter quietem opinione sua cœlum cōscendit: atq ibidem:deorum omnium lustratis sedibus animaduertit uirum præualentem:flaui coloris:lentiginosi oris:ferreis cathenis uinctum:Iouis solio pedibusq subiectum.interrogatoq iuuene quo considerandi cœli gratia duce fuerat usa: quisnā eēt: audiuit illum siciliæ atq Italiæ dirum esse fatum solutumq uinculis multis urbibus exitio futurum quod somniū postero die sermone uulgauit.Postq̄ deinde Dionysium inimica syracusarum libertati capitibusq insontium infesta fortūa cœlesti custodia liberatum uelut fulmē aliquod ocio ac trā

INtra priuatum autem habitū.Anteq̄ Dionisius Syracusanus regnum occuparet: cū adhuc priuatus esset mulier quædam existimauit se in cælū ascendisse & sibi ducē datū esse q eā duceret per cælū:ut regiones illas contēplaretur:cū ad Iouem introducta esset:uidisse sub eius pedibus cathenatū iuuenē:quo soluto magnū exitiū syracusanis immineret.Interiectis deinde aliquot annis: cū Dionysius Rex creatus esset:& ciues obuiā prodirent officii gratia:in his etiā multæ matronæ erant; que dis supplicationes facerent.Ingresso igitur ciuitatē cū mulier illū conspicata foret magna uoce clamauit:hunc illū iuuenē esse quē uiderat in somnis: & hoc mulieris dictum adeo excitauit animum Dionysii:ut eam de medio tolli iuberet.Occupauit autē imperiū uigesimo quinto suæ ætatis anno: & regnauit annis duobus & quadraginta. teste Cicerone libro quinto tusculanarū quæstionū.Priuatū habitum non habentē imperiū.Himera:nomen erat mulieris. Lentiginosi:lentiginū pleni.qui color in rubrū semper tendit.Est enī lentigo in uultu nota rubicunda.Effusam:ex ædibus tā officii q̄ spectaculi gratia.Tollendæ:interficiendæ mulieris.Alterius somnii.Cicero li. primo de diuinatione.mater inquit Dionysii eius q Valerius maximus.

Dionysii regnum.

ſyracuſanorũ tyrannus fuit.ut ſcriptum apud philiſtium eſt.& doctum hominem & diligentem. & æq̃lem temporum illorum cum prægnans hunc ipſum Dionyſiuȝ aluo contineret:ſomniauit ſe peperiſſe ſatyriſcum:huic interpretes ſomniorum: qui gallici in Sicilia tum nominabantur:reſponderunt eum quem peperiſſet clariſſimum græciæ diuturna cum fortuna fore Satyriſcum:paruum ſatyrum:eſt enim diminutiuum græcum nam diminutiuorum formæ græcæ ſunt aliæ in: αριον ut ανθρωπαρι homuncio. alia in ιδιον ut στιχιδιον. uerſiculus. alia in ισκος ut λογισκος. oratiuncula.Et ſicut beatus Auguſtinus dicit deluſa gẽtilitas ꝓ diis celebrabat phaunos.ſatyros nymphas:ſunt autem ſatyri animalia diu uiuentia.aduncis naribus & cornua in frontibus habentia:caprinis pedibus homunciorum ſimilitudinem referentia:naſcuntur autem teſte Plinio & habitant in receſſu inſulæ Canopeæ i finibus æthiopiæ:& præter figuram nihil moris humani. Satyriſcum ergo quaſi aſperum correctorem.Potentiſſimum quia ſatyri mira agilitate corporis mouentur.ſunt eniȝ ut diximus homulli ſilueſtres:nudi mordaces:ſaltatores.Clariſſimum:quia pro diis habebantur ſatyri.Certo euentu: id re uera fuit. nam & italiæ partem cum Sicilia non minimam imperio tenuit.

quillitati iniecit. Himera cum mœnia inter effuſam ad officium: & ad ſpectaculum eius turbam intrãtem ut aſpexit:hunc eſſe quem in quiete uiderat uociferata eſt.Id cognitum tyranno curam tollendæ mulieris dedit. Altioris ſomnii mater eiuſdem Dionyſii: quæ cum eum conceptum utero haberet parere uiſa eſt ſatyriſcum:conſultoq; prodigiorum interprete clariſſimum ac potentiſſimum graii ſanguinis futurũ certo cum euẽtu cognouit.

¶Intra priuatum &c.Narrat ſomnium himeræ ſiculæ mulieris de Dionyſio tyranno:dicens.Autem pro ſed dionyſio ſyracuſano i.ſyracuſis in ſicilia orto:continente ſe adhuc intra habitum priuatum.i.hominis priuati:hoc eſt nullo fungentis magiſtratu aut imperio.i.cum dionyſius nondum regnum ſiciliæ per tyrannidem occupaſſet.Quædam fœmina non obſcuri.i.ſatis clari generis himera.ſ.nomine:conſcendit ſua opinione.i.quantum opinata ẽ cælum inter quietem.i.dum quieſceret atq; ſedibus deorum omniũ luſtratis.i.circuminſpectis:ibidem animaduertit uirum prætua'entem:coloris flaui.i.ut dicunt rufi:& oris lentiginoſi.i. facie in qua multæ erant lentigines.i.maculæ ſubrubræ:uinctum.i.ligatum in catenis ferreis:ſubiectum ſolio.i.regali ſedi:& pedibus iouis: ſicut tyranni ſub martyrum pedibus a noſtris ſculpuntur & pinguntur. & Iuuene quo duce.i.cuius ductu fuerat uſa gratia conſiderandi aut conſcendendi cæli:interrogato quiſnam eſſet.ſ.ille uinctus:audiuit illum eſſe dirum fatum.i.perniciem aut flagellum ſiciliæ atq; italiæ:& ſolutum.i.ubi eſſet ſolutus: futurum multis urbibus exitio.i.ad exitium & euerſionem.quod ſomnium ipſa himera uulgauit ſermone.i.narrando multis: die poſtero.i.eam noctem inſequente deinde poſtq̃ fortuna inimica libertati ſyracuſarum & infeſta.i.uim inferens: capitibus inſontium.i.innocentum:iniecit dionyſium liberatum cuſtodia cæleſti:quia id ſignificabat ꝙ pedibus iouis ſubiectus iacebat:ipſum non exiturum in perniciem niſi quando dii eum ſoluerent.i.quando id permitterent:iniecit dico otio ac tranquillitati uelut fulmen aliquod:tunc ſup.himera ut.i.poſtq̃ aſpexit eum intrantem mœnia inter turbam effuſam ad officium.i.honorem debitum ei exhibendum obuiam prodeundo:& ſpectaculum eius:quia in regali pompa ſpectabatur:uociferata eſt.i.uoce magna clamauit:hunc.ſ.dionyſium eſſe:quem uiderat in quiete.ſ.uinctum ſub ſolio iouis. Id cognituȝ tyranno.i.ubi tyrannus id cognouit dedit tyranno.ſ.dionyſio: curam mulieris tollendæ.ſ.de medio uiuentium:ne talia uociferando coniurationem concitaret. ¶Altioris alii legunt tutioris:tangit autem ſecundum ſomnium factum de dionyſio ſed matri eius dicens.Mater eiuſdem dionyſii:fuit ſup.ſomnii altioris.i.ſublimioris: & diuinioris aut profundioris & occultioris ſignificationis.Quæ.ſ.mater cum haberet eum.ſ.dionyſium conceptum utero:uiſa eſt ſup.ſibi:parere ſatyriſcum.i.paruum ſatyrum.i.animal cornutum & aduncis naribus & pedibus caprinis: & interprete prodigiorum conſulto.i.interrogato conſilium:cognouit cum certo euentu.i.quod euentus qui poſtea contigit certum reddidit:ſup.partum ſuum:hoc eſt Dionyſium:futurum clariſſimum atq; potentiſſimum ſanguinis graii. i. græcanici: ſup. ſuo tempore.

IT carthaginenſium dux. Amilcar pœnorum dux dum ſyracuſas Siciliæ urbem clariſſimam obſideret exiſtimauit ſe in ſomnis audiſſe uocem nunciantem fore.ut ſequenti die ſyracuſis cœnaret quod ſomnium cum ad uictoriam pertinere arbitratus eſſet exercitum inſtruxit ad pugnam:ut potiretur urbe: ſed forte ita accidit:ut inter pœnos & Siculos transfugas qui erant in eius exercitu maxima oriretur diſſenſio.quam Syracuſani ſentientes eruptione facta pœnorum caſtra cepere. & Amilcarem uinctum in urbem traxere:ubi cœnauit captiuus & hoc pacto impletum eſt eius ſomnium. non autem eo quo animo præſumpſerat. Inter ſiculos. uel qui transfugerant.uel certe qui cum carthaginenſibus ſocia arma coniunxerant & confœderati erant.Magis ſpe. quia credebat ſe uictorem cœnaturum ſed uictus cœnauit.

## De amilcare duce carthaginẽſiũ. Ca. LXXXVII.

AT carthaginenſium dux Amilcar cũ obſideret ſyracuſas inter ſomnium uocem exaudiſſe credidit nunciantem futurũ ut proximo die in ea urbe cœnaret. Lætus igitur perinde ac diuinitus ꝓmiſſa uictoria exercitum pugnæ comparabat:in quo iter ſiculos & pœnos orta diſſenſione caſtris eius ſyracuſani ſubita irruptione oppreſſis ipſum intra mœnia ſua uinctum pertraxerunt. Itaq; magis ſpe q̃ ſomnio deceptus cœnauit ſyracuſis captiuus:nõ ut animo præſumpſerat uictor.

¶At carthagineñ.dux. Recitat somnium Hamilcaris ducis carthagineñ non satis feliciter ab eo interpretatum.n. cuz sibi promissum somniasset se postridie eius son nu syracusis coenaturum: mutu bem ex eo somnio capere sperans ipse captus in ea coenauit. Ordo est. At.i.econtrario.q.d.ncu simili euentu Hamilcar dux carthagineñ.credidit exaudisse.i.manifeste audiuisse:inter somnium.i.somniando:cum obsideret syracusas urbem primariam siciliae:uocem nunciantem futurum sup.esse:ut coenaret proximo die in ea urbe:quam ob. sidebat. Igitur ipse laetus perinde.i.similiter ac.i.acsi:uictoria promissa sup.esset diuinitus.i.a deo( possunt tamen sine uerbo dici ablatiui in designatione sequelae positi )comparabat.i.congregabat aut instruebat exercitum pugnae.i.ad pugnam contra syracusanos. In quo.s.exercitu collecto ex siculis qui partes carthagineñ.fouebant & ex poenis:d.issensione orta iter siculos & poenos::quia neutri alteris parere uolebant: Syracusani uidentes exercitus dissensionem:castris eius.s.Hamilcaris oppressis.i.postq̄ oppresserant castra eius subita irruptione:quam faciebant aegressi portis:pertraxerunt ipsum.s.Hamilcarem:uinctum:intra moenia. Itaqz.i.& sic ipse deceptus magis spe q̄ somnio:non enim falsum erat somnium:sed stulta spes eius fecit ipsum falso interpetrari: coenauit syracusis.i.in syracusanorum urbe:captiuus:non uictor:ut presumpserat.i.inaniter praeceperat animo.i.opinione. Vbi quod Valla diligenter scripsit:meminerit lector praesumptio & praesumptuosus:item praesumere a doctis fere nunq̄ accipi in uulgata significatione.

## De Alcibiade. Cap.LXXXVIII.

Alcibiadesquoq; miserabilē exitum suū haud fallaci nocturna imagine speculatus est. quo enim pallio amicae dormiēs opertum se uiderat eodē interfectus & insepultus iacens contectus est.

¶Alcibiades &c. Ordo est. Alcibiades quoqz.i.etiam q̄si dicat: non modo Hamilcar:sed & Alcibiades atheniēn.speculatus est.i.uidit:imagine.i.repraesentatione nocturna.i.facta per quietem: haud.i.non fallaci:quia ita euenit ut speculatus est:sed forte non ita ut sperauerat Enim pro quia:ipse interfectus & iacens insepultus:sic derelictus ab interfectorib' missis a Pharnabaso: cōtectus est.i.coopertus & in rogum missus eodē pallio amicae suae i.concubinae:quo pallio ipse dormiens uiderat se opertum. Somniauerat enim q̄ amica sua se nudum pallio suo cooperiret:quod ad illam ingressus illi narrauit:sed cum tugurium incensum esset a percussoribus:& tamen elapsus est:in fuga oppressus & interfectus:tantisper insepultus iacuit donec amica eodem incendio elapsa ipsum pallio suo cooperiret.

## De duobus archadibus. Ca.LXXXIX.

Proximum somnium:& si paulo est longius propter nimiam tamen euidētiam ne omittatur impetrat. Duo familiares arcades iter una facientes megaram uenerūt. quorum alter ad hospitem se contulit alter in tabernā meritoriam diuertit. Is qui in hospitio erat uidit in somniis comitem suum orantem ut sibi cauponis insidiis circumuento subueniret. posse enim celeri eius accursu se imminenti periculo subtrahi. quo uiso excitatus prosiluit. tabernamq; in qua is diuersabatur petere conatus est. pestifero deinde fato eius humanissimum propositum tanq̄ super uacuum damnauit. & lectum ac somnum repetit. Tūc idem ei saucius oblatus obsecrauit:ut qui uitae suae auxiliū ferre neglexisset:necis saltem ultionem non negaret. Corpus enim suū a caupone tru

Alcibiades quoqz miserabilem. Lysander Lacedaemonius athenienses diu obsessos tandē in suam potestatem redegit: & omnem reip. statum permutauit.in posita triginta praetoribus qui in totidem euasere tyrannos. quorum primus Critias fuit. qui cum uideret Alcibiadem plurimum gratia & auctoritate ualere apud Pharnabasum persarum regem scripsit Lysandro:nisi daret operam:ut de medio tolleretur Alcibiades. nihil eorum quae athenis constituerat ratum fore. Lysander ubi hoc cognouit misit ad Pharnabasum nuncium qui diceret. Lacedemones renunciare illi societatem quae cū rege erat nisi uel mortuum uel uiuum ad se mitteret Alcibiadem. Pharnabasus clementiam & fidem suaz maluit quā opes regias minui Itaqz duos misit. Fusimentē. uel ut alii Susa metrem & bageum. qui Alcibiadem interficerent. Hi cum non auderent ferro aggredi uirū fortissimum:ligna intulerunt & tugurium. in quo cū amica quadam erat Alcibiades:incenderunt. ille strepitu flammae excitus uestimenta omnia super ignem iniecit. & cum familiari seruo & amica euasit:sed tandem a multitudine militum occiditur. tum mortuum mulier ueste sua opertum cremauit incendio tugurii. De hoc uiro dicetur in ca. de mutatione casus & fortunae.

Proximum som. Excusat prolixitatem somnii quod narraturus est quod Ci.li. de diui. ita prodit. Cum duo quidem archades familiares iter una facerent & Megaram uenissēt:ad cauponem alterū diuertisse ferunt. alterum ad hospitem qui cum coenati quiescerent concubia nocte uisum esse in somniis ei qui erat in hospitio. illum alterum orare. ut subueniret q̄ sibi a caupone pararetur interitus. eum primo perterritum somno surrexisse. deinde cum se collegisset. idqz uisum pro nihilo habendū esse duxisset recubuisse tum ei dormienti eodem illū uisum esse rogare:ut quoniam sibi uiuo non subuenisset. mortem suam ne inultam esse pateretur se interfectum in plaustrum esse a caupone cōiectum:& supra stercus iniectum:petere ut mane ad portam adessz priusq̄ plaustrum ex oppido exiret hoc uero somnio eum commotum. mane bubulco praesto ad portam fuisse. quaesisse ab eo quid esset in plaustro. illuz perterritum aufugisse. mortuum erutum esse cauponem re patefacta poenas dedisse. quid hoc somnio dici diuinus potest? Euidentiam. quia adeo perspicuuz est ut nō sit praetermittendum. Megaram. urbem graeciae. & est nominatiuus huius nominis megara formatus ab accusatiuo graeco sicut cratera. Circumuen Valerius maximus.

te.Decepto.Diuersabatur.Hospitabatur.nam diuertere est ad diuersa uertere seu de uia in hospitium:unde diuersorium locus ad quem de uia diuertimur.s.domus hospitalis.Damnauit.Quia seipsum accusabat.q eiusmodi somniis crederet.Necis saltem ultionem Ne centum erraret annos quia inulti & insepulti centum errabant annos.Vir.centum errant annos.uolitantq; ea flumina circum.Luc.umbraq; erraret crassus inulta.Capitale.Quia magistratibus tradidit:ut eum capite punirent.

cidatum tum maxime plaustro ferri ad portã stercore coopertum.Tam constantibus familiaris p̃cibus compulsus:protinus ad portam cucurrit. & plaustrum.quod in quiete demõstratũ erat cõprehẽdit.cauponemq; ad capitale suppliciũ pduxit.

cum in castra hostium irent. & quam armis uiri defendere urbem nõ possent mulieres precibus lachrymisque defenderent: ubi ad castra uentum est: nunciatumque coriolano adesse ingens mulierum agmen: ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta effusa oculis animoque religione motus est multo obstinatior aduersus lachrymas muliebres erat: deinde familiarium quidam qui insignem moestitia inter caeteras cognouerat ueturiam inter nurũ nepotesque stantem: nisi me frustrantur inquit oculi mater tibi coniunxque adsunt: & liberi coriolanus prope ut amens consternatus a sede sua cũ ferret matri obuiae cõplexũ mulier in irã ex precibus uersa: scire inquit uolo priusquam complexũ accipiã ad hostem ne an ad filiũ uenerim: captiua mater ne in castris tuis sim: in hoc me longa uita. & infelix senecta traxit: ut primo exulem: deinde te hostem uiderem: potuisti populari hanc terram quae te genuit: quae te aluit. nisi te peperissem Roma nõ oppugnaretur: multa insuper addidit complorando. quibus & uxoris & paruulorum fletibus motus: matrem complexus expugnasti inquit iram meam: patriam precibus huius motus: cuius utero delatus sum quis merito mihi iniuriam dono: condonoque agrum romanum hostilibus armis liberauit: in cuius rei memoriam senatus censuit templum fortunae muliebri dedicandum in latina uia ad quartum lapidem. ubi res acta fuerat. quoniam fortunatiores in liberanda patria fuerant mulieres quam uiri: nam ut inquit Liuius non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri romani adeo sine obtrectatione alienae gloriae uiuebat. huius igit deae simulachrum bis locutũ fuisse tradunt auctores. Rite uidistis. Tũ cũ nobis propitia fui. Rite dedicastis: quia simulachrũ illud dedicarunt mulieres. Plutarchus dicit: q mulieres collata pecunia simulachrum illud compararunt & dedicarunt.

Valerio aũt publicola cõsule q post. Hic plaebis amator publicola dictus post reges exactos consul cum bruto creatus in suspitionem cum uenisset affectati regni q uidelicet aedes suas in summo uelia aedificaret: iussit omnem aedificandi materiam in planum deferri tollendaeque suspitionis gratia in radicibus accitis atque ima ualle cõstruxit aedificium. Illis: scilicet ueientibus & etruscis. Incessit: inq. sit inuasit & tam cum accusatiuo quam cum datiuo construitur. ut hoc loco cum datiuo Veiẽtes. Qui principes erant ethruscorum: & ita primum miraculum fuit: q uictores incerta causa terrerentur. Argumento: ad confirmationem pauoris illius. Mirã fidem. Quia dinumeratis utriusque exercitus cadaueribus: id postmodum uerum fuisse reipsa compertũ est. Digesta: distincta atque discreta cadauera romana ab etruscis ut dinumerari possent.

Emoria &c. memoratu dignū. Syluanus uoce romanos iuuit mars uero facto. De. C. Fabricio dictum est alibi.
Brutii — Brutii sunt atq3 lucani italiæ regiones haud procul a calabria: lucani sunt inter campaniam & bruttium uel ut alii dicūt inter apulos & calabros qui teste Pli. sunt a samnitibus oriundi. Stra. uero libro. v. circa principium dicit lucaniam inter tyrrhenum siculumq3 littus positā eē. hinc quidem a sylari usq3 laum. hinc autem a meta ponto usq3 ad thurios. ad ipsam uero continentem a samnitibus usq3 ad isthmū qui a turiis in cerilos extenditur prope laū. supra hos dicit esse brutios cherronesum habitantes qui a lucanis brutiorum nomē acceperūt: quoniā lucani brutios rebelles fugitiuosq3 uocāt. nā brutios dicit antea fuisse lucanorum pastores a qbus transfugerant. Thurinæ oppidū est calabriæ in sinu tarentino positum crotoni conterminum quod olim thurino dicebat a græcis conditū. auctor ē Stra. hæc igit ciuitas erat romanis fœdere & societate cōiuncta & ideo defendebat a populo ro.
Vallum — Ancipiti: dubia fortuna in neutrā partē inclinata re. Vallum: Dicitur munimentū castrorum uel fossa: unde
Vallus — uallare circundare protegere munire. uallu3 munimē quod fit de palis acutis. uallus uero masculini generis palus acutus: siue qui genibus iunctis ambulat. Inde. E summo loco: hoc est e uallo. Factum uictoriæ gradum: quia scalas admouerat Vallo. Idē. Quē
Vallaris corona — martē fuisse credēdū est. Inter honorādos. Dum honoraret. Vallarem coronam. qua donari solebant
Coronarum genera — qui primi uallum ascendissent: erat autem graminea quia gramen marti consecratum est: militares coronæ: ut Gel. tradit multipharíæ sunt quarū quæ nobilissimæ sunt has ferme dicit esse triumphalē: obsidionalem: ciuicam: muralem: castrēsem: naualem. est quoq3 corona quæ oualis dicitur. est item postrema oleagina: qua uti solebant: qui in prœlio nō fuissent
Triumphal' — sed triumphū pcurassent. Triūphales coronæ erāt aureæ q̄ imperatoribus ob honore3 triumphi mittebantur. id uulgo dicebat aurū coronariū hæ antiquitus e lauro fuerāt post fieri ex auro cœptæ.
Obsidionalis — Obsidionalis est quam hi q liberati obsidione dabāt ei duci q liberasset. ea corona graminea fuit obseruatiq3 solitū ut fieret e gramine quod in eo loco generatū eēt in quo clausi erāt: q obsidebant: hanc coronā. S. P. Qu. romanus Qu. Fabio maximo dedit bello pœnorum secūdo: q urbē ro. ā obsidione hostium liberasset.
Ciuica — Ciuica corona appellat quā ciues a quo seruatus est in precio & testimonio uitæ salutisq3 receptæ dabat & fiebat e fronde quercu: quoniam cibus uictusq3 antiquissimus ex quercu capi solitus sit: fiebat etiā ex ilice: q genus superiori proximū est: hac ciuica corona. L. gelius uir cēsorius in senatu Ciceronē cōsulē donari a repu. cēsuit q eius opera esset atrocissima illa catilinæ cōiuratio detecta idicataq3.
Muralis — Muralis corona: qua donabat ab impatore qui primus murū subiisset. Inq3 oppidū hostiū per uim ascendisset. Idcirco quasi muri isigni primus decoratus erat. Castrensis corona est: qua donabat imperator eū: q
Castrēsis — primus hostium castra pugna introiuisset: ea corona
Naualis — isigne ualli habebat. Naualis corona qua donari solet maritimo prœlio: qui primus in hostiu3 nauim armatus trasiluisset: ea quasi nauium rostris insignita erat. muralis autē & castrensis. & naualis fieri ex au

## De Marte sub. C. Fabritio. Ca. XCVII.

Quid martis auxilium quo uictoriā Romanorum adiuuit: nonne memoria celebrandum est? Quum brutii atq3 lucani odio icitatissimo maximisq3 uiribus turinæ urbis peterēt exitiū: ac præcipuo studio eius incolumitatem. C. Fabricius Lucius consul ptegeret: resq3 ancipiti euentu collatis unum in locū utriusq3 partis copiis gereretur: non audentibus Ro. prœlium ingredi eximiæ magnitudinis iuuenis primū eos hortari ad capessendam fortitudinem cœpit: dein de ubi tardiores animaduertit arreptis scalis per mediam hostium aciem ad cōtraria castra euasit: & admotis Vallum conscendit. Inde uoce ingenti clamitans factū uictoriæ gradū. & nostros ad alie na castra capienda: & lucanos brutiosq3 ad sua defendenda illuc traxit: ubi conserti dubio certamine terrebantur: sed idem impulsu armorū suorum pstratos hostes iugulandos capiendosq3 romanis tradidit. Viginti enim milia cæsa atquinq3 milia cū Statio Statilio duce utriusq3 gentis. & tribus atq3 xx. militaribus signis capta sunt. Postero die quū cōsul inter honorandos: quorū strenua opera fuerat usus uallarē coronā ei se seruare dixisset: a quo castra erant oppressa: nec inueniretur q id præmiū peteret. cognitū pariter atq3 creditum est Martem patrem tunc populo suo affuisse. Inter cætera huiusce rei manifesta idicia galea quoq3 duabus distincta pinnis quæ celestæ caput tectum fuerat: argumētum præbuit. Itaq3 Fabricii edicto supplicatio Marti est habita & a laureatis militibus magna cū animorum lætitia oblati auxilii testimonium ei est redditum.

¶ Quid martis &c. Recitat miraculosum exemplum de auxilio Martis quo Romanos iuuisse putatus est dicens Quid: modus ē interrogandi ad uenustatem faciens: auxilium martis quo adiuuit uictoriā Romanorum: nonne celebrandū est. i. celebre reddendū: memoria. i. memoratione frequenti. q. d. maxime. Quum Brutii atq3 Lucani populi italiæ peterent odio incitatissimo & maximis uiribus exitium. i. euersionem & perniciem aut destructionē ultimam Turinæ urbis in calabria: & Caius Fabricius Lucius aut ut alii legunt Lucinus consul. s. Romanus: protegeret præcipuo. i. maximo studio: incolumitatem. i. salutem & conseruationem eius. s. urbis: & res. s. bellica gereretur euentu ancipiti. i. dubio & incerto in utram partem uictoria se inclinaret: copiis utriusq3 partis collatis in unum locum: Romanis non audentibus ingredi prælium: Iuuenis eximiæ magnitudinis (quem Martem fuisse postea creditum est) cœpit primum hortari eos. s. Romanos: ad capessendam

fortitudinem.s.animi:deinde ubi.i.postquam animaduertit.s.Ro
manos tardiores:quia nihil uerbis mouebantur:euasit per mediā
aciem hostium ad castra contraria idest hostilia:scalis scilicet ad
uallum trāscendendum arreptis : & scalis admotis scilicet ad ual/
luz conscendit uallum:quod ex uallis idest stipitibus & cespitibus
fieri solebat praeposita fossa . Inde clamitans uoce ingenti : quod
Marti maxime conuenit:gradum.i.ansam aut aditum.factum ui/
ctoriae traxit illuc ubi ipse erat &.i.simul:nostros.i. Romanos ad
capienda castra aliena:quia hostium & lucanos & brutios ad de/
fendenda sua.s.castra:ubi.i.apud quae castra:ipsi Ro.conserti.i.cō
gressi & manum conferentes dubio certamine:terrebantur. sed idē
s.Iuuenis: hoc est mars tradidit hostes prostratos impulsu armo/
rū suorū Romanis iugulādos & capiēdos: hoc ē alios iugulādos
alios capiēdos:Eni p qa:uigi:i milia.s.hostiū caesa.i.occisa sunt:
quinqz milia capta sunt cum Statio Statilio duce utriusqz gentis:
& cum tribus atqz uiginti signis militaribus.Die postero quū con
sul.s.Fabricius inter caeteros honorandos.i.dum caeteros honore
afficeret:quorum strennua opera fuerat usus:dixisset se seruare co
ronam uallarem ei a quo castra erant oppressa: talis enim corona
debebatur ei qui primus uallum hostile transcenderit: nec inuenire
tur sup.quispiam:qui peteret id praemium.s.uallarem coronam:co
gnitum est pariter & creditum:martem patrem.s.Romani populi:
quia primi Romanorum regis Romuli pater est habitus:affuisse
i.auxilio fuisse tūc populo suo.Galea quoqz distincta duabus pin
nis.i.acuminibus & cristis qua caput caeleste:uidelicet martis fue
rat tectum praebuit argumentum.i.approbationem: inter caetera
manifesta indicia.i.demonstrationes huius rei.s.q a Marte fuerāt
adiuti romani.Itaqz.i.& ita:supplicatio.i.ut nostri dicunt rogatio
seu processio : est habita Marti : edicto idest ex publico mandato
Fabricii: & testimonium auxilii oblati scilicet a Marte est redditū
ei scilicet Marti:a militibus laureatis.i.lauro coronatis : cum ma/
gna laetitia animorum.

De diis troianis mirum. Cap.XCVIII.

Referam nunc quod suo saeculo cognitū
manauit ad posteros : Penates deos Ae
neam troia aduectos lauinii collocasse:
Inde ab ascanio filio eius albā:quā ipse cōdiderat
translatos pristinū sacrariū repetisse:& quia id hu
mana manu factum existimari poterat: relatos al
bam uoluntatem suam altero transitu significasse.
Nec me praeterit de motu & uoce deorum immor
taliū humanis oculis auribusqz percepto q ancipi
ti opinione existimatio uersetur sed quia non no/
ua dicūtur:sed tradita repetūtur:fidē auctores uē
dicent & nostrū sit inclytis litterarū monumentis
consecrata perinde ac uana non refugisse.

¶Referam &c. Recitat miraculuz factum per deos troianos ab
Aenea in italiam aduectos dicens. Ego referam.i. recitabo nunc
sup.miraculum quod cognitū suo saeculo.s.quo contigit: manauit
i.processu tpis peruenit ad posteros.i.notitiam posterorum : uideli
cet Aeneam filium Anchisae ex Venere collocasse Lauinii urbe in
latio a lauinia filia latini & uxore aeneae dicta deos penates ad/
uectos scilicet in italiam troia idest ex ilio : & inde translatos ab
ascanio filio eius scilicet Aeneae albam scilicet longam . quam ip/
se scilicet Aeneas condiderat:repetisse sacrarium pristinum idest sa
ro solebant.Oualis uero corona mirtea erat: ea ute/ Oualis
bant imperatores:qui ouātes introibant urbē. ouan
di ac non triūphandi causa:cum aut bella rō rite in
dicta:neqz cum iusto hoste gesta forent aut hostiuz
nomen humile & non idoneū fuisset ut seruorū pira
tarū:aut deditionē repente factā. in puluere ut dici
solet:incruētaqz uictoria obuenisset cui facilitati ap
tā eē ueneris frondē crediderunt.q non martius sed
quasi uenereus quidam triumphus foret hanc mir/
teā coronā.M.Crassus bello fugitiuorū confecto cū
ouans rediret insolenter aspernatus est:senatusqz cō
sultum faciendum curauit:ut e lauro non mirto coro
naret.De ouatione ueteres scriptores inter se dissen Ouatio.
sisse accipio.ptim eniz scripserunt qui ouarent introi
re solitos equo inuectos:& Sabinus Masurius pe/
des ingredi ouantes dicit sequētibus eos non militi
bus:sed uniuerso senatu.Ouare aūt alii a militū uo/
ce:alii ab oue quā sacrificabant dictū uolūt . Olim/
piae celebri graeciae spectaculo pugiles deiectis ad/
uersariis ex oleastro insignin serto mos erat.Pli. quo
qz de his multa li.xxii.& li.xxxiii. Nec inueniretur:
quia non ēe dignum ducebat eo praemio.Martem:
patreз quia de marte creditū est natos fuisse Romu
lū & remū urbis cōditores & romani generis aucto
res.Duabus distincta pinnis Cristis:ita quoqz pin\
gi solebat:unde Vir. Viden ut geminae stant uertice
cristae.Et pater ipse suo superū iā signat honore. Ar
gumentū.Indiciū.Oblati.s.a marte.

Referā nunc quod suo saeculo cognitum ma
nauit ad posteros.i. quod traditione patruz
peruenit ad posteros non ex monumentis lit
terarū repetitū.Penetrales deos Pēates notū est quo Penates
modo aeneas a troia penates aduectos secum co/
mites adduxit:ut Virgi.illum in italiam portans ui/
ctosqz penates:uel quod melius est penetrales.i.ge/
nios:sicut plutarchus q geniorū non ē assum/ūt:hos
etiam in penetralibus consecrant q cū spiritu tenues
insinuant se corporibus : Dionysius alicarnasseus de
antiquitatibus Romanoz li.primo dum conderetur
inqt urbs Alba miraculū quoddā maximū fuisse di
cit.extructo eni sacris deorū quos aeneas troia extu
lit & lauinii collocauit:tēplo locū habēte inaccessibi
lem:atqz sacris in hoc delubrū lauinio trāslatis: alterā
sequēti nocte clausis:tūc maxie foribus : neqz lesis
ulla ex parte parietibus aut tectis inuētos esse aiūt
deos lauinii pmutatis sedibus sup prisca sedilia trās
latosqz deinde albā.Iterū lauinio cū pcationibus &
placitis sacrificiis in eūdē redisse locū. dubitantibus
aūt hoibus:qd facto opus esset i tali negocio cū ne
qz sine diis patriis habitare dignū ducerēt neqz in re
lictā iā habitationē rursus reuerti . sentētiā rādē in
uenerunt quae uisa est utriqz rei abunde satisfacere
ut simulacra suo loco permanere sinerent : hoies aūt
ad eorū cultū: alba rursus lauiniū colonos traducere
rēt:fuerūtqz q missi sūt sacrorū curatores sexcēti cū
oibus rebus suis.dux āt ostitut? ē ipis egestus.hos
qdē deos rōani penates uocāt. q uero in linguā grae
cā nomē ipz cōuertūt:alii patrios appellāt: alii gēti
lios:sūt & q ctesios:alii āt machios:alii ercios.uide
tur āt unusqsqz horū scdm aliqē cōtigētiā ipis suis
se cognomē : multa ptereca dicit de figura & forma
eorum quae longum esset referre q qui scire deside/
rat apud ipm Dionysium legat . Albam:quae a situ

porrectae in dorso urbis: longa alba dicta est ut te/
Sacrariũ statur Liuius decade prima ab urbe cõdita. Sacrariũ
pri. priorem locum sacratum: unde fuerant aduecti.
nam sacrarium propriae dicitur locus in templo ubi
sacra reponuntur. Relatos albam: reportatos: alba/
ni quia putabant non per se deos pristinam sedez la
uinii repertisse: sed humana ope eos fuisse translatos
rursus albam transtulerunt. ¶ Nec me prete. Ocur/
rit tacitae questioni Valerius: non facile his miracu/
lis esse credendum: quae de motu & uoce deorum re
feruntur: nam plaerunqz falsa sunt: & multi ea se
uidisse uel audisse putant: quae non sunt nec fuerũt:

cellum in quo prius sacrati fuerant lauinii. Et quia id peterat exi
stimari. i. iudicari factum sup. esse manu humana: relatos albam si
gnificasse. i. declarasse suam uoluntatem altero. i. secundo transitu
ab alba in Lauinium. ¶ Nec praeterit me. i. nonignoro: q̃. i. quan/
tũ ancipiti. i. dubia opiniõe existimatio. i. iudiciũ de motu & uoce
deorum immortalium praecepto oculis quantum ad motum & au
ribus quantum ad uocem: uersetur. i. agitetur. Sed quia non dicun
tur noua. i. recenter excogitata: sed repetuntur tradita. s. a maiori/
bus: autores. i. assertores & primi scriptores earum rerum uendi/
cent. i. usurpent sibi fidem. i. credulitatem hominum: & nostrũ sup.
officium sit non refugisse perinde ac. i. tanq̃ uana consecrata incly
tis. i. nobilibus monumentis litterarum.

respondet ergo: & dicit non se ea nunc primum tra/
dere: sed ab aliis tradita commemorare. unde in procemio dixit: quae apud alios latius diffusa sunt. Sed quia non noua di
cuntur. Duplex sensus uideri potest. aut enim inquit credendum est his auctoribus maxime: qui non noua & inaudita re
ferunt: sed ab antiquis tradita repetunt: aut certe utcũqz sit nulla huius ad me uituperatio pertineat: credatur auctoribus
a quibus haec ipsa sumunt exempla notum sit ea non contempsisse tanq̃ uana. Non me praeterit. honestus dicendi mo/
dus non me praeterit. non me fugit: non me latet. non nescio: idem est non sum ignarus: non nescius & multa huiuscemo/
di inueniuntur synonyma. Humanis oculis: quantum pertinet ad motum. Auribus: quantum ad uocem. Ancipiti opinio
ne: scio inquit homines uariam opinionem habituros esse his de rebus quae ad eos pertinent: quia alii uera: alii falsa esse
existimabunt. Sed quia non noua: sed tradita repetuntur. Ego inquit non ea primus narro: sed ab aliis tradita refero. Fidẽ
auctores uendicent. Ergo qui primi ea scripserunt. hi uideant quomodo credenda sint. Refugisse. Respuisse.

## De diuo Iulio. Cap. XCIX.

Acta mentione urbis e qua primordia ciui tas nostra traxit: diuus Iulius fausta proles eius se nobis offert quem caius Cassius nunquam sine praefatione publici parricidii nominandus cũ acie philippensi ardentissimo animo praestaret: uidit humano habitu augustiorem: purpureo palu/ damento amictũ: minaci uultu & concitato equo in se impetum facientem: quo aspectu perterritus tergum hosti dedit. Voce illa prius emissa. Quid enim amplius agas? si occidisse parum est: Non occideras tu quidem Cassi Caesarem. Neqz enim extingui ulla diuinitas potest: sed mortali adhuc corpore utentem uiolando: meruisti ut tam infe/ stum haberes deum.

Acta mentione urbis. Exemplum quod seq
tur cum superiori coniungitur hoc mõ: quã
doquidem inquit albae mentionem fecimus:
recte nunc de Iulio caesare dicamus: qui ab iulo al/
bae conditore fuit oriundus: cuius numen Cassio mi
natum est: cũ in campis philippicis cum augusto di
micaret. Primordia: Nam inde oriundi sunt romulus
& remus Ro. urbis conditores. Diuus Iulius. Nam
ab ascanio: qui & Iulus dictus est postea Iulius cae
sar. Et iuliorum familia descendit: unde Virgi. & a
magno demissum nomen Iulo. Fausta proles. Nun/
quam de Caesare mentionem sine adulatione facit.
Foelix & faustum Ro. appellabant: foelicem & hi/
larem: ut uult Plutar. in uita syllae. Caius Cassius.
Satis constat Brutum & Cassium principes fuisse
coniurationis in Caesarem qui cum partes reipubli/
cae tuendas suscepissent. Octauius cum Antonio
coniunctus aduersus eos copias maximas compa/
rarunt: & cum bellum in campis philippicis utrĩqz
colatum esset: inter ipsam dimicationem imago Cae
saris quae equo uehebatur. purpureo paludamento
se obtulit Cassio: & acri uultu minabundus. perse/
qui institit: tunc Cassius terrore perculsus tandẽ ab
illius imaginis conspectu se auertit. & fugiens ma/
gna uoce clamauit. quid aliud superest si occidere ui
rum parum est? Nunq̃ sine praefatione. Putidiuscu
lus Valerius erat qui tãta tãqz aperta utebatur adu
latione nunq̃ Cassius inquit nominandus est quin ei
pponatur haec praefatio publicus parricida Cassius
quia publicum parentem occidit Caesarem. Augu/
stiorem: Venerabiliorem & praestantiorem huma/
no habitu q̃ scilicet homini conueniat. nam Augu/
stus locus dicitur augurio consecratus quasi sanctus
uel a gestu uel a gustu auium dictus: naz locus is uel
quem aues depastae fuissent uel in quo gestum ali/
quez expressissent sacer esse putabatur. Concitato.
Subditis calcaribus equo. Quid enim am. Verba sunt
Cassii seipsum alloquentis. Agas. s. Caesari quando
quidem non satis fuit occidisse. Non oc. Quodam/
modo respondet Val. cassio cum quadam inuectiua
& magna caesaris adulatione.

¶ Facta mentione urbis. Congruo pede progreditur ad narrandũ
miraculum quod per Iulium Caesarem factum assentatorie reci/
tat dicens. Mentione urbis. s. troiae e qua nostra. i. romana ciuitas
traxit primordia. i. prima exordia & originem: (quia Aeneas uir
troianus Iuli ex creusa filia priami fuit pater: Iulus autem albam
cõdidit: & populo dotauit: ex albani ãt regis filia natus Romulus
a quo Roma condita) facta. i. quia in superiore exẽplo fecimus
mentionẽ deorum penatium troia aduectorum: ideo sup. diuus Iulius. s.
caesar: proles fausta. i. fauore deorum aucta & foelix: eius. s. troiae
uñ maro aenei. i. Nascet pulchra troianus origine caesar Iulius a
magno demissuz nomẽ Iulo: offert nobis se. s. recitãdũ: quẽ. s. Iuliũ
Caius Cassius: nunq̃ nominandus sine praefatiõe. i. praeuia appel
latione in detestationẽ eius: parricidii publici: quod uidelicet cõmi
sit in remp. occidendo patrem patriae: uidelicet quũ. i. qñ perstaret
aĩo ardentissimo in acie philippensi: ubi cum bruto contra Augu
stum & Antonium dimicauit Augustiorem. i. diuiniorem & cele/
briorem habitu id est dispositione aut aspectu & facie humano

i.est homini conuenienti.hoc est uidit in forma diuina amictum paludamento.i.indumento imperiali:purpureo facien-tem impetum in se uultu minaci & equo concitato.i.ad impetum & cursum instigato.Quo aspectu Cassius territus dedit hosti tergum.i.uertit se i fugam.uoce illa.i.nobili & iam diuulgata emissa prius.Quid enim agas amplius: si parum est occidisse?Quæ uox uidetur respondere tacitæ murmurationi Cassii qui uiso cæsare aut putans uidere cæsarem dixerit secum:Atqui cassi nihil egisti:si adhuc hostem habes cæsarem:ad quod Cassius.fateor sed amplius non potui:qd enim amplius agas si parum est occidisse.q.d.nihil uidetur potius ad abolẽdum hostem q̃ eum occidere:unde illud Iuuenalis:Nulli grauis est percussus achilles:& tamen mihi parum est occidisse quia adhuc occisum habeo infestum.Cui sic occurrit Author nr̃.Tu quidẽ o cassi non occideras cæsarem:neq3 enim diuinitas potest extingui:ulla sup.re aut ui. aut uia.Sic potius dixero:q̃ ulla diuinitas ut sit nominatiui casus:plus enim momẽti habet:& authores ita loquuntur:ut in sexminino utantur simili uoce absolute subaudiendo uia aut ratione.ut in buco.maro.Et si nõ aliqua nocuisses mortuus esses:& in æneid.i.Si qua fata sinant:ubi non uacat qua:sed multum ponderis habet.Neq3 tamẽ hoc loco penitus negẽ ulla esse nominatiui casus:immo ex situ eius putem esse nominatiui casus cum sententia sit non parui momenti:uidelicet neq3 enim diuinitas ulla.i.quæuis una.q.d.uel minima:etiam ex homine facta:modo sit diuinitas:potest extingui:sed tu uiolando Cæsarem sup.utentem adhuc corpore mortali.meruisti ut haberes sup.eum deum.i.iam effectum deum : tam infestum.i.in te uim inferentem.

## De Lucio lentulo. Cap.C.

IAm quidem.L.Lentulus littus prænauigans in quo Cn.Pompeii magni perfidia prolomæi regis interempti corpus conscissæ scaphæ lignis comburebatur ignarus casus eius: quum ipsi fortunæ erubescendum rogũ uidisset:commilitonibus dixit.quid scimus an in hac flamma Gn. pompeius crēmetur? diuinitus misæ uocis miraculum est.

¶Iam quidem &c.Subinfert miraculum quod .L. Lentulo non cogitanti factum censet.Nam non nisi miraculo euenisse putat q de Cnei pompeii magni casu sibi ignoto protulit.Quam quidẽ uocem si a diuino spiritu præmonitus emisisset:nostri ad spiritum propheticum referrent licet proprie prophetia non sit nisi de futuris:sed quæ præterita aut præsentia sciuntur & enunciantur diuinitus prophetiis æquiualent.Ordo autem est.Iam quidem: continuatiuæ sunt particulæ plus ad ornatum q̃ integritatem orationis facientes:Lucius Lentulus prænauigans littus.s.ad Casium montem in ægypto:in quo corpus Cnei pompeii magni interfecti perfidia ptolomæi regis.s.ægyptii(quia ut Lucanus dicit ab eo defendi meruerat)comburebatur lignis scaphæ.i.nauiculæ conscissæ.i. aut collisæ aut fissæ ad hoc ut facilius struatur in pyram : quum sup.lentulus ignarus casus eius.s.pompeii:uidisset rogum.i.pyrã incensam erubescendum ipsi fortunæ(quia turpe uidebatur fortunæ eum quem tot triumphis decorasset tam humili rogo a cliẽtulo uno furtim funerandum reliquisse)dixit cõmilitonibus:quid scimus an Cneus pompeius crēmetur in hac flamma.s. tam exigua?Miraculum est sup.in ea re factum:uocis missæ.i.emissæ diuinitus.i.ex dei inspiratione:non enim ab homine sciri potuit q si ab humano præsagio profecta dicatur miraculo careat.

IAm quidem Lucius lentulus . pompeius in acie pharsalica uictus a cæsare in ciciliam atq3 inde in cyprum profugit.transiturus i syriam:sed ubi cognouit consensu omnium ãtiochẽsium ciuiumq3 ro.qui illic negociarentur arcem ante captam esse excludendi sui cã.nũciosq3 dimissos ad eos qui se ex fuga in finitimas ciuitates recepisse dicerentur.ne antiochiam adirent:id si fecissent magno eorum capitis periculo futurum deposito adeundæ syriæ consilio:pecuniaq3 a sociis sublata:& a quibusdam priuatis sumpta:& æris magno pondere ad militarem usum in naues imposito.duobusq3 milibus hominum armatis quos partim ex familiis societate delegerat.partim a negociatoribus coegerat:quosq3 ex suis quisq3 ad hanc rem idoneum existimabat:pelusium peruẽit ibi casu rex erat ptolemæus puer ætate magnis copiis cum sorore cleopatra bellum gerẽs quam paucis ante mensibus per suos propinquos & amicos regno expulerat.castraq3 cleopatræ non longo spacio ab eis castris distabant:ad eum pompeius legatos misit: ut pro hospitio atq3 amicitia patris alexandria reciperetur:atq3 illius opibus a calamitate tegeretur.sed qui ab eo missi erant:confecto legationis officio liberius cum militibus regis colloq cœperunt eosq3 hortari ut suum officiũ pompeio præstarent:ne ue eius fortunam despicerent.in hoc erant numero cõplures pompeii milites: quos ex eius exercitu acceptos in syria gabinius alexandriam traduxerat belloq3 confecto apud ptolemæum patrẽ pueri reliquerat:his tunc cognitis rebus amici regis qui propter ætatem eius in procuratione erant regni : siue timore adducti ut postea prædicabant.ne sollicitato exercitu regio pompeius alexandriam ægyptumq3 occuparet:siue despecta eius fortuna ut plerũq3 in calamitate ex amicis inimici existunt:his qui erãt ab eo missi palam liberaliter responderũt: eum q3 ad regem uenire iusserunt.ipsi clam consilio inito Achillam præfectum regium singulari hominem audacia:& L.septimium tribunum militum ad interficiendum Pomp. miserunt ab his liberaliter ipse appellatus & quadam septimii notitia productus:q bello prædonum apud eum ordinem duxerat nauiculam paruulam conscendit cum paucis suis & ibi ab Achilla & septimio interficitur.hæc ex cõmentariis Iulii cæ.de bel.ci.Constat igitur corpus eius in mare proiectum & caput ad regem delatum post aliquos dies corpus eius a fluctibus maris in littus eiectum cum lignis scaphæ cuiusdam quæ naufragio perierat.combureretur a philippo & a quodam alio Romano sene.L. Lentulus illac nauigans fumum de longe conspicatus cõmilitonibus suis inquit. nũquid sciamus an hac flamma.Cn.Pompeius crēmetur.Plutar.in uita Pompeii postera inquit die.L.Lentulus horum ignarus cypro nauigans iuxta littus uectus:ut funeream pyram inspexit.philippumq3 iuxta insidere . quis utiq3 inquit fatis hic quiescit:parumperq3 amens factus.ductisq3 suspiriis.Forte inquit tu hic es magne Pompei.Stra.ostendit in cassio mõte fuisse sepulcrum: Cassius inquit mons est quidam accumulatus in promontorii modum aquarum inops : in eo magni Pompeii corpus iacet & Iouis casii montis templum:& non procul inde magnus iugulatus fuit:& ab ægyptiis dolo in-

Valerius maximus.

tere uptus. Lucius lentulus littus praenauigans. Post afflígatum Pompeium in campis emathiis Magni. Nam deuicto Mitridate & tigrane magnus appellatus est. Erubescendum rogum: quasi inquit fortuna erubuisse debuit tam uili rogo tanti uiri corpus concremari. Diuinitus: exprimit quare miraculum fuerit: neq3 enim uidebatur esse miraculum.

Illud tãtum ore: quia tametsi phoebas responsum dedit tamen hoc instinctu numinis fecit. Veridica: q semper certiora apollo responsa dabat. Is bello ciuili quo se Pomp. a caesare. Orto inter caesarẽ & Põ. ciuili bello Appius quidã Romanus qui praefectus erat achaiae prouinciae: cum huius belli euentum explorare uellet: ut sciret utram partem tuto sequeretur: delphos profectus templum apollinis petiit. ubi cũ in interiorem antri sacratissimi partem phoebadem descendere coegisset uirgo repleta numine horrendũ & ambiguum cecinit responsum. nihil inquit ad te hoc romane bellum: euboeae cellam obtinebis. Abruperat: remouerat: distulerat. Delphicae cortinae apollinei templi.

Cortina

Cortina locus dicitur unde responsa dabantur: sic dictus q illic cortinatis tenderetur .i. intenderetur & repleretur numine: uel q certe ibi puella: teneret .i. puella nã cũ puella antrum ingressa esset continuo instinctu numinis afflabatur adeo ut omnia que a principio mundi fuerunt usq3 ad id tps & quae futura essent cuncta nouisset unde Vir. Nouit omnia uates. uel dicta est cortina q ibi certa responsa darentur quasi certina auctor Ser. Sunt etiã qui putant cortinam esse tripodem apollinis corio pythonis tectum. Coegit: Quasi nolentem propter id quod sequitur. nam quanto maiore numinis afflatu puella instigabatur: cum spiritus ille discedisset. responso dato tanto debilior efficiebatur uirgo sicuti hoc tempore uideri licet: si forte quempiam spiritus aliquis uexauerit: ita debilis redditur eo sublato ut plaerunq3 uitam amittat. Certae sortes. certa respon-

Sortes

sa: nam sortes syngraphi erant in quibus responsa inscripta continebantur: In intimam partem: ad locum quod graeci latini adytum appellant. Nimius haustus quia nimio spiritu repleta illius uim sustinere nõ potest. Horrendo: horribili uel uenerabili ut arboribus suus horror inest. Cellam sepulchrũ ubi corpus eius conditũ fuit. Ramounta: ciuitas est euboiae ubi colitur fortuna. unde ẽt rhãmusia appellata est. Oui. li. v. Tristium. Exiget ad dignas ultrix rãmusia poenas. Luc. de hoc apio. Effugis ingentis tanti discriminis expers bellorũ romane mias: soluiq3 quietem. Euboici uasta lateris conualle tenebris. Item paulo infra. Heu. demens nullum belli sentire fragorem: Tot mundi caruisse malis praestare deorũ. Excepta quis morte potest secreta tenebris: Littoris euboici memorando condire busto. Qua maris angustat facies saxosa caristos. Et tumidis infesta colit. qua numina rhãnis. Sunt qui dicunt rhãni esse uicũ atticae regiõis ubi templum amphiarai: & phidiacae nemesis Caristos ciuitas euboiae: unde caristium mar-

Caristus

mor. Stra. li. x. in descriptione euboiae. In ripa inquit sub mõte caristus cõsistit: cui uicina sunt styra & marmarium paulo infra subiungit: ad caristũ lapis nascitur. quem pectunt: nent: texũt unde mãtilia cõficiunt egregie contexta ea ubi sordescunt in flãmã piecta non secus emundãtur: q̃ si maculas elueris. Chalcidico: nam chalcis urbs metropolitana est in euboea.

De appio petente responsum de ciuili bello inter Caesarem & Pompeium. Ca. CI.

ATq3 hoc quidem hominis illud tantum ore ipsius apollinis editum. quo appii interitum ueridica pythicę uaticinationis fides pręcurrit: is bello ciuili quo se. Cn. Pompeius a Caesaris concordia pestifero sibi: nec Reipu. utili consilio abruperat: euentum grauissimi motus explorare cupiens (uiribus nanq3 imperii praeerat achaiae) Antistitem delphicę cortinae in intimam sacri specus partem coegit descẽdere: unde ut certę consulentibus sortes petuntur: ita nimius diuini spiritus haustus reddẽtibus pestifer existit. Igitur impulsu capti numinis instincta uirgo horrendo sono uocis appio inter obscuras uerborum ambages fata cecinit. Nihil enim inquit ad te hoc Romane bellum euboeae cellam obtinebis at is ratus consiliis se apollinis moneri: ne illi discrimini interesset in eam regionem secessit: quae inter rhamnunta nobilem attici soli partem charistũ q3 chalcidico freto uicinam: interiacens. cellę euboeę nomẽ obtinet ubi ante pharsalicum certatẽ morbo consumptus pręḋictum a deo locum pro sepultura possedit.

¶ Atq3 hoc quidem hominis &c. Connectendo sequentia prioribus dicit miraculosam uocem lentuli emissam ore humano: sequẽtem uero ore tantum diuino: utpote apollinis: unde sciendum est pythias uirgines sic a deo (aut daemonio) afflari solitas ut penitus insanire uiderentur: & sacro furore corripi: sic ut non ipsae loqui uiderentur sed deus in ipsis. Ordo est. Atq3 hoc quidem qđ proxime dictum est: uidelicet lentuli quasi oraculum quoddam: est editum .i. emissum ore hominis: illud quod sequetur: editum ẽ ore tantum ipsius apollinis: loquentis .s. in pythia aut phoebade: quo .s. dicto aut uaticinio: fides ueridica uaticinatõis pythicae .i. pythiae puellae a deo possessae praecurrit .i. antecessit celeriter interitũ appii .s. praefecti Achaiae. Is .s. Appius cupiẽs bello ciuili .i. tempore quo bellum ciuile gerebatur: quo .s. bello: Cneus Pompeius abruperat se a concordia Caesaris .s. Iulii: consilio pestifero .i. letifero sibi .s. pompeio: nec utili resp. quia multi ciues i eo interiere: & resp. a uictore Caesare occupata est (quod tamen neget Valerius eum iniuste fecisse) cupiens inquam explorare euentum .i. exitum: grauissimi motus nãq3 ipse Appius (ut reor) pulcher: p̃erat achaiae uiribus imperii .i. pleno imperio: coegit antistitem .i. principem: cortinae .i. tripodis aut loci secretioris: hoc est oraculi quod illic dabatur delphicae .i. apud delphos: descendere in intimã .i. profundissimã partem specus .i. antri sacri: unde .i. equa specus parte intima: ut .i. quemadmodum sortes .i. oracula aut responsa: petuntur certae .i. minus dubia: ita nimius haustus spiritus diuini .i. ipsius apollinis existit pestifer .i. letalis: reddentibus sup. responsa: hoc ẽ

pythiis seu phebadibus: hoc est uirginibus sacerdotalis phoebi: Nam nimio furore correptae non poterant mentiri: nihil enim de suo dicebant: sed deus quaecunq; uolebat per ipsas pronuntiabat: sed ubi furor eas dimisit expirare solebant: sicut a daemonibus obsessae grauiter affliguntur: dũ exire cõpelluntur. Et ideo: id scientes phebades inuitae descendebant: unde dixit eam coactam ab appio. Igitur uirgo (tales enim praeficiebantur oraculo) instincta. i. instigata: impulsu numinis capti. i. concepti: cecinit appio fata. i. responsa fatalia: inter obscuras ambages uerborum: hoc est obscuris uera inuoluens: ut de sybilla dicit maro: horrendo sono uocis: per quẽ significabat possessa a deo: Enim pro quia: ipsa inquit: o Romane. s. appi hoc bellum: s. futurum inter Caesarem & Pompeium nihil sup. pertinet ad te quia tu obtinebis cellã euboeae. i. in loco cui id nominis erit anteq̃ pugna committetur sepelieris: id autem non sic intellexit, Appius. Vnde addit. At. s. sed: is. s. Appius: ratus se moneri consiliis apollinis: ne interesset illi discrimini. i. periculo pugnae: secessit in eam regionem quae interiacens inter rhamnũta: appositorie nobilem partem soli attici: & charistum. s. urbem uicinam freto. i. marichaldico: obtinet nomen cellae euboeae: ubi. i. quo loco ipse consumptus morbo. i. mortuus ante certamen pharsalicum: quod inter Caesarẽ & põpeiũ iuxta pharsaliã gestũ ẽ: possedit locũ praedictum a deo pro sepultura. i. illic sepultus est.

## De uariis miraculis. Cap. CII.

Possunt & illa miraculorum loco poni: q deusto sacrario saliorum nihil in eo preter lituũ Romuli integrũ repertũ est.

¶ Quod Seruii Tulli statua quum Aedes fortunae conflagrasset inuiolata permansit.

¶ Quod Quintae Claudiae statua in uestibulo templi matris deum posita bis ea aede incendio consumpta prius. P. Nasica Scipione & L. Bestia. Itẽ. M. seruilio & L. Lamia cõsulibus in sua basi flãmis intacta stetit.

¶ Possunt &c. Paucis tria miracula recitat dicens. Et. i. etiam illa quae sequuntur: possunt poni loco miraculorum: q sacrario. i. repositorio sacrorum: ineptiores sacristiam uocant: saliorum. i. sacerdotum martis a saliendo in portandis ancilibus dictorum: deusto. i. concremato: nihil est repertum in eo integrum praeter Ro. l. non aut tubam clarisonam: sed baculum incuruum quo augures utebatur & reges pro sceptro. ¶ Item q statua Seruii tulli regis Romani: permansit inuiolata quam aedes fortunae conflagrasset: & tamen statua haec fuisse intelligitur in ea: alioqui non esset miraculum. ¶ Item q statua quintae claudiae uirginis uestalis: posita in uestibulo. i. priore statione & quasi introitu: uulgus portale uocat: templi matris deum. s. cybelis: stetit in sua basi. i. fundamento: intacta flammis: ea aede. s. matris deum consumpta incẽdio bis: prius. i. priore ut dicunt uice: publio scipione nasica: & Lucio bestia consulibus. Item. i. iterum (putem legendum iterum) Marco seruilio & Lucio Lamia consulibus. i. quo anno consules erant.

Saliorum. Qui duodecim erant sicut supra diximus martis sacerdotes: qui per urbem ancilia arma ferre consueuerant saltãtes & hoc carmen canentes: ueterem mamurii memoriam. Sacrario: Vbi ancilia seruabantur: ubi etiam lituus cõditus erat baculus romuli incuruus: nã lituus dicitur incuruus: & a summo leuiter inflexus baculus qui ab eius quo canitur litui similitudine nomen inuenit: ut ait Cice. li. de diuina. Hoc autem lituo utebantur augures ad designãda in aere spacia que templa appellari uoluerunt unde ex templo aduerbiũ augurale: itẽ haec uero spacia captabantur auguria. quõ captarentur dicemus suo loco. Fuit autem hic lituus ut tradit Plutar. in uita romuli: baculus ipsius romuli conseruatus in palatino colle usq; ad gallorũ tempora a quibus capta incensaq; roma fuit. sed postea eiectis a camillo hostibus inter altissimos cinerum cumulos illesus: cum omnia ignis consumpsisset inuentus est. Est etiã lituus: ut dicit Festus genus buccinae incuruae: qua q cecinerit liticen dicitur. Vir. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Item alibi ipse quirinali lituo paruaq; sedebat Succinctus trabea. Cum aedes fortũae In qua statua Seruii Tulli regis romanorum erecta fuit. Ideo autem in templo fortunae posita: quasi imperium romanum amplum & fortunatum reddidit. hic ei primus fuit qui censum statuit in urbe roma. ¶ Quod Qu. claudiae. Haec uirgo uestalis fuit quae innocens cum stupri accusata esset. conscientia freta deam rogauit: ut aliquo insigni miraculo suã; oibus ostenderet innocentiam cum preces effudisset: & nauis in qua dea consederat longe abesset a portu. nec humana ui moueri posset annitentibus nautis. haec dexterae suae tantum impulsu sine aliquo adminiculo eam subegit in portum. quo uiso cuncti eam falsa suspitione liberarunt. & tum demum innocẽtẽ esse crediderũt. & ita a futuro iudicio absoluta de qua Pli. de uiris illustribus. Suetonius de. xii. Caesaribus. Liuius decade. ii. punici belli mentionem faciunt. & Oui. li. fastorum. iiii. sicut suo loco monstrabimus in ca. de iudiciis. Vestibulo. i. aditu. est enim uestibulum locus ante fores sic dictus q ianua uestiat. q̃uis alii a ue & stando deductum existimerent in qua snia est aulus gelius. Matris deum. Cibeles quae diuersis nominibus appellabatur mater deum cibeles. & rea. in sua basi: in suo fundamento. nam basis dicitur extremitas columnae in infimo posita. nã q̃ in summitate est epistilus appellatur.

Lituus

Templa

Extẽplo

Qu. claudia.

Vestibulum

## De Attilio & Lamia. Cap. CIII.

Aliquid admiratiõis ciuitatis nostrae Attilii etiam Auiolae rogus attulit. qui & a medicis & a domesticis mortuus creditus, quum aliq̃ diu humi iacuisset elatus postq̃ corpus eius ignis corripuit uiuere se proclamauit: auxiliumq; paedagogi sui: (nam is solus ibi remã

Aliquid admi. ci. no. atti. aui. ro. Pli. li. vii. auiola inquit consularis in rogo reuixit. & quoniã subueniri nõ poterat praeualente flamma uiuus crematus. similis causa in. L. lamia praetorio uiro traditur. nam celium Tuberonem praetura functum a rogo relatum: Mesalla ruffus & plaeriq; tradunt. Elatus. s. ad rogũ. ut cremaretur. & bene dixit elatus. nã efferri proprie dicitur cadauer. Paedagogi: quia mos erat. ut cũ cadauer rogũ prosecuti essent: caeteri omnes inde discederent. unus tantum remaneret. quoad uniuersum corpus exureretur. paedagogus autem di Valerius maximus.

Auiola.

citur a uocabulo græco παιδαγωγός quod ſignifi‑ cat puerum. et ἄγω duo ductor: igitur pædagogus dicitur cuſtos pueri qui eum ducit: & de moribus eius curam agit ſicut & leonidas magno in honore fuit apud alexandrum cuius erat pædagogus. ¶ Lucio lamiæ. hic temporibus fuit Ci. & ſicut in epiſtolis deprehendimus magna Ciceroni familiaritate con‑ iunctus.

¶ Quæ minus admirabilia &cc. Tranſit ſuo more ad externa miracula recitanda dicens. Quæ ſcilicet iam dicta proximo loco miracula: caſus Pamphilii fereti aut pheræi.i. ciuis Pherarum: urbis propin/ quæ pylo aut meſſeniæ facit minus admirabilia: qa ipſe eſt magis admirabilis: Quem ſcilicet Pamphi‑ lium plato ſcribit iacuiſſe decem diebus inter eos q ceciderant acie.i. in prælio: & impoſitum rogo bi/ duo poſtquã ſublatus eſſet inde ideſt ex ſtrage oc/ ciſorum reuixiſſe ac narraſſe quædam mira: uiſa ſci licet a ſe tempore mortis: quod certe ſtupendum eſt miraculum: & ſi uerum eſt deo uero ſ tribuendum.

Quæ minus admirabilia. Tranſit conuenien ter ad externa: hæc inquit miracula quæ ſu pra dixi minus miranda fuerunt q̃ illos eo die quo mortui erant rogo ſuperimpoſitos uiuere co gnouerunt. At hic cuius exemplum ponitur cæſus in acie per dies.x. cum iacuiſſet deinde biduo poſt ela‑ tus & rogo ſuperimpoſitus magna uoce clamauit & ſe uiuere & ita extinctoq̃ primum rogo liberatus.
Phera multa quidem admiratione & ſtupore digna ſe tem pore mortis uidiſſe narrauit. Fereti. Alii legunt phe/ ræi quod melius eſt ſine dubio a ciuitate pheræ: naʒ pheræ eſt ciuitas in agro propinqua pylo & ſub im perio agamemnonis uel ut Stra. uult in meſſania. phe ræ autem inquit ad meſſenium agrum pertinent Bi‑ duoqʒ. Ergo.xii. diebus exanimis iacuerat.

Et quoniam ad externa. Athenienſem quen dam philoſophum narrat cum diu in ſtu/ diis litterarum uerſatus eſſet adeo ut excel‑ leret. forte incidit ut quidam caput eius lapide percu teret: & ſtatim ſubſecuta eſt res quidem mera dictu. q̃ litterarum ſcilicet oblitus eſt cum cætera tenaci‑ ter memoria retineret. Pli. lib. vii. naturalis hiſtoriæ. nec aliud inquit eſt æque fragile in homine morbo/ rum & caſus iniurias atqʒ etiam metus ſentiẽs: alias particulatim alias uniuerſa. ictus lapide oblitus eſt litteras tantum. & præalto tecto lapſus matris & af finium propinquorumqʒ cepit obliuionem. Alius ægrotus ſeruorum etiam: ſui uero nominis oblitus eſt Meſſala coruinus orator. Dirum. deteſtatur quo/ dammodo hũc caſum Valerius q̃ quaſi dedita ope ra ſenſibus hominis perſtrutatus eum potiſſimum eri puerit a quo uoluptatẽ maximam capiebat Dirum. quaſi ab ira deorum proueniens. In animo potius q̃ corpore. Pleno inuidiæ funere. Plenus inuidiæ ſum: ſignifico mihi multos inuidere. unde doctrinam lit‑ terarum ſ caſu maligno ſublatam: funus inuidiæ ple num appellat quaſi dicat caſum tam acerbum huic homini doctrinam litterarum inuidiſſe. Quod auteʒ dicit efferendo perſtat i a tranſlatiõe: quia ſicut ſæpe diximus: efferri proprie cadauerum eſt.

ferat) inuocauit. Sed iam flammis circundatus fa to ſubtrahi non potuit. Lucio quoq; Lamiæ prẹto rio uiro æque uocem fuiſſe ſup. rogum conſtitit.

¶ Aliquid &c. Affert duo que q̃ raro euenire ſolẽt miraculo aſcri bi poſſunt: cum tamen naturaliter fieri potuerint ut ſpiritus uideli cet ſopitus igni excitetur. Ordo eſt Rogus.i. pyra incenſa ad com burendum corpus: Atilii Auiolæ attulit ciuitati noſtræ.i. Roma‑ næ aliquid admirationis qui creditus mortuus & a medicis & a domeſticis. quum iacuiſſet aliquãdiu humi.i. ſuper humum ela/ tus.ſ. ædibus ſuis ut in rogum ducatur. poſtq̃ ignis corripuit cor‑ pus eius proclamauit ſe uiuere: & inuocauit auxilium pædagogi i. ſui in pueritia ductoris: Nam is.ſ. pædagogus remanſerat ibi ad rogum ſolus: ſed ipſe Atilius iam circundatus flammis non po‑ tuit ſubtrahi fato.i. neci. ¶ Conſtitit.i. manifeſtum fuit quoqʒ.i. et uocem fuiſſe æque.i. æqualiter: ſuper rogum.i. poſtq̃ immiſſus fuerat rogo: lucio lamiæ uiro pretorio.

## Externa de Pamphilio. Cap.CIIII.

Quæ minus admirabilia pheræi pamphy lii caſus facit quem Plato ſcribit inter eos qui in acie ceciderãt.x. diebus iacu iſſe: biduoq; poſtq̃ inde ſublatus eſſet impoſitum rogo reuixiſſe: ac mira quædam tempore mortis uiſa narraſſe.

## De Athenien. philoſopho. Cap.CV.

Et quoniã ad externa ſumus trãſgreſſi quidã athenis uir eruditiſſimus cũ ictũ lapidis capite excepiſſet cætera omnia tenaciſſima memoria retinens litterarum tantum modo: quibus præcipue inſeruierat: oblitus eſt. Di rum malignumq; uulnus in animo percuſſi quaſi de i duſtria ſcrutatis ſenſibus in eum potiſſimum locum quo maxime lẹtabatur acerbitate nocendi erupit ſingularem doctrinam hominis pleno inui diæ funere efferendo: cui ſi talibus ſtudiis perfrui phas non erat: utilius aliquanto fuit ad illa aditũ non impetraſſe: quam iam percepta eorum dulci/ dine caruiſſe.

¶ Et quoniam. Tranſit ad miraculorum memoriæ interruptionẽ in quodam philoſopho Athenienſi dicens. Et quoniã nos ſumus tranſgreſſi ad externa.i. aliena a Romanis quidam uir Athenien ſis eruditiſſimus quum excepiſſet capite.ſ. ſuo: ictum lapidis: obli tus eſt tantummodo litterarum quibus inſeruierat.i. inſudauerat precipue: retinens cætera omnia quæ.ſ. ſciuerat: memoria tenaciſ ſima: de quo caſu dicit author. Dirum ac malignum uulnus percuſ ſi in animo.i. in parte memoratiua quæ ab animo dependet: eru/ pit acerbitate nocendi: potiſſimum in eum locum uidelicet repoſi torium ſcientiæ qua lætabatur maxime: & hoc ſenſibus ſcrutatis i. rimatis quaſi de induſtria.i. data ut dicunt opera: utpote efferendo.i. extinguendo: ſicut homo qui effertur iam extinctus eſt (unde ſpecioſa utitur metaphora) ſingularem doctrinam.i. hoc loco ſcientiam hominis: pleno funere inuidiæ. quaſi

di: illi singularem illam doctrinam inuiderint: aliequi enim aut illi: s memoriam reliquissent: aut caeterorum queq3 abstu lissent. Cui. s. uiro eruditissimo si non erat phas perfrui. i. ad finem usq3 uitae frui: talibus. s. litteralibus studiis: utilius ali quanto fuit. i. fuisset illi non impetrasse. i. a deo aditum. i. accessum aut introitum ad illa. s. studia: q̃ caruisse dulcedine eo rum scilicet studiorum iam percepta: quia nihil est infelicius q̃ fuisse in aliqua re & maxime litteraria felicem.

## De Nausimenis uxore. Cap.CVI.

Mirabilior tamen sequentis casus narratio. Nausimenis enim Atheniēsis uxor quum filii & filię suæ stupro interuenisset: inopinati monstri perculsa conspectu: & in p̄sens tempus ad indignandum & in posterum ad loquendum obmutuit. Illi nepharium concubitū uoluntaria morte pensarūt: hoc modo fortuna sæuiens iis uitam: huic uocem ademit: quam illi propitia donat.

¶ Mirabilior &c. Iocundo progressu narrat miraculum quod cō tigit uxori Nausimenis atheniensis dicens. Mirabilior uel ut alii le gunt miserabilior: certum autem est q̄ miserabilis sit: dubitari au tem possis an miserabilior: cum superior non uidetur miserabilis sed beatus: si inter beatitudines reponenda sit a mortuis excitatio Certum etiam est q̄ sit mirabilis: sed an superiore mirabilior du bites quum mirabilius sit mortuum iam decem & amplius dieru3 reuixisse: q̃ mulierem prae nimio stupore obmutuisse. Quo circa non dānem eos qui miserabilior legunt. Ordo ē. Tamē. tametsi superior casus est mirabilis uel miserabilis tamen narratio casus sequentis est mirabilior: aut miserabilior. Vxor Nausimenis athe niēsi. cum interuenisset stupro. i. coitui filii & filiae suae: ipsa percul sa conspectu monstri. i. monstrosi coitus inopinati: quia non opina ta fuerat posse contingere: obmutuit. i. muta facta est: & . s. simul: ad indignandum. i. ex indignatione uaehementer obiurgandum in presens. i. pro tempore illo presenti: & ad loquendum: in posterum quia nulla deinceps locuta est. Illi. s. filius & filia Nausimenis uxo ris: pensarunt. i. compensando. i. aequalia rependendo expiarunt: morte uoluntaria quia sibi necem intulerunt. & ita secundum ueri tatem non expiarunt prius malum sed grauiore auxerunt: fortiter tamē illis temporibus usi sunt agere qui nece sua enorme facinus ulti fuerunt. Fortuna saeuiens. i. cum illis saeuiter agens: ademit. i. abstulit: hoc modo uitam iis. s. filio & filiae incestis: & uocē huic. s. matri: & sup. fortuna ꝓpitia. i. clemens & indulgens donat sup. uocem: illi. i. alteri: utpote illi de quo sequens narratio.

## De Egle Samio muto athleta. Ca.CVII.

Egles samius athleta mutus quum ei uictoriae quam adeptus fuerat titulus & praemium eriperetur indignatione accē sus uocalis euasit.

## De Gorgia Epirota. Ca.CVIII.

Gorgiæ quoq3 Epirotæ fortis & clari uiri origo: qui in funere matris suæ utero elapsus inopinato uagitu suo lectum ferentes consistere coegit: nouum spectaculum patriæ præbuit tantum non ex ipso genitricis rogo lucē:

Mirabilior tamen. mirabilis quidem fuit superior casus: q̄ ictu lapidis litterarum doctrinam amiserit: sed hic qui sequitur mirabilior Mulier quaedam Atheniensis cum filios in adulterio deprehendisset: monstri nouitate perculsa loquelam uocemq3 amisit. Mirabilior. Alii legunt miserabilior sed quum de miraculis tractetur melius stat littera mirabilior. Inopinati quia nunq̃ tale quicq̃ cogitasset. Conspectu q̄ uideret tantum eos facinus admittere. Ad indignandum ut ipsa quidem indignabūda reprehendere potuerit. Illi nepharium concubitum ubi considerarunt: turpitudinem suam quantumq3 nephas commisissent: sibi uitam ademerunt. Illi ꝓpitia. de quo dicturus sum donauit uocem.

VEnio nunc ad præcipuum decus & ad stabili mentum ro. imperii: salutari perseuerātia ad hoc tempus sincerum & incolume seruatum militaris disciplinæ tenacissimum uinculum in cuius si nu ac tutela serenus tranquillusq; beatæ pacis status ac/quiescit.

VEnio nunc. Cum præfatione more suo transit ad disciplinā militarem: que species institutorum esse uidetur: unde decen ter post instituta tractatur: eam autem commendans ait. Ego uenio .i. transeo nunc ad præcipuum decus & ad stabilimen tum Romani imperii seruatum sincerum & pro .i. incolume salutari perse uerantia sup. usq;: ad hoc .i. nostrum tempus (loquitur autem de suo tem pore author: nam nunc penitus periit) utpote ad uinculum tenacissimum disciplinæ militaris: in cuius .s. disciplinæ sinu ac tutela .i. protectione: sta tus pacis beatæ .i. omnium bonorum abundantis: acquiescit serenus .i. pu rus a uitio: & tranquillus a motu externo. Nam durante exercitio milita ri nemo pacem disturbare ausus est.

De scipione. Ca. CLXXXVI.

PVblius Cornelius Scipio: cui delata cartha/go auitum cognomen dedit: consul in hispa/niam missus ut insolentissimos numantiæ ur bis spiritus superiorum ducum culpa nutritos contun/deret: eodem tēporis momento quo castra intrauit edi xit ut omnia ex his q̄ uoluptatis causa cōparata erāt au ferrentur: ac summouerentur. Nam constat tum maxi/mum inde institorum & lixarum numerum cum duo/bus milibus scortorum abiisse. Hac turpi atq; erubescē da sentina uacuefactus exercitus noster qui pauloante metu mortis deformi se fœderis ictu maculauerat: ere cta uirtute recreataq;: acrem illam & animosam Numā tiam incendiis exustam ruinisq; prostratam solo æqua uit. Itaq; neglectæ disciplinæ militaris indicium manci ni miserabilis deditio: seruatę merces speciosissimus sci pionis triumphus extitit.

¶Publius &c. Primum exemplum affert de Publio cornelio scipione di/ctum. Publius cornelius scipio.s.aphricanus minor: cui Carthago delata idest assignata a senatu ut eam expugnet dedit cognomen auitum: quia inde aphricanus dictus est: ut auus eius idest aphricanus maior dictus fuerat: consul.i.cum esset consul. missus in hispaniam ut contunderet.i.cō[n]tereret & deprimeret: insolentissimos spiritus.i.animos: numantiae urbis i.numantinorum ciuium nutritos culpa ducum.s.romanorum: superiorū i.ante scipionem in hispaniam missorum: edixit.i.publice mandauit eodē momento temporis quo intrauit castra.s.romana: ut omnia quae compa rata erant causa uoluptatis auferrentur ac summouerentur ex his.s.ca/stris. Nam constat maximum numerum institorum.i.negociatorum: & li xarum.i.ministrorum militibus in iis quae ipsi facere deberent famulan tium: cum duobus millibus scortorum.i.turpi coitu sese exponētium: ut uero simile est utriusq; sexus: abiisse tum.i.tunc post edictum ide.i.ex ca stris Romanis. Exercitus noster.i.Romanus uacuefactus.i.euacuatus hac turpi atq; erubescenda sentina.i.sordium hoc est sordissimorum ho minū colluuie: qui maculauerat se paulo ante deformi ictu foederis.s.per cussi inter Mancinum & Numantinos: metu mortis: uir.ute. scilicet pristi na erecta & recreata.i.postq̄ ipse exercitus recepit uirtutem pristinam p disciplinam militarem aequauit solo: illam acrem & animosam Numan/tiam.s.prius: exustam incendiis & prostratam ruinis. Itaq;.i.& ita: dedi/tio miserabilis Mancini: qui quia foedus non approbabatur a senatu ho stibus deditus est: fuit indicium.i.signum militaris disciplinae neglectae.i. q[uod] eam neglexerat: & triumphus speciosissimus scipionis de numantinis fuit merces id est praemium: seruatae scilicet disciplinae militaris.

& consanguineos ro.manibus elapsos exce perant numantini: qui pro illis quoq; depre cati nihil obtinuerunt. & cum ab omni bello rum contagione se subtrahere uellent pacē a Ro.petierunt: qui in legitimi foederis ꝑcium & conditionem iussi sunt arma deponere: q[uo]d barbari aegrius acceperunt q̄ si manus abscī derentur. Itaq; repudiatis conditionibus bel lum indictum est. aduersus quos missi sunt primo Qu. Pompeius qui ob infirmitatē ut uult liuius li.liiii. pacem cum illis fecit: & nu mantini foedus maluerunt cum illum debella re potuissent. deinde. M. Pompilius qui fusus fugatusq; fuit a numantinis. cum quibus pa cem factam senatus irritam cēsuerat: postea missus est Hostilius mancinus qui contem/ptis auspiciis atq; prodigiis: ut uidimus in ca.de prodigiis uictus a numantinis & ca/stris exutus. cum spes nulla seruandi exerci/tus esset: pacem cum his fecit ignominiosā. quam ratam senatus esse uetuit. dedecusq; talis flagitii deditione mancini expiauit. nam in ea pugna triginta millia ro.a quattuor mil libus numantinorum uicta fuerant. postre/mo opus fuit eo imperatore qui carthaginē euerteret Missus igitur est Scipio Aphrica/nus: qui primum ut diximus corruptum licentia luxuriaq; exercitum: ad generosissimam militiae disciplinam reuocauit. o[m]nia enim delitiarum instrumenta recepit. Duo millia scortorum e castris eiecit: militem quotidie in opere habuit. & tri ginta dierum frumentum ac septenos uallos ferre cogebat aegre propter onus incidenti dicebat: cum gladio tete uallare scieris. uallum ferre desinito. alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutum amplius iusto ferre iussit. neq; id se reprehendere: quoniam melius scuto q̄ gladio uteretur: quem militem extra ordinem deprehendit. si ro. esset uitibus. si extraneus uirgis cecidit. Iumenta quidem omnia ne exoneraret milites uendidit. Acrius igitur in castris q̄ in campo cum milite suo q̄ cum numantinis illi praeliandum fuit. quippe assiduis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti ferre plenius uallum. qui arma nescirent. luto inquinari. qui sanguinem nollent iubebantur. calenes sarcinae. nisi ad usum neces sariae amputabantur. tanti esse exercitum quanti imperatorem uere proditum est. & sic redacto i[n] disciplinam milite. com missa acies. quod nemo uisurum se unq̄ sperauerat factum est. ut fugientes numantinos uideret. de quorum debellatione. alio loco dicemus: nam hoc quantum ad disciplinam militarem pertinet: diximus: de qua Frontinus li.iiii.ca.i. Scipio in/quit ad numantiam corruptum superiorum ducum secordia exercitum correxit. dimisso ingēti lixarum numero. redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus. quibus cum frequens iniungeret iter portare complurium dierum cibaria imperabat. ita ut frigora & imbres pati. uada fluminum pedibus traiicere assuescerēt milites. exprobrantem imperatorē timiditatē & ignauiam & frangentem delicatioris usus ac parum necessaria & expeditioni uasa quod maxime notabi liter accidit. S. Nenio tribuno ple. cui dixisse traditur Scipio. mihi paulisper tibi & reipublicae semper necessarius nequa quam eris. superiorum ducum culpa. Qu. pompei. M. Pompilii & mancini: quorum unus.s.pompeius re infecta ut dixi/mus discessit. Alter fusus fugatusq; fuit a numantinis. tertius iniussu senatus turpe foedus cum hostibus fecit quod sena tus ratum non habuit: Itaq; Scipio missus ad accipiendum exercitum eum omni genere hominum inutilium expurga/uit: & sub eo milites ro. audaciam cum pristina uirtute recuperarunt: Scipio uero nomen auitum consecutus est: ut aphri canus diceretur: nam celtiberos uaceos: cantabros. & alios populos in hispania uicit & subacta aphrica carthaginem deleuit: numantiam ferro fameq; consumpsit. Summouerentur: remouerentur: in hoc exercitu sexaginta millia militū fue runt. Institorum: institores dicuntur qui iumenta quibus uenalia uehuntur: agunt. erant enim negociatores qui res esculē tas a loco ad locum trahebant. dicti sunt institores: eo q[uod] instant iumentis. quae mercibus suis onerata impellunt ad locū ubi merces emere seu uendere consueuerunt. Lixarum lixae dicuntur mercenarii. qui exercitus in expeditione sequuntur. proprie autem dicuntur ministri militum qui aquam militibus afferunt: nam antiqui lixam aquam dixerunt: unde elixū aqua coctum & elixare aqua mollire. Scortorum. scorta dicuntur meretrices a scorteis quas pelliculas appellabant anti qui: quibus incubare solebant: & quia meretrices non aliter uiris subiiciuntur ac pelliculae propterea scorta appellarunt. Turpi & eru.sen. Sentina proprie est aqua foedissima in fundo nauis quae uomitum nautis prouocat: unde sentina di cta est a sentiendo. eo q[uod] malo sentiatur odore: per translationem exercitus purgamenta sentinam appellat. Deformi.foe. ictu: quia turpe foedus ictum fuerat inter mancinum & numantinos quod po.ro. improbauit q[uod] eius iniussu factum fuis set. Acrem: fortem. animosum. quia cum ad extremam necessitatem numantini redacti essent. ne in romanorum potestatē uenirent. cumulum ipsi in foro rerum omnium suarum erexerunt. & uxores ac liberos primo deinde subiecto igni iniece/runt. Constat numantinos fortissimos fuisse uiros. Strab.lib.iii. Numantia inquit nobilissima ciuitas est quae bello celti berico quod aduersus po.ro. gestum est uirtutem propriam ostentauit: quod in uicesimum perdurauit annum. cōplures enim exercitus cum imperatoribus ad internecionem detracti. nouissime autem numantini obsidione cincti. diuturna pa tientia tolerarunt. Indicium. Deditio mancini indicauit quid esset negligere disciplinam militarem. Triumphus Scipio/

Institor
Lixa

Valerius maximus.

nis praemium extitit ei qui militarem disciplinam iam prolabentem sustinuit & in pristinum statum redegit. Mancini. Cũ ille foedus cum numantinis turpe & ignominiosum percussisset. quia id po.ro.non probauerat. ipse auctor hostibus deditus est: ut omni religione populus solueretur.

## De Metello. Cap. CLXXXVII.

Eius sectam Metellus secutus cum exercitum in aphrica iugurtino bello nimia spurii albini indulgentia corruptum consul accepisset: omnibus imperii neruis ad reuocandam pristinae disciplinam militię connixus est. nec singulas partes apprachendit: sed totam continuo in statum suum redegit. protinus namq; lixas e castris summouit: cibumq; coctum uenalem proponi uetuit: in agmine neminem militum ministerio seruorum: iumentorumq; ut arma sua. & alimenta ipsi ferrent uti passus est. Castrorum subinde locum mutauit. Eadem tanq̃ iugurtha semper adesset uallo fossaq; aptissime cinxit. Quid ergo restituta continẽtia quid repetita industria profecit? Crebras scilicet uictorias: & multa trophea peperit ex eo hoste: cuius tergum sub ambitioso imperatore romano militi uidere non contigerat.

¶ Eius sectam &c. Affert exemplum obseruationis disciplinae militaris a Metello Numidico dicens. Metellus. s. Numidicus secutus sectam. i. doctrinam in re militari: eius. s. scipionis Numantini: cum ipse consul accepisset exercitum. s. Romanum in aphrica bello iugurthino. i. quod contra Iugurtham gerebatur: corruptam nimia indulgentia. i. laxitate in obsequendo militum uoluptati: connixus est omnibus neruis. i. totis uiribus imperii. i. potestatis qua ipse imperator fungebatur ad reuocandam. i. restituendam disciplinam militiae pristinae id est quam exercitus prius habuerat: Nec apprahendit partes sup. disciplinae militaris singulas. i. unã quamq; seorsum sed redegit continuo totam in statum suum. Namq; ipse summouit protinus. i. porro tenus aut statim lixas. i. ministros militum mercede conductos ad aquam ferendam & caetera opera obeunda. & uetuit cibum coctum proponi uenalem: ut. s. coquendi labore exercerentur: Et neminem. i. non aliquem: non est passus aliquem militum uti in agmine. i. dum ageretur seu incederet & castra mutaret exercitus ministerio seruorum & iumentorum. ut. s. milites ferrent ipsi. i. in propriis humeris: arma sua & alimenta sua. Et ipse mutauit subinde. i. per interualla temporis: locum castrorum. i. tentoriorum exercitus sub dio agentis. & cinxit eadem. s. castra aptissime uallo & fossa tanq̃ Iugurtha. s. rex Numidiae adesset semper. s. ea oppugnaturus. Ergo quid continentia restituta: & quid industria repetita profecit? Responsio. Scilicet. i. scire licet quid profecerit: quia peperit crebras uictorias & multa trophea ex hoste. s. Iugurtha cuius uidere tergum non contigerat militi. s. Romano: sub imperatore Romano ambitioso uidelicet Spurio Albino qui ambiendo milites eis nimium indulserat.

Eius sectam metellus. Frontinus lib. iiii. ca. i. Qu. metellus bello iugurthino similiter lapsam disciplinam pari seueritate restituit: cum insuper prohibuisset alia carne q̃ assa lixa ue milites uti. Sectam. est translatio sumpta a philosophis. nam qui socratis aut Aris. opinionem sequuntur sectam sequi dicuntur a sectando dictam. eo q; in diuersas opiniones secarentur: hoc est diuiderentur: q̃uis si diligentius consideremus ea quae ipsi sumebant. omnia tamen ad uirtutem spectare inueniemus. Iugurthino bello: bello quod gestum fuit contra iugurtham: solent enim bella a deuictis hostibus denominari. Spurii albi. primus fuit qui consul & imperator missus a senatu contra iugurtham molliter nimis ac licenter exercitum habuerat: ut apud Salu. uidere licet. Neruis. nam nerui corporis uires sunt eodem modo neruos imperii uires & potentiam appellat. Nec singulas partes nec inquit sensim milites corrigere coepit sed eodem momento temporis uniuersum exercitum purgauit. Singulas per noctes. ut sensim milites ad rectam disciplinam redigeret. Cibumq; coctum: nolebant ut cibaria & esculenta proponerẽtur uenalia ne milites cibo praeparato uescentes molliores redderentur. Neminem militum. s. gregariorum. nam centuriones decuriones & tribuni militum suos habebant milites. & gregarii dicebantur qui nulli praesunt ordini. sed de grege sunt ministerio. nec seruos habebant qui subministrarent Iumentorumq;. quae sarcinas suasueherent. Alimenta cibaria quibus indies uescerentur. Subinde. deinde. ut ipso itinere milites exercerentur. Eadem tanq̃ iugurtha. Cum castra frequenter moueret semper ea uallo fossaq; circundabat tanquã hostis instaret. Quid ergo; nunc probat q; metellus fecit. Multa trophea: Tropheum dicitur honor qui hostibus uersis in fugam comparatur dictum a tropo id est conuersione. graeci consuetudinem induxerunt ut uictori tropheum statueretur. erat autem columna marmorea. ubi litterae insculpebantur. quibus uictos hostes terga dedisse significabatur. Multa trophea. dux qui hostem in fugam conuerterat tropheum merebatur: qui uero ultra certum numerum hostium occiderat. ita ut plenam uictoriam consequeretur triumphum mereri dicebatur. Sane non nunquam & arbor in qua hostium spolia affigebantur & id aedificium in quo res gestae inscribebantur. trophea illius dicta sunt. ut marii cimbra. Ser. super. x. aenei. refert: q; Salu. in historiis de pompeio. deuictis hispanis trophea in pireneis iugis constituit: ex quo more in urbibus figuntur in arcubus exaedificatis. Virg. dicit aeneam de Mezen. tropheum constituisse. cum ait in. xi. decisis undiq; armis. Constituit tumulo fulgentiaq; induit arma Mezenti ducis exuuias tibi magne tropheum dedit aeneae tropheum. Virg. nondum plenam uictoriam consecuto qui occiso mezentio fugauerat exercitum. Ambitioso imperatore: spurio albino qui uidelicet quaereret se tantũmodo militibus gratum facere ut cupiditati & libidini militũ obsequeretur. Videre non contigerat. anteq̃ metellus praeesset exercitui.

De.P.Rutilio. Cap.CLXXXVIII.

Bene etiam illi disciplinę militari affuerunt q necessitudinum præruptis uinculis ultionem uindictamq̃ læsæ. cum ignominia domuum suarum exigere non dubitauerunt. Nam Publius rutilius consul eo bello quod in sicilia cum fugitiuis gessit. Q.Fabium generum suum quia negligentia tauromini tanam arcem amiserat puincia iussit decedere.

Bene etiam &c.Ordo est.Illi etiam affuerunt.i.auxilio fuerunt bene.i. conuenienter disciplinæ militari:qui præruptis uinculis necessitudinez.i. qui non pcentes suis necessariis:ut;Torquatus qui in filiũ animaduertit: non dubitauerunt exigere ultionem & uindictã lesæ.s.disciplinæ aut maiestatis imperialis:cum ignominia domuum suarum.i.propriarum.Nam Publius rutilius consul iussit eo bello quod gessit in sicilia cum fugitiuis hoc est contra fugitiuos duce Euno:Quintum Fabium generum suum i.filiæ maritum:decedere prouinciam.i.egredi sicilia:quia amiserat arcez taurominitanam:negligentia.s.sua.

De Cotta. Cap.CLXXXIX.

ET.C.Cotta publium Aurelium fuluium pecuniolam sanguine sibi iunctum: quem obsidiõi liparitanæ ad auspicia repetenda mesanam transiturus præfecerat: uirgis cæsum militiæ munere inter pedites fungi coegit.q̃ eius culpa ager incensus & pene castra erant capta.

Et.C.Cotta.Coegit Publium Aurelium fuluium pecuniolam.s.cognomento:iunctum sibi sanguine.i.consanguineum:quem transiturus Mesanam.i.ad eam urbem siciliæ:ad repetenda auspicia præfecerat obsidioni liparitanæ cæsum.i.percussum uirgis fungi munere militiæ inter pedites:q.i.quia ager erat incensus:& castra erant pene idest quasi capta culpa eius.

De.Q.Fuluio. Cap.CXC.

Quintus etiam fuluius flaccus censor fuluium fratrem cohortem legiõis in qua tribunus militum erat iniussu consulis domum dimittere ausum: senatu amouit Tam digna exempla Tam breuiter nisi maioribus urgerer non referrentur. Quid enim est tam difficile factu: q̃ copulatæ societati generis & imaginum: deformem in patriam reditum indicere: aut communioni nominis:ac familiæ ueteris propinquitatis serie coherenti uirgarum contumeliosa uerbera adhibere:aut censorium supercilium aduersus fraternã charitatem distringere.Dentur hæc singula quis claris eiuitatibus abunde tamen gloria disciplinæ militaris instructæ uidebuntur. At nostra urbs:quæ omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum repleuit: imperatorum proprio sanguine manantes secures: ne

Bene etiam illi:Laudat illos qui milites suos ad disciplinam militarez reuocarunt.Affuerunt presentes hoc est ppitii fuerunt & fauerunt.Præruptis uinculis,demptus q̃ obliti sint illos sibi necessitudine coniunctos esse.Læse.s.disciplinæ militaris.Publius rutilius consul eo bello quod cum fugitiuis.i.seruis quorum dux & autor fuit Eunus.nam dum is cum cæteris seruis i ergastulis teneretur.& habitu corporis & uiribus præstans . sub simulatione syriæ deæ eos ad libertatem comparandam adhortãs in unum contraxit ad numerum sexagintamillium.Hoc autem ut numine quodam instinctus facere uideret. nucem enucleatã sulphure stipatam & igne in os sumebat.& inter uerba quasi flammam emittere uidebatur.Multi imperatores romani contra hos missi cum exercitibus deleti sunt.tandem .M.perpenna eos apud æthnam longa obsidione pressos fame confecit Taurominitanã arcẽ: tauro miniũ mons est Siciliæ. & supra illũ ciuitas quam romanorũ Coloniam esse dixit Ptolemæus.At Strabo urbẽ non montẽ esse ostẽdit li.vii.in descriptione Siciliæ cũ dicit. Vrbes uero extant ad latus Euripi efficiens primũ Mesana:deinde Taurominiũ & Cathana & Syracusæ &c.Coloniã autẽ romanam fuisse alio loco ostendit eodẽ li.ubi dicit. Ciuitas autẽ frequentiores habet accolas quã Cathana.nã & hitores admisit romãos plurimos pauciores autẽ q̃ utraq3 habet tauro miniũ.fuisse uero occupatã a fugitiuis alibi ostendit his uerbis Eunus.cum fugitiuis obsidione pressus illam.s.æthnã:de qua loquit præcipuis affecit cladibus:uixq3 tandẽ a romanis euulsi sunt:eadẽ mala perpessi Cathanẽses & Taurominitani aliiq3 cõplures . & reliq.

ET.C.cotta.P.Aurelium.C.cotta cõsul cum parentoliã insulã obsideret. animaduertit non recte tabernaculu captũ esse.igitur:cũ ad restaurãda auspicia iturus esset.P.Aureliũ sanguine sibi coniunctũ obsidioni præfecit:qui cũ negligentius milites in armis habuisset per eruptionẽ oppidani uallũ incendio consumpserũt & pene castra ceperunt:& ob hanc causam cõsul reuersus re cognita.P.aurelium uirgis cæsuz inter pedites militare coegit.

Quintus etiã ful.flaccus.Frontinus li.iiii.Fuluius flaccus censor inquit fuluium fratrẽ suũ quia legionẽ in qua tribunus militum erat iniussu consulis dimiserat a senatu mouit:Sẽatu amouit.Duplex erat cẽsoria nota in equites:aut.n.senatu mouebantur:si erant inter senatores : aut equo publico priuabantur ne uidelicet stipendium de publico daretur.Tribunus militũ.tribuni militum preerant milibus hominum:primipilus ducentis:centurio quattuor manipulis : manipulus uero primo centum : deinde com plicatus ducẽtorum militũ fuit:& dicti sunt manipuli a fasciculis palearũ quos manipu

los dicimus nam adhuc pauper po. ro. pro ue xillis manipulos palearũ pertica suspẽsos ge stare solebant. unde & maniplaris miles di ctus est. Oui. Pertica gestabãt suspẽsos acta maniplos. Vñ maniplaris nomina miles ha bet. Alii dicunt centuriones tantũ centũ mili tibus praefuisse: & inde nomen accepisse. qđ magis tenendũ est propter nominis similitu

Cohors & Turma

dinẽ praefecti cohortibus praeerant: cohors autẽ cõstat ex quingentis quinquaginta qui q; peditibus & sexaginta sex equitibus. tur ma ex triginta: nã turma dicta est quasi teri ma. q ex unaquaq; cẽturia terdeni deligebã tur & fiebant turmae. legati legionibus prae erant. legio autẽ ab eligendo dicitur ut uult Vege. de re mili. quia hoc uocabulũ deside rat eorũ fidẽ atq; diligentiã qui milites pro bant. ex decẽ autẽ cohortibus plena legio cõ ficiebatur quae habebat sex milia centũ pedi tũ. equites septingentos & triginta. sed pro di uersitate temporũ uariatus ẽ numerus. Tri bunorũ militariũ ut habetur in digestis offi ciũ fuit milites in castris continere. ad exerci tationẽ perducere: claues portarũ suscipere. uigilias interdum circuire frumentationibus cõmilitonũ interesse. frumentũ praebere. men surae fraudẽ cohibere: delicta secundũ suam auctoritatem his modis castigare. principiis frequenter interesse: querelas cõmilitonũ au dire ualitudinarios inspicere. officiũ regentis exercitũ nõ tantũ indanda. sed etiam confer

turbato militiae ordine ui dicta deesset: e castris publice speciosas priuatim lugubres duplici uultu recepit: incerta gratulandi prius an lugendi officio fungeretur.

¶ Quintus etiam fuluius &c. Affert tertiũ exẽplũ eiusdẽ seueritatis in necessarios suos dicens. Quintus etiã fuluius flaccus: censor. i. cũ esset cẽ sor: amouit senatu. s. priuauit dignitate & ordine senatorio. Fuluiũ fratrẽ sup. suũ: ausum dimittere domũ iniussu consulis cohortẽ legionis in qua erat tribunus militum. Tã digna. s. memoratu exẽplũ non referrentur sup. a me tam breuiter. i. tam paucis uerbis: nisi urgerer maioribus. s. exemplis Enim pro quia: quid est tam difficile factu. i. ut fiat: q̃ idicere societatem ge neris & imaginũ. i. stẽmatũ: copulatae. i. coniunctae reditũ in patriã: ut fe cit Rutilius. deformẽ. i. turpẽ: ac adhibere cõmunioni nois: aut cohaeren ti. i. ei qui cohaerebat familiae. i. ad familiã: serie. i. ordinata deductione ue teris propinquitatis: cõtumeliosa uerbera uirgarũ Vt fecit Cotta? aut di stringere. i. denudare & uibrare supercilũ cẽsoriũ. i. seueritatẽ censoriam aduersus charitatẽ fraternã Vt fecit Qu. fuluius? q. d. nihil. Vnde addit. Dentur haec. s. dicta exempla: singula ciuitatibus q̃uis. i. q̃tuuis clariss: ta men uidebuntur instructae gloria disciplinae militaris. q. d. Qua ergo glo ria instructa dicetur Roma quae haec oia hẽt? Vnde addit. At urbs no stra. i. romana ciuitas: quae repleuit totũ orbẽ terrarũ oi genere exẽplorũ mirifico. ũ. i. mirabiliũ factorũ: recepit secures iperatorũ manantes san guine proprio: quia ab eis genito: ne uindicta deesset: ordine militiae tur bato: recepit dico duplici. i. ambiguo uultu: quia speciosas publice. i. quã tum ad rempublicam: & lugubres priuatim. i. quantum ad ipsorum im peratorum qui in filios animaduerterunt dolorẽ: recepit inquã incerta an fungeretur prius officio gratulandi propter bonũ publicũ: an lugendi p pter dolorem priuatum.

Lypare

uanda disciplina cõsistere. Liparitanae. Lipare una ex insulis aeliis. cuius Solinus una cũ reliquis mẽtionẽ facit & oẽs suo noie describit. sunt enim septem. Virgilius de lipare insula sicanum iuxta latus aeliãq; erigitur. liparem fumantibus ardua saxis. & a lipare liparitanus. ut hoc loco. & lipareus dicitur. Iuuenalis Brachia uulcanus liparea nigra taberna Fuluius flaccus. Hoc factũ est bello seruili quod in Sicilia gestum est. Tam digna exempla. Excusat se quodãmodo Valerius q exempla rei militaris breuiter nimiũ narrauit: q se dicit non fuisse facturum nisi multa alia se offerrent quae maiora sunt Generis: familiae: sicut fuluius qui fratrẽ senatu amouit. Imaginũ: maiorũ splendor & uirtus ac egregia facinora postero rum imagines dicebantur. ideo autẽ dicebantur imagines: quia posteri cogitatione terrẽ earũ quae praeclare gesta: fuerãt a maioribus ad uirtutẽ incendebantur: ut illas imitarentur: & reuera etiã imagines & statuas erigere solebant: ut posteri intuentes eas ipsa cogitatione uirorũ excellentiũ ad uirtutẽ accenderentur. Cõmunioni coniunctioni: non sicut fecit cotta qui Pecuniolã sanguine sibi coniunctũ ex equite peditẽ fecit. Supercilũ. Austeritas seueritas a praecedente quod sequitur nã in superciliorũ toruo motu quaedã tristitia & seueritas ostenditur. Distringere: minari uel exercere: & translatio a gla diatoribus: qui gladiũ in concertatorẽ suũ nudant. Dentur haec. Si inquit ciuitates quae rerũ potitae sunt singulae unũ ali quod eorũ exemplorũ haberent quae ostẽdimus: tñ abunde uiderentur disciplinã militarem obseruasse. Tamẽquis singu la singulae ciuitates exempla habeant. Gloria: quia gloriari possit in ipsis ciuitatibus disciplinã fuisse seruatã. Genere. s. cuiuslibet uirtutis. Proprio sanguine. s. filiorum. Speciosas: q uictores extiterunt priuatim lugubres. q eorum filii uirgis caesi & securi percussi sunt inquit q̃tum ad rempu. speciose: q̃tum ad priuatam lugubres propter mortem filiorum. Gratu landi: q uictores euaserint. Lugendi: q filios amiserint.

IGitur ego. Ergo q a res magna fu it ac propẽ incredibilis teste Liuio q dixit hoc apud posteros plus ad mirationis habiturũ q̃ fidei. dicit ergo uereor ne uirtuti uestrae non parem relationẽ adhi beã. igitur quia illi incerti erant fungerentur officio gratulandi an lugendi: pari ratione cũ illis ego quoq; dubito. Tu nãq; posthumi: ab hac opinione dissentit liuius. dicit enĩ nõ duos fuisse qui filios occidi iusserũt sed unũ nec posthumiũ sed manlium torquatũ. hoc autem in coniecturam adducit cur manlius non posthumius existimandus sit: qui filium uirgis caedi & securi percuti iussit. q manlia na non posthumiana imperia sunt appellata

## De posthumio Tiburto & Manlio Torquato: Ca. CXCII.

IGitur ego quoq; haesitante animo uos bellica rum rerũ seuerissimi custodes Posthumi Ty burte: & Manli torquate: memoria ac relatio ne complector: quia anima duerto fore: ut pondere lau dis quam meruistis obrutus: magis imbellicitatem inge nii mei detegam: q̃ uestram uirtutem sicut par est: repre sentem. tu nanq; posthumi dictator aulum posthumiũ: quem ad generis penetraliumq; sacrorum successionẽ

propagandam genueras: cuius infantiæ blandimenta sinu: atq; osculis foueras: quem puerum litteris: quẽ iuuenem armis instruxeras sanctum: fortem amantem tui pariter ac patriæ: quia non tuo iussu: sed sua sponte præsidio progressus hostes fuderat: uictorem securi feriri iussisti & ad hoc imperium peragendum paternę uocis ministerio sufficere ualuisti. nam oculos tuos certũ scio clarissima in luce tenebris offusos ingens opus animi ĩtueri nequiuisse. Tu item Manli torquate latino bello consul filium q; prouocatus a Geminio Mætio duce tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat: gloriosam uictoriam & speciosa spolia referentem abripi a lictore & in modum hostiæ mactari iussisti: satius esse iudicans patrem forti filio: quã patriam militari disciplina carere.

¶ Igitur. Quia supra fidem uidetur pro conseruanda disciplina militari i filios animaduertisse. Ego quoq; (inquit author) O posthumi tyburte: & o Manli torquate seuerissimi custodes rerum bellicarum: complector uos memoria .i. in mente: ac relatione .i. recitatione in scripto uerba repræsentante animo hesitante .i. ambiguo & dubio. Quia ego animaduerto .i. animo considero fore .i. futurum esse: ut ego obrutus .i. oppressus pondere .i. mole laudis quam meruistis: detegam .i. aperiam & ostendam magis imbecillitatem ingenii mei: qua repræsentem .s. legentibus aut audiẽtibus relationem hanc. Nãq; tu o posthumi dictator .i. cum esses dictator: iussisti Aulum posthumium .s. filium tuum quem genueras ad successionem generis .i. progeniei: quia pater quodammodo in filio uiuit: & ad successionem sacrorum penetralium .i. maxime familiarum: quæ penatibus a patrefamilias fiebant: unde Aulus iste quia primogenitus: patri successurus: erat: propagandam .i. per propagationem continuandam. Cuius .s. posthumii filii tui blandimenta infantiæ .i. quem infantem blandientem tu foueras .i. molliter educaueras: sinu .i. in complexu brachiorũ: & osculis .i. in cõplexu paterno: quem puerum .i. cum esset puer: tu instruxeras .i. ornaueras & erudieras litteris: & quem iuuenem .i. cum esset in iuuenta ætate: tu instruxeras armis .i. peritia militari: entem aut ut uulgarius dicam existentem sanctum .i. incorruptum. fortem & amantem pariter tui ac patriæ: iussisti inquam eum uictorem .s. hostium: feriri ut feriatur collum eius: securi .i. ferreo instrumento quo sontium colla secantur: quia ipse progressus præsidio .i. extra castra: non tuo iussu .i. imperio: sed sua sponte .i. propria authoritate fuderat hostes .s. fidenates. Et tu ualuisti sufficere .i. satis esse ministerio uocis paternæ .i. mandato uocali: iubendo lictoribus ut eum securi feriant: ad hoc imperium .s. de nece filii: peragendum: nam scio certum .i. certe aut ut rem certã: aut scio certo oculos tuos offusos tenebris .i. caligine merore nimio in luce clarissima: scilicet aut mentis: quia rectissime pro patria sensit: aut dici: nequiuisse intueri: ingens .i. excellens opus animi. Item .i. consimiliter. Tu o Manli Torquate consul latino bello: iussisti filium .s. tuum referentem .s. ex hoste gloriosam uictoriam & speciosa spolia: quia cæso prouocatore: abripi .s. a complexu militum quibus charissimus erat: a lictore .i. ministerio lictoris & mactari in modum hostiæ: q; .i. quia ipse prouocatus .s. ad certamen a Geminio Mætio duce Tusculanorum: descenderat ad dimicandum scilicet cum hoste: te ignaro: immo plus q̃ ignaro: quia prohibuerat quicq̃ se absente in hostem moliri: iussisti inquã iudicans eẽ satius .i. eligibilius & melius: patrẽ: uidelicet teipsum carere filio forti: q̃ patriam .s. Romam carere disciplina militari.

De Lucio Quintio Cincinato. Ca. CXCII.

nã in consuetudinẽ uenit: ut cũ aliquis nimia seueritate uteretur: diceretur: en mãlianũ ĩperiũ: quẽ crudelitatis titulũ Posthumius prior occupaturus fuit. nam multis ante ãnis posthumius fuit q̃ manlius. Sed de hac re non nihil dubitare uidetur Liuius. quia nonnulli sic tradidere scriptores. duos .s. fuisse: qui filios occidi iusserint. sed existimare se dicit scriptores quod posthumii fuerat ascripsisse Torquato: uel contra potius. Et quia nonnulli historici: ita retulerunt se quoq; tacitum præterire noluisse. Posthumium filium Hoc fuit teste Gel. anno ab urbe condita. cccxxii. bello fidenati. penetralium sacrorum. mos erat antiquitus. ut domesticis sacris ex filiis maiores natu præficerentur. Propagandam amplificandam: translatio sumpta a uitibus. nã propagari dicuntur uites cum ab arbore subterranea flagella deducuntur. Cuius infantiæ blandimenta. Hæc omnia describit quæ pater in educatione filii facere solet ut rem ante oculos ponat. Armis: ut iam adultus arma tractare disceret. Sanctum respectu patris qui pietatem paternam sanctam habebat. Fortem quia fortis bellator erat. Item sanctum moribus fortem uiribus. multa in unum congerit. Valerius quorum cogitatione & respectu pater a filii cæde deterreri potuerat ut maiorem fortitudinem animi in posthumio fuisse ostendat qui omnia posthabuit ut disciplinam militarem seruaret incorruptam. Amantem tui pariter & patriæ pietate quam parentibus pariter & patriæ debemus. præsidio. ubi cum locaueras cum cohorte sua sponte egressus est. ut manus cũ hostibus consereres. Progressus quia a præsidio in pallantes & incompositos hostes processerat: eosq; fuderat. Et ad hoc peragendum imperium potuisti inquit imperare lictoribus ut lege agerent. nam cum magistratus de nocentibus supplicium sumerent: lictoribus dicere solebant. age lege. Nam oculos. Dixi te hoc tam crudele imperium in filios uoce tua exequi potuisse. nam te uultum auersum a tanta supplicii fœditate habuisse certe scio. Ingens animi opus. Opus animi erat supplicium quo filium affecit. Tu item Manli torquate. Id fuit Volscorum equorumq; bello ut uult Liuius. Gellius uero dicit: tum hostes erant Fidenates: sed hoc quod sequitur fuit bello latino. Cato tamen apud salustium in oratione contra coniuratos dicit hoc fuisse bello gallico: & appellat hunc Aulum manlium torquatum. Huic torquato post cædem filii in patriam cum uictoria redeunti nemo iuniorum processit obuiam: fuit autem patribus charus: iuuenibus & tunc & semper inuisus: sicut in cap. de ira & odio dicemus: ubi hæc historia plenius tractabitur. Satius esse iudicans: exemplo filii tui statuere ut postea alii disciplinam militarem non uiolarent.

Valerius maximus.

AGe quanto.L.Quintium cicinatum.de
hoc uiro dicemus in ca.de modera/
tione & paupertate.quod uero ad
disciplinam militarem pertinet: cũ peruasta
tis agris subito equorum & uolscorum icur
su.consulum.L.minutius ad ultionem mis/
sus esset:illi neq; fortuna neq; uis animi in
ea re gerenda fuit.nam cum haud procul ab
hoste castra posuisset:nulla clade accepta pa
uidus inter castra se cõtinebat.quod ubi sen
sere hostes ex metu alieno creuit audacia:&
primo castra expugnare adorti cum non suc
cederet.ad obsidionem conuersi munitioni
bus circundant.quod ubi romam perlatum
est obsideri.s.consulem & exercitum.tantus
pauor & trepidatio urbem incessit: ut dicta
torem q̃primum dici placeret dictusq; est cõ
sensu omnium.L.Quintius cincinatus : qui
tum erat in agris & rustico inhians operi au
dito patriæ statu & honorem & laborẽ pro/
prono animo suscepit.profectusq; cõscriptum
scripto exercitu omnibus ultro nomina danti
bus spe certa sub tali duce uincendi.disposi/
to rerum statu die proximo sub noctem ro/
ma egressus:alacritate mirabili mediaq; no
cte ad hostem perueniens.& consulẽ & exer
citum obsidione liberauit hostes ut exprime
retur tandem confessio subactam domitam
q; esse gentem sub iugum misit. fiebat autẽ
iugum ex tribus hastis:duabus humi defixis
superq; eas una transuersa deligata.sub hoc
iugo dictator hostes ueluti totidẽ boues mi
sit.castris hostium receptis plenis omniũ re
rum(nudos enim emiserat)prædam omnẽ
suo tantum militi dedit consularem exercitũ
consulemq; ipsum increpans carebis inquit
prædæ parte:miles ex eo hoste cui prope præ
dæ fuisti:& tu.L.minuti donec consularem
animum incipias habere:legatus sis:legioni
bus præeris.ita se minutius abdicat consula
tu iussusq; ad exercitũ manet.sed adeo tum
imperio meliori animus mansuete obediens
erat:ut bñficii magis q̃ ignominiæ hic exer
citus memor & coronam auream dictatori
libræ pondo decreuerit:& proficiscentẽ eũ
patronum salutauerit.Equiculis:populis qui
sunt haud procul a Roma . indignum enim
Putabat illum non esse imperio dignum:qui
se exercitumq; suum nõ uirtute sed uallo fos
saq; tutatus esset.Arma Romana. que sem
per uictricia fuerunt.Ergo iperiosissimi duo
decim fasces.Nunc extollit consulatum : ut
maiorem etiam pœnam ostenderet : q̄ nec il
lis quidem dictator pepercerit : qui summũ
imperium gerebant.Nutu.nam q̃to maiorẽ
dñm & potestatem consulatus ostendit:tanto
magis ostẽdit seueritatem dictatoris.Decus
ornamentum nam in consulatu senatus maie
stas continebatur nutu.imperio & iussu.nã
omnes romani ordines sub imperio dictato
ris erant.poterat enim & plebi & senatui &
equestri ordini imperare quicquid uoluisset
dictator.At ne lesa.ne res militaris foret in/

AGe q̃tõ spiritu putamus usum. L. Quintium
Cincinatum dictatorem eo tempore quo deui
ctis Equiculis & sub iugum missis.L.Minuti
um consulatum deponere coegit: q̄ castra eius hostes
iidem obsederãt. Indignum enim maximo imperio cre
didit:quem non sua uirtus:sed fossa uallumq; tutum p/
stiterat:cuiq; uerecundiæ non fuerat arma romana me/
tu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi
duodecim fasces penes quos senatus & equestris ordi/
nis & uniuersæ plebis summum decus erat : quorumq;
nutu latium ac totius italiæ uires regebantur:contusi at
q; fracti dictatoriæ se animaduersioni substrauerunt:ac
ne inulta foret gloria militaris:consul delicti omnis uin
dex punitus est. His ut ita dicam piaculis Mars impe/
rii nostri parer ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis dege
neratum erat: numen tuum propiciabatur : affinium &
cognatorum & fratrum:nota filiorũq; strage & ignomi
niosa consulum eiuratione.

¶Age quanto &c.Recitat simul exemplum seruatæ a Quintio Cincina
to:& neglectæ disciplinæ militaris a Lucio Minutio dicens.Age adhor
tandi uox:quanto spiritu putamus.Lucium Quitium Cincinatum dicta
torem:usum eo tempore quo Equiculis populis illis italiæ deuictis & mis
sis sub iugum coegit Lucium Minutium deponere consulatum: q̄ idem
hostes.s.Equiculi:obsederant castra eius uidelicet Minutii ante aduentũ
dictatoris.Enim pro quia.Cincinatus sup.credidit sup.eum uidelicet Mi
nutium(quem non uirtus sua:sed fossa & uallum præstiterat tutum.i.ab
hoste:cuiq;.i.& cui non fuerat uerecundia.i.qui nõ erubuerat:arma Ro
mana trepida.i.armatos Romanos trepidantes metu.i.præ timore:conti
neri portis.s.castrorum clausis)indignum maximo imperio:uidelicet con
sulari in Romanos.Ergo quia dictator ita censuit:duodecim fasces.s.uir
garum cum securi:imperiosissimi.i.maximi imperii indices : penes ques
erat summum decus id est ornamentum senatus & ordinis equestris &
uniuersæ plebis(in tot enim & ordines populus Romanus distinctus
erat)& quorum nutu.i.eis ornati uoluntate uel signo capitis indicata : la
tium.i.nobilissima illa pars italiæ:ac uires totius italiæ regebantur: con
tusi atq; fracti.s.a dictatoria potestate:substrauerunt se:animaduersioni
i.consideratæ & ordinatæ punitiõi:dictatoriæ.i.Cincinati dictatoris:ac
ne gloria cõsularis foret inulta .i.sine ultiõe læsa:cõsul uidex ois d'licti.i.
penes quẽ ẽ oẽ delictũ alioꝝ punire:punitus ẽ.s.a dictatore.O Mars pa
ter ĩperii nostri.i.Romani:qa primi regis pr hitus est:ubi.i . postq̃ dege
neratum erat.i.minus generose agendo discesserat:a tuis auspiciis.i.præ
claris inceptis:numen tuum.i.diuina maiestas tua quæ nutu quæ uis fa
cis propitiabatur.i.placabatur:his.i.huiusmodi(ut ita dicam.i.si modo
liceat sic dicere)piaculis idest piationibus & purgationibus delicti. Vi
delicet nota scilicet infamiæ affinium:qua Rutilius notauit Quintum fa
bium generum suum:cognatorum qua Cotta Pecuniolam diffamauit:&
fratrum qua flaccus censor fuluium fratrem insignem reddidit : & strage
filiorum scilicet.posthumii & Manlii:& eiuratione.i.exauthoramento ac
priuatione sacramenti quod Milites imperatori exhibebant:ignominiosa
quia posset esse honesta:ut si ob ualitudinem aut uulnera accepta : aut
religionem aliquam quis se magistratu abdicarit:consulũ.s.Minutii : sed
ad rem extollendam de singulis præterq̃ de filiis(cum tamen ab aliis &
unus censeatur)pluratiue loquitur.

ulta.cõsul qui aliorum delicta punire cõsueuit ipse punitus est. His ut ita dicã piaculis. Cõuertit sermonẽ suũ ad martẽ Valerius: & est apostrophe dicẽs: o mars iõ fuere iperatores romani adeo seueri ut numẽ tuũ his pœnis placarẽt: siquid cõtra te fuisset admissum. Piaculis: pœnis. nã piaculũ significat pœnã. remediũ: delictũ: mortẽ denique ipam. ergo piaculis: expiatõibus: paternam a matre originẽ sumpsisse dicuntur Romulus & Remus. Degeneratũ: peccatũ & delictũ aliquid cõmissum esset. nam degenerare est a genere exire uel ab aliqua re alienum esse. Nota ignominia Eiuratione priuatione. nam eiurare est extra ius facere. quemadmodum dicimus exaugurare extra augurium facere. sicut eiurare contra ius uel extra ius facere ergo eiuratione. abdicatione. nam cum consulatum ineunt in rem publicam iurant: cum deponunt: eo iureiurando soluuntur.

De Papirio. Cap.CXCIII.

Eiusdem ordinis quod sequitur Papirius dictator quum aduersus imperium eius. Q. fabius rutilianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset: q̃q̃ fusis samnitibus in castra redierat: tamen neque uirtute eius neque successu: neque nobilitate motus: uirgas expediri eumque nudari iussit. O spectaculum admirabile: & rutilianus & magister equitum & uictor scissa ueste spoliatoque corpore lictorum se uerberibus lacerandum præbuit: ut in acie exceptorum uulnerum nodosis ictibus cruore renouato uictoriarũ quas modo speciosissimas adeptus erat titulos respergeret. Precibus deinde sui exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit: ubi frustra senatus auxilium implorauit. Nihilominus enim Papirius in exigenda pœna perseuerauit: itaque coactus est pater eius post dictaturam tertiumque consulatum rem ad populum deuocare: auxiliumque tribunorum plebis supplex pro filio petere: neque hac re seueritas Papirii refrenari potuit. Cæterum quum ab uniuersis ciuibus & tribunis plebis rogaretur testatus est: non pœnam illam se Fabio sed populo romano & tribunorum concedere potestati.

¶ Eiusdem ordinis. Affert alterius dictatoris in consimili seueritate exemplum dicens. Id sup. quod sequitur est sup. eiusdem ordinis scilicet dictatorii. Nam sup. Papirius dictator quum Quintus fabius Rutilianus: magister equitum: & ita secundus a dictatore in exercitu: sicut Conestabilis olim secundus ab rege fuit: eduxisset aduersus idest cõtra imperium eius scilicet papirii exercitum. s. Romanum in aciem idest prælium (nõ quod acies sit prælium: sed quia hic pro prælio accipitur: nisi sit in aciem hostilem) q̃q̃ sup. Rutilianus redierat in castra samnitibus fusis: & ita uictis: tamen neque motus idest a proposito reuocatus: uirtute eius. s. Rutiliani: neque successu idest prospera pugna: neque nobilitate eius: iussit uirgas expediri idest e fascibus euolui: & iussit eum scilicet Rutilianum nudari ut uirgis cæderetur. Unde exclamat author. O spectaculũ admirabile: Et. i. simul Rutilianus: uir nobilissimus: cui ob solũ nomẽ parcere debuerit: & magister eqtũ: & ita p̃senti magistratu fungẽs: & uictor & ita ob rem paulo ante bene gestã clarus ueste scissa: & corpore spoliato. idest ignominiosæ nudato: præbuit se lacerandum uerberibus lictorum: ut respergeret titulos uictoriarum quas adeptus erat modo. idest paulo antea: speciosissimas idest honestissimas: respergeret dico cruore uulnerum exceptorum

Eiusdem ordinis Papirius dictator. Frõtinus li. iiii. L. papirius dictator fabiũ rutilianũ magistrũ eqtũ q ad uersus edictũ eius q̃q̃ p̃spere pugnauerat: uirgis poposcit cædi securi percussurus: nec cõtẽtus aut p̃cibus militũ cõcessit aĩaduersionẽ. eũque p̃fugientẽ Romã p̃secutus est nec ibi quidẽ remisso prius supplicii metu: q̃ ad genua eius: & fabius cũ patre prouolueret & pariter senatus & populus rogarẽt. Liuius uero multo prolixius scribit historiam. Fuit hoc bello samnitico: cui cũ. L. furius camillus cõsul præesset morbo iplicitus dictatorẽ dixit Papiriũ Cursorẽ: q sibi. Qu. fabium Rutilianũ magistrũ equitũ dixit q̃bus ĩ castra p̃fectis. paulopost dictator in urbem ad auspiciũ petendũ accersit. iperat magistro eqtũ: ut sese loco teneret. nec absente se cum hoste cõfligeret. fabius cũ post profectionẽ dictatoris p exploratores cõperisset: perinde oĩa soluta apud hostes ac si nemo Romanus in sãnio esset. seu ferox adolescens indignitate accẽsus q oĩa in dictatorẽ uiderent reposita esse: seu occasione bene gerẽdæ rei ductus exercitu istructo paratoque p̃fectus ad hostes cõflixit. Ea fortũa pugnæ fuit: ut nihil relictũ sit. quo si affuisset dictator res melius geri potuerit: nõ enim dux militi: nec miles duci defuit. uigĩti milia hostiũ ea pugna cæsa dicunt. Quod ubi romæ cognitũ ẽ dictator ĩcẽsus ira redit ĩ castra: fabiũ acciri iubet spoliarique ut de illo sumeret supplicium milites reiectis lictoribus fabiũ tutant: iãque seditio maxima apparebat. nox eã diremit. Fabius interea Romam profugit: & auctore patre apud senatum de iniuria dictatoris conqueritur: demũ superueniente dictatore: tribunorum omnium ac populi Romani fidem implorat: qua nihil sibi p̃ficiẽte fluctabat eius uita. nisi q populus ad p̃ces & obtestationẽ cõuersus. ut sibi pœnam magistri eqtũ dictator remitteret. tribuni quoque inclinatã rem in preces subsecuti orare dictatorem insistunt: ut ueniam errori humano adolescentiæ. Qu. Fabii Rutiliani daret. satis eum pœnarum dedisse iam ipse adolescens: iam pater. M. fabius contentionis obliti: procumbere ad genua & iram deprecari dictatoris. Tunc dictator silentio facto. bene habet quirites. uicit disciplina militaris uicit imperii maiestas. nõ noxæ eximit. Qu. fabius qui contra edictum imperatoris pugnauit. sed noxæ dãnatus donat p. R. do nat tribunitiæ ptãti p̃cariũ. nõ iustũ auxiliũ ferenti De gente papiria Ci. epistolarũ fami

Valerius maximus. i

listarum lib. ix. epistola ad pet. Tandem inquit insanire tibi uideris ita inquit: sed tamē mi pete: quid tibi uenit in mentem. negare papirium quemq̄ nisi plebeium fuisse unq̄: fuerunt enim patricii minorum gentiū quorum princeps. L. papirius. M. ugilanus q consul cum. L. Sempronio Atracino fuit: cum ante censor cum eodem fuisset annis post Romam conditam trecentis. xli. sed tunc papisii dicebantur. post hunc. xiii. fuerunt sella curuli ante. L. papirium crassum qui primū papisius uocari desitus est. is dictator cum L. papirio cursore magistro equitum factus est annis post Romam conditam trecentis xv. & quadriennio post consul cum Duillo hunc secutus est papirius cursor homo ualde honoratus. Neq3 uirtute. qui uicerat. Neq3 successu quia felix fuerat. nobilitate. quia patricius erat de fabia gente. O spectaculum exaggerat rem istam. Cruore: redonarilt uulnera quæ ab hostibus acceperat nōdū cicatrices sanatæ erāt. Vulnerū q nūdū obducta erāt. Nodosis ictibus. s. uirgarū. dedit occasionē fugiēdi. Dispēdio pœnæ: nō q ita putaret: sed q a rogauerāt milites ut punitionē illā i sequētē diē differret papirius. q ubi factū ē nocte fabius in urbē cōfugit. Post dictaturam tertiūq3 cōsulatū: qa fabius pater eius q & dictator & cōsul fuerat: coactus ad auxiliū ppl'i cōfugere atq3 illius opē implorare. Vniuersis. Quia uniuersus populus ro. papirium supplex rogabat ut eum sibi cōdonaret: hæc papirii seueritas sic totius exercitus animum a dictatore auertit: ut proximo cum sannitibus prælio hostes debellari potuerint nisi milites duci suo gloriam inuidentes uincere noluissent.

in acie: renouato nodosis ictibus scilicet uirgarum. Deinde Papirius dedit præcibus idest ob præces sui exercitus: fabio. s. P. utiliano: occasionē confugiendi in urbem: quia cum importuni pro eo intercederent: & lictores ab eius cæde repellerent: ligatumq3 soluerent: patefacto habitu aut: ut alii uolunt præcibus exercitus ultione in posterum dilata nocte in urbem se pronpuit: ubi implorauit idest plorando orauit auxilium senatus: frustra: quia senatus in dictatorem nil potuit. Enim pro quia: Papirius. s. dictator nihilominus perseuerauit in pœna scilicet capitali exigenda: qd durum erat in tali culpa: unde per allusionem dictum putem a marone: pœnas cum sanguine poscunt. Itaq3 idest & ita pater eius scilicet Fabii: qui etiam Fabius dictus est: coactus est post dictaturam & tertium consulatum idest postq̄ summis honoribus functus erat: deuocare rē ad populum scilicet Romanum & petere supplex auxilium tribunorum plebis pro filio: neq3 seueritas papirii scilicet dictatoris: potuit refrenari idest cohiberi a persecutione ultionis: hac re idest supplicitate tanti uiri. Cæterū idest: sed cum rogaretur ab uniuersis ciuibus & tribunis plebis: testatus est se concedere idest condonare illam pœnam: non fabio sed populo Romano & potestati tribunorum.

De. L. Calphurnio. Cap. CXCIIII.

Lucius quoq; calphurnius Piso consul quum in sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret & titius equitum præfectus fugitiuorum multitudine hostium circumuentus arma his tradidisset: his præfectum ignominiæ generibus affici iussit. eum toga laciniis abscissis amictum discinctaq; tunica indutum nudis pedibus a mane noctem usq; ad principia per omne tempus militiæ adesse: interdixit etiam ei conuictum hominum: usumq; balnearum. Turmasq; equitum quibus præfuerat ademptis equis in funditorum alas transcripsit. Magnum profecto dedecus patriæ: magno pisonis decore uindicatum est: quoniam quidem id egit piso: ut qui cupiditate uitæ adducti cruce dignissimis fugitiuis trophæa de se statuere concesserant: libertatiq; suæ seruili manu flagitiosum imponi iugum non erubuerant: amarum lucis usum experirentur: mortemq; quam effœminate timuerant: uiriliter optarent.

Lucius quoq3 calphurni9. Hec quoq3 fuit bello fugitiuo qd in sicilia gestum est cum. L. calphurnius prouinciā obtineret & bellum aduersus eos gereret. Titius qui præfectus erat equitum in insidias cecidit fugitiuorum & cum undiq3 circumuentus euadere nullo modo posset: illis arma tradidit. ipse uero cum equitibus euasit. Consul calph. quod contra disciplinam militarē fecisset: ut qui arma haberet: his depositis in potestatem hostiū ueniret ipsum hac pœna mulctauit: ut scissa lacinia togæ pedibusq3 nudis in conspectu uigilum staret inter principes: quousq3 illud præsidium mitteretur. hoc etiam Frontinus affirmat libro quarto capitulo primo. Dicit enim. L. Piso C. Titium præfectum cohortis quæ loco fugitiuis cesserat cincto togæ præciso: solutа tunica nudis pedibus in principiis quotidie stare dum uigiles uenirent iussit: conuiuiis & balneo abstinere. Pisorum domus a numa pompilio duxit originem teste horatio in poetria ubi loquitur ad pisones. Vos o pompilius sanguis carmen reprahenditæ. Fugitiuorum Seruorū qui bellū i Sicilia mouerant. Laciniis abscissis. Sine fimbriis: quæ a lacerando dictæ sunt. Principia. i. prima acie donec militarent. Funditorum genus est militiæ uilissimū. de equitibus facti sunt funditores q fūdis glādes i hostes torquebant. Alas trāscripsit: Ordinē: sed pprie alæ sunt equitum sic dictæ q pedites tegāt alarum

da in urbem proficiscente castris praepositus ac uetitus in aciem exercitum ducere nihilominus manus cum hoste: sed non tam foeliciter quã temere conseruit: procul enim dubio superabatur. Caeterum optime indolis iuuê tus detractis equorũ frænis uehementer eos calcaribus stimulatos in aduersos Samnites egit obstinataq; animi praestantia: extortam manibus hostium uictoriam & cum ea spem maximi ciuis Rutiliani patrie restituit.

Ascen. ¶ Strennuus &c. Affert aliud eiusdem iuuentutis exemplum dicens. Ille quoq; flos ordinis equestris cuius mira uirtute Fabius Maximus Rutilianus magister equitum sup. in bello. quod gerebatur aduersus Sãnites leuatus est idest liberatus crimine praelii male commissi: strenuus sup. est. Nam papyro cursore qui tunc consul ac imperator erat: proficiscente in urbem scilicet Romam: propter auspicia repetenda: quia tabernaculum uitio erat: ipse fabius praepositus castris sup. tuendis: ac uetitus. scilicet a consule ducere exercitum in aciem: conseruit nihilominus idest q̃q̃ esset ei uetitum: manus cum hoste sed non tam feliciter q̃ temere: enim pro quia: ipse superabatur scilicet ab hoste procul dubio. Caeterum idest sed: iuuentus optimae indolis idest ingenitae uirtutis: detractis frenis equorum idest postq̃ detraxerat equis frena: egit idest impulit eos scilicet equos: stimulatos. i. punctos: uehementer calcaribus: in samnites aduersos idest contrapositos: & restituit praestantia animi obstinata. idest per fortitudinem suam inuincibilem. patriae. scilicet Romae uictoriam extortam. i. ui extractam manibus hostium: & restituit cum ea scilicet uictoria: spem maximi ciuis scilicet rutiliani: quae periisset.

Q Valis deinde. hoc fuit primo punico bello cuius auctor nõ extat quisquã e antiquis scriptoribus. quia in negligentia n indies magis cadentibus litteris periatur. T. Liuii decades. At leonardus Aretinus uir graecae & latinae litteraturae peritissimus ac solertissimus homo: ex cômentariis graecis quae potuit in latinum traduxit. Cum igitur romani duces. G. duellio punicam classem i fugam conuertissent circa Siciliam. nec illã fugientẽ aliter se adipisci posse uiderent: nõnulli ex romanis se in undas imiserũt & eã consecuti in littus retraxerunt. hic tangit Cicero. libr. de senectute. Vehementi ictu. scilicet impulsi: Fugae. ad fugam. Lubricis pelagi. Lubricum dicitur quod labitur dum tenetur: ut anguis & piscis: ergo lubricum per quod labitur sicut aqua. & est substantiue positum. Cãporum firmitate: tanq̃ essent in côtinẽti terra.

## De aliorum militum fortitudine. Capitulum. CCXLIX.

Q Valis deinde roboris illi milites qui uehemẽti ictu remorum concitatam fugae punicã classem nãtes lubrici pelagi quasi camporum firmitate pedites in littus retraxerunt.

¶ Qualis deinde Roboris &c. Affert aliud iuuentutis Romanae mirae strennuitatis exemplum dicens. Deinde qualis roboris sup. fuerunt milites illi qui nantes lubricis. i. per lubrica pelagi retraxerunt in littus quasi pedites infirmitate camporum: hoc est perinde ac si pedites in campo firmo stetissent: classem punicam idest carthaginẽ. concitatam fugae idest ad fugam uehementi ictu. i. impulsu remorum? q. d. admirandi roboris fuit. Nam cum carthaginẽ. classem fugientem uiderent & eam manibus suis assequi non possent: eo q̃ tardiores essent: sese in mare demiserunt & nando eam assecuti sunt & in littus retraxerunt. Quod certe uix credibile est. Nam ut demus assecutos classem: decem in naui possunt centum in aquis aut arcere a classe aut occidere modo fugientibus aliquid reliquum esset animi.

E Iusdem temporis & notae miles. Notissima haec est historia & a nobis diligenter satis notata. notae. i. laudis: non infamiae: licet quidam notae. idest ifamiae & ignominiae dicant: eo q̃ ignominiosa romanis fuerit cannensis clades: sed non de bello hic: sed de militis fortitudine & uirtute agitur. Inutiles. quod essent obtruncatae. Ceruicem complexus scilicet ulnis tametsi uulneribus confectas & prope abscisas manus haberet. Os faciem. Sepone. sciunge separa. Obnoxius. obstrictus.

## Mirabile militis exemplum. Cap. CCL.

E Iusdem temporis & notae miles qui cannensi praelio quo Hannibal magis uires Romanorum contudit quã animos fregit. quum ad retinenda arma inutiles uulneribus manus haberet spoliare se conantis numidae ceruicem complexus os naribus & auribus corrosis deforme reddidit inq; plenae ultionis morsibus expirauit: Sepone iniquum pugnae euẽtum quãto interfectore fortior interfectus. Poenus enim in uictoria obnoxius morienti solatio fuit romanus in ipso fine uitę uindex sui extitit.

Ascen. ¶ Eiusdem &c. Ordo est. Miles eiusdem temporis & notae idest aestimationis & ualoris: tracta metaophora a nota aeris idest monetae: nam eiusdem notae & ponderis nũmi: eiusdem aestimãtur ualoris: qui cum haberet sup. in praelio cannensi. idest apud Cannas uicum apuliae a Romanis feliciter commisso (quo scilicet praelio: Hannibal dux carthaginẽ. magis contudit idest concussit q̃ fregit animos Romanorum manus inutiles. i. inidoneas: ad retinẽda arma sup. sua: uulneribus. i. pp̃ter uulnera accepta côplexus. s. lacertis ceruicem. i. posteriorẽ

partem colli:numidæ.ideſt militis e numidia:conantis ſpoliare ſe.i.militem Romanum(id enim eſt principale ſuppoſitũ ad quod reciprocatio fit)reddidit os ſup.eius hoc eſt numidæ.deformæ:hoc eſt faciem eius:deformatam naribus & auribus ſup.eius:corroſis ideſt mordicus abreptis:& expirauit in morſibus plenæ ultionis.Sepone.i.ſeclude iniquum euentum pugnæ utpote qua fortiores & pro iuſtiore cauſa quia pro defenſione patriæ occubuerant: quanto ſup.fuit:aut dicedus eſt interfectus fortior interſectore:q.d.multo.Enim pro quia pœnis obnoxius.i.obſtrictus noxæ & pœnæ in uictoria ideſt cum eſſet uictor:fuit morienti.ſ.Romano:ſolatio.quia ſolabatur malum malo rependens :quod tamen modicũ eſt ſolatium:niſi quatenus remp.ſuam iuuit.Romanus extitit in ipſo fine uitæ uindex ideſt ultor ſui id eſt necis ſuæ.

## De.P.Craſſo. Cap.CCLI.

Militis huius in aduerſo caſu tam egregius tã/q; uirilis animus quã relaturus ſum imperatoris.P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in aſia gerens : athracibus quorum is magnum numerum in præſidio habebat inter eleam & ſmyrnam exceptus ne inditionem eius perueniret : dedecus accerſita ratione mortis effugit. Virgam enim qua ad regendum uſus fuerat equum in unius barbari oculum direxit qui ui doloris accenſus latus craſſi ſica confodit: dumq; ſe ulciſcitur Romanum imperatorem maieſtatis amiſſæ turpitudine liberauit. Oſtendit fortunæ Craſſus quam indignum uirum tam graui contumelia afficere uoluiſ/ſet: quoniam quidem iniectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit: donatumq; iam ſe Ariſtonico dignitati ſuæ reddidit.

¶Militis huius &c.Subnectit exemplum fortitudinis in imperatore & pontifice Craſſo dicens.Animus militis huius ſcilicet proxime dicti:ſup.fuit tam ideſt tantum egregius & tam uirilis in caſu aduerſo q̃.i.quãtum egregius & uirilis fuit animus imperatoris quem relaturus ſum.Publius enim craſſus gerens in aſia bellum cum Ariſtonico filio eumeni ob regnũ attali:exceptus.i.ex inſidiis captus inter Eleam & Smyrnam urbes aſiæ a thracibus:quorum is ſcilicet Ariſtonicus habebat magnum numerum in præſidio.i.cuſtodia.ſ.urbium aut corporis ſui:effugit dedecus.ideſt infamiam ratione mortis accerſita ideſt ad hoc faciendum quæſita ſeu uocata:& inuenta:ne perueniret i ditionem eius ſcilicet ariſtonici docet quẽ effugerit.Enim pro quia:direxit ideſt dirigendo impulit in oculum unius barbari ideſt eorum a quibus ad hoſtem trahebatur uirgam qua fuerat uſus ad regendum equum:qui accenſus.i. inflammatus ira: ui.i.propter uim & uehementiam doloris:confodit ideſt tranſegit ſica.i.pugione latus craſſi ſcilicet imperatoris capti:& dum ille barbarus ulciſcitur ſe:liberauit imperatorem Romanum turpitudine maieſtatis amiſſæ:quia ſi uiuus in hoſtis poteſtatem ueniſſet ex iperatore ſeruus deueniſſet.Craſſus oſtẽdit fortunæ.ſ.per hoc factum:q̃.i.quantum indignum uirum.ſ.tam graui contumelia:ipſa fortuna uoluiſſet afficere tam graui contumelia :hoc eſt fortiter quærendo mortem oſtendit ſe dignum qui ita non debuerit capi ſed meliore fortuna uti:quoniam quidem.i.quãdoquidem ipſe rupit prudenter pariter ac fortiter laqueos miſerabiles:iniectos libertati ſuæ:ab ea ſ.fortuna.quæ eum ut Ariſtonico ſeruiret capere permiſit & ipſe reddidit liberati ſuæ:ſe donatum.i.deſtinatum iam ariſtonico.i.ut dedatur ad ſeruiendum ariſtonico.

¶P.n.Craſſus.Cauſa huius belli hæc fuit. Oliue. Attalus qui philomator cognominatus eſt:teſte Strabone libro.xiii.ubi de rebus attali loquitur:rex aſiæ regni ſui populum Ro.hæredem reliquerat.Ariſtonicus eumeni filius poſt mortem Attali hoc regnum inuaſit:miſſus eſt ergo contra illum.P.craſſus cum exercitu & imperator quod nunq̃ antea factum erat.ut dux ſimul exercitus & pontifex mitteretur:ex quo etiam creditum eſt rem male proceſſiſſe. Captus itaq; craſſus a thracibus q uenerant in auxilium ariſtonici:cum duceretur ab his qui eum interceperant:uirgam qua equũ ducere ſolitus erat in oculum unius eorũ a quibus ducebatur direxit:adeo ut illi oculum excuteret:quo facto ira incenſus ille hunc gladio tranſfixit & ita fortiter ut potius mori uoluerit q̃ in captiuitatem uenire & in ſeruitute turpiter uiuere.Sed poſtea contra ariſtonicũ miſſus.C.perpenna illum uicit:cæpit.& i uinculis habuit : imperiumq; aſiæ recuperauit. Aquilius aſiatici belli reliquias confecit mixto,nephas ueneno fontibus ad deditionẽ quarundam urbium.Quæ res ut maturam ita infamẽ reddidit uictoriam quippe cum contra phas deum moreſq; maiorum medicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta romana arma uiolaſſet.Inter eleam & ſmyrnã.Oppida ſunt maioris aſiæ. Smyrnam teſte herodoto in uita homeri cõſtruxit Theſeus theſſalus & eam ab uxoris ſuæ quæ ſmyrna dicebatur monumento denomiauit quam a lydis euerſam:Ab antigono ſuſcitatam fuiſſe dicit Strabo.lib.xiiii.qui & a Valerio in hac hiſtoria diſſentit.non enim.P.craſſum captum:ſed in prælio fortiter pugnando occubuiſſe dicit. Smirna nam poſt deſcriptionem ſmyrnæ:quam ſatis ambitioſe deſcribit & eam omnium pulcherrimam eſſe dicit:& in ea homeri templum ac ſtatuam:quoniam poetam illum ſibi uẽdicẽt ſtatim ſubiungit.Hoc in loco Dolobella Trebonium obſidione cepit unum ex his qui diuum cæſarem dolo occiderunt.& multas partes urbis diruit.Poſt ſmyrnam ſunt leucæ oppidulũ.quod ariſtonicus poſt attali philomatoris obitum ad defectionem perduxit:q putans ſe eſſe egregia ſtirpe imperium ſibi uendicare cogitauit:quare ab eo excidit circa cumanum agrum ad epheſios nauali prælio ſuperatus . Aſcendens uero in mediterraneam hominum inopum ac ſeruorum ad libertatem uocatorum quos heliopolitanos appellabat:tumultuariam manum congregauit : primumq; thyatria aggreſſus eſt . deinde capta apolinide alia caſtella capiebat. Sed non diu reſtitit . nam continuo ciuitates exercitum miſerunt . Nicomedes quoq; Bithyniæ & Capodo/

cum reges auxilium tulere. postea quinq3 legati a romanis missi. deinde exercitus: & consul. P. crassus: deinde. M. perpen/na. qui capto aristonico & Romam misso bellum absoluit. Aristonicus ipse in carcere mortuus est. Perpenna morbo ab/sumptus. Crassus cum quidam eum apud leucas adoriretur in praelio occubuit. Postea manlius acquilius consul cum decem legatis missus prouinciam in eam gubernationis formam composuit: quae adhuc durat. Dissentit etiam a plutar/cho de. M. perpēna: quē3 dicit a pompeio fuisse superatum & occisum. Smyrnam. huius urbis moenia melas amnis prae terfluit. de elea nulla prorsus mentionem facit Strabo. Exceptus per insidias captas. Accersita ratione excogitata & quae sita arte quadam. Sica. genus teli admodum breuis & acuti: quo latrones & uiarum obsessores utuntur unde & sicarii di cuntur. Prudenter. quia sciuit rationem mortis inuenire. Fortiter. Quia forti animo fuit ad moriendum. Donatumq3. Quā tum quidem ad uoluntatem hostium.

EOdem mentis ꝓposito usus Scipio. post deletas. Gnei Pōpeii magni p/tes i cāpis philippicis Scipio cū sex to pompeio magni pompeii filio & Catone aliisq3 cōpluribus se in aphricā ad regē iubā cōtulerūt: & ibi ingēti exercitu cōparato bel/lum aduersus caesarē rursus gessere i quo bel lo cum pompeiani fusis fugatisq3 caesarianis castra arripuissent: teste plutarcho. Eo die actum fuisset de re caesaris nisi caesar & asini us pollio auxiliū cōferētes fugā ihibuissent: q̄re bñficio quodā fortūae adiutus tandē ui/ctor euasit: tū ex aphrica Scipio classe i his/paniā se trāsferre parabat: cū milites caesaria ni classē ꝓsequētes adepti sūt: & iterroganti bus ubi nā classis ipator eēt. Rñdit ipse Sci/pio: bñ se habet ipator cū iā pectori gladiū i fixisset: ne i ptātē hostiū ueniret. Seneca de Scipiōe i epistola ad lucillum uigesimoqnto: Solicitū te eē scribis: si ondero nō tātū fortes uiros: hoc momētū efflādae aiae cōtēpsisse: sed quosdā ab alia ignauos i hac re aequasse aīm fortissimū: sicut illū. Cn. Pōpeii socerum Scipionē q cōtrario i aphricā uēto relatus: cū teneri nauē suā uidisset ab hostibus: ferro se trāsuerberauit: & q̄rētibus ubi ipator eēt: ipator inqt bñ se habet. uox haec illū parem maioribus fecit: & fatalē Scipiōis i aphrica gloriā nō ē iterrūpi passa: multū ē carthagi/nē uicere: sed āplius mortē. Infoeliciter. Dicit caesari: cum audisset aduersarios suos uetusto quodā cōfidere uaticinio q semp in aphrica uicere fatale Scipionū gñi foret: haud facile dictū ē siue ut hostiū ipatorē Scipionē p io/cū floccipēderet: siue ut serio sibi id uēdicaret auguriū: quēdā ex corneliorū familia hoiem sane abiectū & despectissimū Scipionem: co gnomēto salutionem iter ꝓliādum ꝓinde ac exercitus ducē ꝓposuit: ita ut cū hoste inter/dum congredi cogeretur & quasi eadem for tuna ex nomine Scipionis frueretur.

TVi quoq3 clarissimi excessus cato. de Catōe uticēsi loqr q iā ꝓfligatis rei pu. ptibus & i pharsalia duce pōpeio & i aphrica sexto pōpei filio: ubi nullā sibi li bertatis potiūdae spē supereē uidit. maluit di gnitati suae q̄ uitae cōsulere. platōis eni quē i māibus hēbat de imortalitate aie librū perle gēs: cubiculū igressus gladio icubuit excitati serui accurrūt. ad trāsfixū ueniūt: dñm accu/sāt: q sibi mortem cōsciscer et. hortati deide uulnus religāt: & salubria stati adhibēt medi camēta. Ille uero poenitētiā simulans cū se re qescere uelle dixisset remotis arbitris uulnus

## De Scipione. Cap. CCLII.

EOdem mentis proposito usus est Scipio. Nā q; infoeliciter. Cn. Pompei generi sui defensis in Aphrica partibus: classe Hispaniam petēs quum animaduertisset nauem qua uehebatur ab hosti/bus captam gladio praecordia sua transuerberauit ac de inde prostratus in puppi quaerentibus caesarianis mili/tibus ubinam esset imperator? Respondit imperator se bene habet: Tantumq; eloqui ualuit quantum ad testan dam animi magnitudinem ęternae laudi satis erat.

¶ Eodē mētis ꝓposito. Laudat Scipionis soceri Gnei pōpeii fortitudi/nē in consciscenda sibi morte: quam ut diuus August. in li. de ciuita. dei de morte Catōis uticēsis loquēs & uere & docte declarat: nemo merito lau dauerit. Nō eni penes nos ē aiam quā deus custodiendā nobis donec eā euocauerit dedit. ꝓ libito eiicere: neq3 q Seipsū necat: imunis ē homici dii. neq3 fortitudinis sed pusillaminitatis ē argumētum: ne duriora patian tur leuiora subire. Sed haec aliorum sit censura: nos pro instituti nostri bre uitate ordinem prosequamur. Ordo igitur est Scipio socer Gnei pompeii usus est eodem proposito mentis: quo. s. crassus: Namq3 pro quia parti/bus Gnei pompeii generi sui. i. mariti filiae suae defensis in aphrica infelici ter quia interuentu Caesaris & pollionis uictae erant: petens hispaniam classe. quum animaduertisset nauem qua uehebatur captam ab hostibus transuerberauit gladio praecordia sua. i. integumenta cordis i quo uitae se des: ac deinde prostratus in puppi quaerentibus militibus caesarianis. i. dū milites caesariani quaererent ubinam esset imperator. s. ipse Scipio: Rñdit iperator habet se bene: qa dedecus deditionis morte Effugit. Ordo etiā esse potest: respondit militibus caesarianis quaerentibus ubinam impator esset: imperator habet se bene ut censeantur dri & cum septimi casus ua luit tantum eloqui: q̄tum satis erat aeternae laudi ad testandam. i. testimo/nio ipsius facti probandam magnitudinem animi.

## De Catone uticensi. Capitulum. CCLIII.

TVi quoq; clarissimi excessus Cato utica mo nimentum est. in qua ex fortissimis uulneri/bus tuis plus gloriae q̄ sanguinis manauit. Si quidem constantissime in gladium incumbendo. ma/gnum hominibus documentum dedisti: quanto potior eē debebat ꝓbis dignitas sine uita: q̄ uita sine dignitate.

¶ Tui quoq;. Cõmendat fortitudinem Catonis uticensis quem ĩ sui cæde diuus Augustinus (ut dixi) docet neq; iuste fecisse: qa cõtra dei instõnẽ hominem innocentem occidit: neq; prudenter quia filium ad uitam per deditionem seruandam hortatus est: quod consilium si bonum fuit ipse quoq; sequi debebat (q̃q̃ Tullius in officiis: ostendit eam fuisse Catonis constantiam ut honeste dedi non potuerit) neq; fortiter quia timore ma ioris incommodi. Ordo est. O Cato utica oppidum in aphrica Romanæ ditionis. est monimentum. i. testimonium quoq;. i. etiam tui: clarissimi ex cessi: i. exitus uitæ per illationem manus in te: in qua scilicet urbe: plus gloriæ q̃ sanguinis manauit ex uulneribus tuis fortissimis. i. fortissime il latis & acceptis. Siquidem tu incumbendo fortissime in gladium dedisti hominibus magnum argumentum (quia magni uiri factum plus mouet q̃ alterius) quanto potior dignitas sine uita debebat esse probis: q̃ uita si ne dignitate qualis est in seruitutem redactis.

resoluit & digitis qa tecti ptãs eẽt erepta: dila cerauit: donec spiritũ emisit: de hoc Cæsar di ctitare solitus erat inuidisse gloriæ suæ q sub eius eẽ noluisset ipio. nã is erat Cato. q nisi li ber & cũ dignitate uiuere potuisset: quẽ uti cẽses honore sepulturæ decorarũt. Seneca de catone eadẽ epistola. Tu mihi cũ ad cõtẽnẽ dam mortem uentum fuerit: catonem narra bis: quid ni ego narrarem: ultima illa nocte platonis librum legente: posito ad caput gla dio: duo hæc in rebus extremis instrumenta perspexerat: alterum ut uellet mori: alterum ut posset. Compositis ergo rebus utcũq; cõ poni fractæ atq; ultimæ poterant. id agẽdũ existimauit: ne cui Catonem aut occidere li ceret: aut seruare contingeret: & stricto gla dio quem usq; ad illum diem ab omni cæde purum seruauerat. nihil inquit egisti fortuna omnibus conatibus meis obstando non pro mea adhuc: sed pro patriæ liber tate pugnaui: nec agebam tanta pertinacia ut liber: sed ut inter liberos uiuerem. nunc quoniam deploratæ sunt res gene ris humani. Cato deducatur in tutum. impressit deinde mortiferum corpori uulnus: quo deinde obligato a medicis cum minus sanguinis haberet: minus uirium animi idem iam non tantum cæsari nudas in uulnus manus egit: & generosum il lum contemptorem: ius potentiæ spiritum non emisit sed eiecit. Augu. de ciui. dei. lib. i. damnat hunc Cato. Utica ciuitas est triginta milibus passuum a Carthagine distãs: ubi cato sibi mortem intulit: unde dictus est Uticensis.

## De porcia Catonis filia & Bruti uxore. Capitulum. CCLIIII.

Cuius filia minime muliebris animi: quę quũ Bruti uiri sui consilium quod de interficien/ do Cæsare ceperat: ea nocte: quã dies teterrimi facti secutus est: cognouisset egresso cubiculum bruto cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum cau sa poposcit: eoq; uelut elapso se uulnerauit. clamore de inde ancillarum in cubiculum reuocatus brutus obiur gare eam cœpit q tonsoris præripuisset officium: cui se creto porcia: non est hoc inquit temerarium factum me um sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissi mum indicium experiri enim uolui: si tibi propositum ex sententia parum cessisset: q̃ æquo animo me ferro es sem interemptura.

Cuius filia minime muliebris animi Porcia huius quem supra diximus Catonis filia: & Bruto qui cæsarẽ interfecit matrimonio copulata: cognito ma riti consilio quod de interficiendo cæsare ce perat: priori die q̃ maritus tantum facinus aggrederetur: accepta nouacula sibi manum sauciauit. reuocatus deinde brutus illam acri ter obiurgauit: q tonsoris officium in incidẽ dis unguibus: sic enim illa simulauerat præri puisset: tum illa remotis arbitris. non hoc in quit temere feci: uolui namq; tentare possẽ ne forti animo mihi mortem inferre: si res ti bi paruz prospere successisset: hæc postea au dita uiri morte cum illi superesse nullo modo constituisset. carbones ardentes coniecit i os ac deuorauit nulla alia mortis uia reperta. quoniam genus omne telorũ inde esset amo tum: & ita nouo genere mortis consumpta ẽ. Hæc porcia ut habetur in uita catonis prio bibuli uxor fuit: ex quo duos suscepit filios. Cultellum tonsorium: nouaculam dicit a no uandis hominibus dictum. Cice. li. offi. secũ do. Diony. cultellos metuens tonsorios car bone candente capillos adurebat. Temera rium: inconsideratum & sine ratione factuz. Præripuisset. preoccupasset. Obiurgare. pro prie dixit: nam iurgium ẽ inter amicos & cõ iunctos. Tali statu nostro amoris mei erga te. quæ uiri sui cõditionem sibi cõmunem eẽ uolebat Ex sententia: ex uoto.

¶ Cuius. s. catonis filia. s. porcia: sup. fuit animi minime muliebris: quia maxime uirilis: Quæ cum cognouisset cõsilium bruti uiri. i. mariti sui: qđ ceperat. i. iniuerat de interficiendo cæsare: cognouisset dico ea nocte quã secutus est dies teterrimi facti: quo. s. cæsar interfectus est: Bruto egresso i. postq̃ Brutus egressus erat cubiculum: poposcit cultellum tonsorium. i. nouaculam: quasi causa. i. sub prætextu unguium secandorum: & uulne rauit se eo uelut elapso. s. e manibus. deinde Brutus reuocatus in cubicu lum clamore ancillarum: cœpit obiurgare eam: q præripuisset officium tonsoris: cuius est uti cultro tonsorio: Cui porcia inquit secreto: hoc factum meum non est temerarium: sed est certissimũ indicium: amoris mei erga te hoc statu nostro. s. tam periculoso. Volui enim experiri: si propositum. s. tuum: de occidendo cæsare: cessisset. i. successisset parum ex sententia. i. uoluntate tua: q̃. i. q̃tum æquo animo essem interẽptura me ferro idest ferreo cultello.

## De Catone maiore. Cap. CCLV.

Prodicior progenie sua superior Cato a quo portiæ familię principia manarunt, qui cum ab hoste in

Prodicior progenie sua cato. hic ut Iustinus tradit. li. xxxii. fuit Cato cẽ sorini filius: & oratoris maximi qui cum forte sub paulo æmilio bello macedoni Valerius maximus.

eo tẽpore illa fecerat die: quo certamen atrox commissum fuerat inter confertissimos hostes dum fortiter pugnaret: equo delapsus pedestre prælium aggreditur: nam cadentẽ manipulus hostium cum horrido clamore uelut iacentem obtruncaturus circũsteterat. At ille citius corpore collecto magnas strages edidit. cum ad unum opprimendum undiq3 hostes conuolarent: dum procerum quendã petit gladius e manu elapsus in mediam cohortem hostium decidit ad quem recuperãdum umbone se protegẽs inspectante utroq3 exercitu: inter mucrones se hostium immersit: recollectoq3 gladio multis uulnerib9 exceptis ad socios cum clamore omnium reuertitur. Huius audaciam cæteri imitati uictoriã pepetere. nam hostes postero die supplices ad pacem petendam uenerunt. Cic. lib. de senectute: ubi catonem de se loquentem inducit. Redeo inquit ad me quartum gero annum & octogesimum. uellem equidem idem posse gloriari quod cyrus: sed tantum queo dicere nõ me quidem his esse uiribus quibus miles bello punico: aut quæstor eodem bello: aut consul in hispania fuerim: aut quadriennio post cum tribunus militaris depugnaui apud thermopylas. M. Attilio gabilione consule. Principia. quia princeps fuit porciæ familiæ: In acie: psæ regis & pauli æmilii. Globo: multitudine. Rapere: per uim ab alio capere. Sumere: sponte suscipere.

CUm Tyberius Gracchus: hæc superius historia notata est in capi. de somniis. refertur autem plenissime Ab apiano bellorum ciuiliũ scriptore diligẽtissimo. Non igitur hoc loco repetẽda quod uero ad rem pertinet: illud satis erit dixisse. scipionem nasicam uirum fortissimum cum uideret remp. perditum iri tergiuersante consule mutio scæuola atq3 etiam negante rẽ armis aut ui gesturum cæteris quoq3 torpescẽtibus inuoluta sinistra manu sublataq3 dextra magna uoce proclamasse: quicunq3 rẽp. uult esse saluam me sequatur: & seditiosissimum uirum. T. gracchum cum scelerata factione pœnas dare coegisse: nam ferme a triginta senatoribus cæsus est. Profusis: immoderatis immensis. Fidei publicæ sic illi tẽplo nomen erat. Ordinem iuris: quia uolebat lege agi contra seditiosos: conspiratione sequacium. nam factio malorum cõspiratio dicit

Ascen. ¶ Togæ &c. Affert exemplum fortitudinis in toga. i. tempore pacis: aut domi factum dicens. fortitudo quoq3 togæ. i. togati: hoc est. in urbe agentis: inferenda est operibus militaribus: quia meretur eandem laudem edita foro: in quo sunt togati: atq3 castris in qbus sunt armati: unde Cicero Cedãt arma togæ Quum tyberius gracchus teneret remp. oppressam: largitionibus. i. largis donationibus corrumpendi gratia: profusis. id est immoderatis: in tribunatu. i. quo tẽpore tribunus plebis fuerat: & fauore populi occupato. s. largitionibus: ita ut non esset locus alteri fauendi: ut dictitaret. i. frequenter diceret: palam. i. manifeste corã mul

acie uehementi periculo peteretur uagina gladius eius elapsus decidit: quem subiectum prælia ntium globo atq; undiq; hostilibus pedibus circũdatum: postq̃ abesse sibi animaduertit: adeo constanti animo in suam potestatem redegit ut illum non periculo oppressus rapere sed metu uacuus sumere uideretur. Quo spectaculo attoniti hostes postera die ad eum supplices pacem petẽtes uenerunt.

¶ Fœlicior. Affert exemplum fortitudinis in Catone maiore quo eum felicius usum dicit: hoc ordine. Cato superior. qui idem maior: a quo principia familiæ porciæ manarunt. i. fluxerunt: felicior sup. fuit (Scribitur fere fœlix. sed in antiquis notant peritiores semper scripturam) progenie sua. i. catone minore q ui ab eo originem traxit qui cũ peteretur ab hoste in acie uehementi periculo: gladius eius elapsus uagina decidit. s. in terram: quẽ s. gladium: subiectum. i. conculcatum globo prælia ntium atq3 circundatum undiq3 pedibus hostilibus: postq̃ animaduertit sibi abesse. i. deesse: redegit in suam potestatem animo adeo constanti ut non uiderent rapere i. ui extorquere ab inuitis: illum scilicet gladium suum oppressus periculo hoc est ut facere uero simile erat: quia oppressus erat periculo: & ita non erat moræ aut segnitiæ locus: sed uideretur sumere. s. a porrigẽte: uacuus i. tanq̃ esset liber metu. Quo spectaculo hostes attoniti uenerunt postera die ad eum petentes pacem. Ergo dies etiam pro tempore condistincta nocti interdum fœminini generis est: quia hoc loco interdiu uenisse intelligimus.

## De. P. Scipione Nasica. Ca. CCLVI.

TOgæ quoq; fortitudo militaribus operibus inferenda est quia eandem laudem foro atq; castris edita meretur. Quum tyberius Gracchus tribunatu profusis largitionibus fauore populi occupato rempublicam oppressam teneret, palãq; dictitaret: interempto senatu omnia per plebem agi debere: in ædem fidei publicæ conuocati patres conscripti a consule Mutio scæuo: quidnam in tali tempestate faciundum esset deliberabant: cunctisq; censentibus. ut consul armis rempublicam tueretur Scæuola negauit se quã ui esse acturum. Tunc Scipio nasica: quoniam inquit consul dum iuris ordinem sequitur id agit: ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat: egomet priuatus uoluntati uestræ me offero ducem. Ac deinde leuam manum aperte togæ circundedit sublataq; dextra proclamauit: Qui rempub. saluam esse uolunt me sequantur. Eaq; uoce cunctatione bonorum ciuium discussa: Gracchum cum scelerata factione quas merebatur pœnas persoluere coegit.

tis: omnia debere agi per plæbem: senatu interfecto.i.si senatum interfecisset: patres conscripti conuocati publice: quia a scæuola consule aut in ædem.i.templum fidei publicæ.s.deæ: deliberabant.i.consultabant: quidnam faciundum esset in tali te.mpestate.i.tempore tam procelloso & periculoso. & cunctis censentibus ut consul tueretur remp. armis: Scæuola s.consul: negauit se acturum esse quicq̃ ui.i.per uim: Tunc scipio nasica inquit: quoniam consul dum sequitur ordinem iuris negantis contra ciuem quicq̃ ui agi: agit id ut Romanum imperium corruat cum omnibus legibus: egomet priuatus i.nullo magistratu fungens: offero uestræ uoluntati me ducem. Ac deinde circundedit aperte.i.manifeste: togæ.s.suæ leuã manum hoc est inuoluit leuam suam toga: & ita forte legendum sit toga: & dextera sublata.i.sursum lata & erecta: proclamauit. Qui uolunt remp. esse saluam: sequantur me: & cunctatione.i.mora & hæsitatione ciuium bonorum discussa. scilicet ex animis eorum: ea uoce.s.tam uiri: coegit gracchum.s.tyberium persoluere pœnas quas merebatur cum factione scelerata.i.& factiosos cum eo: quia gracchum rapta parte subsellii strauit.

## De.G.Mario sene. Cap.CCLVII.

Item quum trib.pl.saturninus & prætor glaucia & equitius designatus.tri.pl. maximos in ciuitate nostra seditionum motus excitassent nec quisq̃ se populo concitato opponeret: primum.M. æmilius scaurus.C. marium consulatum sextum gerentem hortatus est: ut libertatem legesq; manu defenderet protinusq; arma sibi afferri iussit: quibus allatis ultima senectute confectum & pene dilapsum corpus induit: spiculoq; innixus ante fores curiæ constitit: ac paruulis extremi spiritus reliquiis: ne respu. expiraret effecit. præstantia enim animi sui senatum & equestrem ordinem ad uindictam exigendam impulit.

¶ Item quum &c. Affert aliud fortitudinis in urbe exemplum dicens. Itẽ quum Saturninus tribunus plebis: & Glaucia prætor: & Equitius designatus.i.in futurum annum declaratus tribunus plebis: excitassent in ciuitate nostra maximos motus seditionum: nec quisq̃ opponeret se populo concitato. M. Aemylius scaurus uir nobilis & factiosus: hortatus est primum Caium Marium gerentem sextum consulatum: ut defenderet manu.s.ui: & ut dicunt facto: libertatem: & leges.s.romanas: & Marius hortatu illius: iussit protinus arma afferri sibi: quibus.s. armis allatis: induit corpus suum cõfectum.i.debilitatum ultima.i.suprema senectute: & pene dilapsum.i.uix amplius stare ualens: & innixus spiculo.i.telo acuti ferri: constitit ante fores curiæ ac effecit paruulis reliquiis extremi spiritus.i. animositatis ultimæ: ne respu. expiraret.i.extingueretur. Impulit enim p̃stantia animi sui.i.fortitudine sua: senatum & ordinem equestrem ad exigendam uindictam.s.a plebeis factiosis.

## De diuo Iulio Cæsare. Cap. CCLVIII.

Sed ut armorum & togæ superius: ita nunc ẽt syderum clarum decus diuum Iulium certissimam ueræ uirtutis effigiem repræsentemus: cum innumerabili multitudine & feroci impetu neruiorum inclinari aciem suam uideret: timidius pugnanti militi scutum detraxit: eoq; tectus acerrime præliari cœpit: quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit: labentẽq; belli fortunã diuino aĩ ardore restituit.

¶ Sed ut armorũ &c. Sub adulatione solita recitat exemplum fortitudinis in Iulio Cæsare dicens. Sed ut.i.quemadmodum sup. repræsentauimus

Item cũ trib.ple. Saturninus. Hæc historia dicetur in ca. de constantia exemplo. Metellus autem numidic9 Item in ca. de seueritate exemplo. Ideoq; & M.flacci. Quod uero ad scauri fortitudinem pertinet. non dubitauit cum esset ætate confectus & uideret Saturnium grauissimas i populo seditiones excitare: persuaso prius mario consule qui aduersæ factionis esse consueuerat ad senatus partes tuendas & arma induere & senatum aduersus Saturninum cõcitare: donec illũ oppressit. Fuit autem æmilius scaurus teste sallu. uir nobilis: impiger: factiosus. auidus potentiæ: honoris. diuitiarũ cæterum callide uitia sua occultans: Eqtius: qui se Tiberii gracchi filium faciebat. Confectum debilitate & senio consumptum Presentia animi.i.fortitudine.

Sed ut armatorum togæ. De fortitudine Cæsaris dicturus prohemio quodam nititur: i quo plane assentatur cum dicat eius uirtutem diuinam potius fuisse q̃ humanam. Hæc autem historia i ipsius cæsaris commentariis habetur. Syderum: q in sydus translatum Romani esse credebant propterea q cum Augustus funebres illi ludos faceret medio die stella uisa est: quam cæsaris esse credidere: Vnde Virgi. Ecce dionæi processit cæsaris astrum. Astrũ quo segetes. Neruiorũ impetum: Neruii sunt galliæ trãsalpinæ & germaniæ populi: qui nunc Magũtinenses dicuntur: & teste Plutarcho densissimas incolunt syluas: qui i profundissimo nemore filiis & supellectili collocatis cum sexaginta millibus hominum cõtra cæsarem prodierunt bello gallico. Nam cruenta sæua & obstinata pugna dimicarunt: ut a sexaginta millibus ad quingentorum numerum peruenerint: & ex patriciis qui quadringenti numero erant tres superfuere incolumes: animis adeo obstinatis & perseuerantibus pugnam sustinuerunt: ut exercitum pene i fugam coegerint: nam uerso i fugam equitatu: septimã & duodecimam legiones circũuenere: & uniuersos centuriones trucidarunt. Cæsar ubi uidit territos suos cedere & aciem inclinari scutum militi cuidam segnius timidiusq; pugnãti detraxit: eoq; tectus in confertissimos hostes se coniecit: ibiq; fortiter pugnans exercitum pene labentem restituit: ingentiq; uictoria potitus est. Ex hac tanta neruiorum pertinacia qui sibi murum ex cadaueribus fecerant natum est prouerbium. Romanorum

Neruii

Valerius maximus.

perseuerantia Neruiorum tandem uicit per uicaciam.

mus superius: decus armorum & togæ.i.tam foris q̃ in urbe fortiter ge storum: ita repræsentemus nunc etiam clarum decus syderum: ut pote Iu lium.s.Cæsarem: diuum.i.inter deos relatum: appositorie certissimam effi giem.i.imaginem aut exemplar: ueræ uirtuti Cum.i.quando sup.is uideret aciem suam inclinari.s.ad fugam: aut repel li a statione sua: innumerabili multitudine & feroci impetu neruiorum: quos Tornaceñ: seu Tornateñ. quidã nunc dici putant: alii aliter: detraxit militi pugnanti timidius.i.non satis strenue: scutum: & tectus eo.s.scuto: cœpit præliari acerri me: quo facto diffudit fortitudinem per totum exercitum: quia omnes eum imitantes fortiter agere cœperunt: & restis tuit diuino ardore animi: fortunam belli labantem.i.labefactam prius: mire dicit restituit fortunam: quasi fortitudo for tunæ dominetur: ut sapiens astris.

IDem alio prælio. Hoc fuit alio bello quod in aphrica gessit contra Scipionem magni pompeii socerum: de quo satis supra dictum est. Legioni martiæ: sic illi legioni nomen imposuerat. Aquiliferũ signiferum: nam aquila ut diximus in uexillis depicta romanorum insigne fuit. Faucibus: nam una manu utrãq; oris partem comprehendit.

CAeterum ut humanæ uir.actuũ. Mo re suo Vale. dissentit a Liuio in hac hist. Nam Liuius decade secundi punici belli dicit post cãnensem cladem cũ multæ ciuitates a romanis defecissent: in primis capua non paruum ro. imperii uinculum & columen desciuit: ad quam recuperandam cũ suas omnes romani uires intendissent: nec mi nori animo defenderetur a pœnis: longo bello & obsidione oppressa famem sentiebant propter depopulatos agros prohibitamq; sementem. Hanno dux carthaginensis ab hannibale missus qui operam daret ut frumenti copia fieret campanis: haud procul a Beneuento castra posuerat: quem cũ Furius consul romanus cui prouincia illa euenerat p exploratores accepisset frumentatum cum parte exercitus esse profectum: castra hostiũ cum expeditis militibus pauloante lucẽ adoritur: tantumq; pauoris iniecit: ut si in plano castra posita fuissent: primo impetu capi potuissent: sed eos altitudo loci & munimenta defenderunt: prima luce atrox prœliũ fuit nec uallo modo tutabantur pœni: sed detrudebant quoq; per ardua nitentes hostes: uicit tamen pertinax uirtus: nam romanus imperator ab incepto desistere constituerat: q̃ sine militum suorum pernicie magna id obtineri non posse uideret: iamq; receptui canere iusserat quum clamor militum aspernantium tam segne imperium disiecit eius consilia. Proxima portæ hostium erat cohors peligna: cuius præfectus Vibius aceus uexillũ trans uallum hostium traiecit: execratus inde seq; cohortẽq;: si eius uexilli hostes potiti essent: princeps ipse per uallum fossamq; in castra hostiũ irrupit cũ tota cohorte. Hũc deinde secutus est Valerius Flaccus tertiæ legionis tribunus: cuius imitatione accensus. T. Pedanius centurio: uexillum e signiferi manibus ereptum intra uallum coniecit dicens: & signum: & hic centurio iam intra castra hostium erit. quicunq; me saluum & uexillum esse uoluerit subsequetur: nec retractarunt eius manipulares tam gloriosum certa

De eodem. Cap.CCLIX.

IDem alio prelio legionis martię aquiliferum ineundę fuge gratia iam conuersum faucibus comprehensum in contrariam partem detraxit: dextramq; ad hostem tẽdens: quorsũ tu inquit abis? illic sunt cum quibus dimicamus. Et manibus quidem unum militem: adhortatione uero tam acri omnium legionum trepidationem correxit: uinciq; paratas uincere docuit.

¶ Idem.s.Iulius cæsar: detraxit alio prælio.s.quod in aphrica cõtra Scipionem pompeii magni generum commisit: aquiliferum.i.signiferum & ut dicunt uexilliferum: legionis martiæ quæ maxime strenua erat: & aquilam signum habebat conuersum iam gratia fugæ ineundæ.i.incœptãdæ detraxit dico comprehensum.i.arreptum faucibus in partem contrariam i.in hostes a quibus iam auersus erat: & tendens dextram ad hostem inquit: quorsum abis tu? ii sup. cum quibus dimicamus.i.præliamur sunt illic in illa parte non in ista ad quam spectas. Et correxit manibus quidem unum militem uidelicet aquiliferum. uero pro sed: adhortatione tam acri trepidationem omnium legionum & docuit sup. legiones paratas uinci: quia ad fugam spectabant uicere sup. hostes a quibus pene uictæ erãt.

De Vibio Acco: & Valerio flacco & Pedanio Cẽturione. Cap.CCLX.

CAeterum ut humanæ uirtutis actum exequamur: quum hannibal Capuam in qua romanus exercitus erat obsideret: Vibius aceus pelignæ cohortis præfectus uexillum trans punicum uallum proiecit seipsum suosq; commilitones si eo hostes potiti essent execratus & ad id petendũ subsequente cohorte primus impetum fecit: quod ut Valerius flaccus tribunus tertiæ legionis aspexit: conuersus ad suos: spectatores inquit (ut uideo) alienæ uirtutis huc uenimus: sed absit istud dedecus a sanguine nostro: ut romãi gloria cedere latinis uelint. Ego certe aut speciosam optaui mortem: aut felicem audaciæ exitum: uel solus præcurrere paratus sum. His auditis Pedanius cẽturio conuulsum signum dextra retinens iam hoc inquit itra hostile uallum mecum erit: proinde sequantur qui id capi nolunt: & cum eo i castra pœnorum irrupit: totamq; secum traxit legionem. Ita trium uirorum fortis temeri

tas Hannibalem paulo ante spe sua Capuæ potitorem: ne castrorum quidem suorum potientem esse passa est.

men. Castra uirtute horum capta & directa sunt: magnaq3 cædes facta: nam supra sex millia hostium cæsa: supra septem milia capta: cum alia ingenti præda. Humanæ uirtutis actum. Quia cæsaris fortitudinem diuinam fuisse dixerat. Pelignæ cohortis: peligni oppidum latinum est a quo peligna cohors dicta: qui socii ro. in eorum uenerant auxilium. Latinis quia latina erat: ut dixi peligna cohors.

¶ Cæterum &c. Affert fortitudinem eorum qui proiecerunt signa in hostium castra aut cuneum: ut ea milites repetendo hostium castra caperent aut eos loco mouerent: dicens. Cæterum. i. sed: ut nos exequamur actum humanæ uirtutis (nam superiora duo Iulii exempla diuinæ uult esse uirtutis) quum hannibal obsideret Capuam urbem principalem campaniæ Italiæ in qua exercitus Ro. erat: Vibius Aceus prefectus cohortis pelignæ quæ erat ex sociis imperii: proiecit uexillum trans uallum punicum .i. in castra carthagineñ: execratus. i. maledictione & anathemate & diris execrationibus prosecutus seipsum & suos commilitones: si hostes essent potiti eo. s. uexillo. i. si illud in potestate sua retinerent: & ipse primus fecit impetum ad petendum. s. ex hostium castris: id. s. uexillum: & hoc cohorte subsequente: quod. i. quam rem: ut. i. postq̄ Valerius flaccus tribunus. s. militum: tertiæ cohortis uidit conuersus ad suos inquit: nos (ut uideo) uenimus huc spectatores alienæ uirtutis. Sed istud dedecus absit a nostro sanguine: ut romani uelint cedere latinis. s. de gloria fortitudinis. Ego certe optaui. s. semper aut huc ueniēs: aut mortem speciosam. i. pulchram: unde Maro: pulchrumq3 mori succurrit in armis: aut felicem exitum audaciæ. s. repetendi uexilli ex hostium castris: paratus sum præcurrere. s. in hostium uallum: uel. s. etiam solus: si nullus sequi uelit. His auditis Pedanius centurio retinens dextra signum conuulsum. s. e terra in qua fixum fuerat inquit: hoc. s. uexillum quod teneo erit iam mecum intra hostile uallum: proinde. i. & ideo: sequantur sup. me: qui nolunt id capi. s. ab hostibus: & irrupit in castra pœnorum cum eo. s. uexillo quod tenebat: & traxit secum totam legionem: ita. i. & sic: temeritas fortis. i. ex fortitudine animi orta: cum tamen non fuerit uera uirtus: licet felicem exitum secuta: trium uirorum. s. Vibii: Valerii & Pedanii: ne quidem. i. non saltem passa est: hannibalem potitorem pauloante spe sua. i. ut frustra licet forte nō inane: sperabat: capuæ. s. urbis: esse potientem. i. potitorem (nam nomen est: licet potior genitiuum rerum regat: subaudiendo imperio) castrorum suorum: q̄ illis exutus & in fugam uersus est.

Ce. Q. Cotio. Cap. CCLXI.

Quorum uirtuti nihil cedit. Q. Cotius qui propter fortitudinem achilles cognominatus est. Nam ut reliqua eius opera non exequar: abunde tamen duobus factis: quæ relaturus sum quantus bellator fuerit cognoscetur. Q. Metello consule legatus in hispaniam profectus: celtibericum sub eo bellum gerēs postq̄ cognouit a quodam generis huius iuuene se ad dimicandum prouocari (erat autem illi forte prandendi gratia posita mēsa) relicta ea arma sua extra uallum deferri: equumq3 clam duci iussit ne a metello impediretur. Et illum celtiberum insolentissime obequitantem consectatus interemit: detractasq3 corpori eius exuuias ouans lætitia in castra rettulit. Idem Piresium nobilitate ac uirtute omnes celtiberos præstantem quum ab eo in certamen pugnæ prouocatus esset succūbere sibi coegit nec erubuit flagrantissimi pectoris iuuenis gladium ei suum & sagulum utroq3 exercitu spectante tradere: ille uero etiam petiit: ut hospitii iure inter se iuncti essent: quando inter Romanos & celtiberos pax foret restituta.

Quorum uirtuti. Illorum qui Hannibalis: uel ut tradit Liuius: Annonis castra inuaserant & ceperant. Achilles: ad similitudinem illius qui apud troiam a Paride cæsus fuit. Non exequar: non narrem. Erant autem: parenthesis est Piresium nomen proprium cuiusdam celtiberi Sagulū uestis militaris uariis coloribus contexta. Virg. Virgatis lucent sagulis Vtroq3: romāo & celtibero.

¶ Quorum uirtute &c. Recitat mirabilem fortitudinem Qu. Cotii: qui ob eam Achilles cognominatus est: dicens. Quorum. s. trium iam dictorum uirtuti. Qu. Cotius nihil cedit: qui propter fortitudinem est cognominatus achilles: Nam ut non exequar. i. ut prætercam reliqua opera eius: tamen cognoscetur abunde duobus factis sup. eius: q̄ sum relaturus: quantus bellator fuerit. Ipse sup. profectus in hispaniam legatus: & hoc Qu. Metello consule: gerens sub eo bellum celtibericum: postq̄ cognouit se prouocari ad dimicā dum a quodam iuuene huius gentis. s. celtibericæ (autem pro sed: mensa erat illi posita forte. s. tunc gratia prandendi) iussit ea. s. mē sa relicta: arma sua deferri. & equum duci clam extra uallum. i. munitionem castrorum ne impediretur a metello. s. consule. Et consectatus illum celtiberum obequitantem. i. circa uallum equitantem: insolentissime interemit sup. eum: & retulit in castra exuuias i. spolia: detractas corpi eius ouās lætitia. Ascen.

¶ Idem. s. Cotius coegit Piresium præstantem. i. æquantem aut uincentem nobilitate aut uirtute omnes celtiberos. s. reliquos: succumbere sibi: cum esset prouocatus ab eo in certamen pugnæ. Nec iuuenis flagrantissimi pectoris. i. animi. s. Piresius erubuit tradere ei. s. Cotio uictori gladium suum & sagulum suum. i. indumentum militare. uariorum colorum: utroq3 exercitu spectante. Ille uero uidelicet Cotius aut forte idem Piresius petiit etiam ut essent iuncti inter se iure hospitii quando pax foret constituta inter romanos & celtiberos. Ascen.

NEc Attilium quidem. Conflato iam ciuili bello Caesar cum massiliam uenisset: obiectae sunt ei portae: nam massilienses erga remp. in fide & officio fuerunt. Caesarem uero contra remp. arma sumpsisse credebant quare iratus Caesar classem eo direxit ubi commissa nauali pugna Attilius decimae legionis miles cum massiliensium nauem apprachendisset dextra ea truncatus a nautis leua puppim apphendit: nec prius destitit q̄ nauem illam profundo submersit. Suetonius i uita Caesaris: attilius nauali ad massiliam praelio iniecta in puppem hostiū dextra abscissa memorabile illud apud graecos Cynegiri exemplum imitatus transiluit in nauem umbone obuios agens. Parum iusta notitia. Quia non adhibita fuit eloquentia: quae illi praeclaro facinori conueniret. At uero graeci in laudando cynegirum omnem dicendi copiam & ornatū adhibuere.

AT cynegirum. Hoc gestum est bello persico quod atheniēn aduersus darium persarum regem fecerūt. de quo iust. li. ii. Cynegiri quoq3 militis inquit Atheniensi gloria magnis scriptorū laudibus celebrata est: qui post praelii innumeras caedes cum fugientes hostes ad naues egissent onustam nauē dextra manu tenuit nec prius dimisit q̄ manum amitteret: tum quoq3 amputata dextra manu tunc nauem sinistra cōprehendit: quam & ipsam cum amisisset ad postremum morsu nauem detinuit: tantam in eo uirtutem fuisse dicunt: ut nō tot caedibus fatigatus: non ambabus manibus amissis uictus ad postremum truncus & ueluti rabida fera dentibus dimicauerit.

CLassicam attilii. Hoc bello ciuili gestum est: quod inter caesarem fuit atq3 Pompeium iuxta Durachiū. nam cum caesar ad expugnandas arces Durachii: ubi commeatum omnem & belli apparatum Pompeius reposuerat: exercitum duxisset: pompeius breuiori itinere per mare nauigauit: quo caesarem si fieri posset celeritate praeueniret: quod ubi uidit ex uoto sibi nō cessisse: nam caesar pauloante illius aduentū sedes occupauerat: locum dicitur petra: haud procul a moenibus Durachii positum cepit: ibiq3 castra locauit. erat autem locus ille sic nauigationi oportunus ut ex tota Asia & regionibus quas pompeius teneret cōmeatus eo facile comportari possent: hunc igitur locum caesar munitionibus undiq3 claudere coepit: ut obsidione pompeius & fame premeretur. quod parum sibi profuit. Nam cum locus ille: ut dixi ad commeatum ex multis partibus recipiendum eēt accomodatus: maiori ferme inopia obsidentes q̄ obsessi laborabant. Pompeius tamen tantam indignitatem ferre non potuit: ut qui numero militum superior esset obsideri pateretur: inde ergo erumpere statuit cum exercitu quod cum fecisset ea parte qua erat castellum in muris quod a

De Attilio. Cap.CCLXII.

NEc Attilium quidem praeterire possumus qui quum decimę legionis miles pro Cęsaris partibus maritima pugna praeliaretur: abscissa dextra quam Massiliensium naui iniecerat: leua puppim apprachendit: nec ante dimicare destitit q̄ captam profundo mergeret: quod factum parum iusta notitia patet.

¶Nec Attilium quidem &c. Affert mirum fortitudinis exemplum in Attilio milite Caesariano dicens. Nec quidem possum praeterire Attilium: q cum eēs sup. miles decimae legionis praeliaretur pugna maritima ante urbem massilien: pro partibus Caesaris. s. contra pompeium: dextra quam iniecerat naui massilien. abscissa. i. postq̄ dextera illi erat abscissa: apprachendit leua. i. sinistra. s. manu: puppim. i. posteriorem partem nauis: nec destitit dimicare. i. certare: cum his qui in nauim erant: anteq̄ mergeret profundo. s. aquarum: captam. s. nauim illam: quod factum patet notitia parum iusta. i. non satis ampla. uel quia scriptores silentio ptererunt. Lucanus tamen meminit: uel quia non est uerisimile unum hominem & cum altera manu captum: nauim tantam submersisse: nisi forte prius conuulsam dicamus: & per unius infestationem nō potuisse succurri rimas obstruēdo.

De Cynegiro. Cap.CCLXIII.

AT Cynegirum Atheniensem simili pertinacia in consectandis hostibus usum uerbosa cantu laudum suarum graecia: omnium saeculorum memoriae litterarum praeconio inculcat.

¶At Cynegirum. Occasione Attilii: quia simile est eius facinus illi quod in Cynegiro athenien. celebratur. interserit ipsius exemplum licet externum dicens. At. i. econtrario cum parum notum sit attilii factum: graecia uerbosa. i. multorum uerborum cantu. i. in decantatione laudum suarum: inculcat praeconio. i. per praeconium litterarum: memoriae omnium saeculorum Cynegirum athenien: usum simili pertinacia in consectandis hostibus: immo maiore: nam amissis utrisq3 manibus: mordicus nauem retinuit: ut ēt aulus gel. commemorat.

De Scaeua. Cap.CCLXIIII.

CLassicam Attilii gloriam terrestri laude, M. scaeua eiusdem imperatoris centurio subsecutus est. Quum enim pro castello cui praepositus erat dimicaret. Cn. quoq3 pompeii praefectus iussu eius summo studio: & magno militum numero ad id capiendum mitteretur: omnes qui propius accesserant interemit ac sine ullo regressu: pedes pugnans super ingentem stragem quam ipse fecerat corruit: cuius corpus capite: humero: foemore: saucio oculo eruto centum & uiginti ictibus perfossum apparuit: Tales in castris diui Iulii disciplina milites aluit: quorum alter dextra. alter oculo amisso hostibus inhaesit. ille post hanc iacturam uictor: hic ne hac quidem iactura uictus.

¶ Classicam &c. Affert exemplum miræ fortitudinis in scæua eiusdem cæsaris milite dicens Marcus Scæua centurio eiusdem imperatoris: uide licet Iulii Cæsaris:subsecutus est quia posterior tempore licet non minor gloria laude terrestri.i.i terris parta:gloriam classicam.i.naualem Atilii. Qui cum enim dimicasset pro castello.i.parte murorum quibus Cæsar pō peianos obrepserat apud durachium:cui.s.castello præpositus erat.s.a cæsare:& præfectus Cnei Pompeii niteretur potius q̄ mitteretur iussu eius s.pompeii:summo studio.i.conatu:& magno numero militum ad capiendum id.s.castellum ipse Scæua interemit omnes qui accesserant propius: ac ipse pugnans pedes.i.pedester non eques:sine ullo regressu.i.retrocessione:corruit.s.tandem super ingentem stragem.s.cadauerum quam ipse fecerat sternendo pompeianos. Cuius corpus apparuit.s.postq̄ pugna remissa est:capite saucio.i.uulnerato.humero saucio:fœmore saucio oculo eruto:perfossum centum & uiginti ictibus. ¶ Tales &c. Post narrationem factorum.prosequitur ea debita laude aliudq; exemplū inserit:sed sic ambigue ut nescias eiusdem sit an alterius scæuæ:nam quia textus fere utrobiq; idem nomen habent:& Centurionatu in britānia donatum dicit: ipsumq; centurionem iam fassus:uidetur de eodem loqui:Sed quia commentarium legit illic tuum uero scæuola non scæua:& particula uero aduersatiua est:uidetur de alio loqui:nam non uidetur procedere hic.s. scæua ne hac quidem iactura uictus tuum uero scæua & si de eodem loquatur unde diuisim legero. Sed ordo hic est. Disciplina diui Iulii aluit tales milites quales sunt Atilius & Scæua in castris.s.suis:quorum alter.s.atilius inhæsit hostibus dextera sup.amissa:alter.s.scæua oculo amisso.ille.s.Atilius uictor sup.existens:post hanc iacturam.i.amissionem dextræ quia nauem hostilem demersit:hic.s.scæua ne quidem hac iactura.i.amissione oculi uictus sup.fuit quia loco non cessit:nec hosti aditum fecit licet occubuerit.

## De Scæua seu Scæuola.  Cap.CCLXV.

Vum uero Scæua inexuperabilem spiritum in utraq; parte rerum naturæ:qua admiratione prosequar nescio. Quoniam excellente uirtute dubium reliquisti inter undas ne pugnam fortiorē edideris an in terra uocem emiseris. Bello namq; gallico:quo. C. cæsar non contentus opera sua littoribus oceani claudere britannicæ insulæ cælestes iniecit manus cum quattuor commilitonibus rate transuectus in scopulum uicinum quem hostium ingentes copiæ obtinebant:postq̄ maris æstus regressu suo spacium quo scopulus & insula diuidebantur in uadum transitu facile redegit:ingenti multitudine barbarorum affluēte cæteris rate ad littus regressis solus immobilem stationis gradū retinens:undiq; irruentibus telis:& ab omni parte acri studio ad te inuadendum nitentibus quiq; militū diurno prælio suffectura pila una dextra hostium corporibus adegisti ad ultimum districto gladio audacissimū quemq; modo umbonis impulsu:modo mucronis ictu depellens:hinc romanis illic britannicis oculis: credibili dum cernereris spectaculo fuisti.postq̄ deinde ira ac pudor cuncta conari fessos coegit:tragula fœmur traiectis saxiq; pondere ora contusus gallea iam ictibus discussa. & scuto crebris foraminibus absumpto profūdo

scæua fortissimo uiro cum præsidio tenebatur:statuit id expugnare castellum:quod tanta pertinacia & fortitudine:cum aliorum militum tum in primis Scæuæ centurionis defensum fuisse constat:ut i castello nemo fuerit omnino militum qui non uulneraretur:q̄tuorq; ex una cohorte : centuriones oculos amiserunt & cum laboris sui periculiq; testimonium afferre uellent:milia sagittarum circiter triginta in castellum coniecta cæsari renuntiauerūt scutoq; ad eum relato Scæuæ centurionis inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta:quem cæsar ut erat de se meritus & de republica donauit milibus ducentis æris atq; ab octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronunciauit. eius enim opera castellum conseruatum esse ex magna parte constabat.cohortem postea duplici stipendio frumentoq; & speciariis militaribusq; donis amplissime donauit. De hoc scæua Suetonius in uita Cæsaris Scæua inquit excusso oculo transfixus fœmore & humero: centum & uiginti ictibus scuto perforato custodiam portæ commissi castelli retinuit. Lucanus de hoc multa libro sexto. Ille post hāc. Attilius scilicet. Hic scilicet Scæua.

Vum uero scæuola inexuperabilē. Cum Cæsar non satis haberet præscripsisse omnem occidentalem partem in britāniam quæ alter orbis traditur a poetis traiicere uoluit. & cum forte expectaret:ut æstus decurreret & uadum relinqueretur.ut sui transire possent cum quattuor ipse militibus in scopulum naue traiecit. Britāni eos aggrediuntur:solus hic Scæuola quinq; telis quæ satis essent quinq; militibus tota die pugnam sustinuit:laudat ergo Scæuolam q̄ fortiter in naui fecerit & ueniam petierit a cæsare q̄ non fortiter pugnasset sicut forte uoluisset imperator. cum tamen supra humanas uires pugnauerit. In utraq; parte rerum naturæ. Scilicet in mari & in terra : q̄ duo præcipue sunt elementa in quibus rerum natura consistit. nam uocem qua usus est ad cæsarem in terra uirtuti comparat qua usus est in mari. Claudere Britannicæ insulæ. Finire Virgilius Ante diem clauso componet uesper olympo. Regressu suo : q̄a mare fluit ad lunæ cursum hic autē locus āgustis adeo clauditur montibus:ut de superiori loco telum i littus adigi possit. Quinq; militū diurno prælio suffectura. Tela quæ quinq; militibus sufficere potuissent:si a mane usq; ad uesperum dimicassent. Vmbonis. Vmbo p̄prie umblicus hoc est media pars scuti. Ira ac pudor. Ira q̄ uincerentur ab uno. Pudor. q̄ unus tantæ multitudinis impetum sustineret. Tragula:genus teli gladioris quoq; tormento mittitur No. Mat. dicit esse hastam a traiiciendo dictam. Veniam petisti: Et hæc fuit uox quam in terram superius dixit emisisse. Dixit enim o imperator ignosce mihi q̄ mecum arma non tulerim. Naq; ita ab im  Vmbo

Valerius maximus.

peratore ueniam petere solebant secundum morem militiae: q per ignauiam arma in pugna amisisset. Sed hic per ignauiam nō amiserat: immo per uirtutem in hostium corpora consecerat. Magnus proelio: quo unus tantae multitudinis barbarorum uim tulit & impetum. Maior disciplinae: Quia uiso imperatore meminit petere ueniam ab eo: q secum arma non portasset. Virtutis aestimatore. scilicet a Caesare. Centurionatus: quia ex milite centurio factus est.

te credidisti: ac duabus loricis onustus iter undas quas hostili cruore infeceras enatasti uisoq; imperatore armis non amissis sed bene impensis quum laudem mereris ueniam petisti: magnus proelio sed maior disciplinae militaris memoria. Itaq; ab optimo uirtutis aestimatore. tum facta tum etiam uerba tua centurionatus honore donata sunt.

Ascen. ¶ Tuum uero &c. Prosequitur ut dixi: aut tertium quod potius dicam militem caesarianum aut eundem Scaeuam: qui priusq̄ ad durachium caderet: egregium edidit in britannia facinus: Quem si placet eundem esse dicamus uero non p̄ sed accipi sed pro serio sic O Scaeua nescio uero. i. reuera aut serio: qua admiratione prosequar tuum spiritum inexuperabilem in utraq; parte rerum naturae. i. aqua & terra: quoniam tu reliquisti excellente uirtute. i. propter excellentem uirtutem tuam: dubium ne pro an: edideris fortiorem pugnam inter undas: an emiseris fortiorem uocem in terra. Namq; tu transuectus bello gallico quo Caius Caesar non contentus claudere. i. terminare: opera sua littoribus oceani. iniecit insulae britannicae quae nunc anglia dicitur manus caelestes. i. diuinas & postea in coelum transferendas: tu inquam transuectus rate cum quattuor commilitonibus in scopulum uicinum quem ingentes copiae hostium obtinebant: postq̄ aestus maris redegit suo regressu: quia refluit illic mare. spacium quo scopulus. s. ille in quem ascenderas: & insulae diuidebantur ab inuicem: in uadum facile transitu: quia derelictum ab aqua ingenti multitudine barbarorum affluente. i. in morem fluctus quum iam recesserat: unde apta est methaphora caeteris. i. commilitonibus qui quattuor erant: regressis. rate ad litus: adegisti inquam (retinens solus gradum stationis imobilem: telis irruentibus undiq;: & sup. barbaris nitentibus ab omni parte studio acri ad inuadendum te) corporibus. i. in corpora hostium: una dextra. i. tua unius pila suffectura proelio diurno. i. unius diei spacio: quinq; militum: tot. n. ascenderant in scopulum ab hoste tuendum: sed quattuor abierant relictis manentibus telis. unde unus quinq; militum munus obiens quinq; militum adegit in corpora hostium pila. i. tela Romanis propria: ad ultimum: cum forte deessent tela: tu depellens audacissimum quemq; scilicet hostium. ut qui proxime accesserat modo. i. interdum: impulsu umbonis idest incuruaturae mediae in clypeo: modo id est interdum ictu mucronis: fuisti dum id est donec cerneretis spectaculo incredibili id est incredibiliter mirabili: oculis. s. te spectantibus hinc. i. ex una parte Romanis: illinc. i. ex altera parte britannicis: Deinde postq̄ ira & pudor (quia pudori erat tot ab uno uinci) coegit s. britannos fessos conari cuncta. i. simul omnia tu traiectus femur. i. habens femur traiectum: tragula. i. grandi telo: contusus ora. i. habens faciem contusam: pondere saxi: & galea iam discussa. s. e capite ictibus. s. telorum: & scuto absumpto. i. annihilato: iam crebris foraminibus: credidisti. i. commisisti uelut fidei: profundo scilicet aquarum: ac onustus duabus loricis. i. in tegumentis quae ex loris olim fieri solebant: enatasti. i. euasisti natando inter undas quas infeceras. i. tinxeras: sanguine hostili: Et uiso imperatore: uidelicet caesare: armis non amissis: sed bene impensis. quia in corpora hostilia infixis: quod utilissimum est eorum impendium: cum merens. s. ex ea re: laudem: petisti ueniam. i. q arma non omnia referres: petisti dicens aut habendus: magnus praelio: quia fortiter dimicasti sed maior memoria disciplinae militaris. quia nosti quid miles imperatori deberet. in multos enim animaduersum est: non quia male pugnarant: sed quia disciplinā transgressi erant. Itaq;. i. & ita: tum. i. simul facta tua. tum. i. simul etiam uerba tua: donata sunt pro praemio: ab optimo aestimatore. i. censore & appretiatore uirtutis: uidelicet Caio Caesare: honore centuriatus. quia ex milite gregario centurionem fecit: unde quia is scaeua qui ad durachium fortiter occubuit centurio erat: uero simile est eundem fuisse: licet in contextu uideatur discrepantia: quod non est magnopere mirandum. nam qui collectanea faciunt opera fastidio prius collectorū religendi subinde panniculos minus apte assuunt.

## De Lucio sicinio dentato. Cap. CCLXVI.

Sed quod ad proeliatorum excellentē fortitudinem attinet merito lucii sicinii dentati commemoratio omnia romana exempla finierit: cuius opera honoresq; operum ultra fidem ueri excedere iudicari possent: nisi ea certi auctores (inter quos. M. Varro) monumentis suis testata esse uoluissent: quē cēties & uicies in aciem descendisse tradūt: eo robore animi atq; corporis utentem: ut maiorem semper uictoriae partem traxisse uideretur: sex & triginta spolia ex hoste retulisse: quorum in numero octo fuisse cum quibus spectante utroq; exercitu ex prouocatione dimicasset: quattuordecim ciues ex media morte raptos seruasse quinq;

Sed quod ad proeliatorum. inter fortissimos bellatores. L. Sicinius dentatus iure primum obtinet locū laudis & gloriae quum omnium fortitudinē superasse uideatur. nam totiens prouocatus cū hoste singulari certamine dimicauit. tot hostium spolia uictor ex acie reportauit. tot ciues captos e manibus hostium redemit: & a morte liberauit tot uulnera excepit. totidemq; uictorias consecutus est. ut omnium fidē exuperare possit: nisi a certissimis & summa auctoritate scriptoribus tam graecis q̄ latinis eius res gestae memoriae proditae forent atq; in primis a. M. Varrone linguae latinae teste certissimo similiter ab Aulo Gelio uiro grauissimo. pari ratione a Solino. q de hoc sic breuiter tradit. Praeualuisse apud romanos. L. Sicinium dentatum: titulorum numerus ostendit. tribunus hic plaebis fuit. n̄ multo post exactos reges spurio tarpeio. Aure

Sicinius.

& quadraginta uulnera in pectore accepisset: ergo cicatricibus uacuo: nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem. præferebantur enim aureæ coronæ. viii. ciuicæ quattuordecim. murales tres: obsidionalis una. torques. lxxxiii. armillæ. clx. hastæ. xviii. phaleræ. xxv. ornamenta etiam legioni ne dum militi satis multa.

¶ Sed qd &c. Claudit exẽpla romanorũ ciuiũ admirabili & nõ minus felici fortitudine Lucii Sicinii dẽtati dicẽs. Sed cõmemoratio Lucii Sicinii dẽtati finierit. i. terminauerit merito (qa maxima est: & ex rhetorico instituto maxima quæq; ãt in fronte aut in calce locanda sunt) omnia exẽpla romana: qd. i. quatenus attinet ad excellentẽ fortitudinẽ præliatorũ. Cuius. s. Lucii Sicinii opa & honores. i. præmia operũ possent iudicari excedere. i. excellere aut excellẽtiã habere: ultra fidẽ ueri. i. ultra q̃ uero similẽ ẽ nisi certi authores (inter quos sup. ẽ Marcus Varro) uoluissent ea cẽte stata. i. testificata suis monimẽtis. s. litterarũ: hoc est scriptis: Quẽ. s. Luciũ tradũt. s. certi authores descẽdisse in aciẽ. i. obiisse periculũ dimicãdi centies & uicies (nõ dicã uigesies: nisi sic scriptũ antiqua fides pbarit) utẽtẽ eo robore. i. firmitate ai atq; corporis: ut uideretur traxisse semper. s. ad se maiorẽ ptẽ uictoriæ: & quẽ tradunt: retulisse idest reportasse ex hoste sex & triginta spolia: in quorũ numero (repete tradunt) octo fuisse sup. eorũ cũ quibus dimicasset ex prouocatiõe. s. ad singulare certamẽ: utroq; exercitu spectante: & quẽ tradunt seruasse quattuordecim ciues scilicet romanos. raptos ex media morte idest cũ minimũ abessent a cæde. & excepisse in pectore quinq; & quadraginta uulnera (diligenter obseruat quod ualla præcipit de numero minori prælocando intra uiginti & cẽtum: & postlocando post centum & ante uiginti: usq; adeo ut ex eius obseruatiõe ualla' præceptum collegisse censeri posset) tergo sup. ente aut manente uacuo cicatricibus unde unq̃ terga uertisse hosti probatur: & tradunt eum secutum nouem currus triumphales imperatorum: conuertentẽ in se oculos totius ciuitatis: numerosa idest copiosa põpa donorũ quæ ab imperatoribus ob rem bene gestam receperat. Enim pro quia octo coronæ aureæ ob singularem uirtutem præferebantur sup. ei: coronæ ciuicæ scilicet quernæ ob seruatos ciues quattuordecim. tres scilicet coronæ murales qd inter primos transcenderat muros quæ aureæ erant: & una obsidionalis qp exercitum obsessum singulari uirtute liberauerat repete præferebantur Torques. i. ornamenta colli ex auro itorto galli cathenas uocãt. clxxxiii. armillæ. idest ornamenta brachiorum. clx. hastæ. xviii. Phaleræ idest ornamenta equorum. xxv. appositoriæ ornamenta idest quæ omnia sunt ornamenta: satis multa idest suffectura: etiam legioni: nedum idest ne dicã solum aut non solum militi sup. uni: repete præferebantur illi sequenti currum triumphalem.

## De. T. Iubelio campano. Cap. CCLXVII.

Ille quoq; ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione Calidus cruor confusus est. in quo oppido cum fuluius flaccus propter campanam perfidiam principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio afficiendos iudicaret: litterisq; a senatu acceptis finem pœnæ eorum statuere cogeretur: ultro se ei. T. Iubelius taurea campanus obtulit: & quam potuit clara uoce: quoniam inquit Fului cupiditate. tanta hauriendi sanguinis nostri teneris: qd cessas in me cruentam securim distringere: ut gloriari

lio Aterino cõsulibus idẽ ex prouocatione uictor octies & quadragesies quinquies aduersas habuit cicatrices in tergo nullã notam: spolia ex hoste tricies quater cepit. in faleris: hastis: pilis: armillis coronis tricẽta duodecim: dona meruit nouẽ imparatores q opera eius uicerũt triumphãtes psecutus est. hũc ob fortitudinẽ Achillẽ tradunt fuisse nominatũ Au. G. L. Sicinius dẽtatus tribunus plæbis fuit Spurio Tarpeio. Aurelio Aterino cõsulibus. Hic plus q̃ credi possit & debeat strenuus bellator fuit ob ingẽtẽ fortitudinẽ Achilles ro. appellatus ẽ is pugnasse in hostẽ dicit cẽtũ & uiginti pliis. cicatricẽ a tergo nullã aduersas qnq; & quadragita tulisse coronis ẽ donatus aureis octo: obsidionali una: muralibus tribus: ciuicis quattuordecim torquibus tribus & octoginta armillis plus cẽtum & sexagita: hastis duodecim uiginti faleris. Itẽ donatus est qnquies uicies: Populi militaria habuit multi iuga i his procurator plærũq; triũphauit & imperatoribus suis triumphos neuer. hæc ille. Dionysius quoq; Alicarnaseus multa de hoc uiro tradit quæ longũ eẽt recensere. Idem etiam facit Plinius de natu. histo. li. xxii. cap. v. Honoresq; operum: insignia uictoriarum. i. p̃mia sibi data ex uictoriis comparatis. Testata: affirmata. Sex & triginta spolia. Quæ ab hostibus eripuerat singulari certamie supatis Traxisse uideretur. Quasi maior pars uictoriæ eius essent ciues qui in manus hostiũ deuenerãt. Tergo cicatricibus uacuo in quo significabatur illum non fugisse. Nouẽ triumphales nouem triumphãtes imperatores secutus fuerat: qui opera sua teste Soli uicerant. Totius ciuitatis: ut magis in. L. dentatũ q̃ in imperatorem oculos cõiicerent. Pompa ordine sequẽtiũ in quo etiã uictoriarũ insignia præferebantur. Ciuicæ. xliii. erant autem ciuicæ quernæ. Murales: Aureæ. Obsidionales: Gramineæ. Torques: Ornamenta colli ex auro torto confecta: unde etiam torques dicti sunt. Armillæ ornamenta brachiorum: a tegendis armis. i. superioribus brachiorũ partibus.

Ille quoq;. Cãpani u supra diximus cũ ad hãnibalẽ defecissẽt & rõani deide ciuitatẽ illorũ torpescẽte iã hãnibalis fortunã i suã ptãtẽ redegissẽt fului9 flaccus cõsul aspioris igenii hõ: pricipes ciuitatis q defectõis auctores extiterãt Cales & theanũ ducẽdos curauit. ut de illis suppliciũ sumeret cõtra collegæ sui uolũtatẽ q rẽ tãtã ad senatũ reiiciẽdã eẽ cẽsebat. ille ueriti9 futurũ qd euenit: ut a collega sup hac re litteræ ad senatũ mitterẽt: idq; fore sibi ipedimẽtũ quomin9 suã i cãpanos uolũtatẽ expleret pueiti p̃m celeritate sua. nã cũ eqtatu psect9 nocte ẽ theanũ & de cãpanis q illic habebant in custodiis sumpto supplicio. Properat cales proficisci & cum iam producti eẽnt cãpani: ut capite mulctarentur litteræ supuenerũt senatu: qbus finẽ exigendæ pœnæ de cãpanis statuere cogebat quas acceptas nec resolutas cum i gremio re

posuisset praeconi imperauit: ut lictorem lege agere iuberet: quod cum fecisset ea quae de iubelio in littera continentur: acta sunt. Ex pluribus corporibus. Hoc dicit quia hic iubelius uxorem prius & liberos: deinde semetipsum interfecit propter ingentem animi magnitudinē. In unum. Non ex pluribus corporibus: in unū corpus fusus est eruor: sed i unum permixtus est quia uxore & liberis iterēptis super his pectori gladium infigens expirans corruit & ita multorum cadauerū cruor in unum confusus est. T. Iubelius. Vnus ex principibus cāpanis de quibus sumendum erat supplicium. Animo tuo maius. Maius q̄ credere posses. Quē uirū illum. Laudat eius fortitudinem si adeo fortis fuisset in fide Ro. seruanda nunq̄ capua desciuisset a Romanis. Sugillare. Notare ut p caedem suam ac liberorum & coniugis fuluii crudelitas ad inuidiam esset insignis. Quam senatus uti mīa. Per quam incolumis esse poterat.

AGe darii quantus. Cambises cyrhi regis persarum filius per quietem monitus est mergidem regnaturum seq3 regno expulsum iri. ueritus ergo ne a fratre regno uelleretur. Comarim ut uult iustinus uel Prisiarsem quēdam ut herodotus: misit qui fratrem interficeret. ipse uero telo casu quodam foemore ictus diem suum obiit: interea magus quidam noie Mergis regnum occupauit anteq̄ rex periret. ubi Cābises Mergim regnare intellexit. Prisiarpsē interrogat cur mandatum suum non sit executus. credebat enim mergidem hunc fratrem suum esse: ille affirmat se fratrem illius occidisse ut re uera fecerat: rex Prisiarpsem in carcerē conici iubet: quo facto haud ita multo post rex moritur: prisiarpses carcere liberatur: qui postea in locum editum ascendit: quasi simulata stultitia ridiculum quid facturus eēt: & cōgregato populo. conuenerant enim omnes mirantes quidnam facturus esset: & confessus ē se Mergim regis fratrem illius iussu interfecisse. Quo facto se praecipitem dedit: principes ciuitatis & si antea dubitauerant hunc qui regnaret Cambisae fratrem q̄q̄ & ipse Mergis appellaretur. atq3 illi persimilis. tamē quia nūq̄ prodibat in lucem & maxime confessione Prisiarpsae iā pro certo habere coeperunt hūc regis fratrem non esse: huc accedebat q̄ cum rex multas concubinas filiam quoq3 darii cuiusdam principis haberet: pater ut rem exploratam haberet filiae praecepit ut diligenter animaduerteret cum rex profundiori somno captus esset nunquid aures haberet. Nam huic Cambises dum esset in regno aures iusserat auelli: ut dignosceretur a fratre: cui & uultu & nomine similis erat: filia mox detulit ad patrem sine auribus regem esse: haec cum rem certam fecissent hunc qui regnaret Cambisae regis fratrem non esse: multi ex principibus ciuitatis coniurant patriam tyrannide liberare

possis aliquanto uirū fortiorē q̄ ipse es tuo iussu esse interemptum? Eo deinde dicente libenter id se esse facturum: nisi senatus uolūtate impediretur: at me inquit cui nihil Patres. C. praeceperunt aspice oculis tuis quidem gratum animo uero tuo maius opus edentem. Protinus q̄ interfecta coniuge ac liberis gladio incubuit. Quem uirum illum putemus fuisse: qui suorum ac sua caede testari uoluit se fuluii crudelitatem sugillare q̄ senatus misericordia uti maluisse.

¶ Ille quoq3. Quia de ciuibus se non plura dicturum significauit affert exemplum fortitudinis in uiro campano dicens: Ille quoq3 cruor scilicet nobilissimus: utpote Iubelii & liberorum ac uxoris eius: confusus idest cōmixtus est: calibus idest in eo oppido campaniae: in unum scilicet aceruum: ex pluribus corporibus: cum magna admiratione: sed tam eorum qui factum audierant q̄ qui uiderāt: In quo oppido (ergo cales oppidū) cum fuluius flaccus consul Romanus iudicaret principes ciuitatis afficiendos capitali supplicio ante tribunal suum: propter perfidiam campanam: quia campani ad hannibalem defecerant: & cogeretur statuere poenae idest punitioni eorum scilicet principum ciuitatis finem & hoc litteris acceptis a senatu: scilicet Romano: Titus Iubelius Taurea: campanus scilicet natione: obtulit ei scilicet Fuluio: ultro idest non requisitus: & inqt uoce q̄. i. q̄tum potuit clara: o fului: quoniam teneris tanta cupiditate hauriendi sanguinis nostri: quid cessas distringere idest denudare in me: securim cruentam idest cruore occisorum illitam: ut possis gloriari aliquando idest oīm: aut gloriari uirum fortiorem aliquanto q̄ ipse idest tu es: esse interemptum tuo iussu? Deinde eo scilicet Fuluio dicente se facturum eum se libenter id idest enim occisurum: nisi impediretur uoluntate senatus: At idest sed (inquit) aspice me cui patres conscripti nihil praeceperunt: edentem opus gratum quidem oculis tuis: uero pro sed maius animo tuo: quia simile in simili casu non auderes: & protinus idest statim hoc dicto: ipse interfecta coniuge & liberis sup. interfectis: incubuit gladio idest gladium se demisit in conspectu consulis Romani. unde author. Quem idest qualem uirum putemus illum fuisse: qui uoluit testari idest approbare & testificare: caede sua (Valla diceret sui) ac suorum scilicet liberorum & coniugis: se maluisse sugillare idest denigrare & infamē reddere: crudelitatē fuluii. q̄ uti misericordia senatus: qui poenae principum finem statuere iusserat. q. d. haud dubie fortissimum.

## Externa: De dario. Cap. CCLXVIII.

AGe darii quantus ardor animi: qui cum sordida & crudeli magorum tyrannide persas liberaret unumq3 ex his obscuro loco abiectum corporis pondere urgeret: praeclari operis socio plagam ei inferre dubitanti: ne dum magum petit ipsum uulneraret: tu uero inquit nihil est q̄ respectu mei timidius gladio utaris: uel per utrunq3 illum agas licet: dum hic q̄ celerrime pereat.

¶ Age darii &c. Bono ordine procedit: nam primum intulit exempla mere domestica: deinde semiexternum: nunc mere externum dicens. Age: ad hortādi uox est. q. d. attēde aut discere: quātus sup. fuit: ardor animi darii unius ex principibus persarum: qui cum liberaret Persas: sordida &

crudeli tyrannide magorū: præsertim Mergidis qui se fratrem Cambisæ mentiebatur: & urgeret.i.opprimeret pondere corporis.s.sui: unū ex his.s. magis: mergidē noīe abiectū idest prostratū loco obscuro: loquit socio ꝓ clari operis idest tyrannicidii: dubitanti inferre plagam ei scilicet mago: ne uulneraret ipsum scilicet dariū incumbentē super magum: dū petit aut peteret magum: uero idest certe: nihil est quod idest propter quod tu utaris gladio timidius idest cum timore: respectu mei.i.ne me uulneres. licet agas idest impellas: illum scilicet gladium tuum: uel idest etiā per utrūq; scilicet me & tyrannum: dum idest dūmodo hic scilicet tyrannus pereat q̄ celerrime idest ualde celeriter.

## De Leonida. Cap.CCLXIX.

HOc loco leonidas spartanus nobis occurrit cuius ꝓposito. opere. exitu nihil fortius. Nā cum.ccc.ciuibus apud thermopylas toti asiæ obiectus grauem illum & mari & terre Xersem nec hominibus tantum terribilem: sed neptuno quoq; compedes & cœlo tenebras minitantem pertinacia uirtutis ad ultimam desperationem redegit: cæterum perfidia & scelere incolarum eius regiōis & loci oportunitate: qua plurimum adiuuabatur spoliatus occidere dimicans: quā assignatam sibi a patria stationem deserere maluit. ideoq; tam alacri animo suos ad id prœlium quo perituri erant cohortatus est: ut diceret sic: prandete commilitones mei tanquam apud inferos cœnaturi: mors erat denunciata lacedæmonii perinde ac uictoria esset promissa ductori intrepide paruerunt.

¶Hoc loco seu hoc loci. Vtrūq; enim legitur. Recitat mirabilem uirtutem Leonidæ & cæterorum spartanorum dicens. Leonidas spartanus.i. lacedæmonius: nam sparte seu sparta etiam lacedæmon dicitur: occurrit nobis scilicet memorandus: hoc loci aut hoc loco uidelicet inter uiros fortissimos: cuius scilicet leonidæ proposito: quia uoluit hostem arcere a patria opere: quia innumeros occidit: exitu: quia tandem fortissime cecidit: nihil est fortius. Nam ipse cum trecentis ciuibus scilicet lacedæmoniis: obiectus toti asiæ idest exercitui quem ex tota asia contraxerat Xerxes: apud thermopylas idest angustias illas montis Oetæ dictas quasi portas calidarum aquarum: redegit pertinacia idest infrāgibili constantia uirtutis ad ultimam desperationem Xersem illum grauem idest molestū & mari & terræ: & non modo terribilem hominibus: sed minitantem quoq; neptuno idest deo maris compedes: quia hellespontum ponte iunxit & colaphis cæsum quasi compedibus constricturum se minatus est: minitantem cælo tenebras: quia multitudine telorum terris umbras induxit: ita ut qui sub illis erant possent putasse cælo lucem deesse. Cæterū idest sed: ipse spoliatus opportunitate loci qua plurimū adiuuabatur: spoliatus dico: perfidia & scelere incolarū: quia unus ex incolis regionis docuit a tergo aditum in montem unde leonidas depugnabat: uiso autem hoste: maluit occidere idest occumbere: dimicans: q̄ deserere: stationem assignatam sibi a patria ut scilicet in ea stans hostes arceret. Ideoq; quia maluit occidere q̄ fugere: cohortatus est suos.s. ciues illos trecētos: ad id præliū quo erant perituri: quia non erat spes euadendi: cohortatus inquam est aīo tā alacri ut diceret sic. O commilitones mei: prandete tanq̄ cœnaturi apud

itaq; cū darius & reliq secū primores ciuitatis ad regiā armati cōuenissent: a cæteris quos ad sui corporis custodiā rex habere consueuerat prohibebantur ultimā portā intrare.: bicq; cū darius mergim regē amplexus humi prostrauisset. unusq; ex sociis telum in corpus regis demittere dubitaret. ne dū mergim uulnerare cepit: dariū quoq; transfigeret: telū īquit darius per utrūq; corpus agas dū hic pereat q̄ celerrime. in hac historia Valerii opinionē secuti sumus qui multū dissentit a Iustino tyrānide mago illo qui se ꝑ dolū regē fecerat. Obscuro loco. Vbi lux nulla erat. Vel pro etiam utrunq;. Meum scilicet & huius.

HOc loco leōidas Spartanus. Cū Xerses persarū & totius asiæ rex exercitū infinitæ multitudinis utpote decies centena milia militū in græciā traduceret: ut eam suo imperio subigeret: lacedæmonii Leonidam principem ciuitatis cū trecentis ciuibus miserunt qui in angustiis thermopylarum se persis offerret. transitum eorum in græciā prohibiturus: est autem mons longissimus qui ita græciam diuidit sicut apenninus italiam teste Liuio de bello macedōico li.y. Stra. uero uult eē āgustias mōtis oetæ: ut supra diximus: ibi Leonidas cū trecētis ciuibus quos secū duxerat tāta uirtute dimicauit ut non solū multos ac ꝓpe innumerabiles ex hostibus de mōte repulerit sed etiā rex ipse ter de sede sua consternatus fuisse dicaē multos ex satellitibus quos ad custodiam sui corporis seruabat: quosq; αθανατουσ hoc est immortales appellabat: eosq; leōidas superauit: & docuit eē mortales. itaq; apparebat Xersem sibi transitum in græciam uiribus quidem aperire nō posse nisi agrestis incola regi locum aperuisset: per quem in cacumē montis euadere posset. Rex illum multis muneribus donatum multitudini suæ ad montem scandendum ducem dedit quos cum iam superiora loca tenentes leonidas conspexisset enim uero cognouit se diutius resistere non posse: nec eo tamen remissior ad pugnam est factus. quin etiam suos ita allocutus est: ut diceret eos ita prandere tanquā cœnaturos apud inferos hi duci suo tāq̄ triūphos ac uictoriā promisisset intrepide paruerūt: & ita pugnātes oēs pro patria fortiter occubuerunt. Multis tamē prius ex hostibus interfectis. Vnde de hoc Stra. lib. ix. in descritione Termopylarū: Leonidas inquit. Sane paucis adiunctis finitimis contra tot Persarū milia hominū ualētissimorū tunc ope locorū obstitit: donec alio per montana circumeuntes tramite barbari ipsius leonidæ cōmilitones cōciderunt: & tunc in cōem cunctorum cumulū eorum poliandrion adest & insculpta in colūna Spartanorum late uulgata inscriptio. Dic lacedæmoniis hac hospes parte iacere: dum illorum rigidis legibus obsequimur. Grauem. Perniciosum: quia nec mare nec terra eum sustinere poterant. Sed neptuno compedes. Quia dicitur Xerses bizantiū ponte iūxisse:

uel q mare nauibus strauit:ut dicit Iustinus:
Propterea compedes uidetur iniecisse neptu
no. Tenebras coelo Quia multitudine sagitta
rum coelo tenebras inducebat & solis lucē au
ferebat.

O Thryadæ quoq3 pugna pariter ac
Athenienses & lacedæmonii de agro
thyræatium inuicem diffidebant: &
cum de hoc utriq3 exercitus pugnaturi consti
tissent: ne magnam cladem acciperent totius
belli fortunam trecentis militibus cōmiserunt
qui utrinq3 pro suo dimicarent exercitu. & dū
hi pugnarent: reliqui omnes in castra discede
rent. in hac pugna tanta animorum pertina
tia certatum est ut cæteri omnes occubuerint
unus tantum Othryades pugnæ superstes ex
titerit: qui ne solus in castra rediret: seipsum in
ter hostilia cadauera gladio transfixit: & san
guine proprio scuto suo litteras inscripsit uici:
deinde cum e castris utrinq3 omnes exissēt ad
colligenda cadauera: ut sepulturæ mandaren
tur: nec aliqua ratione secerni posset: utri uicti
uictoresue fuissent. Othryadæ corpus inter
cadauera atheniensium repertum est: cum scu
to ubi uictoriæ titulus erat inscriptus ex quo
cognitum est ipsum uictorem superstitem fuis
se: & ita consensu atheniensium lacedæmonii
thyræatium agrum: spatio quidem angustū:
sed laudibus amplum principes possederunt.
Spatio. Quia paruo spacio circūscriptus erat
locus ille. Ordo autem litteræ est: solū thyræa
tium latius laude q̄ spacio cernitur speciosa pu
gna pariter: ac morte othrydæ. Direpta tan
tum non post fata sua in sinū .i. ferme & qua
si post mortem suam. nā parum aberat a mor
te cum sanguine suo uictoriæ titulum scuto su
per inscripsit ac si diceret in ipso mortis articu
lo. & est modus dicendi tantumnō pro ferme:
Valerio propemodum peculiaris.

Epaminudas

E Xcellentissimo Spartanæ ciui
tatis. Epaminundas bellicæ artis
gloria præstans primus docuit
lacedæmones: qui græciæ regnū
occupauerant uinci posse: & eorum opes fran
gi. nam apud leuctras primo fudit atq3 fuga
uit illorum exercitum cum cleōbrato duce: q
tanta cum spe fuerat a lacedæmoniis aduer
sus thebanos missus: ut nihil prorsus de ui
ctoria dubitarent: qui cum ad leuctras uenis
set: ac diligenter hostium uires. & consilia co
gnouisset. tandem intellexit illos omnibus re
bus esse superiores: sed quoniam tanta cum
opinione ciuium uenerat Cleombratus ut re
dire non posset nisi cum magna ciuium offen
sione: rem pugnæ commisit & a thebanis.
Epaminunda duce superatus: magnam pa
triæ suæ cladem intulit: adeo ut nisi esset acci
tus ex ægypto agesilaus actum esset de re la
cedæmoniorum. erat enim ad eam necessita
tem peruentum: ut mulieres arma sumere co
actæ fuerint: ad urbis moenia defendenda: rur
sus apud manthineam cum utrinq3 exercitus
constitissent: ueritus thebanos in acie segni

inferos scilicet in campis elysiis. Mors erat denuntiata scilicet hoc dicto
& tamen sup. lacedæmonii paruerunt ductori .s. suo Leonidæ: intrepid
perinde ac idest non aliter q̄ si uictoria esset promissa.

## De Othryadæ. Cap. CCLXX.

O Thryade quoq; pugna pariter ac mors spe
ciosa Thyreatium laude: q̄ spacio latius solū
cernitur: qui sanguine suo scriptis litteris dire
ptam hostibus uictoriam tantū non post fata sua in si
num patriæ cruento trophæi titulo retulit.

¶ Othryadæ &c. Ordo est. Solū quoq3 Thyreatiū idest quod thyræa
tes colunt: cernitur idest conspicitur: latius idest extensius: laude othrya
de scilicet lacedæmonii illius forte sic dicti q Otrii esset filius: speciosa
pariter pugna ac morte q̄ spacio .i. extensione locali: sic Oliuerius legit:
Alii non morte sed mors legunt: quibus libentius accedo propter particu
lā quoq3 ut sit ordo. Pugna quoq3 pariter ac mors athryadæ: speciosa
sup. est: cuius sup. laude solū thyræatiū cernitur latius q̄ spacio: & sup. qui
retulit in sinum patriæ cruento titulo trophei: utpote litteris scriptis san
guine suo: uictoriam direptam hostibus scilicet atheniēsi. tantum non .s.
dumtaxat post sua fata idest post mortem uoluntariam: uoluit enim super
uiuere cæteris cæsis: ut qui eius scripta legerunt interpretati sunt: potuit
tamen fieri: ut accepto letali uulnere: sed spiritu nondum sopito ea scripse
rit: & eo solo uicerit: q cæteri similia scribere aut non potuerint utpote
iam defuncti: aut non curauerint minus pro patriæ gloria attenti.

## De Epaminunda. Ca. CCLXXI.

E Xcellentissimos spartanæ uirtutis prouentus
miserabilis lapsus sequitur, Epaminundas
maxima thebarum foelicitas idemq; lacedæ
moniis prima clades quum uetustam eius urbis glori
am inuictamq; ad id tempus publicam uirtutem apud
leuctram & mantineam secundis proeliis contulisset:
traiectus hasta sanguine & spiritu deficiens: recreare se
conantes primum an clypeus suus saluus esset: deinde
an fusi hostes penitus forent interrogauit: quæ postq̄ ex
animi sententia comperit: non finis inquit commilito
nes meæ uitæ: sed melius & altius initium aduenit. Nūc
enim uester Epaminundas nascitur: quia sic moritur.
Thæbas ductu & auspitiis meis caput græciæ factas
uideo: & fortis & animosa ciuitas spartana iacet armis
nostris abiecta: amara dominatione græcia liberata est.
Orbus quoq; non tamen sine liberis morior: quoniam
mirificas filias leuctram & mantineam relinquo. E cor
pore deinde suo hastam educi iussit: eoq; uulnere expi
rauit. Quod si eum dii immortales uictoriis suis perfrui
passi essēt: sospes gloriosior patriæ moenia nō intrasset

¶ Excellentissimos. Affert pulchrum fortitudinis exemplum in Epaminunda thebano dicens. Lapsus miserabilis uirtutis spartanae .i. lacedaemoniae: sequitur excellentissimos prouentus uirtutis spartanae. Epaminundas maxima felicitas thebarū: & idē prima clades idest calamitas lacedaemoniorū. cū .i. postq̄ contudisset idest tūdendo oppressisset: uetustam gloriam eius urbis uidelicet lacedaemonis: & uirtutem publicam .i. totius ciuitatis: inuictā ad id tempus: contudisset dico: praeliis secundis idest prosperis sibi & suis: apud Leuctram & Mantineam idest loca illa in quibus feliciter cum spartanis pugnauit: traiectus hasta .i. habens corpus traiectū hasta: & sup. deficiens sanguine & spiritu scilicet uitali: interrogauit .s. amicos conantes se recreare idest consolando reparare uires animi eius: primū an clypeus suus esset saluus: quia turpissimū erat clypeū abiicere: deinde an hostes forent fusi penitus: quae .s. duo postq̄ comperit: ex sententia animi idest ex uoluntate sua idest ita se habere ut uoluit: inquit o cōmilitones non finis uitae meae aduenit. sed melius & altius initium uitae superuenit. Enim pro quia: Epaminundas uester scilicet dux: nascitur nunc scilicet in eterna memoria: quia sic idest tā gloriose moritur (Pulchre se laudans in tertia tanq̄ de altera loquitur persona. Simile autē cū illo sentiēs ecclesia nostra: celebrat sanctorum martyrum natalitia: quo die hinc ad aeterna migrauerunt regna) Ego uideo thebas factas ductu scilicet meo & auspiciis meis idest felicitate & prouidentia mea: caput idest principē ciuitatē graeciae: & ciuitas spartana fortis & animosa iacet abiecta idest uilis effecta: armis nostris: graecia est liberata. amara dominatione idest tyrannide lacedaemoniorum. Ego quoq̄ idest etiam morior orbus idest carens naturali aut carnali prole: non tamen morior sine liberis: quoniam relinquo Leuctram & Mantineam idest memorias uictoriarum mearum apud leuctram prius & nunc apud Mantineam mirificas filias idest loco mirificarum filiarum. Deinde idest illis dictis iussit hastam qua traiectus erat: duci idest leniter trahi e corpore suo: & expirauit idest spiritū emisit eo uulnere. Quod si .i. dato q̄ dii immortales passi essent eum perfrui idest ad satietatem uitae aut ad extremum fati frui uictoriis suis ipse sospes .i. sanus & incolumis non intrasset gloriosior idest plenior uerae gloriae moenia patriae scilicet thebarum: sup. quā intrauit hoc dicto & facto.

us pugnaturos his uerbis & oratiōe hortatus est. ut diceret captiuitatem uxorum liberorū patriae sibi ante oculos proponerent: ipsius quoq̄ urbis moenia solo paulopost adaequanda nisi fortiter agerent quibus animati thebani ciues lacedaemonios acri pugna superarūt. Frontinus lib. i. cap. xi. Epaminūdas inq̄t dux thebanorum aduersus lacedaemonios dimicaturus ut non solum milites uiribus suis: uerū etiam affectibus iuuarentur: pronunciauit in concione destinatum lacedaemoniis si uictoria potirentur omnes uirilis sexus interficere: uxoribus autem eorum & liberis in seruitutē adductis thebas diruere: qua concione concitati primo impetu thebani lacedaemonios expugnauerunt. de hoc uiro & Ci. in epistolis ad L. Lucceium. dicit enim quem nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminundas. nam cum quadam miseratione delectatur: qui tum deniq̄ sibi spiculum auelli iubet postq̄ ei percunctanti dictum est clypeū saluū esse ut etiā in uulneris dolore aequo animo cū laude moreretur. Inuictā publicā uirtutē Quia etsi multi ex lacedaemoniis oppressi sunt publice: tamē omniū bellorū ad id tēpus superiores extiterant. Leuctrā & mantineā Leuctra oppidū est boeotiae haud procul ab helicone iuxta Lebadiā & Cheroneā teste Strabone lib. ix. ut descriptione Boeotiae. Dicit enim iacet autē Heliconis & cheroneae mediū iuxta coroneā. Leuctra in eo tractu sunt ubi epaminundas lacedaemonios ingenti superans praelio: eorū calamitati & cladis initiū reperit: ex eo eni tēpore graeciae principatum ultra recuperare nequierunt. quem prius adepti tenebant. praesertim postq̄ secundo apud Manthineam congressi rē infoeliciter gesserunt. unū tamen illis q̄q̄ hunc in modū afflictis permansit: ut nulli aliorū ditioni subacti sint. usq̄ ad Romanorū imperium a quibus eis habitus perdurat honos propter regendae ciuitatis probitatē. monstratur sane locus ipse in uia: quae ex plateis ducit ad thespias. Manthinea uero fuit in archadia eodē teste. sed ut uult nunc non extat. Nā Epaminundas inquit Manthineam superatis secunda pugna lacedaemoniis illustrē reddidit in qua & ipse obiit: hec autem euanuit. Sed melius & altius: initium uitae. Quia fama uirtutis meae apud posteros aeterna manebit. Ciuitas spartana. Spartana metropolis ciuitas est lacedaemoniorum: hoc est principalis quae alio nomine lacedaemon dicitur q̄q̄ nonnulli uelint lacedaemonia regionem esse: Spartam uero urbem. iustinus libro undecimo thebani inquit auxiliantibus atheniensibus bellum his intulere scilicet lacedaemoniis quae ciuitas ex infimis incrementis uirtute Epaminundae ducis ad spem imperii graeciae erecta ē.

Leuctra.

Manthinea

## De Theramene. Cap.CCLXXII.

IC ne Theramenis quidem atheniensis in publica custodia mori coacti parua mentis constantia: in qua triginta tyrannorum iussu porrectam ueneni potionem non dubitanter hausit: quodq̄ ex ea superfuerat iocabundus illisum humo clarum edere sonum coegit. Reddensq̄ seruo publico qui eam tradiderat Critiae inquit propino: uide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex triginta tyrannis crudelissimus. Profecto supplicio est se liberare: tam facile supplicium perpeti. Itaq̄ Theramenes pinde ac in domestico lectulo moriens uita excessit

IC ne Theramēis quidē atheniēsis. Subactis Atheniensibus ut diximus in capitu. de somniis. Lisander lacedaemoniorum dux triginta praetores imposuit: qui paulo post facti sunt triginta tyranni. nam illorum opera sublato de medio alcibiade cuius metu reprimebantur saeuire coeperunt in plebem atheniensem & in populum uniuersum crudelem tyrannidem exercere. nam tanti ultoris uidelicet Alcibiadis metu liberati miseras urbis reliquias caedibus & rapinis crudeliter exhauriūt quod cum therameni uehementer displiceret. eorumq̄ libidinibus saepissime obstaret. iniecto falso crimine in carcerem coniecerunt: eiq̄ uenenatum poculum paulopost hauriendum miserunt. quod cum forti animo & indubitanter hausisset: quod intra poculum uenenatum missum fundo remanserat: tunc terrae incussit dicens. Hoc critiae propi

ro: erat autem unus ex triginta: hi uero fuerunt a trasibulo electi: & critias interéptus. Critiæ propino. Quasi diuinans quod futurū erat: ut exigerentur omnes & critias occideretur. Cice. libro primo tusculanorū. Quod me delectat inquit Theramenes Quam elato animo est: & si eum flemus cum legimus: tamen non miserabiliter uir clarus emoritur cum etiā coniectus in carcerem triginta tyrannorū iussu: uenenumq3 ut sciens ebibisset: reliquū sic e poculo eiecit ut id resonaret quo' sonitu reddito arridens propino inquit hoc pulchro Critiæ qui in eum fuerat deterrimus: græci enim in conuiuiis solent nominare cui poculum tradituri sint. Iussit uir egregius in extremo spiritu cum iam præcordiis susceptam mortem cōtemneret. uereq3 ei qui uenenum præbuerat mortem eam est auguratus. quæ breui consecuta est. Profecto est tam fortiter mori. Tam constanter mori ē se supplicio mortis liberare. Inimicorum existimatione. inimici quidem de morte pœnas dedisse illum credebant ipse uero mortem pœnarum: finem esse iudicauit. Litteris & doctrina. Est endiadis idest doctrina litterarum.

NVmantino uero theogeni. Cum numantiam obsideret Scipio posterior complures oppidanos ex urbe progressos ad colligenda frumenta pallantes per agros occidere uetuit: q diceret eo facilius qcquid frumenti esset in urbe consumpturos cē quo plures essent. nam quod portabatur in urbem per eos qui exierant ad paucorum dierum usum erat: igitur consumptis omnibus q ad uictum præstarent desperatisq3 sociorum & aliorum auxiliis cum iam famis extremitatem diutius tolerare non possent. ne in seruitutem uenirent consilio theogenis se inuicem tradentes neci omnes occubuere: sed de hac fame & necessitate uidebimus lib. vii. capitu. de necessitate. Præstaret. Superaret excelleret. Vicum suum. Quem habitatione sua totum occupauerat. Tam forti lege. Vt inter se de uita certarent.

inimicorum existimatione punitus: suo iudicio finitus. Sed Theramenes a litteris & doctrina uirilitatē traxit.

¶ Ac ne Theramenis. Affert exemplum fortitudinis Theramenis ciuis & philosophi athenień. in carcere potionem uenenatam a tyrannis iussam forti animo haurientis. Ordo est. Ac nequidem idest non etiam constantia mentis theramenis athenień. coacti mori in publica custodia idest carcere: parua sup. est: immo magna: in qua scilicet custodia aut mentis constantia: Hausit non dubitanter potionem ueneni porrectam iussu triginta tyrannorum: & ipse iocabundus idest per iocum irridens: coegit id quod superfuerat ex ea scilicet potione quia totum bibere non ualuit: illisum humo idest in humum idest fortiter iactum in terram: edere. i. emittere sonum clarū: & reddens seruo publico sup. partem aliquā potionis: qui scilicet seruus tradiderat sup. eā potionem: inquit: ego propino sup. similē haustum aut potionem Critiæ scilicet tyranno. q. d. expectet Critias breui uitæ suæ exitum (Nam in conuiuiis qui datum poculum biberunt solent cui faueant nouum propinare) igitur quia Critiæ propino: uide idest prospice: ut perferas continuo hoc poculum ad eum scilicet Critiam. Autem pro sed: is (inquit author) erat crudelissimus ex triginta tyrannis. deinde author laudans factum Theramenis a prudentia dicit. Profecto pati supplicium tam facile: est liberare se supplicio. Itaq3 idest & ita Theramenes excessit uita perinde ac idest tanq̄ esset moriens: in lectulo domestico: punitus existimatione idest iudicio inimicorum scilicet tyrannorum: finitus scilicet punitione largiore & huius uitæ miseriis: iudicio suo idest ut ipse indicabat & interpratabatur. Sed Theramenes traxit uirilitatē idest animositatem & fortitudinem qua usus est a litteris & a doctrina: quia multa legerat & audierat ac docuerat: quibus aduersa fortiter toleranda didicerat.

## De Theogene. Cap. CCLXXIII.

NVmantino uero Theogeni ad cōsimilem uirtutem capessendam: quasi magistra gentis suę ferocitas extitit. Perditis namq; & afflictis rebus numantinorum: quum omnes eius ciues nobilitate: pecunia: honoribusq; præstaret: uicum suum qui in ea urbe speciosissimus erat: contractis undiq; nutrimentis ignis incendit: protinusq; strictum gladium in medio posuit ac binos inter se dimicare iussit ut uictus incisa ceruice ardentibus tectis superiaceretur: qui quum tam forti lege mortis omnes absumpsisset: ad ultimum seipsum flammis immisit.

Ascen. ¶ Numantino uero. Perpetuo contextu tanq̄ principium sequentis narrationis ex fine præcedentis dependeat: cōnectit author narrationem suam. q. d. theramenes quidem ex litteris fortitudinem didicerat: Vero pro sed Theogeni Numantino idest uni ex principibus Numantiæ urbis hispaniæ quam Scipio ad excidium compulit: ferocitas gentis suæ idest qua fere omnes numantini prædití esse solent: extitit quasi magistra: ad Capessendam idest obeundā similem uirtutem. Namq3 rebus Numantinorum perditis & afflictis: cum ipse præstaret idest anteiret: omnes ciues eius scilicet. Numantiæ (alioqui diceret suos) nobilitate. pecunia & honoribus: incendit uicum suum: qui erat speciosissimus in urbe: & hoc nutrimentis. i. fomentis ignis: hoc est lignis & aliis combustilibus contractis undiq3: & posuit protinus idest statim ut incendium inualuit: gladium strictum idest nudatum in medio: ac iussit sic ciues: dimicare inter se binos idest duos & duos ea sup. lege: ut uictus superiaceretur tectis ardentibus ceruice incisa idest habens ceruicem incisam: qui cum absumpsisset omnes: tam forti lege mortis: qua alter alterum cogebatur occidere: īmisit seipsum flāmis. i. in flāmas ad ultimum: cum non haberet a quo immitteretur. Sed in euētu rei ut uerba sonant difficultas est: si enim bini dimicauerint: & tantum uictus in flāmas iniectus sit: uideretur dūtaxat altera pars ciuitatis absumpta. unde dicendum est: sic dimicasse ut omnes mori parati fuerint: nam uictor unius sinebat se uinci ab altero: ratus pulchrius sic mori q̄ hostibus dedi: aut sibi manū inferre: cum ergo Theogenes ultimum sic confecisset pomuria adactus sese in ignem immisit.

De uxore Aſdrubalis. Cap.CCLXXIIII.

Verum ut æque po.ro. inimicæ urbis excidium referam: Carthagine capta: uxor Aſdrubalis exprobrata ei impietate q̄ a Scipione ſoli ſibi impetrare uitam contentus fuiſſet: dextera leuaq; tres communes filios mortem non recuſantes trahens incē dio ſe flagrantis patriæ obiecit.

¶Verum ut æque. Ad filium orationis in aliis reſpicit ſimilem animum in aliis ſimilem euentum: in aliis par in aliis diſpar ſtudium: unde hic dicit. Verum ut referam excidium urbis æque idest æqualiter inimicæ populo Romano: ut fuit Numantia uidelicet carthaginis. Carthagine capta: uxor Aſdrubalis impietate exprobrata idest improperata & probro data ei ſcilicet aſdrubali: q̄ fuiſſet contentus impetrare ſibi ſoli uitam a Scipione: trahens dextera & leua idest utraq; manu: tres filios cōes ſcilicet inter ſe: hoc eſt aſdrubalem & ipſam: non recuſantes mortem idest mori paratos: obiecit ſe incendio patriæ flagrantis idest ardentis.

De duabus puellis ſyracuſanis. Ca.CCLXXV.

Muliebris fortitudinis exemplo æque fortem duarum puellarum caſum adiiciam. Cum peſtifera ſeditione ſyracuſarum tota regis hieronis ſtirps euidentiſſimis exhauſta cladibus ad unicam filiam harmoniam uirginem eſſet redacta: & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius æqualem illi puellam regio cultu ornatam hoſtilibus gladiis ſubiecit: quæ ne quum ferro quidem trucidaretur: cuius eſſet cōditionis ederet proclamauit admirata illius animum harmonia: & tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit. Reuocatoſq; interfectores profeſſa quenam eſſet in cædem ſuam conuertit. Ita alteri tectum mendacium: alteri ueritas aperta finis uitę fuit.

¶Muliebris &c. Affert ultimum exemplum fortitudinis idq; muliebris dicens. Ego adiiciam exemplo fortitudinis muliebris: quæ fuit in uxore haſdrubalis: caſum duarum puellarum æque fortem. Quum idest quando tota ſtirps idest progenies regis hieronis eſſet redacta ad unicam filiam Harmoniam ſcilicet nomine: peſtifera ſeditione ſyracuſarum idest ſyracuſanorum in ſicilia late dominantium: cladibus euidētiſſimis idest maniſeſtiſſimis: & impetus fieret ab inimicis certatim in eam ſcilicet unicam puellam: nutrix eius ſubiecit gladiis hoſtilibus puellam ſcilicet ignobilē: æqualem illi .i. eiuſdem æui & magnitudinis cum illa. ornatam cultu regio idest regali: hoc eſt regis filia digno Quæ ſcilicet puella ſub ornata cum ne quidem idest non etiam cum trucidaretur ferro: ederet idest explicaret: cuius conditionis eſſet (quia maluit mori quam ſe explicando harmoniam quæ uera filia regis erat prodere) Harmonia admirata animum illius ſcilicet puellæ: proclamauit: ſcilicet ſe eſſe regiam prolem non illam quæ interficeretur: & non ſuſtinuit ſupereſſe idest non ualuit ſilere ut ſuperſtes eſſet tantæ fidei idest fidelitati. & conuertit interfectores ſcilicet illius puellæ: in cædem ſuam idest ſui: profeſſa idest palam locuta: quænam eſſet. Ita .i. & ſic mendatium tectum idest celatum fuit finis uitæ alteri ſcilicet puellæ ignobili: & ueritas apta idest manifeſtata fuit finis uitæ alteri ſcilicet harmoniæ: quæ uera erat regia proles.

Verum ut æque po.ro. Carthagine capta. idem Scipio poſterior Carthaginem quam ſuy erior tributariam fecerat: expugnauit: in cuius euerſione cum haſdrubal in Scipionis deditionem ueniſſet eius uxor indignata: q̄d ſe liberiſq; contemptis ſibi ſoli conſuluiſſet ne in captiuitatem ueniret: ſe cū duos filios mortem non recuſantes in arcis faſtigia trahens ſe cum illis in urbis incendium præcipitem dedit. fuit autem huius haſdrubalis uxor qui filiam ſuam nomine Sophoniſbam Siphaci numidarum regi dederat uxorem: ne in romanorum ſocietatem ueniret ſecundo punico bello: quæ quidem & ipſa nihil a matre degenerans miſſo a Maſiniſſa: qui per nuptiarum occaſionem uolebat illam a captiuitate uindicare: cum non poſſet. ueneno illud fortiter hauſit. Exprobrata improperata impietate quod ſui & liberorum oblitus eſſet.

Muliebris fortitudinis exemplo æque Quum peſtifera Hiero ſyracuſarum rex po. ro. amiciſſimus fuit ſecundo punico bello. hic autem filium habuit Gelonem a quo Hiero. natus eſt: qui cauſa fuit extinguendæ regiæ ſtirpis. nam mortuo Hierone atq; patre cum eſſet admodum puer & regno inmaturus tutoribus tunc cōmendatus eſt & amicis qui eius ingenium ad præcipitandum in omnia uitia acceperunt: quæ ita cernens futura Hiero ultima ſenecta dicitur uoluiſſe liberas ſyracuſas relinquere: ne ſub dominatu puerili per ludibrium. bonis artibus partum firmatum q; interiret regnum: ſed eius cōi filio reſiſtere filiæ quæ precibus & blanditiis pellexerunt ſenem ut regem relinqueret reſ[illegible]ti: itaq; tutores .xv. puero tunc reliquit: quo precatus eſt moriens ut fidem erga po. ro. quinquaginta annos a ſe cultam inuiolatam q; ſeruarent: quod longe ſecus factum eſt. nam eo mortuo: mala puero ſuadentes impulerunt ut a romana ſocietate deficeret: regioq; habitu & cultu auguſtiori cum purpura & diademate ſatellitibus undiq; ſtipatis ad terrorem omnium incederet: quod nunquā antea pater nec auus fecerat ex quo in puerum tyrannidem exercentem facta eſt coniuratio ubi non ſolū rex occiditur: ſed uniuerſa ſtirps regis hieronis funditus tollitur. In ea igitur perſecutione factum eſt quod Valerius memorat.

De patientia. Titulus. III.

EGregius uirorū pariter. Fortitudo inquit se oculis nostris subiecit: q̄ hortata ē: ut patiētia in mediū ueniret: q̄ uel cū ea uel ex ea nata uideri potest. nā fortitudinis ptes sunt patiētia & psCuerātia. Infirmioribus radicibus. Nā laudis & gloriæ radices habet patientia. Cum ea. Tanq̄ soror. Ex ea. Tanq̄ filia.

QVid eni his. id ita eē Mutius qui scæuola dictus est clarissima nobis documēta reliquit. A porsena. Etruscorū rege: ad cuius opes ea tēpestate florētissimas Tarquinius cū scelerata stirpe pulsus ex urbe confugerat. Immolātēq; ante altaria. In hoc Valerius a Liuio dissentit: nō eni sacrificātem sed milites recēsentem una cū scriba in castris & stipendiū dantē dicit Liuius: & Mutiū qui ad regis cædē uenerat errore ductū pro rege scribam obtruncasse: q̄ ille corporis cultu nihil ferme a rege distaret cōpræhensum deidecū regii satellites retraxissent ante tribunal regis destitutum & tū quoq; inter tantas fortunæ minas metuendū magis q̄ metuentem dixisse: romanus sū ciuis. C. Mutiū uocant. hostis hostē occidere uolui. nec ad mortē minus animi est q̄ fuit ad cædē: & facere & pati fortia romanū est. non unus ego i te hos animos gessi. longus est post me ordo idē petentiū decus. proinde in hoc discrimē si iuuat accingere: ut i singulas horas capite dimices tuo: ferrū hostēq; in uestibulo habeas regiæ hoc tibi iuuentus romana bellū indicimus: nullam aciē nullū prœliū timueris uni tibi cū singulis res erit: tunc regē simul ira incēsum periculoq; cōterritū ad terēdum adolescentē ut metu pœnarum exprimeret quid illud esset quod per ambages minaretur. tormenta afferri. & ignem parari iussisse. quo tanq̄ uictima imolaretur. illum uero ut regi ostenderet q̄ facile tormenta contemneret: dextram foculo iam i censo: spectantibus omnibus iniecisse: & exuri passum esse. inde Scæuolam fuisse nominatum. quasi sine uola: hoc est sine media parte manus. quæ uola dicitur: unde dicitur inuolare. Dionysius qui hanc historiam multo plixius narrat: nullam prorsus de hac patientia mentionem facit: inter molitiem pii pariter. Partum: dum pareret: pissimum propositum adimplere. Pii: quia pro patria liberanda id faceret. Fortis. Quia mortem non formidaret. Causam aduentus: quia ingenue confessus est se ad occidendum regem uenisse. Adulatus. Nam mutius quasi remunerās meritum quandoquidem inquit. rex est apud te uirtutis honos: ut beneficio tuleris a me quod minis nequisti. ccc. coniurauimus iuuentutis ro. principes ut in te hac uia grassaremur mea prima sors fuit. cæteri ut cunq; ceciderint: primi quoq; ac te oportunā fortuna dederit suo quisq; tempore aderit.

Scæuola

De patientia. Titulus. III.

EGregiis pariter uirorum ac fœminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit patiētiamq; in medium pcedere hortata est: non sane infirmioribus radicibus stabilitam: aut minus generoso spiritu abundantem: sed ita similitudine iunctam: ut uel ex ea: uel cum ea nata uideri possit.

EGregiis. Hac præfatiōe trāsit ad exempla patientiæ dicēs. Fortitudo subiecit se oculis hoīm. i. manifestauit se hoibus: egregiis. i. excellētibus operibus pariter uirorum ac fœminarū: & ipsa fortitudo hortata est: patientiam procedere in mediū: sane. i. certe: aut u... sane idest cū multo infirmioribus radicibus stabilitā: aut abundantē spiritu minus generoso: sed coniunctam ita similitudine: ut possit uideri nata uel ex ea tanq̄ filia: uel cum ea tanq̄ soror.

De Mutio Scæuola. Cap. CCLXXVI.

QVid enim his quæ supra retuli facto Mutii conuenientius? Quum a Porsena rege ethruscorum urbē nostrā graui ac diutino bello urgeri ægre ferret castra eius clam ferro cinctus itrauit immolantemq; ante altaria conatus est occidere: cæterū inter molitionē pii pariter ac fortis ppositi oppressus nec causam aduentus texit: & tormēta q̄topere contemneret mira patientia ostendit. perosus enim (credo) dextram suam q̄ eius ministerio in cæde regis uti nequisset: iniectam foculo exuri passus est. Nullum profecto dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis uiderunt: ipsum quoq; Porsenam oblitum periculi sui ultionem suam uertere in admirationem coegit. Nam reuertere iquit ad tuos Muti: & eis refer te quum uitam meam petieris a me uita donatum. Cuius clementiam nō adulatus Mutius tristior porsenæ salute: quam sua lætior urbi secū æternæ gloriæ cognominæ Scæuolam reddidit.

❡ Quid enim his &c. Affert primum exemplum patientiæ dicens. Enim pro quia. q. d. benedixi patientiam posse uideri natam ex fortitudine uel cum fortitudine: quia quid est conuenientius. i. minus differēs his. s. cū his aut ab his q̄ retuli. i. recitaui supra. s. dādo exēpla fortitudinis: facto. i. q̄ factū: mutii. s. scæuolæ postea dicti. q. d. nihil: Cū. s. Mutius: ferret ægre urbē nostrā: hoc est romā: urgeri. i. premi a Porsena rege Etruscorū: bello graui ac diutino: imo obsidione longa: ipse cinctus ferro. i. habens secū sicā: intrauit castra eius clam idest a nemine perceptus: & conatus est occidere. s. porsenam: imolantem ante altaria scilicet deorum. Liuius dicit qd scribam eius occiderit pro illo: ut Oliuerius recitat. Cæterum idest sed ipse Mutius oppressus idest ab icœpto iam cognito prohibitus: inter molitionem idest difficilem executionē propositi piter pii: quo ad patriā n̄ quo ad deos. s. imolātē diis obtrūcare uoluit: ac fortis qa patus erat p̄ facto eo trucidari: alioq cū nō eēt spes euadēdi temere rem molitus esset: nec texit

Enon celauit causam aduentus: quia professus est se uenisse ut regem obtruncaret: & ostendit mira .i. miranda patientia .s. in exustione manus: quantopere .i. quantum contemneret tormenta. Enim pro quia. peræquo .i. ꝑerosus odio habens. credo .i. ut credo dexteram suam: ꝙ nequisset pro nequiuisset: uti ministerio eius .s. dexteræ: in cæde .i. occisione regis .s. porsenæ. passus est sup. eam inectam foculo .i. igni (ut sit locus pro locato) exuri. Nullum .i. non ullum: profecto .i. reuera: dii mortales non uiderunt ullum cultum admotum .i. applicitum aris: oculis attentioribus: ꝗ sup. facinus mutii. Et sup. mutius coegit quoqꝫ ipsum Porsenam: oblitum: periculi sui: uertere ultionem suam in admirationem. Nam inquit: o Muti reuertere ad tuos: & refer .i. ennarra eis te cum petieris .i. insidianter sectatus sis uitam meam: donatum sup. esse a me uita. Cuius clementiam mutius non adulatus .i. non adulatorie laudans: tristior salute porsenæ: ꝗ lætiore sua .i. non tam lætus ꝙ sic euasit: ꝗ tristis ꝙ porsenam non interemit. redidit urbi .s. romæ se Sceuolam: cum cognomine seu agnomine æternæ gloriæ: quia cum prius tantum Mutius diceretur: rediit dicendus scæuola quasi sæuus in uolam .i. manum suam: ꝗd illi perpetuam peperit gloriam.

## De Pompeii patientia. Cap.CCLXXVII.

Pompeii etiam probabilis uirtus: qui dum legationis officio fungeretur: a Genthio rege interceptus: quum senatus consilia prodere iuberetur: ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaqꝫ patientia regi simul & desperationem tormentis quicꝗ ex se cognoscendi excussit: & expetendæ populi romani amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit. Ac ne plura huiusce generis exempla domi scrutando: sæpius ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar: duobus romanis exemplis contentus: quæ ut clarissimarum familiarum commendationem: ita nullum publicum mœrorem continent: externa subnectam.

Pompeii etiam probabilis. Pompeius in Asiam legatus: quum per Illiricum nauigaret interceptus est ab Illiricis: & quum a Gentio illyrocorum rege & hoste populi Romani consilia publica prodere iuberetur: digitum lucernæ ardenti admodum exuri passus est: ut ostenderet ne supplicio quidem mortis induci unꝗ posset ut consilia publica indicaret: quo facto & regi desperationem induxit tormentis ex se quicꝗ cognoscendi: & cupiditatem amicitie cum populo romano iungendæ. Hunc regē Lucinius consul bello postea superauit: quū uiolata fide rebellasset: qui cum uxore & liberis Romam missus est. Incussit: iniecit: induxit. Ad ciuilium bellorum. Hoc ideo dicit: quia commemorationem fecerat Cnei Pompeii: qui postea bellum ciuile gessit.

Ascen. ¶ Pompeii &c. Ordo est. uirtus sup. patientiæ pompeii .s. magni sup. est aut fuit etiā ꝓbabilis .i. commendabilis qui dum fungeretur officio legationis .i. oratoris aut caduceatoris: interceptus .i. in itinere captus: a genthio seu gentio rege illiricorum: cum iuberetur .s. ab eo prodere .i. reuelare consilia senatus præbuit digitum admotum lucernæ .i. lampadi aut candelæ ardenti: cremandum: & excussit ea patientia .i. per eam patientiam: regi: & .i. simul desperationem cognoscendi quicꝗ ex se tormentis .i. per tormenta: & igenerauit regi magnam cupiditatem amicitiæ populi ro. expetendæ. Ac ne cogar progredi ad detestandam memoriam .i. commemorationem bellorum ciuilium: qualia Pompeius cum cæsare gessit: scrutando sæpius exempla huiusce generis .s. patientiæ: domi .i. domestica: ego contentus duobus exemplis romanis: quæ .s. duo exempla: ut continent commendationem clarissimarum familiarum: ita nullum publicum mœrorem continent: quia nihil adhuc in ciues gessit Pompeius: ideo sup. subnectam sup. exempla externa.

## Sequuntur externa.

## De patientia pueri Macedoni. Cap.CCLXXVIII.

Vetusto Macedoniæ more regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti: e quibus unus thuribulo accepto ante ipsum astitit: in cuius brachium carbo ardens delapsus est: quo etsi ita urebatur ut adusti corporis eius odor ad circunstantium nares perueniret: tamen & dolorē silentio pressit: & brachium immobile tenuit: ne sacrificium Alexandri aut excusso thuribulo impediret: aut edito gemitu aures regias aspergeret. Rex quoqꝫ patientia pueri magis delectatus: hoc certius perseuerantiæ experimētum sumere uoluit. Consueto enim sacrificauit diutius: nec hac re eum a ꝓposito repulit. Si huic miraculo Darius

Vetusto Macedoniæ more. Hoc tractatur a plutarcho in uita Alexandri Regis macedonuꝫ. cui sacrificāti complures nobilissimi adolescentes ambitiose administrarent: unus sumpto thuribulo præsto astitit in cuius brachium ignitus carbo delapsus dolorem creauit: quem tamdiu puer passus est quo ad sacrificaret alexāder. nam nec brachium mouere ne excusso thuribulo perturbaret sacrificantem: nec uocem emittere: ne effœminationem aut ullam animi mollitiem indicaret: ausus est. Alexander quoqꝫ hac re cognita in longum distulit sacrificium: ut pueri patiētiam multomagis ꝓbaret. Præsto erant: apparebāt: ministrabāt. Carbo ardens .i. pruna. Odor: qui græce dicitur nidor: latine ustrina ab urendo & dolorem silentio pressit. Duo dicit in quibus mira pueri patiētia significabatur: nec mouisse brachium: nec uocem quideꝫ ullam emisisse. Aspergeret. Turbaret: impleret: obsonaret.

Valerius maximus.

Certius: Firmius expectando: nunquid puer uocem emitteret. Diutius sacrificauit: in longius distulit sacrificiũ. Si huic miraculo Darius. Si Darius inquit hoc miraculum conspexisset intellexisset profecto eius gẽtis milites uinci non posse: cuius puerilem ætatem tanta patientia præditam cognouisset. Eius stirpis: gentis. s. Macedonum.

inseruisset oculos scisset eius stirpis milites uinci non posse: cuius infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertisset.

¶ Vetusto &c. Primum externorum exemplorum est de puero Macedonico sane q̃ mirando de quo dicit sic: Pueri nobilissimi præsto. i. præsentes & auxiliares erant alexandro regi sacrificanti uetusto more macedoniæ: e quibus. s. pueris unus astitit ante ipsum thuribulo. i. uase. in quo thus cremari solebat accepto. s. cum carbonibus incensis: in cuius. s. pueri brachium delapsus est carbo ardens: quo. s. carbone: etsi. i. q̃q̃ puer ita urebatur: ut odor corporis eius adusti perueniret ad nares circunstantium: tamen &. i. simul pressit dolorem silentio: quia nihil dixit: aut ingemuit: & tenuit brachium immobile: ne aut impediret sacrificium Alexandri thuribulo excusso. i. amoto a loco debito: aut elapso e manibus: aut aspergeret aures regias gemitu edito. i. si gemitum edidisset. Rex quoq3. s. alexander: delectatus magis patientia pueri: uoluit sumere hoc. i. tanto: aut de hoc certius experimentum perseuerantiæ: sacrificauit enim diutius consueto. i. q̃ consuetus erat: nec rapuit eum. s. puerum a proposito. s. perpetiendi: hac re. i. diuturnitate sacrificandi. Si Darius rex persarum: qui postea ab Alexandro uictus est: inseruisset oculos huic miraculo. i. mirabili facto pueri Macedonici: scisset. i. sciuisset: milites eius stirpis non posse uinci: cuius. s. stirpis Macedonicæ: animaduertisset ætatem infirmam: utpote puerilẽ: præditam tanto robore. s. animi. Et hæc tria patientiæ exempla per ignem sunt comprobata: sequentia sunt per philosophiam conciliata: de quibus quasi præfatus dicit.

Est & illa uehemens. Ita quidem & militaris disciplinæ ratio hominum animos patientia corroborat atq3 confirmat: & laborum patientissimos facit: sed hoc idem facit philosophia. Animi militia patientia quæ a philosophia nascitur. Venerabilium sacrorum antistes. Veluti quædã sacerdos quæ præcepta tradit quibus hoĩes ad bene beateq3 uiuendum instituuntur. Doctrina uenerabilium sacrorũ. Quibus ex homine uitia pelluntur: & in eum uirtutes inducuntur. Quæ ubi pectore. philosophia si ab homine recepta fuerit: & omnia ex eo uitia depellit: & eum robore uirtutis confirmat: ita ut nullo animi affectu: ab officio discedat. Potentioremq3 metu. Facit: ut homo metũ uincat: atq3 dolorem: quia nec metu nec dolore præsentis mali ab officio discedit.

Incipiam autem a zenone. Fuerunt duo zenones: iunior & senior: de utroq3 tractat Valerius: sed de his quoq3 heraclides Demetrius: & Antisthenes plene loquuntur de iuniore loquitur hic ualerius. Eleate q ab Elea ciuitate fuit. Dispiciẽda. Diligenter inuestiganda: nam dispicere inquirere: despicere contemnere significat. Ad uigorem: ad magnitudinem animi: ne eorum animi inertia molles & tardi efficerẽtur. Præceptorũ fidem. i. bonus præceptor quod uerbis præcipit: re ipsa & exemplo confirmat: neq3 enim aliter fidem preceptis facere posset: nisi ipsa re probaret & uita: quod uerbis alios astringere nititur: soluerentur omnia q̃cunq3 traderet: si a præceptis uita ex aliqua parte dissentiret. Hic ergo quæ præcipiebat aliis esse facienda prior ipse opere comprobat. Patriam egressus. Dicimus egredior urbem & urbe: patriam & patria. Agrigentuʒ: Siciliæ oppidum: unde sal agrigentinus: cui Solino teste longe alia est a cætero sale natura: ut igni impositus resoluatur: ut aquæ uel alteri liquori crepitet ueluti torreatur: cæterarum salinarum metalla quæq3 sunt: aut agri

## Quid in homine faciat uirtus & philosophia. Cap.CCLXXIX.

Est & illa uehemens & constans animi militia litteris pollens uenerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia: quæ ubi pectore recepta est hominum inhonesto atq; inutili effectu depulso rorum in solidæ uirtutis munimenti confirmat: potentiusq; metu ac dolore facit.

¶ Est & illa &c. Ab iis exemplis in quibus uiri summa generositate & nobilitate præditi: admirabilem aut ostenderunt aut ostendere parati erant: patientiam: cum præfatione transit ad philosophorum. i. sapientia & doctrina præstantium patientiam: transiturus etiam ad seruilem: unde dicit. Est &. i. etiam illa uehemens & constans militia animi: pollens. i. multum potens litteris: uidelicet philosophia antistes. i. præses: uenerabilium sacrorum doctrinæ: quæ. s. philosophia ubi. i. postq̃ recepta est pectore hominum confirmat sup. ipsum pectus hominum: totum in munimento. i. præsidio solidæ uirtutis: & facit ipsum potẽtius metu ac dolore. i. q̃ quod metuat ac doleat: & hoc affectu inhonesto. i. turpi ac inutili depulso. Cuius rei addit exemplum.

## De zenone Eleate. Cap.CCLXXX.

Incipiam autem a zenone Eleate: qui cum esset in dispicienda rerum natura maximæ prudentiæ: inq; excitandis ad uigorem iuuenum animis promptissimus præceptorum fidem exemplo uirtutis suæ publicauit: patriam enim egressus in qua frui secura libertate poterat: agrigentum miserabili seruitute obrutum petiit tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus ut sperauerit & tyranno & phalaridi uesanę mentis feritatem a se diripi posse. Postq̃ deinde apud illum plus consuetudinem dominationis quã consilii salubritatem ualere animaduertit nobilissimos eius ciuitatis

adolescentes cupiditate liberandę patrię inflammauit: cuius rei quum indicium ad tyrannum manasset: conuocato in forum populo torquere eum uario cruciatus genere cœpit: subinde quærens quosnam consilii participes haberet: at ille nec eorum quempiam nominauit: & proximum quemq; ac fidissimum tyranno suspectũ reddidit: increpitansq; Agrigentinis ignauiam ac timiditatem effecit ut subito mentis impulsu concitati Phalarim lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo impositi nõ supplex uox nec miserabilis eiulatus sed fortis cohortatio totius urbis animũ fortunamq; mutauit.

gentino: aut centuripino proximatina fun/guntur cautium ministerio: nam illic excul/puntur signa ad facies hominum uel deoꝝ. Tyrãno & phalaridi: i nomine ipso emphasim facit. quia phalaris omnium crudelissimus fuisse tradit: delectabatur semper crudelioribus tormentis. Cũ ingeniosus ille atheniensis faber nomine Perillus putans regi se maxime grati facturum: q crudelissimus esset: nouum & infandum tormenti genus excogitauit: & illi pariter ostẽdit: ut tauro æneo homines includerentur: & subiecto igne fistulis quibusdam spiritum emittentes mugiẽtis bouis uocem imitarentur: quod tamen ipse inuentor primus expertus est: teste Oui. li. iii. de tristibus: dicit enim: ut munus munere penses. Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & phalaris pœnæ mirande repertor. Ipse tuum presens imbue dixit opus Proximum quẽq3. hoc ideo fecit ut regi desperationem excuteret. s. nominatis pximis & fidelissimis eius: & se destitutum esse intelligeret. Increpitans. Hoc modo miror ignauiam uestram Agrigẽtini q pro his quæ tolero uos huic tyranno seruire decernitis. Ci. li. ii. Tuscu. quæstionum Proponatur inquit zeno eleates: qui perpessus omnia potius q̃ conscios delendæ tyrannidis indicaret.

¶ Incipiam autem. s. dare exempla solidæ patientiæ a philosophia profectæ: a Zenone Eleate: qui cum esset maximæ prudentiæ in natura rerum discipienda. i. scrutanda & disquirenda: & promptissimus in animis iuuenum excitandis ad uigorem. s. uirtutum: publicauit fidem. i. fidelitatẽ præceptorum. i. eorum quæ præcepit: exemplo uirtutis suæ. i. bonæ operationis quæ compendiosius & efficacius docet q̃ uox ulla: unde scriptum est. Cœpit Iesus facere & docere. Enim pro quia: ipse zeno egressus patriaʒ uidelicet Eleam unde Eleates dictus: in qua. s. patria poterat frui libertate secura. i. sine anxietate ulla: petiit Agrigentum oppidum Siciliæ: obrutum. i. oppressum miserabili seruitute: qa a phalaride tyranno sæuissimo: fretus tanta fiducia ingenii ac morum suorum. i. tantum confixus i igenio & moribus suis: ut sperauit feritatem. i. ferocitatem aut siluestritatem mẽtis uesanæ. i. prauæ & non sanæ: posse diripi. i. depelli celeriter a se. i. opera & monitione sua: & tyranno cum omnis tyrãnus uideatur incurabilis: & phalaridi. i. ei tyranno qui sæuissimus erat. Nam non continuo si quis tyrannum potuisset conuertere ad bonam mentem Phalaridem conuertisset. Deinde postq̃ ipse zeno animaduertit consuetudinem dominatio nis. i. tyrannidos: plus ualere (quia difficile est consueta relinquere) apud illum. s. phalaridem: q̃ salubritatem consilii: inflammauit nobilissimos adolescentes eius ciuitatis. s. Agrigentinæ: cupiditate liberandæ patriæ. s. a seruili te tyrannica p necem eius. Cuius rei. s. inflammationis illius indicium. i. indicatio & delatio: cum manasset. i. profluxisset ad tyrannũ: tyrannus conuocato populo. i. postq̃ uocauerat populum in forum: cœpit torquere eum. s. zenonem uario genere cruciatus: quærens. i. interrogans subinde. i. per interualla: quosnam haberet participes consilii. s. sui. Autem. i. sed: ille. s. zeno: nec nominauit quempiam eorum quos reuera participes habuerat: ac reddidit proximum quemq3 & fidissimum quemq3 tyranno: suspectum tyranno: & increpitans. i. cum increpatione exprobrans agrigentinis ignauiam actimiditatem: effecit ut ipsi concitati subito impulsu mentis: prosternerent. i. in terram sternerent phalarim. s. tyrannum lapidibus. i. obruendo cum arreptis lapidibus (Declinatur autem hic phalaris: huius phalaris uel phalaridis: sicut paris: unde iuxta regulaʒ Seruii quæ talia uult duntaxat in genitiuo & datiuo crescere: in actõ phalarim facit) Ergo non supplex uox: ne eiulatus miserabilis: sed fortis cohortatio unius senis. s. zenonis impositi eculeo. i. illi instrumento tortorio: mutauit animuʒ: quia prius seruire paratus erat: & fortunam: quia cæso tyranno ex seruis liberi facti sunt: totius urbis. i. ciuitatis Agrigentinæ.

## De alio philosopho zenone. Cap. CCLXXXI.

Eiusdem nominis philosophus quum a Clearcho tyranno de cuius nece consilium inierat torqueretur supplicii pariter atq; indicandorum gratia consciorum: doloris uictor: sed ultionis cupidus: esse dixit quod secreto audire eum admodum expediret: laxatoq; eculeo postq̃ insidiis oportunum tempus animaduertit: aurem eius morsu corripuit: nec ante dimisit q̃ & ipse uita: & ille corporis parte priuaretur.

¶ Eiusdem nominis: immo ut multi uolũt idem philosophus: sed nõ stat eundem fuisse secundum mentem authoris qui agrigenti & sparte passus fit: quocirca authorem sequentes licet ab eo alii dissentiant: dicamus sic. Philosophus eiusdem nominis: utpote zeno senior cum torqueretur. s. in

Eiusdem nominis philosophus. Diogenes laertius de uita philosophorum dissentit a ualerio: non ei duos fuisse zenones qui cruciati fuerint: sed unuʒ seniorem: nec duos tyrannos: sed unũ Clearchum cuius tormenta superauit: ego autem hunc errorem ide manasse crediderim: q & heraclides dicit q alii mordicus abscidisse aurem: ut Valerius: alii nasum ut Demetrius alii neutrum factum esse dicunt: inter quos Antistenes: sed linguam abscissam & dentibus contritam: in eius faciem expuisse. Alii unum hæc omnia fecisse & aurem siue nasum mordicus abscidisse: & cum omnino cõscios coniurationis proferre cogeretur: linguam dentibus conscissam in os tyrãni conspuisse: quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. & inde ortum ut hæc duo fuisse uiderentur: atq3 alterum pro altero positum: nam Valerius maximus.

cōstat zenonem stoicum ad nonagesimum ætatis annum peruenisse: semper integrum & incolumẽ & sine morbo: & ut refert Apolonius: cum abiret ex schola lapidem offendisse: digitum perfregisse ac manu terram ferientem dixisse: ex niobe uenio quid me uocas? & continuo se strangulantem interiisse. alii uero dicunt q̃ cum gingiuarum dolore laboraret consilio medicorum se a cibo duos dies continenter abstinuit: quo facto ita conualuit: ut medici eum quouis genere cibi uti permitterent: at hic q̃ se satis i uita fuisse diceret in ieiuniis p̃sistens in edia consumptus est. De Clearcho duce lacedæmonio loquitur li.ii. capitulo .ii. Laxato pro ipse laxatus ab equuleo.

TAlis patientiæ æmulus anaxarchus Anaxarchus diomedis smirnei ut quidam dicunt. ut alii uero Methodorichi auditor olympiade centesima & uigesima uiguit. hic etiam cum alexandro congressus ẽ. & de rerum natura apud eum acutissime disputans i eius familiaritatem se facile insinuauit habuit Nicocreontem cypri tyrannum acerrimum inimicum cuius odii principium inde ortum est. q̃ cum anaxarchum Alexander in conuiuio aliquando interrogasset quidnam de cœna illa sentiret: cũcta magnifice inquit o rex: uerum oportere iam satrapæ cuiusdam caput apponi nicocreontem semper intuens. quo ille indignatus post alexãdri mortem cum Anaxarchus

Vox anaxarchi

naui forte ueheretur diuinitusq; cypro apulisset ab illo captus crudelibus pœnis affectus est. nam eum tyrannus malleis ferreis cædi iussit. hinc illud celebre dictum geminasse dicit: tũde tũde anaxarchi sacculũ. nã Anaxarchum nihil teris: pro sacculo corpus intelligebat pro Anaxarcho ipsius animam interiorem. Cicero li. secundo tusculanarũ. De anaxarcho Demetrico cogitetur: qui cũ cypri in manus timocreontis regis incidisset nullum genus supplicii deprecatus est: nec recusauit: sunt qui dicunt hunc præcisam linguam in os tyranni conspuisse. Inuicem. Vicissim: quia sicut ille tormentis ita hic maledictis. Multorum aures. Deplorat quodammodo Anaxarchi fortunam. Attonitas habuerat Obstupefecerat. Terræ conditionem. Quomodo constituta sit. Ambitum maris. Quod terras ambit. Siderum motus. Quia alia sidera altum cursum habent. Totius deniq; mundi id est coeli: & græce dixit. nam κοσμος mundus & cœlum dicitur.

eculeo seu equuleo: a clearcho tyranno lacedæmonio: de cuius nece inierat. i. cœperat consilium torqueretur inquam pariter gratia supplicii. s. qd meruisse putabatur: & gratia conscietorum indicandorum: ipse uictor doloris: sed cupidus ultionis: dixit esse. s. sibi. i. se habere: quod expediret. i. utile esset: admodum. i. ualde: cũ. s. tyrannũ audire secrete. s. ut aurẽ: & eculeo in quo tensus erat: laxato. i. remisso & soluto: ut ipse liber caput ad aures tyranni admoueret: postq̃ animaduertit tempus sup. esse opportunum insidiis: corripuit morsu. s. dentium: aurem dicam auriculam tyranni: nec dimisit sup. eam: anteq̃ &. i. simul: ipse. s. phi. priuaretur uita: quia in eo facto expirauit: & ille. s. tyrannus priuaretur parte corporis: ut pote auricula potius q̃ aure.

De anaxarcho. Cap.CCLXXXII.

TAlis patientiæ æmulus Anaxarchus quum a tyranno cypriorum nicocreonte torqueretur nec ulla ui inhiberi posset quominus amarissimorum eum maledictorum uerberibus inuicem ipse torqueret: ad ultimum amputationem linguę minitanti: non erit inquit effeminate adolescens hæc quoq; ps corporis mei tuæ ditionis: protinusq; dentibus abscissã & commanducatam linguam in os eius ira patens expuit. Multorum autẽ aures illa lingua & in primis Alexandri regis admiratione sui attonitas habuerat: dum terræ conditionem: ambitum maris: syderum motus: totius deniq; mundi naturam prudentissime & facundissime exprõpsit: pœne tamen occidit gloriosius q̃ uiguit: quia tam forti fine illustrem professionis actum comprobauit. Anaxarchiq; non uitam modo deseruit: sed mortem reddidit clariorem.

¶ Talis patientiæ &c. Describit admirabilẽ patientiã & cõstãtiã i passione ipsius Anaxarchi philosophi. dicens. Anaxarchus philosophus. æmulus. i. imitator talis patiẽtiæ: s. zenonis proxie dicti quũ torqueretur a Nicocreonte tyrãno cypriorũ: nec posset ihiberi. i. inhibẽdo ipediri quo minus i. ut nõ ut ipse nõ torqueret eũ. s. tyrãnũ: inuicẽ. i. uicissim aut ecõtrario: uerberibus. i. flagellis aut ictibus maledictorũ amarissimorũ. cõuiciorũ. & maledictionũ seu execrationũ. nã alia nõ habebat uerbera: inqt minitanti. s. tyrãno ad ultimũ amputationẽ linguæ: o adolescens effœminate. i. mollis ut fœmina aut muliebria turpiter patiens aut ignaue more mulierũ agẽs: hæc quoq; pars corporis mei. i. lingua: non erit ditionis. i. potestatis tuæ: & expuit ,ptinus linguã sup. suã abscissam & cõmãducatã. i. masticatam dentibus in os eius. s. tyrãni patẽs. i. aptũ ira pp irã: ut fit. Autẽ p sed: illa ligua. s. quã sic expuit: habuerat aures multorũ & i primis Alexãdri. s. magni regis u; macedoniæ: attonitas. i. stupefactas admiratione sui: dũ ipsa lingua prõpsit. i. explicauit prudẽtissime & facũdissime cõditionẽ terræ. i. quõ terra esset cõdita: ãbitũ. i. circuitũ maris u; oceani: orbẽ fere terrarum circũdãtis motus syderũ: & deniq; ẽt totius mũdi. i. uniuersa deo creati. Tñ. i. tametsi sic mortuus est anaxarchus ipse occidit pene. i. quasi gloriosius q̃ uiguit. i. floruit in philos. dum uiueret: quia comprobauit tam forti fine illustrem. i. clarum actum professionis sci licet philosophiæ. i. ostendit se talem esse qualem quemlibet esse debere docuerat: & non modo deseruit uitam Anaxarchi sed reddidit mortem clariorem.

IN Theodoro quoq; uiro: Coniuratio in tyranni caput facta indicatur per Calonem quendam æqualẽ hieronymi etiam inde a puero i omnia familiaria iura assuetũ: index unum ex coniuratis

De Theodoro. Cap.CCLXXXIII.

IN Theodoro quoq; uiro grauissimo hieronymus tyrannus tortorum manus frustra fatiga

mit. Rupit. n. uerbera: fidiculas laxauit soluit eculeum: laminas extinxit priusquã efficeret ut tyrannicidii conscios indicaret. Quinetiam satellitem in quo totius dominationis summa quasi quodam cardine uersabatur: falsa criminatione inquinando: fidum lateri eius custodem eripuit. beneficioq; patientiæ non solum quę occulta fuerunt texit: sed etiam tormenta sua ultus est: quibus Hieronymus dum inimicũ cupide lacerat amicum temere perdidit.

¶ In theodoro quoq; &c. Ordo est. Hieronymus tyrannus siciliæ aut syracusarum: fatigauit quoq; frustra manus tortorum in Theodoro syracusano uiro grauissimo. Enim pro quia Hieronymus sup. per tortores: rupit. s. in corpus theodori: uerbera. i. flagella: laxauit. i. sic tetendit ut laxæ fierent fidiculas. i. chordas tortorias: soluit. i. dissoluit eculeum. i. instrumẽtum ligneum de quo qui torquebantur dependebant: extinxit. s. corpore theodori: laminas. s. ardentes: priusq; efficeret ut. s. theodorus: indicaret cõscios tyrannicidii. Quinetiam ipse theodorus inquinando. i. maculando: satellitem. s. hieronymi thrasonem nomine: in quo summa totius dominationis. i. tyrannidos: uartabatur quasi in quodam cardine. i. ut ianua in cardine uersatur: eripuit lateri eius fidum custodem: quia tyrannus credens uera locutum amicum fidelissimum necandum mandauit & ipse Theodorus non solum texit beneficio patientiæ ea. sup. quæ fuerunt occulta: sed etiam ultus est sua tormenta: quia tyranno grauissimum intulit damnum: unde addit quibus. s. tormentis dum hieronymus lacerat cupide inimicũ uid. licet Theodorum perdidit temere. i. per temerariam credulitatẽ; amicum scilicet Thrasonem.

De Indorum patientia. Cap. CCLXXXIIII.

Apud indos uero patientiæ mediatio tam obstinate usurpari creditur ut sint qui omne uitæ tempus nudi exigant modo caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes: modo flammis sine ullo gemitu obiicientes: atq; haud parua his gloria contemptu doloris acquiritur: titulusq; sapientiæ dat: Hęc e pectoribus altis & eruditis orta sunt.

¶ Apud indos &c. Recitat patientiam indorum (ut opinor gymnosophistarum) dicẽs. Vero pro sed: meditatio. i. exercitatio patientiæ: credit usurpari. i. in usum adduci apud Indos tam obstinate. i. pertinaciter: ut sint q exigant. i. transigant omne tempus uitæ nudi: durantes. i. dura facientes modo. i. interdum: corpora sua gelido rigore. i. frigidissima asperitate: caucasi montis: modo. i. interdum abiicientes corpora flammis sine ullo gemitu: Atq; haud parua gloria acquiritur his contemptu. i. per contemptum doloris: & titulus sapientiæ datur. Hæc. s. superius dicta de patientia philosophorum: orta sunt e pectoribus altis. i. profundæ prudentiæ aut magnanimis & eruditis.

Theodorum: a quo ipse nominatus erat: nominare potuit: qui comprehensus extemplo traditusq; Andronodoro torquendus de se ipso haud cunctanter fassus. conscios celabat. postremo cum omnibus intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus laceraretur uictum malis se simulans auertit a conscius in insontes indicium thrasonem etiam ac cæterẽ consilii mentitus: nec nisi tam potenti duce confisos rem tantam ausuros fuisse. nominabat autem eos quorum capita uilissima fingenti inter dolores gemitusq; occurrerunt. maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nomiatus fecit. itaq; extemplo traditur ad supplitium adiectiq; pœnæ cæteri sontes iuxta insontes: tum sociorum nemo dum conscius cõsilii diu torqueretur: aut latuit: aut fugit: tantum illis in uirtute ac fide Theodori fuit fiduciæ: tãtiq; ipsi Theodoro uirium ad archana occultanda. Fidiculas Neruos & chordas tortiles qbus tormenta dantur. est enim diminutiuum a fidis: Laminas. Scilicet ferreas Extinxit scilicet candentes & accensas. Satellitem Scilicet thrasonem quem licet Valerius nõ nominet Liuius tamẽ ita nomiatũ fuisse dicit. Theodoros. xx. fuisse lectum inter quos fuit hic syracusanus: quem etiam de re militari scripsisse legimus.

Apud indos uero patientiæ. Solinus de his ait Indi gimnosophistas hñt qui ab ortu usq; ad solis occasuz cõtentis oculis orbe candentissimi syderis contuentur. in globo ignis rimantes secreta quædam: harenisq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistunt Stra. lib. xy. de his multa: quæ quia longa nimis prætermittenda duxi. uerum illud ad hanc rem satis erit q Onesicritus scribit. se missum ab Alexandro: ut cum gymnosophistis loqueretur: q Alexander audiuisset eos nudos sedere & tolerantiam exercentes in honore maximo haberi ad hos uenisse & xy. homines inuenisse. xx. stadiis ab urbe alium in aliogestu uel stantem uel sedentẽ uel iacentẽ nudũ & usq; ad uesperam immotum. postea in urbem discedere: sed omnium difficillimum eẽ solem perpeti adeo calidum ut nemo alius nudis pedibus. s. in meridie per terram ire facile ferret: locutumq; cum uno eorum nomine Calano qui postea usq; in persiam Alexãdrum secutus est: nec illud prætermittenduz censeo q Aristobolus dicit uidisse se sophistas duos ex taxilis utrosq; Bragmanas: alterum seniorem tonsum alterum iuniorez comatum quos discipuli sequebantur: hos deinde ad Alexandri mensam assistentes cœnare: & patientiam docere: postea in locum quendam proximum secedẽtes: seniorem supinum & solem & himbres tolerare. iam enim pluebat uere incipiente. iuniorem uero in altero pede stantem lignũ tricubitale ambabus manibus sublatum sustentare: pede aut iam defesso rursum in alterum immutare atq; ita quotidie perseuerare: ex his continentiorem uisum fuisse iuniorem: qui cum aliq̃diu regem secutus fuisset: domum reuersus est & eo relicto iussit si quid uellet ad se ueniret. Alterum usq; ad extremum secutum & uestem & uitam apud regem immutasse. & cum a quibusdam increparetur respondisse. q ex exercitationis annos complesset quos promiserat Alexandrum filiis eius dona plurima dedisse: de his quoq; Pli. li. yi. natu. histo & Lucanus li. iii. mentionem facit. Cice. li. y. tusculanarum Valerius maximus.

quæstiorum inquit quæ & barbaria india uastior & agrestior: in ea tamen gente primum hi qui sapientes habentur nudi ætatem agunt & caucasi niues hyemalemq; uim perferunt: sine dolore: cumq; ad flammam se implicauerint sine gemitu aduruntur gymnosophistæ adeo sibi patientiam quasi propriam uendicant: ut uitam suam nudi semper ducant: unde et gymnosophistæ dicuntur quod nudi philosophentur ut supra diximus. Durantes Dura reddentes. Modo flammis sine. ge. Aut quia ut diximus harenis feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistunt. aut quia gymnosophistæ cum diu se satis uixisse arbitrarentur instructo rogo uiui comburi patiebantur. Legitur etiam de socrate: apud Aulum gelium li.ii. ca. i. quod stare solitus esset pertinaci statu perdius atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconiuens immobilis iisdem uestigiis & ore atq; oculis in eundem locum directis cogitabundus tanq̃ quodam secessu mentis atq; animi facto a corpore: temperantia quoq; fuisse eum tanta traditum est ut omnia uitæ suæ tempora ualitudine inoffensa uixerit.

Illud tamen seruus barbarus. Barbarus quidam Hasdrubalem ob irã interfecti sub eo domini palam obtruncat comprehensusq; a circunstantibus haud alio q̃ si euasisset uultu tormentis quoq; cum laceraretur eo fuit habitu oris. ut superante lætitia dolores ridentis etiam spẽm præbuerit Iustinus in fine suorum epitomatum ubi de laudibus hispaniæ loquitur. Sæpe tormentis inquit pro silentio rerum creditarum sunt mortui adeo illis fortior taciturnitatis cura q̃ uitæ. celebratur eadem etiã bello punico serui illius patientia. qua ultus domini necem inter tormenta risu exultauit serenaq; lætitia crudelitatem torquentium uicit Omni modo Omni genere supplicii Cõstantissime retinuit. Quia semper ridebat.

Non ergo fastidioso. Ergo inquit uirtus non fastidit queq̃ cuiuscunq; cõditionis sit ad se penetrare. Viuida. Feruida & uiuacia. nam segne contrariũ uiuido: unde & quasi sine igne dicitur. Cum aliquo personarum discrimine. Nõ facit uirtus sicuti personarum receptores q magnos & dignitate præstantes admittunt. humiles uero & abiectos reiiciunt. Malignum. Angustum ut sub luce maligna. Inq; captu: Tibi inquit curam reliquit: q̃tum ex ea capere uelis tantumq; tecum semper habeas q̃tũ tui animi magnitudo complexa fuerit: nec eius modi est uirtus: ut his se quidem totam præbeat: illis perexiguam partem concedat: sed æqualiter se omnibus exponit: nam si magni animi fueris ut ex ea te multum capere posse confidas: multum tibi ex se auferre permittit: quod si pusillanimis fueris parum ex ea consequeris: unde extat carmen. Nobilitas sine mente ruit sapientia uiles Eleuat. haud uirtus refugit quicunq; sequetur. Splendidã relatu. Non omnes libenter audiunt eos qui ex humili loco nati sunt ad summum dignitatis gradum euasisse: & ita non ex abrupto transitum facit ad sequens capitulum.

De quodam seruo. Cap. CCLXXXV.

Illud tamen non minus admirabile quod seruilis animus cepit. Seruus barbarus Asdrubalem quod dominum suum occidisset grauiter ferens subito aggressus interemit. Quumq; comprehensus omni modo cruciaretur lætitiam tamen quam ex uindicta ceperat in ore constantissime retinuit.

Illud tamen. Continuatur superiori: ut sit q̃uis superiora a sapientibus & ingenuis facta sunt: tamen illud. s. exemplum patientiæ: quod animus seruilis cepit. i. concepit non minus admirabile sup. est. Seruus barbarus ut pote punicus grauiter ferens quod sup. Asdrubal occidisset dominum suum: aggressus asdrubalem subito iteremit sup. eum. Quũq;. i. & quum. i. q̃uis ipse seruus comprehensus. i. captus cruciaretur omnimodo. i. omni genere cruciatus tamen. i. nihilominus retinuit in ore. i. uultu: lætitiam quam ceperat ex uindicta. s. quod ita dominum ultus fuerat.

Parasceue ad sequentem titulum.

Non ergo fastidioso aditu uirtus excitata ingenia uiuida ad se penetrare patitur: neq; haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum malignumue præbet: sed omnibus æqualiter exposita quid cupiditatis potius q̃ quid dignitatis attuleris æstimat: inq; captum bonorum suorum tibi ipsi põdus examinandum relinquit: ut quantum subire animo sustinueris: tantum tecum auferas: quo euenit ut & humili loco nati ad summam dignitatem consurgant: & generosissimarum imaginum fœtus in aliquod reuoluti dedecus acceptam a maioribus lucem in tenebras conuertant. Quæ quidem planiora suis exemplis reddentur: ac prius de iis ordiar: quorum in meliorem statum facta mutatio: splendidam relatu præbet materiã.

Non ergo &c. Occasione seruilis uirtutis docet uirtutem in omni mortalium conditione posse reperiri: faciens aptam parasceuẽ. i. præparationem sequentis tituli. Ordo est. Ergo quia in seruo quoq; reperta est uirtus patientiæ cum fortitudine animi: uirtus excitata. i. prouocata indignitate alicuius rei: unde peripatetici irã fortitudinis ministram censuerunt: non patitur ingenia uiuida. i. non torpẽtia sed uegeta penetrare ad se: aditu fastidioso. i. superbo & humilis conditionis contemptore neq; præbet haustum sui largum uel malignum. i. exiguum. i. non se infundit in homines parce aut abunde cum aliquo discrimine. i. differentia aut acceptione personarum. i. discretionum status: sed exposita. s. ad accipiendum: omnibus. i. cuiuscunq; conditionis fuerint: æqualiter æstimat. i. perpendit & reputat potius quid cupiditatis. i. affectionis & desyderii attuleris. s. ad eam obtinendam q̃ quid dignitatis & reliquit tibi ipsi. i. pro arbitrio tuo examinandum. i. discernendum & diiudicandum: pondus. i. magnitudinẽq;

ex ualorem in captu bonoꝝ suorum:ita ut tantum auferas tecum.i.de bonis uirtutis quātū sustinueris subire aio. Qr o.i. per quam rem euenit:ut & .i.etiam nati humili loco.i.in humilibus familiis:consurgant ad summam dignitatem & tortus.i.filii generosissimarum imaginum.i.clarissimorum patrum quorum imagines sunt reuoluti in aliquod dedecus: conuertant lucem acceptam a maioribus in tenebras. Quae quidem.s.discrimina filiorum aut succedentium redduntur planiora.i.faciliora ad cognoscendum:suis exemplis.i.si de eis adducantur exempla. Ac ordiar.i.incipiam dicere prius de his: quorum mutatio facta in meliorem statum praebet materiam splendidam relatu.i.ad referendum aut ut referatur: quia pulchrum est referre eos qui ex humili loco ad summam gloriam euaserunt.

De iis qui infimo loco nati clari euaserunt.

De Tullo hostilio. Cap.CCLXXXVI.

INcūabula.T. hostilii agreste tugurium cepit eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata ualidior aetas imperium romanum rexit & duplicauit: Senectus excellentissimis ornamentis decorata in excellentissimo maiestatis fastigio fulsit. Verum Tullus & si magni & admirabilis incrementi: domesticum tamen exemplum est.

INcunabula &c. Quomodo in superiore praefatus est affert primum exemplum eorum qui humili loco nati clari euaserūt idq; de Tullo hostilio rege Romanorum dicens. Tugurium agreste id est humilis casa in agro cepit incunabula id est primordia uitae Tulli hostilii tertii Romanorum regis: Adolescentia eiusdem fuit occupata in pecore pascendo id est pastoralis aetas ualidior & uirilis rexit imperium Romanum & duplicauit idest in duplum auxit ipsum Senectus.i.ultima aetas eius decorata excellentissimis ornamentis: fulsit in excellentissimo fastigio.i.culmine maiestatis. Verum tullus etsi.i.q̄q̄ est exemplum magni & admirabilis incrementi.i.eorum qui ex minimis maximi facti sunt tamen est exemplum domesticum.i. ex non alienigena ad imperium ro. acciti.

De his qui humili loco nati clari euaserunt.

Titulus.IIII.

INcunabula Tulli hostili. Cōstat tullum hostilium.iii.ro.regem humili loco natū in casa pastoris fuisse educatum. hunc Liui. dicit nepotem fuisse illius hostilii qui fortiter pugnans aduersus sabinos in lacum curtium lapsus est qui deinde locus hostilius dictus est. Dionysius plurimum dissentit a Val. principio li.iii. hunc ex genere honesto & opibus potentem fuisse ostendit. dicit.n. Numa pompilio mortuo factus iterum senatus reipu. dominus in eodem genere regiminis nec inuito populo permanendi censuit. constituitq; iterum ex senioribus in praefinitum quaedam dierum numerum praefuturos ubi interreges a quibus deinde is quē populus omnis praetulit Tullus hostilius rex dictus est: eius autem genus hoc fuit: ex urbe Medullia quam ab albanis conditam romu. foedere suscipiens. ro. coloniam fecerat uir quidam est generosus & opibus pollens hostilius nomine roma cōmigrans uxorem duxit ex genere sabinorum Seruilii filiam eam ipsam quae gētil us suis foeminis bello Sabino consuluerat legationē suscipiendam pro uiris ad patres quaeq; etiam ussa erat conciliandorum ducum causa fuisse praecipua: hic igitur uir multis in bellis sub romulo militans claris editis facinoribus bello sabino interiit: filium relinquens unicum: sepeliturq; a regibus in optimo fori loco: uirtutem eius testantis tituli praescriptione dignatus: ex hoc autem filio uiro facto & illustrem ducente foeminam Tullus hostilius est genitus. uir promptus & alacer qui rex deinde creatus est cum suffragiis ciuilibus de eo satis ex lege: tum uero Numae secundis auguriis firmante quae populo usa erant: & Imperium romanum. Quia eius auus se bello sabino fortiter gessit: rex romae creatus est. Duplicauit. Quia omnem populum albanum roma traduxit euersis moenibus & solo prostratis haec causa fuit q̄ bello fidenati infidi fuerunt po.ro. In altissimo maiestatis fastigio. Quia iam senex animum religionibus adiecit. quo ante nihil minus ad regnum pertinere putauerat.

De Tarquinio prisco. Cap.CCLXXXVII.

TArquinium autem priscū ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram aduexit: alienum: q̄ exactum alieniorē q̄ ortum corintho: fastidiendum: q̄ mercatore genitum erubescēdum. q̄ etiam exule demarato natum patre: Ceterum tam prosperum cōditiōis suae euentum industrium pro inuidioso: gloriosum pro inuiso reddidit. dilatauit enim fines Romani populi: cultum deorum nouis sacerdotiis auxit: numerum senatus amplificauit: equestrem ordinem uberiorem reliquit: quodq; laudum eius consumatio est praeclaris uirtutibus effecit: ne haec ciuitas poenitētiam ageret: q̄ regem de finitimis potius mutuata esset: q̄ de suis elegisset.

TArquinium autem. Hic est tarquinius priscus. a quo superbus deinde natus est. Exactum. Ciuitate eiectū nam exigere inter alia significata & expellere significat unde Terentius: spectandae an exigendae sint fabulae. huius autem expulsionis causa fuit. q̄ pater tyrānidem cupili fugiebat. Exactum. Dionysius li.iii. Non exactum sed sponte discessisse dicit. cum multarum ex mercatura pecuniarum dominus factus esset: nam occupante inquit corinthum seditione & instante brachiadis cypselli tyrannide cum haud tutum uideretur sub tyrānide uiuere: hominem praesertim multa possidentem. eumq; ex familia factionis optimatum: compositis rebus suis quascunq; erat fieri possibile corintho soluens profectus ē: habēsq; amicos multos ex hetruscis & bonos propter continua cōmercia. maximeq; tarquiniis urbe magna aliquando & felici

¶ Metellus autem Numidicus excepit quoq; propter consimile genus perseuerantiæ procellam. i. commitionem indignã maiestate ac moribus suis Cum enim animaduerteret quo cõatus funesti. i. scelerati & perniciosi: Saturnini tribuni plæbis tenderent: & sup. cum quanto malo. i. incommodo reip. essent erupturi: si non occurreretur his scilicet conatibus eius: maluit ire in exilium q̃ in legem eius id est quã consentire legi eius. Potest aliquis dici constantior hoc uiro: qui ne pelleretur sup. a sententia sua sustinuit idest passus est se carere patria in qua obtinebat summum gradum dignitatis? q. d. minime dici potest eo constantior quicunq; is sit unde addit.

Metellus autem numidicus propter. Flaccus apuleius inquit Saturninus gracchanas asserere leges non destitit: tantum animorum uiro Marius dabat qui nobilitati semper inimicus cõsulatu suo præterea confisus occiso palam comitijs Auio competitore tribunatus subrogare conatus ẽ in eius locum. C. gracchum hominem sine tribu sine nomine: sed subito titulo in familiã ipse se adoptabat. cum tot tantisq; ludibrijs exultaret impune rogandis gracchorum legibus ita uehementer incubuit: ut senatum quoq; cogeret in uerba iurare. cum abnuentibus aqua & igni interdicturum se minaretur unus tamen extitit qui mallet exiliũ. hic autem fuit Metellus numidicus. quia sequitur post metelli fugam omni nobilitate perculsa & cætera. Metellus autẽ numidicus. De hoc uiro plinius de uiris illustribus. Qu. inquit Cecilius Metellus numidicus qui de iugurtha rege triumphauit Censor eum: qui se tiberij gracchi filium mentiebatur incẽsum nõ recepit. Idem in legem apuliam per uim latã iurare noluit: quare i exilium actus smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus cum ludis forte litteras in theatro accepisset de reuocatione. nõ prius eas legere dignatus est q̃ spectaculum finiretur. Metellum sororis suæ uirum laudare noluit. q. is solum iudicium cõtra leges detractaret. Abbreuiator. T. Liuij cum legem inquit agrariam per uim tulisset saturninus metello numidico eo q. in eam minime iurasset: diem dixit. quia bonis ciuibus defẽderetur. ne causa malorum certaminum esset in uoluntarium exilium rhodiũ profectus est. ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat. Procellam: impetum auxilii. Occurreret. resisteret. Quo erupturi essent in auxilium. Ad quantam reip. perniciem euasuri essent.

De.Q.Scæuola. Cap.CCCXXXVI.

Cæterum ut neminem ei prætulerim ita. Q. Scę

Cæterum: ut neminem ei prætulerim ita. Qu. Scæuolam augurem. Nõ ausim inquit uirum quempiam i hoc uirtutis genere Metello præponere. possum

uolam. augurem merito comparauerim: depulsis pstra tisq; inimicorum partibus: Sylla occupata urbe senatum armatus coegerat: ac summa cupiditate ferebatur: ut. C. Marius q̄ celerrime hostis iudicaretur. cuius uoluntati nullis obuiam ire audentibus solus Scæuola. interrogatus de hac re sententiam dicere noluit: quin etiam truculentius sibi minitanti Syllæ: licet inquit mihi agmina militum quibus curiam circunsedisti ostentes: licet mortem identidem miniteris: nunq̄ tamē efficies ut propter exiguum senilemq; sanguinem meum marium a quo urbs & Italia conseruata est hostem iudicem.

autem Qu. Scæuolam iure comparare. qui nihilo inferius constantiæ documentum dedisse uidetur. deuictis enim marianis partibus cum Sylla ut sæpe dictum est remp. occupasset conuocato senatu uoluit ut marius hostis patriæ iudicaretur iussitq; sententiam dicere senatoribus cum alii metu alii uoluntate sententiam comprobassent. solus Scæuola inuentus est qui constans & intrepidus nulla ratione cogi potuerit: iniquam proferre sententiam. Truculentius: sæuius. Identidem: frequenter. Vrbs & Italia. Quia theutones cimbros & gallos deuicerat.

¶ Cæterum. i. sed ut. s. quemadmodum neminem prætulerim ei: ita comparauero sup. ei tanq̄ non inferiorem: merito. i. ob meritum eius Quintum Scæuolam Augurem. Nam sup. partibus inimicorum. s. syllæ depulsis & prostratis: Sylla occupata urbe. i. qui occupauerat urbem: coegerat. i. congregauerat armatus. i. ui: sinatum: ac ferebatur summa cupiditate: ut Caius Marius iudicaretur hostis. s. patriæ q̄ celerrime. Cuius uoluntati nullis audentibus ire obuiam. i. resistere: solus Scæuola interrogatus de hac re: noluit dicere sententiam: quinetiam iquit syllæ minitanti sibi. s. scæuolæ truculentius. i. multum truculentæ: licet ostentes mihi agmina militum quibus circunsedisti curiā: & licet miniteris mihi identidem mortem: tamen nunq̄ efficies ut propter exiguum & senilem sanguinem meum idest propter conseruationem uitæ quæ non potest diu durare: ego iudicem Marium a quo urbs & italia est conseruata: hostem scilicet patriæ. Ascen.

## De sempronia. Cap. CCCXXXVII.

Quid fœminæ cum concione? Si patrius mos seruetur nihil: sed ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est: priscæ consuetudinis auctoritas conuellitur: plusq; ualet quod uiolentia cogit q̄ quod suadet & præcipit uerecundia. Itaq; te Sempronia tyberii &. C. Grachorum soror uxor Scipionis Aemyliani non ut absurde grauissimis uirorum operibus inserens maligna relatione comprehendā sed quia a tribuno pl. producta ad populum in maxima confusione nihil a tuorum amplitudine degenerasti: honorata memoria prosequar. Coacta es eo loci consistere ubi principum ciuitatis perturbari frons solebat: instabat tibi toruo uultu minas profundens amplissima potestas cum clamor imperitæ multitudinis obstreperet totum forum: & acerrimo studio nitebaē: ut Equitio cui Semproniæ gentis falsum ius quærebatur tanq̄ filio Tiberii fratris tui osculum dares: tu tamen illum nescio quibus tenebris protractum ut portentum execrabili audacia ad usurpandam alienam propinquitatem tendentem repulisti.

QVID fœminæ. s. negocii habēt cuz conciōe. Si patrius mos seruetur nihil: nam fœmina pudica in conuentum hominum prodire non debet ex consuetudine maiorum fluctibus: motibus & perturbationibus sic & Cice. pro milone populi seditioni comparat tempestatem equidē certas tempestates & procellas in illis dūtaxat Fluctibus concionum & cætera. Contra uero Virgilius tempestati comparat populum Ac ueluti in populo magno: cum sæpe orta est Seditio. & cædes. Sed ubi pudor quidez & reuerentia Sexus non patitur multitudinem uirorum prodire ex consuetudine maiorum: nisi necessitate cogatur: sed si cogitur: prisca consuetudo tollitur & uiolētiæ pudor parere compellitur. Itaq; te sempronia. L. Apuleius tribunus pleb. subornauerat Equitium quendam ignobilem utpote libertinæ sortis hominem ut se filium. T. Gracchi diceret. Sempronia in forum adducta. ut rem hanc falsam testaretur nulla ui impelli potuit. ut dedecus familiæ suæ cognosceretur Perturbari frons solebat. Nemo erat tam summus in ciuitate princeps: qui si de eo ad populum ageretur: reus productus non uultu pallore perfunderetur: & de salute sollicitus esset. Absurde. Inconuenienter & indigne. Amplissima potestas. s. tribunitia. Obstreperet: clamaret: resonaret. nam plebs more suo tumultuabatur.

¶ Quid fœminæ &c. Recitat constantiam Semproniæ quæ in concionem perducta ut osculo attestaretur quendā ignobilem (ut authore tribuno plæbis sese asserebat) esse filium Tyberii gracchi: nullis minis ad mendacii attestationem induci potuit. Ordo est. Quid fœminæ sup. habent negocii cum concione: aut potius in singulari sic. Quid sup. negocii isti fœminæ cum concione. i. cœtu hominum conuocatorum ad audiendum de iis quæ remp. concernūt? Respondet. Si mos patrius. i. a patribus institutus aut in patria diu obseruatus: seruetur: nihil sup. est negocii fœminæ cum concione. Sed ubi i. postq̄: quies domestica. i. ciuilis: est agitata fluctibus seditionum. i. postq̄ ciues qui prius domi quiete uiuere solebāt: cœperunt seditiones excitare: authoritas priscæ. i. antiquæ consuetudinis: conuellitur. s. a sede sua. i. dissipatur: & tunc plus Ascen.

uilet id quod uiolentia cogit: id quod uerecundia suadet & praecipit. Itaq3.i.& ita: quia tu non sponte tua concionem descendisti: o Sempronia: soror Tyberii & Caii Gracchorum: & uxor scipionis Aemyliani: ego non comprachendã te maligna.s.detractoria relatione: ut.i.ueluti inferens (forte legatur rectius inferentem) te absuroe: quia contra secrem patrii: grauissimis operibus uirorum: quale est in concione constanter uerum tueri.sed quia tu producta a tribuno plaebis.s.Lucio Apuleio ad populum in maxima confusione: scilicet populi: qui commotus stabat expectans attestationem tuam tu nihil degenerasti ab amplitudine tuorum.s.necessariorum & maiorum: ideo sup.prosequar te: memoria honorata id ẽ honorifica. Tu enim coacta es consistere.i.cum multis stare: eo loci.i.in eo loco: uidelicet in publica concione: ubi frons principum ciuitatis solet perturbari: quando scilicet illis dies ad populum dicta fuerit: potestas amplissima uidelicet tribunitia instabat tibi profundens toruo uultu minas: cum.i.quando: clamor multitudinis imperitae obstreperet.i.strepitu oppleret totum forum: & nitebatur acerrimo studio.i.conatu: ut dares Equitio.s.adolescenti ignobili: cui quaerebatur.s.a tribuno plebis & a populo male persuaso: falsum: quia fictum & non uerum ius gentis Semproniae.i.ut haeres declararetur Tyberii gracchi qui de gente sempronia erat: dares in quam equitio osculum tanq̃ filio tyberii fratris tui: tamen i.licet tot te urgerent: tu repulisti illum.s.Equitium protractum.i.procreatum: nescio quibus tenebris.i.obscuris parentibus: tendentem ut portentum idest tanquã monstrum: audacia execrabili: ad usurpandam propinquitatem alienam.

NOn indignabuntur: De inferiorum hominum constantia dicturus Valerius: praefationem quandam praemittit: qua ostendit nõ debere nobilioribus uiris molestum esse neq3 idignum uideri humiliorum hominum sibi exempla subiungi: q quemadmodum ab his clarorum uirorum amplitudo ueneretur: sic a claris uiris humilitatis uirtus si qua fuerit magis est omni fauore prosequenda: quo se tollere possit: q̃ illa malignitate spernenda qua ueluti demersa perpetuo iaceat. Nouitas: noui homines qui nulla maiorum suoru3 imagine clari suã sibi nobilitatem uirtute comparant.

## De centurionibus. Cap.CCCXXXVIII.

NOn indignabuntur lumina nostrae urbis: si inter eorum eximium fulgorem centurionum quoq3 uirtus spectandam se obtulerit: nam ut humilitas amplitudinem uenerari debet: ita a nobilitate fouenda magis q̃ spernenda bonae indolis nouitas ẽ.

¶ Non indignabuntur. Transiens ad minus clarorum uirorum constantiam memorandam per modum praefationis concedit dicenda dicẽs hoc ordine. Lumina.i.primores nostrae urbis: nõ indignabuntur.i.non aegre ferent si inter eximium fulgorem eorum: uirtus quoq3 centurionum qui inferiores sunt: obtulerit se spectandam.s.ex relatione authoris: nam ut humilitas.i.humilis conditionis homo debet uenerari amplitudinẽ.i.amplae conditionis & nobilitatis uiros: ita nouitas bonae indolis: est magis fouenda q̃ spernenda sup.a nobilitate.i.nobilibus. Opponuntur autem noui & nobiles. Nam noui sunt ignobiles ut qui primi suorum magistratu3 gerunt aut gesserunt. Nobiles autem multorum magistratuum gestorum notitia clari.

## De Pontio centurione. Cap.CCCXXXIX.

IN abigi debet Pontius ab horum exemplorũ contextu? Qui pro caesaris partibus excubans Scipionis praesidio interceptus: cum uno modo salus ei daretur: si se futurum Cn. pompeii generi ipsius militem affirmasset: ita respondere non dubitauit: Tibi quidem Scipio gratias ago: sed mihi uti ista conditione uitae non est opus.

¶ An Pontius.s.centurio debet abigi.i.repelli ab contextu horum exemplorum: q.d.minime. Qui.s.pontius excubans.i.uigilanter agens pro partibus Caesaris scilicet Iulii: interceptus sup.a praesidio scipionis: cum salus daretur.i.offerretur ei uno modo.i.tantum una conditione: si affirmasset se futurum militem Cnei pompeii generi ipsius.i.Scipionis: non dubitauit.i.non est ueritus respondere ita.i.in hunc modum: o Scipio ago quidem tibi gratias: sed non est opus.i.expediens mihi uti ista.s.tam uili qa mutata fide: conditione uitae.

AN abigi debet pontius ab horũ exẽplorũ. Hoc sine dubio fuit ciuili bello quod in aphrica gestum est post põpeii casum: nam capta forte triremi una caesariana: quae cõmeatum ex Sicilia aduehebat: ueterani quidam milites cum centurione uno ad scipionem deducti sunt: quos ita Scipio dicitur allocutus: non sponte uestra certe scio: sed illius scelerati uestri imperatoris impulsu & imperio coactos ciues & optimum quemq3 nefariae consectari: quos quoniam fortuna in nostram detulit potestatem: si id quod facere debetis rempublicam cum optimo quoq3 defenditis: certum ẽ nobis uitam & pecuniam donare: quapropter quid sentiatis proloquimini. tum centurio. pro tuo inquit summo beneficio Scipio gratias ago. nõ enim te imperatorem appello: quod mihi uitam incolumitatemq3 belli iure capto polliceris & forsan isto uterer beneficio: si non ei summum scelus adiungeretur: ego ne contra caesarem imperatorem meũ apud quem ordinem duxi eiusq3 exercitum pro cuius dignitate uictoriaq3 amplius.xxxvi.annis depugnaui aduersus armatusq3 consistam: neq3 ego id facturus sum: & te magnopere ut negocio desistas adhortor: contra cuius enim copias contendas si minus antea expertus es: licet nunc cognoscas: elige ex tuis cohortem unam quã putas esse firmissimam: & constitue contra me: ego ex meis commilitonibus quos nunc in tua tenes potestate non ãplius decimam sumam. tunc ex uirtute nostra intelliges quid ex tuis copiis sperare debeas: tunc Scipio irritatus omnes interfici iussit. Si se futurum Cn.pomp.generi ipsius militem affirmasset. Discrepat hoc loco Valerius a caesaris commentariis nã post pompeii mortem hoc factum fuisse: ex ipsius cõmentariis colligitur nisi alter forte centurio alio tempore Scipio

nis præsidio interceptus ad eum fuisset deductus: quod nusq̄ me legisse memini: nam quod nonnulli dicunt hoc fuisse apud alchmeonem fluuium qui macedoniam diuidit a thessalia cum scipio ad pompeium properaret: ut expeditus iter faceret. M. Fauonium cum octo cohortibus ad alchmeonem fluuium in præsidio collocauit: & quod pontius certior factus de aduentu scipionis fuerit interceptus totum falsum teste ipso cæsare qui ostendit nullum illi fuisse pontium: sed Cassium non interceptum. sed aduentu domitii liberatum. quare centurionem: quem supra diximus pontium nominatū fuisse crediderim.

## De Meuio Centurione. Cap. CCCXL.

Sine ullis imaginibus: nobilem animū & idē constantiæ propositum secutus. C. Meuius cē turio diui Augusti: cum antoniano bello sæpenumero excellentes pugnas edidisset: improuisis hostium insidiis circumuentus: & ad Antonium alexandriam perductus. interrogatusq; quidnam de eo statui deberet iugulari me inquit iube: quia nō salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possum: ut aut cæsaris miles desinam: aut tuus esse incipiam. Cæterum quo constantius uitam contempsit eo facilius impetrauit. Antonius enim uirtuti eius incolumitatem tribuit.

Sine ullis. & idem cōstantiæ hoc fuit bello ciuili quod inter augu. & Anto. gestū est ubi Meuius hic: de quo loquitur cum multa & præclara facinora edidisset: tandem periculis temere nimis expositus ab antonianis militibus interceptus ē & ad imperatorem Antonium deductus quem cum interrogasset: quid nam de se constituē dum esse uideretur: constanter respondit occidi iube: quia nulla ratione adduci possum: ut a cæsare ad te ipse deficiam: Qua constā tia uitam quam contemnebat facilius ab Antonio consecutus est. Alexandriam. Vbi cum cleopatra uiuebat.

Sic ullis &c. Valla hoc legit q̄si subaudiatur o. s3 suppriatˀ ut mior sit uis exclamatōis & ita dēbet addi supiori exēplo ut sit o nobilē aīu3 sine ullis imaginib⁹. i. stēmatis maiorū. Et secūdū hanc lectionem principium alterius narrationis esset. Idem cōstantiæ: quo modo non esset legendum: & idem: sed dūtaxat idem: aliis autem quibus minus accedo: placet ut sit ordo. Caius meuius centurio diui Augusti: secutus animum. s. pontii nobilem sine ullis imaginibus. s. maiorum: & idem propositum cōstātiæ cum. i. postq̄: edidisset sup. in bello Antoniano. i. gesto contra Antonium triumuirum: sæpenumero pugnas excellentes: circumuentus. i. interceptus: insidiis hostium improuisis. i. quas non præuiderat: & perductus Alexādriam. i. urbem ægypti: ad Antonium qui illic cum cleopatra agebat: & interrogatus. s. ab Antonio. quidnam deberet statui de eo: inquit o antoni iube me iugulari: quia non possum adduci. s. ad assentiendum beneficio salutis. i. etiam si mihi salutem promiseris: nec supplicio mortis. i. licet mortem miniteris ut aut desinam esse miles Cæsaris. s. augusti: aut incipiam esse tuus. Cæterum. i. sed quo. i. quanto constantius Meuius sup. contēpsit uitam: eo. i. tanto facilius impetrauit uitam. Antonius enim tribuit incolumitatem. i. salutem uirtuti. i. propter uirtutem eius ipsi. Ascen.

## Externa de Blasio Salapino. Cap. CCCXLI.

Complura huiusce notæ romana exempla supe rant. sed satietas modo uitanda est: itaq; stilum meum ad externa iam delabi permittam quorum principatum teneat Blasius cuius constantia nil pertinacius. Salapiam enim patriam suam præsidio punico occupatam romanis cupiens restituere Dasium acerrimo studio secum in administratione reip. dissidē tem: & alioqui toto animo hannibalis amicitiæ uacantem: sine quo propositum consilium peragi non poterat ad idem aggrediendum opus maiore cupiditate q̄ spe certiore tentare ausus est: qui protinus sermonem eius adiectis quæ & ipsum commendatiorem: & inimicum inuisiorem factura uidebātur: Hannibali rettulit: ita quo adesse iussi sunt: ut alter crimen probaret: alter defenderet. Cæterum quum res pro tribūali gereretur & illi quæstioni omnium oculi essent intenti: dum aliud forte citerioris curæ negocium tractatur Blasius uultu dissimulāte: ac uoce summissa monere Dasium cœpit: ut romano

Complura huiusce. Ad externa transiturus præfatur quodammodo: ac dicit alia multa seruatæ constantiæ domestica exempla superesse memoratu digna: quæ consulto præterire & ad externa transire uoluit. ne unius rei longæ narrationis fastidiosa copia satietatem legentibus ingeneraret. Notæ: id est huius memoriæ: & notandum est in bonam partem accipi plærūq3 notam. est enim peccatum dedecus macula: est etiam nota rei alicuius memoria: ac signū & figura rem aliquam denotans. Quorum prin. Salapiæ principes erant Dasius & Blasius: dasius Hannibalis amicus: Blasius q̄tū ex tuto poterat rem romanam fouebat: & p occultos nuncios spem proditionis fecerat marcello. sed sine adiutore dasio res transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus: & tū quoq3 magis inopia consilii potioris q̄ spe effectus dasiu3 appellabat: at ille ab re auersus: tum æmulo potenti inimicus rem hannibali aperit. Accersito utroq3 hannibal cum pro tribunali quædam ageret mox de blasio cogniturus: staretq3 summoto populo accusator. & reus blasius de proditione dasiū appellabat: enimuero ille uelut imanē re3 stare exclamat sub oculis hannibalis secum de ꝓditione agi: hannibali atq3 eis qui aderant

quo audacior res erat minus uerisimilis uisa est aemulationem profecto atq3 odium esse & id crimen afferri: quod quia testem habe te non possit liberius fingatur ita inde dimis si sunt. nec blasius ante destitit tum audaci i cepto q̄ idem obtundendo docendoq3 q̄ ea res ipsi patriaeq3 salutaris esset peruicit ut p̄ sidium.n.hi autem numidae erāt: Salpiaq3 tra deretur marcello: nec sine caede multa tradi potuit: quia longe fortissimi equitum ex to to punico exercitu erantitaq3 q̄ q̄ improuisa res fuit nec usus equorum in urbe erat.tamē armis inter tumultum captis: & eruptionem tentauerunt & cum euadere nequirent pu gnantes ad ultimum occubuerunt: nec plus q̄ quinquaginta ex his i potestatem Roma norum uiui uenerūt: plus aliq̄to damni haec ala equitum amissa hānibali q̄ Salapia fuit nec deinde unq̄ poenus quo longe plurimu3 ualuerat superior equitatu fuit. Diss.dentem dissentientem: quia blasius cum romāis. Da sius cum hannibale sentiebat. Adiectis: quae & ipsum commendatiorem. Quia quaedam inferebat quae ipsum beniuolum hannibali redderent. Citerioris curae: propiquioris qd celeriorem curam desideraret. Vultu dissimu lante: ne ab aliquo percipi posset ipsum cum Dasio loqui. Incredibile. Vtpote etiam in cō spectu ducis & quo res audaciae plus habe re uidebatur eo minus fidei habebat.

rum potius q̄ Carthaginensium partes foueret: enimue/ ro tunc ille proclamauit: se in conspectu ducis aduersus eum sollicitari: quod quia incredibile existimabatur & ad unius tātum aures penetrauerat: & iactabatur ab ini mico ueritas fide caruit: sed non post multo Blasii mira cōstantia Dasiū ad se traxit: Marcelloq3 & Salapiam & quingentos milites numidas qui in ea custodiae causa erant tradidit.

¶Complura. Transit ad externa: nō q̄ desint Romana sed ut uaria ma gis oblectent. unde dicit. Complura exempla romana huiusce notae idest eiusdem ualoris in constantia: sicut nummi eiusdem aeris. ponderis & no tae.i. monetae eiusdem sunt ualoris: sed satietas est uitanda modo.i. mensu ra. Quicquid enim ultra modum capimus nos satiat & in nobis nauseam parit in terris. Itaq3.i. & ita permittam stilum meū dilabi ad externa sup. exempla quorum principatum.i. primum & principem locum Blasius sci licet Salapinus teneat: Cuius constantia nil sup. est pertinacius.i. perseue rantius: Enim pro quia: ipse cupiens restituere romanis Salapiam patria3 suam: occupatam praesidio punico: ausus est tentare.i. sollicitare ad idem opus.i. ad restitutionem communis patriae maiore cupiditate q̄ spe certio re.i. cupiditate quae plus habuit uehementiae aut magnitudinis: q̄ spes habuit certitudinis: quia ausus est tractare dasium dissidentem.i. dissen tientem secum acerrimo studio in administratione reip. & alioqui.i. praeter illud dissidium aut illam dissensionem: uacantem.i. operam dantem & se exponentem toto animo: amicitiae hannibalis: sine quo consilium propo situm non poterat peragi: quia uterq3 praesidio praeerat: aut claues porta rum neuter omnis habebat. Qui.s. dasius retulit protinus hannibali ser/ monem eius.s. Blasii: adiectis.i. additis sup. iis quae uidebantur factura: &.i. simul ipsum.s. dasium: commendatiorem id est chariorem & acceptiorem hannibali: & inimicum.s. Blasium inuisiorem.i. magis inuisum. A quo.s. hānibale iussi sunt s. ambo: adesse.i. comparere ut alter.s. dasius probaret crimen: alter.s. Blasius defenderet.i. purgaret aut repelleret. Caete rum.i. sed: cum res gereretur pro tribunali.i. ante tribunal: & oculi omnium eēnt intenti illi quaestioni.i. inquisitioni de cri mine proditionis: dum forte aliud negocium curae citerioris.i. interioris & magis urgentis: tractatur.s. ab hannibale Bla sium coepit monere dasium: uultu dissimulante.i. occultante quid ageret: & uoce summissa: ne praeter eum quisq̄ audiret: ut foueret potius partes romanorum q̄ carthagineñ. Enimuero.i. certe tunc ille.s. dasius proclamauit se sollicitari.s. a Bla sio: in conspectu ducis.s. Annibalis. aduersus illum.s. ducem: quia ut foueret Romanorum partes. Quod quia existimaba tur incredibile & penetrauerat tantum ad aures unius.s. dasii: & iactabatur.i. iactanter deferebatur ab inimico: ueritas.i. licet uera esset delatio: tamen caruit fide.i. credulitate. Sed mira constantia blasii traxit non multo post dasium ad se.i. in sententiam suam: & tradidit.s. consentiente dasio: marcello duci romanorum: &.i. simul: salapiam.s. urbem patriam suam & quingentos milites Numidas: qui erant in ea.s. urbe: causa custodiae.i. praesidii & defensionis a Romanis.

## De Phocione. Cap.CCCXLI.

PHocion uero quum athenieñ. rem aliter quā ipse suaserat prospere administrassent adeo p seuerans constantiae suae propugnator extitit: ut in concione laetari quidem se successu eorum: sed cō silium tamen suum aliquāto melius fuisse diceret. Non .n. damnauit quod recte uiderat: quia quod alius male consuluerat bene gesserant: felicius illud existimans hoc sapientius. plerunq3 enim temeritatem casus iuuat: ubi paruo consilio propius aspirat & quo uehementius no/ ceat desperatius prodest: placidi sane & misericordes & liberales omniq3 suauitate temperati mores phocionis: quos optime profecto consensus omnium bonitatis co

PHocion uero. cum derculus quida3 admonebat athenieñ: ut cauerent ab insidiis nicanoris qui profectus erat cassandri. qui occulte bellum pararet pi reumq3 portum ne interciperet periculū eē. phocion autem populo audiente magna uo ce dixit nullum istare periculum & nihil p̄r sus timendum esse consulebatq3 magis ami citiam cum cassandro q̄ bellum suscipiendū capto deinde pyrreo nec ad recuperandum armati: nec armatis preesse uoluit. nam fa/ ctio optimatum in qua & phocion erat cu3 cassandro sentiebat: populares polypercōti fauebant: sed postq̄ suscepto bello pulsus est Cassander polyperconte duce phocionis cō silium minus probabile uisum fuit: tum pho cion in concione atheniensium fortunae gra tulatus est: & de prospero euentu laetatus: at uero consilium suum aliquanto sanius fuisse affirmauit: magnam quidem constantiam ui

gnomine decorandos censuit Itaq; constantia:quæ natu
ra rigidior uidetur:lenis e mansucto eius pectore fluxit.

¶ Phocion uero &c.Ordo est.Vero pro sed : phocion cum athenienses
administrassent rem.s.militarem:prospere:sed aliter q̃ ipse suaserat: exti/
tit adeo perseuerans propugnator.i.protector:suæ constantiæ.i. perseue
rantiæ in sententia:ut diceret in concione.i.ut dicunt in congregatione &
in coetu hominum:se quidem lætari successu eorum.i.eo q͡ prospere suc
cessit:sed tamen consilium suum fuisse melius aliquanto: & ita si ipsum se
cuti fuissent adhuc melius successisset.Non enim damnauit.i.reprobauit
sup.id quod ipse uiderat recte:quia.i.propterea q͡ athenień.bene gesse/
rant:id quod alius male consuluerat.Existimans.i.iudicans illud.s. quod
fecerant ex malo cõsilio alterius:felicius sup.euenisse:hoc.s.quod ipse cõ
suluerat:sapientius sup.consultum esse unde noluit rem iudicari ab euen
tu:sicut nec Sappho Ouidiana dicens ex opinione uulgi.Exitus acta ꝓ
bat:& addens ex sententia sua:careat successibus opto:Quisquis ab euẽ
tu facta notanda putat.Vnde author noster.Casus enim iuuat plærunq;
temeritatem( non quia ut philosophus docet:quanto minus inest alicui
prudentiæ:tanto plus habet fortunæ eo q͡ casus & fortuna:nullum cum
prudentia habent commercium:sed quia plæriq; ita euenit:ut q̃to quisq;
minus prospexerit tanto melius illi a casu euenire soleat )ubi.s. casus aut
fortuna asperat propius .i. præsentius consilio prauo:sup.q̃ recto:& quo
i.ideo ut fortuna noceat uehementius:ipsa prodest desperatius.i.in rebus
magis desperatis.Mores phocionis placidi sane.i.ualde ; & misericordes
& liberales:& temperati omni suauitate:quos.s.mores: consensus omniũ
s.ciuium athenień.censuit optime decorandos cognomine bonitatis : alii
legunt decorando:ut sit quos consensus omnium censuit.i.æstimauit opti
me decorando sup.eum cognomine bonitatis:Nam dictus est uulgo pho
cion bonus.Itaq;.i.& ita:constantia quæ uidetur natura.i.per naturam:ri
gidior.i.asperior( quia constantes fere rigidi sunt ut qui nullo modo fle/
cti possunt fluxit lenis idest placida & tranquilla : e pectore eius man/
sueto.

De Socrate. Cap.CCCXLII.

SOcratis autem uirilitatis robore palliatus ani
mus aliquanto perfectius perseuerantiæ exem
plum edidit . Vniuersa ciuitas atheniensium
iniquissimo & truculentissimo errore instructa de capi
te decem pretorum: qui apud arginusas lacedęmoniam
classem deleuerant tristem sententiam tulerat forte tũc
eius potestatis Socrates : cuius arbitrio plebiscita ordi
narentur indignum iudicans tot & tam bene meritos:ex
indigna causa & impetu inuidię arripi: temeritati multi
tudinis constantiam suam obiecit:maximoq; concionis
fragore & incitatissimis minis compulsus non est: ut se
publicæ dementię auctorem ascriberet:quæ opposita ei9
legitima grassari uia ꝓhibita iniusto pretorum cruore
manus suas contaminare perseuerauit:nec timuit socra
tes:ne consternatæ patriæ undecimus furor mors ipsius
existeret.

¶ Socrates autem &c.Subinfert alia exempla externa non sine quadam
comparatione inter se dicẽs.Autem pro sed animus Socratis philosophi
illius athenień.palliatus.i.tectus:robore.i.firmitate perseuerantiæ edidit
exemplum perseuerantiæ perfectius aliquanto.s. q̃ proxime recitatum.

ri:ut in ipsa uictoria probaret consilium suũ
quod fuerat de bello nõ suscipiendo fuit hic
phocion ut in capitulo de ingratitudine la/
tius prolixiusq; dicturi sumus capite damna
tus:nam inter cætera in eo quoq; offende/
rat ciuitas q͡ male cõsuluerat patriæ suæ ne
ultro spartanis bellum inferrent:cuius duces
fuer pericles & sophocles quo bello multas
achaiæ ciuitates atheniensium imperio ad
fecerunt.phocion & si sæpe exercitibus præ
fuit:summosq; magistratus cepit:tamẽ mul
to eius notior integritas uitæ:q̃ rei militaris
labor itaq; huius memoria nulla.illius autẽ
magna fama:ex quo cognomine bonus est
appellatus:legitur in uita Demosthenis: ui;
maximam in dicendo habuisse phocionem:
qui multas grauesq; sententias paucis uer/
bis complecteretur : item q͡ Demosthenes
omnes oratores uno phocione excepto non
solum eloquentia:sed uita quoq; superauit:
Blandum animum:casus plærũq; temerita
tem corrigit ut res malo consilio aggressas
casus plærunq; secundet placidi & misericor
des.Constat summæ modestiæ & integrita
tis uirum fuisse phocionem:& perpetuo pau
perem cum ditissimus propter delatos hono
res esse potuisset.nam repudiauit constantis
sime philippi regis munera. cũ maxime hor
taretur a legatis regis ut ea acciperet:ad filio
rum saltem commoditatem : qui in summa
paupertate non facile possent paternam tue
ri gloriam:quibus ille respondit:si mei simi
les erũt nequaq̃ difficile erit: idem hic agel
lus illos alet:qui me ad hanc dignitatem pro
duxit:sin dissimiles sunt futuri:nolo meis im
pensis illorum ali augeriq; luxuriam.

SOcrates autem uirilitatis.Cum bel
lum gererent athenienses aduersus
lacedæmonios & forte apud Argiu
sas insulam utriusq; populi classis comparata
:esset ac staret instructa:placuit decem præ/
toribus ut pugnam cum hoste committerẽt
& fortunam experirentur quo prælio ipsi ui
ctores fuerunt:sed post pugnam subito exor
ta tempestas quæ classem athenień. disiecit
ac dissipauit.ut militum corpora sepulturæ
mandari non potuerint cum nũciatum esset
athenas militum corpora insepulta iacere:
adeo excitatus est populus atheniensis ad/
uersus prætores ut legem ferrent de sumẽdo
supplicio ex his cum primum rediissent &
cum forte dimarchus esset socrates.i.tribu/
nus ple.nulla ratione adduci potuit: ut huic
legi tam uesanæ consentiret:& quia plebisci
tum fieri non poterat iniussu socratis illi per
uim executi sunt quod iure non poterant )ita
q; cum prætores rediissent ex his continuo
summũ supplicium sumpserunt.Eius pote
statis δημαρχίας.Nã fuit apud illos
Dimarchus ut apud nos tribunus.Ex indi/
gna cã:q͡ u; militũ corpora sæuitia maris i
terpellãte sepulturæ mãdare:nequerãt.Legi
tia grassari uia:Grassari crudeliter agere & iu

pra modum sæuire. Consternatæ patriæ: ali qua subita perturbatione cõcitatæ: Vndecimus: Scilicet post mortem decem prætoruз ipse undecimus esset qui opprimeretur.

Vniuersa ciuitas athenień. instructa errore iniquissimo & truculentissimo (quia licet propter tempestatem subortam: corpora suorum sepulturæ mandare non potuerant non tamen digni erant morte: non enim penes mortales est uim tempestatis cohibere) tulerat tristem quia letiferam sententiam de capite decem prætorum (uulgus nũc capitaneos uocat) q deleuerant apud Arginusas: scilicet insulam: classem lacedemoniã. Socrates forte tunc eius potestatis scilicet dimarchias hoc est tribunatus cuius arbitrio ordinarentur. i. ratificarentur plebiscita. i. a plebe sancita: ac comprobata: iudicans indignam: tot quia decem prætores: & tam bene meritos. s. de rep. quia lacedæmoniam classem uicerant. arripi. s. ad cædem: ex causa in qua nulla eorum inerat culpa: & digna in impetu inuidiæ: obiecit temeritati multitudinis suam constantiam. i. constanter restitit: & non est compulsus. i. perductus: maximo fragore concionis. i. quo i cõcione usi erant athenień. & iracissimis minis. s. totius populi: ut ascriberet se dementiæ publicæ authorem. i. comprobatorem: quæ. s. dementia publica: prohibita opposito. i. per obiectionem eius: grassari. i. sæuitiam ostendere (non est autem legendum crassari: quod est pinguem fieri) uia legitima (quia lex erat: tunc demum sententiam populi ratam haberi: si dimarchos author fieret) perseuerauit contaminare manus suas cruore prætorum iniusto. i. iniuste effuso: nec Socrates timuit ne mors ipsius hoc est sua: existeret undecimus furor (quia tot furores præcessisse uidebantur quot prætores iniuste damnauerant: erant autem decem: unde eius mors ultimus furor fuisset) patriæ consternatæ idest plæbis consternatæ eo q audierat suos insepultos iacere.

Roximum & si non eiusdem. Mos erat apud athenenses ut sorte traherentur qui mores hominum & uitæ rationem indagarent: & quos non probarent: publice accusarent: cum uitæ rationem reddere non possent. Forẽsis fide: quia ephilates in foro fecit quod debuit. & hæc est fides forensis. Accusare publice: ut apud nos cẽsores de moribus iudicabãt ciuitatis: quos græci τιμητικοι uocant ita hi accusabant ut uitæ rationem redderent. Cuius filius: Antiqui pueros amabant egregiæ indolis: præcipue pio quodam & honesto amore ut eos ad uirtutes excitarent: & ad honores proueherent. Miserabilis reus Respiciens ad ipsius affectum non. n. accusare: sed accusari uidebatur: in eadem persona erat uterq;. Sincera fide: Quia nulla pueri gratia cuius amore tenebatur ab officio deduci potuit.

Alcen.

¶ Proximum: Eodem ductu affert exẽplũ de Ephilate dicens. Proximum sup. exemplum. i. quod ꝓxime narrabitur: etsi nõ eiusdem splendoris: potest tamen haberi certum experimentum constantiæ: efficacis operæ forensis. i. foro iudiciali exercitæ: & sup. fidei non latentis sed euidentis & se prodentis.

## De Ephilate. Cap. CCCXLIII.

Roximum: etsi nõ eiusdem splendoris est: tamen certum constantiæ haberi potest experimentum efficacis operæ forensis fidei non latentis. Athenis Ephilates accusare publice iussus inter cæteros Demonstrati nomen deferre coactus est: cuius filius erat Demochares excellentis formæ puer: animo eius flagrantissimo inhęrens amore. Itaq; communis officii sorte truculentus accusator priuati affectus conditione miserabilis reus puerum ad se exorandum: quo parcius patris criminibus insisteret uenientem: neq; repellere neq; supplicem genibus suis aduolutum intueri sustinuit: sed operto capite flens & gemens pręces expromere passus est: nihilominus sincera fide accusatum Demonstratum damnauit. Victoriam nescio laude: an tormento maiore partam: quoniam priusq̃ sontem opprimeret: seipsum uicit Ephilates.

Ephilates iussus Athenis accusare publice. s. eos quos sontes nouerat: coactus est deferre. i. accusare inter cæteros nomen demonstrati. i. illius ciuis athenień. patris Democharis: cuius. s. demonstrati filius erat Demochares puer excellentis formæ. inhærens animo eius. s. Ephilatis aut ephilatæ: amore flagrantissimo idest ardentissimo: & tamen casto. Itaq; ipse Ephilates accusator truculentus. i. immanis: forte cõis officii. i. quia officium delatoris & accusatoris quod in unumquemq; cadere poterat: forte i eum ceciderat & nolebat officio publico deesse: & reus i. tanq̃ reus. idest defensor miserabilis. i. miseratione dignus: aut more eorum miserabili habitu oris & cultus utens conditione. i. per conditionem affectus priuati. s. quo puerum illum deperibat: neq; sustinuit: puerum uenientem ad se orandũ: a se orando impetrandum: quo. i. ideo ut: ut sup. Ephilates insisteret parcius. i. remissius: criminibus. i. criminationibus patris: neq; sustinuit. i. ualuit aut sibi permisit: intueri puerum supplicem aduolutum suis genibus: sed ipse Ephilates flens & gemens capite operto ne puerum uideret: passus est sup. puerum expromere præces: autem passus est puerum expromere præces capite operto. i. habentem caput opertum: quod potius dicam: quia grauitati uiri magis conuenit: & nihilominus q̃uis puer præces expromeret: damnauit demonstratum patrem (ut dixi) ipsius pueri: accusatum fide sincera. i. incorrupta. Victoriam. acclamatio est. q. d. O uictoriam partam. i. acquisitam nescio an maiore laude: an maiore tormento i. cruciatu quoniam Ephilates: uicit seipsum. i. amores suos priusq̃ opprimeret sontem uidelicet demonstratum.

Vem syracusanus. Hic fuit Dion hipparini filius. de quo in sequenti. i. in capitulo quod incipit. Nequaq̃ platoni latius dicemus. ibi queréda hæc istoria: nam utriq; loco conuenit: quod uero ad eius constantiam pertinet: cum illi nunciatuз

## De syracusano Dione. Cap. CCCXLIIII.

Vem syracusanus Dion diuersitate exempli prægrauat: Qui quibusdam monentibus ut

dei plurimum credebat tanq̃ insidias ei nectentes cau/tior esset: respondit se uitam malle excedere q̃ in metu uiolentæ mortis amicos inimicosq; iuxta ponere.

Quē syracusanus. Quasi uno spiritu omnia dictauerit exempla ita procedit dicens. Quem. s. Ephilatem diō syracusanus. s. ciuis admodum non uilis imo princeps: prægrauat. i. antecellit diuersitate exempli: quia plus ponderis est in eo: Qui quibusdam monentibus ut esset cautior aduersus Heraclidem & Calippum tanq̃ nectentes. i. struentes ei insidias quorum fidei credebat plurimum respondit se malle excedere idest exiuere uitam q̃ ponere amicos inimicosq; iuxta. i. sine discrimine in metu mortis uiolentæ. i. necis sibi inferendæ. i. malle mori q̃ semper in timore tam ab amicis q̃ inimicis uiuere.

De Alexandro Magno. Ca. CCCXLV.

Quod sequitur & rei ipsius admiratione: & claritate auctoris illustre. Alexander macedo/num rex inclyta iam pugna excellentissimis opibus Darii contusis: æstu & itineris feruore in Cilicia percalefactus: cydno qui aquæ liquore conspicuus tharsum interfluit corpus suum immersit. subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis neruis ac torpore hebetatis artubus maxima exanimatione totius exercitus: in oppidum castris propinquum defertur: iacebat æger tharsi: inq; ualitudine eius aduersa istantis uictoriæ spes fluctuabat. Itaq; conuocati medici attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant: qui quum ad unā potionem sententiam direxissent: atq; eam philippus medicus suis manibus temperatam alexandro (erat autem ipsius amicus & comes) porrexisset a Parmenione missæ litteræ superuenerunt admonentes: ut rex insidias philippi perinde ac pecunia corrupti a Dario caueret: quas cum legisset sine ulla cunctatione medicamentum hausit: ac tum legendas philippo tradidit. Pro quo tam constanti erga amicum iudicio dignissimam a diis immortalibus mercedem recepit qui incolumitatis eius p̄sidium falso interpellari indicio noluerunt.

¶ Quod sup. exemplum constantiæ sequitur: illustre sup. est & i. simul admiratione ipsius rei & claritate authoris. s. Alexādri magni: quia sicut authore Iuuenale Omne animi uitium tanto conspectius in se Crimen habet quanto qui peccat maior habetur: ita uirtus quoq; plausibilior & maior uidetur in claro q̃ in ignobili uiro. Alexander rex macedonū opibus idest uiribus & facultatibus Darii regis persarum excellentissimis quia maximis contusis. i. confractis: iam. i. paulo ante pugna inclyta. i. q̃ Alexāder eum egregie uicerat: percalefactus i Cilicia æstu. s. solis & feruore itineris idest profectionis immersit corpus suum Cydno scilicet fluuio qui interfluit Tharsum. s. urbem conspicuus liquore idest limpiditate aquæ: deinde neruis obstupefactis idest contractis subito: ex nimio haustu idest attractu: rigoris idest frigiditatis aquarum: ac artibus. i. iuncturis membrorum hebetatis idest obtusis torpore idest frigore: defertur sup. cum maxima exanimatione. i. exutione animorum totius exercitus in oppidum scilicet Tharsum: propinquum castris: & ita ipse iacebat Tharsi æger: & spes uictoriæ instantis idest iminentis

esset ab heraclide & Calippo isidias sibi parari: nulla ratione adduci poterat: ut illud de heraclide crederet. cognita deinde illius coniuratione nō tulit æquo animo Dien & uersum illum homeri retulit ex secūda rapsodia. Et ita iussit heraclidem interfici: clarissimum ergo dedit seruatæ constantiæ documentum ut ne metu quidem uiolentæ mortis a ueræ amicitiæ officio potuerit absterreri.

Alexander mace. Alexander macedonum rex Darium persarum regem iam primum acie profligauerat. ille uero cuius iperio tota ferme asia subiecta erat breui firmiorem reparauit exercitum. quod cum audisset Alexander metuens ne in monte tauro intercipererur inde citatissimo cursu aduersus Dariū p̄fectus est: & cum uno die quingenta stadia cōfecisset: longo itineris labore & solis ardore fatigatus. ut æstu leuaret corpus apud tarsum in Cidnū fluuium frigidissimæ aquæ demersit. & subitam ualitudinem inde cōtraxit. acciti undiq; medici potionem saluberrimam & ad eam uim morbi pellendam maxime accōmodatam constituerunt: quam cum philippus medicus suis manibus compositam & temperatam Alexandro porrexisset ille intrepidus atq; impiger hausit: & sine cunctatione medicinam assūpsit: deinde litteras quas paulo ante receperat a parmenone: philippo legendas tradidit continebant autem ut sibi a philippi medici caueret insidiis: quoniam pecunia corruptus & spe nuptiarum sororis Darii mortem illi machinaretur. fuit profecto Alexandri pectus constantiæ plenissimum qui a medico iam propemodum suspecto suæ incolumitatis præsidium sumere non dubitauerit: Opibus darii apparatum describit Qu. Curtius in principio secundi libri inquit iter hæc Alexander & cætera. Contusis: fractis & debilitatis ac etiam domitis. parmenionem uero qui suspectas litteras Alexandro regi dederat Eleander & polidamas mandato Alexandri interemerunt. hic sine rege Alexādro multa strenue rex sine eo nihil magnæ rei gessit: ut uult quintus cūrtius lib. vii. de hoc parmenione rursus habetur li. vi. ca. iiii. Liquore: puritate soluta Cōspicuus. adeo clarus ut ad ima usq; arena conspici posset: Stupefactis contractis: ē. n. stupor cū p̄admiratiōe aut rei cuiuspiam horrore sensum aliquem amittimus animi uel corporis: ut stupor pedū. stupor dētium. aut animi cum admiratione excellenti sensum aliquem amittimus Exanimatione: Terrore Ebetatis. Obtusis quando res perdit uigorem suum ut gladius ebetatus q̃ aciē obtusam habet. Fluctuabat in dubio erat. Interpellari. interrumpi impediri.

fluctuabat.i.incerta agitabatur:in aduersa ualitudine eius:quia si eum mori contigisset:actum fuisset de uictoria:quam si statim sanari potuisset iam fere in manibus habebat. Itaq3 medici aduocati circunspiciebant remedia.s.contra morbū attentissimo consilio salutis idest de salute eius instaurāda:qui.s.medici quum direxissent sententiam.i.omnes conuenissēt ad unam potionem.s.Alexandro dandam:atq3 philippus medicus porrexisset Alexandro sup.potionem illam temperatam.suis manibus:erat autē amicus ipsius & comes.s.expeditionis illius tam longinquæ:literæ superuenerunt missæ a parmenione uno ex ducibus Alexandri:admonentes ut rex caueret insidias philippi.s.medici perinde ac corrupti pecunia a dario:quas sup.litteras:cum Alexander legisset:hausit medicamentum.i.potionem illam:sine ulla cunctatione.hæsitatione:ac tu.s.postq̄ hauserat potionem tradidit sup.litteras illas philippo legendas:pro quo iudicio tā constanti erga amicum.i.philippum medicum:recepit mercedem dignissimam:quia pristinam sospitatem:a diis imortalibus:q.s.dii noluerūt p̄sidiū icolumitatis eius.i.medicamētū illud i quo cōsistebat salus eius:iterpellari.i.ipediri falso idicio.s. Parmeniōis.

De moderatione animi.
Liber quartus.

TRansgrediar ad saluberrimam. Ad capitulum transit de moderatione. Est autem moderatio cupiditatum nostrarum .i quædam quasi refrenatrix : quæ nobis solutius euagari non sinit affectus : sed tanq̄ cæterarum uirtutum auriga hominis animum ita componit:ut quicquid fecerit aut dixerit:omnino repræhensiōe careat: recte igitur constantiæ subiungitur cum eius quasi mater sit atq3 magistra. Impotētiæ Arrogantiæ & incontinentiæ Morsu sit uacua. Quia nemo audet moderatum animum aliqua ratione mordere.

ITq3 ut incunabilis summi honoris icipiā. P. Valerius qui post exactos reges &c. Primi consules in urbe roma creati sunt. Iunius brutus & .L. tarquinius collatinus quo deinde pulso:quia ex gente tarquinia foret in eius locum centuriatis comitiis substitutus est. P. Valerius publicola.qui fuerant illius exactionis auctores & Romanæ libertatis uindices. Brutus obuiā regibus qui populo romano bellū inferebant cum legione processit : & super aruntem regis filium quem hasta transfixerat: mutuo uulnere expirauit : inde mortui loco substitutus est Lucretius lucretiæ pater :quo paulo post mortuo Vale. per multos dies nullam subrogandi sibi collegæ mentionem facere : & in summa uelia. sibi domum ædificare : populus eum regnum affectare suspicatus est. q̄d ubi sensit Vale. uocato ad concionem populo depositisq3 fascibus grauiter de illorum leuitate conquestus : q̄ se libertatis uindicem pauloante magna ambitione prædicarent : nunc eiusdem libertatis oppræssorem suspicarentur. castigatis demum omnibus collegam sibi sustinuit spuriū lucretium eiq3 priores fasces præferri iussit. ædes quas in summo ueliæ ædificabat dirui & omnem materiam in planum atq3 in infimum locum deferri iussit : aliquas deinde populares leges tulit : inter quas & illam ut nullus ciuis Romanus aduersus prouocationem uiolari posset. In cunabilis principiis Publicolæ. A colēda plæbe dictus : quia plæbem mirifice coluit Exactis Eiectis expulsis:sub titulo cōsulatus:Noīe qdē cōsules:re āt ipa reges erāt. nam oia regum insignia consules habebant

Valerii Maximi Liber. IIII.
De animi moderatione Titulus. I.

TRansgrediar ad saluberrimā partem animi moderationem: quæ mentes nostras impotentiæ & temeritatis in cursu transuersas ferri nō patitur quo euenit ut repræhēsionis morsu sit uacua & laudis quæstu sit opulētissima itaq3 effectus suos in claris uiris recognoscat.

¶ Transgrediar &c. Daturus exempla de animi moderatione more suo præfatur dicens. Transgrediar ad saluberrimam partem animi:moderationem uidelicet (Quā particulam ualla recte adnotauit ab authoribus idoneis in hac significatione uix unq̄ positam) quæ.s.moderatio ai : non patitur mentes nostras ferri.i.impelli more ferarum transuersas.i.extra semitā rationis incursu impotentiæ.i.arrogantis insolentiæ:qua quis impotens efficitur ad bene agendū:potius tamē uehemētia praue agendi q̄ priuatio bene agēdi hoc uocabulo a doctis signari solet:& temeritatis:quā uulgus præsumptionem uocat:quo.i.per quod:hoc est per quā cautionē euenit ut.s.pars ea animi aut moderatio sit uacua.i.inanis morsu repræhensionis:& sit opulentissima quæstu idest acquisitione laudis. Itaq3.i.& ita quia ad eam transgrediar:cognoscat effectus suos.i.quos fecerit fructus in claris uiris.

De. P. Valerio publicola. Cap. CCCXLVI.

ITq3 ut ab incunabilis summi honoris incipiam. P. Valerius qui populi maiestatem uenerando publicolæ cognomen assecutus est : cū exactis regibus imperii eorum uim uniuersam omniaq3 insignia sub titulo consulatus in se trāslata cerneret:inuidiosum magistratus fastigium moderatione sua ad tolerabilem habitum deduxit fasces securibus uacue faciendo:& in concione populo summittendo:numerum quoq3 eorum dimidia ex parte minuit : ultro spurio Lucretio collega assumpto : ad quem quia maior natu erat priores fasces transferri iussit: Legem etiam cōmiciis centuriatis tulit ne quis magistratus ciuem romanum aduersus prouocationem uerberare : aut necare uellet. Ita quo ciuitatis conditio liberior esset : im-

peritum suum paulatim destruxit. Quid q̄ ędes suas di ruit: quia excelsiore loco positæ instar arcis habere uide bantur. nonne quantum domo inferior tantum gloria su perior euasit?

¶ Atq; ut incipiā. s. dicere effectus moderatiōis animi: ab icunabilis. i. pri mordiis sūmi honoris idest ab eo qui primus consul fuit: Publius Valeri us qui uenerando maiestatem populi. s. Romani: assecutus est idest obti nuit cognomen publicolæ: cum. i. q̄n exactis regibus. i. postq̄ reges erant exacti idest ignominiose expulsi Roma pp superbiam tarquinii & uiole tiam filii eius qui lucretiā stuprauerat cerneret uniuersam uim imperii eo rum. s. regum. i. quam reges prius habuerant: & omnia insignia: ut fasces. cum securibus purpuram &c. translata in se sub titulo consulatus: deduxit moderatione sua: fastigium. i. altitudinem inuidiosum. i. inuidiæ plenā: ma gistratus. s. consularis: ad habitum tolerabilem idest minus molestē feren dum a populo uacue faciendo idest priuando fasces: in quibus cū uirgis etiam secures te npore regum ligari solebāt: securibus. i. eximēdo secures e fascibus & submittendo sup. fasces populo in concione. i. quoties cōcio neretur: mitit quoq; numerum eorum. s. fascium ex dimidia parte: quia sex duntaxat sibi retinuit lictores qui totidem fasces ferrent: Spurio lucretio patre lucretiæ assumpto collega ultro. i. ultra q̄ ab eo peteretur ad quē. s. lucretium: quia maior natu idest senior erat: iussit priores. i. maioris digni tatis fasces transferri. Tulit etiā legem comitiis centuriatis idest habitus per centurias. ne quis magistratus etiam consularis. uellet (modestius q̄ si diceret auderet: nam dicendo uellet uidetur potestatem nō negare sed liga re) uerberare ciuem Romanū aut necare aduersus. i. cōtra puocatione. i. n. puocauerit ad populū nisi forte a populo quoq; condēnatus fit. Ita & sic: quo. i. adeo ut cōditio. i. status ciuitatis eēt liberior destruxit imperium suū: hoc est cōsulare: paulatim. i. sensim quasi paulo tenus. i. per paulum & paulum procedendo. Quid sup. de eo dices: q̄ diruit ædes suas: quia ip sæ positæ loco excelsiore: uidebātur habere instar idest æquiualens: arcis idest caltri aut do mus regalis Nōne ipe euasit tantum: ualla diceret tāto: superior gloria quātū diceret quāto: inferior sup. euasit aut factus est do mo idest ædificando in loco humillimo: q. d. maxime.

## De Furio Camillo. Cap. CCCXLVII.

¶ Sentio quos ciues.Quasi tacitæ obiectioni respõdet:qꝫ tantorũ uirorũ facta simul ac dicta longiori memoratu digna breui oratione conplectatur.dicit autem sui propositi non fuisse eiusmodi hominum uitam percurrere quod nec in tanta multitudine rerum memoriæ tradendarũ sibi fuisset opportunum:sed quædam horũ hoim ut quæqꝫ dignissima uiderentur ex illustribus electa auctoribus:breuiter cognoscenda subiicere.Angusto ambitu.Valde breui orationis ãbitu.Vtrunqꝫ.s.magna & multa modico uolumine compræhendere. Stricti Breuiter.Ad graues testatasqꝫ Ci.de offi.a Valerio dissentit.dicit enim inter scipionem & metellum fuit sine acerbitate dissensio.non enim animorum contentiõe:sed opinionum & sententiarum dissensiõe discrepabantur:ut in sententiis dicendis frequẽter altercarentur in senatu. Testatas:Passiue posuit:manifestatas Progressa fuerat.Processerat.Sed tamen cum interemptum scipionem Constat scipionem celeriter mortuum quo autem genere mortis dubitatur ab omnibus Cice.in li.de amicitia:scipionis inquit uita quidem talis fuit uel fortuna uel gloria ut nihil posset accedere.morienti autem sensum celeritas abstulit quo de genere mortis difficile ẽ dictu:quid homines suspicentur uos uidetis hoc tamen licet dicere.P.scipioni ex multis diebus quos in uita celeberrimos lætissimosqꝫ uiderat illum diem clarissimum fuisse cũ senatu dimisso domum reductus ad uesperum est a patribus conscriptis & populo sociisqꝫ latinis:pridie ꝙ̃ excessisset e uita:ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos uideatur potius ꝙ̃ ad inferos peruenisse deos: ergo de morte scipionis multi multa suspicantur.plures tamen huic sententiæ inclinant: graccham semproniam uxorem suã mortis mariti consciam fuisse qꝫ uerisimile uidetur. nam cum scipio a numantia uictor rediisset ut quidam tradunt ab amicis gracchorum qui pauloante cæsi fuerant in forum productus est & quia gracchis affinitate cõiũctus erat:quippe quorum sororem i matrimoniũ duxerat credebant auctoritate scipionis cõfirmatum iri odium aduersus interfectores gracchorum:sed cum interrogatus esset qd de.C.gracchi morte sentiret:respondit iure cæsum uideri.quod responsum credũt adeo grauiter & acerbe tulisse graccham semproniam eius uxorem quæ sperabat cædem fratrum scipiõis auctoritate posse uindicari ut de mariti nece cogitauerit & eũ sequẽti no

Mors scipionis.

Valerius maximus.

ete oppressere sed qui id uerisimile uidetur. qui enim fieri potuisset ut i eius cubiculo oppri meretur Scipio. nisi conscia mortis eius fuisset uxor. sunt tamen qui credunt a. C. carbõe fuisse interẽptum. aliter sentit T. Li. de morte aphricani. dicit enim seditiones a triumuiris Fuluio flacco. C. graccho & Carbone de agro diuidũdo: creatis: excitatae sunt: quibus cũ n. P. scipio aphricanus aduersaretur fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset mortuus in cubiculo inuentus est: suspecta fuit tã q̃ uenenum ei dedisset Sẽpronia uxor hinc maxime q̃ soror esset gracchorum: cũ quibus simultas aphricano fuerat. De morte tamen eius nulla quaestio acta. Confusa perturbata Moenia euersa magna Scipionis laus q̃ reipublicae romanae quidam q̃si murus & ualidissimum munimentum esse dicebetur: q̃ per ipsum & aucta & oseruata fuisset. Intra suos penates. Vbi tutus esse debuerat ibi potissimum interemptus est. Ob rem publicam Laudat eius modestiam: Miseram Quae tantum ciuem amiserit. Ciuili lamentatione. Ac si diceret amica lamentatione: nam ciuis ciuem debet amare.

donicus a deuicta macedonia: & numidicus a Numidia feliciter uinci cõpta dicti: appositoriae: maxima ornamenta patriae patientur cum bona uenia. i. citra indignationem: se narrari. s. a me: strictim. i. breuiter & constrictis uerbis. Macedonicus. s. Metellus dissenserat acerrime: cum Scipione aphricano. s. minore: & eorum contentio profecta. i. orta ab aemulatione uirtutis: fuerat progressa ad inimicitias graues testatas. i. professas & manifestatas: sed tamen cum macedonicus audiret Scipionem conclamari interemptum: proripuit se in publicum: & inquit uultu moesto & uoce confusa: concurrite ciues: moenia nostrae urbis concurrite euersa sunt. Enim p quia uis nefaria est illata Scipioni Aphricano quiescenti intra moenia sua. (q. d. non tantum ideo euersa dico moenia nostra: q̃ uir fortis qui murus nostris ciuibus alter erat: extinctus est. sed q̃ intra moenia sua quasi tutus non sit amplius intra moenia romana manere: unde exclamat author) O remp. s. Romanam pariter miseram morte. i. propter mortem aphricani. & felicem tam humana & tam ciuili lamentatione macedonici. Enim pro quia: R esp. recognouit eodem tempore: & i. simul: quantum pricipem: q a maximum amisisset uidelicet Scipio. & qualem principem haberet: quia humanissimum uidelicet Metellum Macedonicum.

De eodem. Cap. CCCLX.

Idem filios suos monuit ut funebri eius lecto humeros subiicerent: atq; huic exequiarum illum honorem uocis adiecit: nõ fore ut postea id officium ab illis maiori uiro praestari posset. Vbi illa tot in curia iurgia? Vbi tam multae pro rostris altercationes? Vbi maximorum ciuium & ducum tantorum togata praelia? Omnia nimirum ista praecipua ueneratione prosequenda deleuit moderatio.

Idem filios. Quos quattuor praecipuae uirtutis & ingenii dicitur habuisse. Huic. s. officio q̃ filii humeros lecto subiicerent Vbi illa ostendit tantã ualuisse moderationem ut omnia quae uidebantur inter ipsos odia fuisse contracta hac ipsius morte obliterarentur.

Idem. s. Metellus macedonicus monuit filios suos: ut subiicerent humeros suos lecto funebri. i. ut lectum funebrem eius. s. Scipionis interempti: efferrent humeris. s. suis atq; subiecit. i. continuo adiecit: huic honori exequiarum: illum honorem uocis. i. praeconii scilicet non fore. i. nunq̃ futurum esse: ut illud officium. s. efferendi defuncti: posset praestari ab illis maiori uiro. unde in admirationem adductus author addit. Vbi sup. tunc fuerũt illa tot iurgia. s. Scipionis & metelli: quae fuerant dum uiueret scipio: in curia. i. in senatu? Vbi sup. tunc fuerunt: tam multae altercationes eorum sup. pro rostris. i. quae prius fuerant ante rostra? Vbi sup. fuerunt tunc praelia togata. i. contentiones in toga & non in armis: maximorum ciuium & tantorum ducum: ut fuerunt illi duo: R esponsio: Nimirum. i. haud dubie: moderatio. s. metelli macedonici prosequenda praecipua ueneratione: deleuit omnia ista. s. iam dicta.

Afectis

Numidicus autem metellus. De hoc uiro supra commemoratio facta ẽ. q̃ exilium uoluntarium deligere q̃ in leges saturnini tri. ple. iurare maluerit. fuit igitur & constantia clarus & moderatione perspicuus: cum enim ludos tralibus spectaret sibi que forent de gloriosa in patriam reuocatione redditae litterae sic se intra modestiae gyros continuit ut nullum tãtae Laetitiae uestigium prorsus in eo posset deprehendi: uir in utraq; fortuna semper idem: quem nec arridens inflare nec saeuiens opprimere posset. hic Metellus numidicus in censura orationẽ habuit ad populum de Vxoribus ducendis teste. A. Gelio: qui eius orationis quaedã uerba ponit Li. i. ca. vi. dicit enim multis & eruditis uiris audientibus legebatur oratio Metelli numidici grauis ac diserti uiri quaq; in censura dixit ad popolum de ducendis uxoribus: cum eum ad matrimonia capessenda hortaretur in ea oratione ita scriptum fuit: si sine uxore possemus quirites esse omnes ea molestia careremus sed quoniam ita natura

De Metello numidico. Cap. CCCLXI.

Numidicus autem metellus populari factione patria pulsus in asiam secessit: in qua quum ei forte ludos Tralibus spectanti litterae redditae essent: quibus scriptum erat maximo senatus & populi consensu reditum illi in urbem datum: non e theatro prius abiit q̃ spectaculum ederetur nõ laeticiam suã proxime sedentibus ulla ex parte p̃tefecit sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari uultu & exulem fuisse & restitutum: adeo moderationis beneficio medius semper inter secundas & aduersas res animi firmitate uersatus est.

Numidicus autem metellus: pulsus patria. s. Roma factione. i. seditione populari: secessit. i. in exilium abiuit in Asiam: in qua. s. asia: quum litterae redditae essent ei spectanti forte ludos tralibus. i. apud Tralis urbem

rie:secundum authoris sententiam:quibus.s.litteris:scriptum erat:reditum datum sup.esse illi in urbem.s.Romam:maximo consensu senatus & populi:non abiit prius e theatro q̃ spectaculum ederetur.i. finiretur & explicaretur: & non patefecit.i.indicauit ulla ex parte laetitiam suam sedentibus proxime.i.proximo loco:sed continuit summum gaudium intra se constat.i.manifestum est:eundem.s.metellum numidicum fuisse & exulem & restitutum:pari.i.consimili uultu:adeo.i.tantum uo satus est semper me dius inter res secundas & aduersas:beneficio moderationis:firmitate ai.

## De Catone posteriore. Cap. CCCLXII.

Ot familiis in uno genere laudis enumeratis Porcium nomen uelut expers huiusce gloriae silentio praetereundum se negat posterior Cato non paruo summae moderationis fisus indicio cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & sanctitate in urbem deportauerat.cuius ministerii gratia senatus relationem interponi iubebat: ut praetoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur:sed ipse id fieri passus nõ est:iniquum esse affirmans quod nulli alii tribueretur sibi decerni: ac ne quid in persona sua nouaretur campestrem experiri temeritatem q̃ curiae beneficio uti satius esse duxit.

¶To: familiis enumeratis.i.postq̃ tot familiae enumeratae sunt in uno genere laudis.s.de moderatione animi:nomen.i.genus porcium : a porcio catone deductum:negat se praetereundum silentio.i.sub silentio: aut silen dio:uelut expers.i.immune huiusce laudis.Nam sup.Cato posterior.s.uticensis:fisus.i.confisus non paruo:immo magno:indicio summae moderationis:deportauerat in urbem.s.Ro.cum maxima diligentia & sanctitate:pecuniam cypriacã.i.quam ptolemaeus cyprius collegerat. Cuius ministerii.s.eam diligentiae gratia:senatus iubebat relationem.i. redditionem rationis interponi.i.ad tempus seponi:ut ratio.i.respectus eius.s.catonis haberetur:comitiis praetoriis.i.quibus praetor crearetur extra ordinem:ut s.sic creatus praetor ab onere reddendae rationis leuaretur: sed ipse Cato non est passus id fieri affirmans esse iniquum decerni sibi quod nulli alii tribueretur:ut.s.non suo anno aut loco:sed extra ordinem praetor crearet: nam per certos gradus ad summos honores perueniebatur:quos qui non obseruabant:extra ordinem creari dicebantur(quod magis placet q̃ ut ex ponam extra ordinem perexcellenter ,ac nequid nouaretur.i.nouo more fieret in sua persona:duxit.i.censuit esse satius experiri temeritatem campestrem.i.populi in campo martio.tempore comitiorum de facto suo dis quirentis:q̃ uti beneficio curiae.i.patrum conscriptorum.

tradidit.ut nec cum illis satis commode:nec sine illis ullo modo uiui possit:saluti perpetuae potius q̃ breui uoluptati consulendum est.Populari factione:Scilicet apulei saturnini tri.ple. Tralibus: Trales ciuitas asiae tantum pluraliter declinata.Liuius dicit hoc fuisse rhodi:ubi exulabat ut in capi. de constantia diximus.Pi.uero smyrnae fuisse dicit.Est autem smyrna ciuitas minoris asiae. Theatro spectaculo θεατρον i inspecto θεα spectaculum Ederetur i.finiretur. Medius.Nec fractus in aduersis nec elatus in secundis.Firmitate:Fortitudine atq; cõstãtia.

Ot familiis in uno genere laudis. De hoc etiam infra dicturus est in capitulo de cõtinentia. Posterior Cato praefectus cipriacae pecuniae fuit.lege lata per.P.clodium tribu.ple.de redigenda in prouinciae formam cypro & cõplicanda pecunia regia Administratio:cuius rei ideo. M. Catoni mandata est annuente Clodio q Catonem longius abesse cupiebat ut liberius ageret in Ciceronem quem exilio destinauerat quia uerebatur ne Catonis auctoritate impedirentur consilia sua;demandata ẽ igitur prouincia inuito catoni:cum enim clodius rẽ istam catoni ad se uocato quasi honorificam obtulisset eam cato repudiauit q dicceret nõ ob honorem sed ob contumeliam & insidias hoc sibi negocium deferri:tum Clodius iratus insolenter satis respondit:& si nolles inquit tamen coactus dolẽsq; proficiscere:ad uocataq; cõcione plebiscito firmauit missionem catonis:eiq; abeũti nec nauem neq; militem nec etiam ministrum quempiam tradidit praeter duos quorum scribarum alter fur erat alter Clodii cliẽtulus & quasi parum negocii foret Cyprus & Ptolemaeus:etiam ut exules Bizantiũ reduceret iniunxit: eo consilio ut ipm plurimo tpe extra urbem ablegaret.Ptolemaeus uero eius ptolemaei frater:q per gabinium restitutus fuerat tunc Cypri rex:ubi haec cognouit : nimio dolore peritus ueneno fata praeuenit.Caeterum Portius Cato Cypriacas opes Liburnis per tyberinum hostium aduexit.Plutarchus dicit Catonem in hac uehenda pecunia hoc usum fuisse cõsilio:ut loculorum funibus & loris longioribus suberes:alligaret quibus superueniẽte tempestate si forte naufragium faceret pecunia sustentaretur ne mergi posset:haec omnis pecunia circiter septem milia talentorum argenti fuisse traditur:quae latius aerarium q̃ ullus triumphus impleuit:quare senatus decreuit: ut extra ordinem praetor crearetur:quod ille recusauit.Porcium nomen:unde fuere Catones .Cypriacam pecuniam quã ibi copiosam ptolemaeus congregauerat:& propterea senatus timens ne tantis opibus rex incitatus bellum suscitaret:ad eas Romam deportandas misere Catonem.Alii dicunt Cyprum ideo factam esse prouinciam:missumq; Catonem:quia.P.Clodius captus a piratis quum regem rogasset ut se redimeret:rex adeo exiguum pretium misit ut piratae illud accipere dedignarẽtur:& Clodium gratuito dimittere maluerint:quare indignatus Clodius in patriam reuersus: & tribu.plae.creatus legem tulit de eiciendo rege capiendaq; prouincia per Catonem qui profectus:& accepta pecunia libros in quibus totius pecuniae summa continebatur amisit.Quum igitur populus rationem eius pecuniae reposceret:senatus eam relationem interdici uolebat:ut proximis comitiis praetor creari posset:quod ille fieri non permisit:iniquum esse existimans sibi tribui quod nulli unq̃ concessum fuisset:maluit populi temeritatem experiri:q̃ senatus benignitate frui:huic in patriam redeunti quum ad urbem accessisset:tanta omnis generis & ordinis hominum tam magistratuum q̃ sacerdotum & ipsius senatus:atq; etiam plebis frequentia obuiam processum est teste Plutarcho:ut uix ripae fluminis capere possent:nam a trium pho nihil ferme distare uidebatur:nonnullis uero tunc agrestis superbusq; uisus est:q consulibus praetoribusq; obuiam

Valerius maximus.

progredientibus neq; subsistisset:neq; currum retinuisset:nec in terram ad eos descendisset:sed progressus non prius destitisset q̃ classem in naualia coniecisset:quum tamen argentum per forum portaretur:admiratus est populus Romanus tantam magnitudinem:& senatus post multas catonis laudes decreuit ei praeturam extra ordinē:& ludos inspicere purpurea ueste:quae senatus decreta ipse deprecatus est.Extra ordinem excellenter.Campestrem:populi romani qui in campo martio suffragia dabat.Curiae:senatus:cōtinens pro contento.

AD externa iam mihi exempla . Marcus Bibulus de Gabinianis militibus a Cleopatra missis supplicium sumere noluit:quum duos illius filios per seditionem occidissent:nam Marcus Bibulus in Syria prouincia dum esset Aulus Gabinius proconsul Ptolemaeum reduxit : caeso Archelao cum Berenice ptolemaei filia:quā aegypti eiecto patre sibi reginam asciuerāt & illa Archelaum uirum assumpserat paulo post mortuo ptolemaeo duo filii ex testamento in regnum illi successerunt:natu maior ex pueris Cleopatra.Dum igitur eam prouinciam Syriam gabinius constitueret:hoc ē administraret:milites eius per rixam duos Bibuli filios occiderunt:quippe exercitus cum ipso duce corruptus erat:nam pactiones pecuniarum cum tyrannis egerat : Ariobarzani etiam regi se ad caedem faciendam cū exercitu locauerat:ut infra dicetur li.viii. Hic bibulus collega Caesaris fuerat in consulatu: qui ab eodem loco aliquotiens electus ē:sed se domi semper continuit:unde dici solebat. Bibulo & caesare consulibus nihil gestū est: Catone & caesare consulibus aliquid gestū est.Vnde etiam Cice.in epistola ad Lentulū: quae sic incipit.Certiorē te per litteras & caetera.de Bibulo sic loquitur. Dixi me Bibuli fortunam quam ille afflictam putaret oium triumphis uictoriisq; anteferre.dixiq; eodē teste alio loco:eosdem qui bibulum exire domo prohibuissent:& qui me coegissent: idē paulo infra idemq; memineram uobis priuatis usq; ad caesarem & bibulum consules cū sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent:unum fere sensum fuisse bonorum omnium Ergo a gabinianis militibus : quia Bibulus erat in prouincia Syria:quum gabinius Ptolemaeum ut dixi in regnum restituit iussu Pompei praeter populi Ro.uoluntatē senatusq; auctoritatem : unde & gabinius reus factus gratia & auctoritate Pompeii: pecuniarumq; potentia absolutus est:Dolorem moderationi cedere coegit: Plus ualuit apud Bibulum animi moderatio:q̃ amissorum filiorum dolor.

TArētinus Archytas.Ad externa trāsit exempla:quorum primum ē Archytae tarentini:fuit autem philosophus pythagoricus nobilissimus : qui platonem quum a Dionysio necandus esset per epistolam eripuit:admirationi summae apud plurimos habitus est in omni uirtutis genere quippe enim septies ciuibus praefectus est: quum caeteri plusq̃ annum imperare lege phiberentur.Hac igitur modestia usus est : ut cum a pythagoricis studiis in quibus multo tempore fuerat cum summo labore & indu

De.M.Bibulo. Cap.CCCLXIII.

Cū n parasceue ad externa.

AD externa iam mihi exempla transire conanti M. Bibulus uir amplissimae dignitatis & summis honoribus functus manus iniicit . Qui quum in Syria moraretur prouincia: duos egregiae indolis filios suos a Gabinianis militibus aegypti occisos cognouit:quorum interfectores ad eum uinctos regina Cleopatra misit ut grauissimae cladis ultionem arbitrio suo exigeret . At ille oblato beneficio quo nullum maius tribui lugenti poterat dolorem moderationi cedere coegit : carnificesq; sanguinis sui intactos e uestigio ad Cleopatram reduci iussit dicendo:potestatem huius uindictae non suam sed senatus esse debere.

¶Ad externa &c.Ordo est.Marcus bibulus uir amplissimae dignitatis : & functus summis honoribus.i.magistratibus honorificis:iniicit manus i.uim retinendi:infert mihi conanti transire iam ad exempla externa Qui cum moraretur.i.moram faceret in Syria prouincia:cognouit.s. per litteras:duos filios suos egregiae indolis.i.futurae & quasi innatae uirtutis:spē de se facientes:occisos esse aegypti.i.in aegypto (quod licet rarum sit : ut genetiuus loci maioris absolute ponatur:mali tamen dicere q̃ a militibus Gabinianis aegypti.i.in aegypto militantibus sub gabiniano:neq; tamen hoc penitus damnabile putem( Quorum.s.filiorum interfectores cleopatra regina.s.aegypti:misit ad eum.s.bibulum:uinctos.i.ligatos: ut exigeret.i.exacte sumeret:ultionem grauissime cladis arbitrio suo.At ille beneficio.s.sumendae ultionis de occisoribus filiorum:quo nullum maius poterat tribui lugenti.i.in luctu uersato:oblato.s.a cleopatra.i. postq̃ illi ē oblatum:coegit dolorem cedere moderationi:& iussit carnifices sanguinis sui.i.occisores filiorum suorum:reduci e uestigio.i.statim ad Cleopatram intactos.i.nullo supplicio affectos:dicendo potestatem huius.i. huiuscemodi uindictae:debere esse non suam sed senatus.s.romani.

Externa.

De Archyta Tarentino. Cap. CCCLXIIII.

TArentinus Archytas dum se Pythagorę praeceptis metaponti penitus immergit.: magno labore lōgoq; tempore solidum opus doctrinae complexus postq̃ in patriam reuertitur ac rura sua reuisere coepit:animaduertit negligētia uillici corrupta & perdita: Intuensq; male meritum:sumpsissem inquit a te supplicium:nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitum dimittere q̃ propter irā grauius iusto punire.

¶Tarentinus &c. Transit ad externa: & primo ad exemplum archytae philosophi in geometria clari dicens.Archytas tarentinus.i.tarenti ortus

dum se immergit penitus metaponti.i.in eo oppido italiae: praeceptis.f.in stitutionibus pythagorae philosophi samii: complexus.i.assecutus ma gno labore & longo tempore solidum.i.integrum & consumatum opus doctrinae: postq̄ reuertitur in patriam.f.suam Tarentum: ac coepit reuise re rura.i.uillam & agros suos ruri: animaduertit sup. rura sua corrupta & perdita: negligentia uillici.i.eius cui uillam suam: id est domum in agro cū appertinentibus: colendam commiserat: & intuēs.f.uillicum: male meritū scilicet de se & agro suo inquit ego sumptissem supplicium a te.i.de te ni si essem iratus. Maluit enim dimittere.f.uillicum impunitum: q̄ punire sup. eum grauius iusto.i.q̄ iustum esset: propter iram: qua irascebatur in eum qui negligentia sua uillam destruxisset.

## De Platone philosopho: Cap.CCCLXV.

NImis liberalis Archytae moderatio: tempera/ tior platonis: nam cum aduersus delictum ser ui uehementius exarsisset: ueritus ne ipse mo dum uindictae dispicere non posset: Pseusippo amico ca stigationis arbitrium mandauit: deforme sibi futurum existimans si commisisset: ut parem reprahensioné cul pa serui & animaduersio platonis mereretur.

¶ Nimis &c. Ordo est. Moderatio archytae.f.philosophi iam dicti. sup. fuit nimis liberalis: moderatio sup. platonis fuit temperatior.i.magis tem perata: nam cum plato exarsisset.i.inflammatus esset ira: uehementius.f. q̄ par erat: nimis uehementer: ueritus.i.timens: ne ipse nō posset (quia im pedit ira animum &c.) dispicere.i.diiudicare: modum.i.mensuram uindi ctae mandauit.i.commisit pseusippo amico.f.suo arbitrium castigationis i.arbitrariam castigationem de seruo: existimans futurum deforme sibi: si commisisset: ut culpa serui & animaduersio.i.punitio: platonis.f.domini (sed maluit dicere platōis q̄ domini: plus enim momenti est in uocabulo platonis. Nam multi semper fuerant domini: plato unus) mereretur repre hensionem: parem.i.aeque magnam.

stria uersatus in patriam reuersus esset: & p̄ dia sua uillici negligentia squalida & iculta offendisset: ira commotus maluit impunitū uillicum dimittere: q̄ per iram punitionis mo dum excedere. Cicero lib.iiii. Tusc. quaesti. Ex quo inquit illud laudatur Archytae: qui quum uillico factus esset iratior: quo te mo do inquit accepissem nisi iratus essem? Ta rentinus. Tarentum urbs inclyta calabriae i ultimo Italiae circa Salentinorum confinia a Tare Neptuni filio condita. Metaponti: Ita liae oppidum in fine Tarentino conditum a Locrensibus teste Solino Solidum opus per fectum opus: sed inter solidum & perfectū hoc interest: q̄ solidum est cui nihil accedere potest: perfectum cui nihil excedere: doctri na igitur solida est res & non adumbrata. Villici: praefecti uillae: est autem uilla domus i agris. Sumpsissem supplicium: ultus essem Villa. negligentiam tuam. Propter iram ne animi perturbatione iustae & meritae punitionis ter minos excederet.

NImis liberalis architae indulgens ni mis & propemodū uitiosa fuit Ar chytae moderatio: platōis uero ma gis probanda: nam uirtus ubi plusq̄ deceat affectare coeperit desinet esse uirtus: mediū enim duorum extremorum est alterius per defectū: alterius per excessum: cum in alter/ utram partem declinarit uitium fiat necesse est: ergo quia Tarentinus archytas in uilli cum nimis indulgens fuisse uidetur: non ita moderationis proprium ut Plato seruasse di ci potest: & nisi philosophi obstaret auctori tas: intemperantiam potius dicerem fuisse q̄ moderationem: non punisse delinquentē. nā ex impunitate maior nascitur peccandi licen tia: & propterea Plato dicere solitus erat neminem prudentem punire: quia peccatum sit: sed ne peccetur in posterū. Non ergo propter irae magnitudinem a b Archyta donanda erat uillico poena: sed differenda & tunc recte moderatio dici po tuisset si cum fuisset iratus dedisset irae suae spatium: ut residente per interuallum temporis animi tumore: haberet modū castigatio: quare melius ut inquit Valerius fecisse uidetur plato: qui non remittendum seruo supplicium: sed ab altero mi nime perturbato inferendum esse iudicauit. Vehementius exarsisset: grauiori ira excanduisset. Dispicere diligenter discer nere. Pseusippo. Plato Aristone patre: matre Perictiona siue Petona atheniēsi natus est: mater a Solone genus duxit. Ari stonem uero patrem a Codro melanti filio originem ducere tradunt: qui a neptuno itidem sanguinem trahere Thrasyllo teste memoratur: cui pseusippus successit Eurimedontis filius Athenieñ. pago myrrimisius: & platonis sorore natus: qui fratres habuit Adimantum & Glauconem sororemq; Potonam matris cognomine: de qua pseusippus hic cuius nunc Val. meminit. Tradit Heraclides platonem adeo uerecundum: adeo mente compositum: ut nunq̄ ridere nisi modice dep hensus sit: ingresso aliquando xenocrati: caede inquit hunc puerum: nam ipse q̄ iratus sum nescio. Cuidam item seruorū delinquenti: tam inquit te uerberibus concidissem: nisi iratus essem. Hic dissentit a Vale. Diogenes Laertius: eo etiam q̄ non pseusippo seruum puniendum: sed xenocrati traditum dicit: quod uerisimilius est: nam Pseusippus ut ait Diogenes perstitit quidem intra platonis dogmata etsi moribus eisdem non fuit: namq; & iracundus & uoluptatibus dederat ma nus: denīq; aiunt illum ira concitatum catulum in puteum iecisse: uoluptateq; delinitum in Macedoniam ad Cassandri nuptias profectum.

## De eodem. Cap.CCCLXVI.

QVominus q̄ in Xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. Audierat enim eum multa de se impie locutum sine ulla cun ctatione criminationem respuit. Instabat certo uultu in dex quaerens causam cur sibi fides non haberetur: adie/

QVo minus miror. Alia platonis mo deratio: minus qdem admirabilis. nam si in seruum quanto magis in amicum temperantiam seruare & potuit & debuit? Minus igitur mirum ē discipuli quē diligebat crimen non admisisse q̄ seruum nō punisse. Expedire utile esse. Non in corpore mortali. Laudat platonis moderationem: di cit enim ex tanta hominis moderatione exi stimare quis potest platonis animum non in Valerius maximus.

tenebroso corporis domicilio ſedem habuiſ ſe:ſed in cœleſti quadam arce uelutin præſi dio collocatum fuiſſe: ad uitia tanq̃ humanæ uitæ hoſtes acerrimos fortiterpropulſanda:uirtuteſq; omnes in ſuo gradu firmiter retinendas: & conſeruandas. Numeros:nam uirtus ſuos habet numeros:ut iuſtitia:diuiditur in ſex partes.ſ.in religionem:pietatē:gratiam:fidem:uēdicationem:& obſeruantiam.

cit non eſſe credibile: ut quem tantopere amaret: ab eo inuicem non diligeretur. Poſtremo quum ad iuſiurandum inimici aſſerentis malignitas confugiſſet:ne de periurio eius diſputaretur:affirmauit nunq̃ Xenocratem illa dicturum fuiſſe niſi ea dici ſibi expedire iudicaret. Non in corpore mortali: ſed in arce cœleſti equidem armatum animum eius uitæ ſtationem putes peregiſſe humanorum uitiorum incurſus a ſe inuicta pugna repellentem: cunctoſq; uirtutis numeros altitudinis ſuæ ſinu clauſos cuſtodientem.

Aſcen.

¶ Quo.i.quocirca:ego miror minus φ moderatus fuit tam conſtanter in Xenocrate diſcipulo ſuo. Audierat enim eum locutum multa de ſe impie.i.contra pietatem ſibi debitā:& ſup.reſpuit criminationem.ſ. Xenocratis ſine ulla cunctatione.i.hæſitatione. Index.i.is qui indicarat xenocratem multa impie de platone locutum:iſtabat.i.inſtāter urgebat ad ultionem:uultu certo.i.inuariato & confidentiæ pleno:querens.ſ.a platone:cauſam cur fides non haberetur ſibi.ſ.de detractione xenocratis:adiecit.ſ.Cato non eſſe credibile ut non diligeretur inuicem.i.mutuo ab eo.ſ. diſcipulo ſuo xenocrate:quem ipſe.ſ.plato amaret tantopere.i.tanta opera. Poſtremo quum malignitas inimici aſſerentis.ſ. crimen dictum:confugiſſet ad iuſiurandum.i.obtuliſſet ſe confirmare quod aſſerebat iuramento:plato ne diſputaretur.i.diſceptandum eſſet de periurio eius.i.ne cogeretur aut ſtare iuramento eius:& ita de amico male ſentire:aut ipſum periurii arguere:affirmauit xenocratem.ſ.diſcipulum & amicum ſuum nunq̃ fuiſſe dicturum ea.ſ.quæ ille aſſerebat eum dixiſſe:niſi iudicaret expedire.i.utile eſſe ſibi.ſ.platoni id affirmanti:ea dici.ſ.de ſe. Et ita licet uerum eſſet φ xenocrates illa dixerit:tamen non propterea conuinceretur inimicus platonis:quia non omnis qui alterius uitia recitat continuo eius inimicus eſt:hoc igitur conſtanti dicto uicit delatorē plato:unde de eo ſubdit author. Tu putes.i.putare .i.exiſtimari poſſis:hoc eſt quilibet poſſit putare:animum eius.ſ.platonis armatum equidem.i.certe(uacat e)non in corpore mortali ubi nō armatur ſed degrauatur aius:ſed in arce.i.ſumma munitione cæleſti(Alludit ad hæreſim platonis aſſerentis aias i cælo formatas anteq̃ in corpora demittantur)peregiſſe.i.conſummaſſe ſtationem uitæ.i.breue & quaſi ſtationarium munus uitæ:nobis a ſummo oium imperatore deo cōmiſſum(Eſt enim ſtatio ubi aut naues ad tps ſtant deuitandæ tēpeſtatis aut alterius breuis momenti gratia:quæ in portu quieſcere dicuntur:aut milites ad defendendum locū cōmiſſum excubant:unde mira uis eſt in eo uocabulo. Significat enim uitā hois eſſe breuē ſed acrē militiā ſuper terrā)peregiſſe dico animū eius repellentē a ſe inuicta pugna:quia maxime pernicioſi & difficillimi euitatu ſunt aduerſarii qui ſub ſpecie amicitiæ nos adoriuntur:ut delator ille:qui tñ uictus diſceſſit)incurſus.i.ipetus uitiorū humanorū.i.quæ naturā humanam corruptā uidelicet perſequunt: & cuſtodientē:unctos numeros uirtutis.i.conſumatā uirtutē(quæ tñ non in platone ſed in Chriſto fuit)clauſos ſinu.i.complexu ſuæ altitudinis,i.ſublimitatis:quia in arce cæli armatum dixerat.

Nequaq̃ Platoni. Hic Dion Hipparini filius nobili genere natus utraq; implicitus tyrānide dióyſiorū nāq; ille ſuperior Ariſtomachē ſororē Dionis habuit uxorem ex qua duos filios hipparinū & miſſeū procreauit:totidēq; filias nomine Sophroſinē & Aretē quarū priorē Dionyſio filio eidem cui regnū reliquit nuptū dedit alterā. Aretē Dioni: qui intimus Dionyſio fuit:hic multa:& alia habuit e natura bona in his & igeniū docile:cū igitur platonē Tarentū ueniſſe fama eſſet in Siciliam:perlata:adoleſcenti negare non potuit Dyoniſius:φ eū accerſeret:cui ſe Dion tradidit: nec uero minus plato delectatus eſt Dione:itaq; cū a Dionyſio tyranno crudeliter uiolatus eēt:quippe quē uenundari iuſſit:tñ eodē redut eiuſdē Dionyſii precibus adductus. Interī in morbū incidit dionyſius:quo cū grauius conflictaret q̃ſiuit a medicis diō quēadmodū ſe haberet ſimulq; petiit ab his ſi forte maiori eēt i periculo ut ſibi faterent:nā uelle ſe cū eo colloq de partiēdo regno φ ſororis ſuæ filios ex illo natos ptē regni putabat habere debere:id medici non tacuerunt & hoc fuit initiū diōis & diōyſii ſimultatis.ſimulata tñ aliquādiu amicitia fuit.ſed cū a dione ſe ſuperari uideret:igitur eius auctoritate.amore popu

## De Siracuſano Dione. Cap.CCCLXVII.

Nequaq̃ platoni litterarum cōmendatione par Syracúſanus Dion:ſed quod ad pręſtandam moderationem attinet uehementioris experimenti. Patria pulſus a Dyoniſio tyranno. Megaram petierat: ubi cum theodorum principem eius urbis domi conuenire uellet:neq; admitteretur: multum diuq; ante fores retētus:comiti ſuo patienter hoc ferendum eſt ait: forſitan enim & nos cum in gradu dignitatis noſtrę eſſemus:aliquid tale fecimus. Qua tranquilitate conſilii ipſe ſibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

¶ Nequaq̃ &c. Dion Syracuſanus.ſ.priceps:ē ſup .nequaq̃ par platoni cōmēdatioe litterarū.i.ſciētia ſed qd.i.quātū attinet ad præſtādā moderationē.ſ.ai ſup.ē expīmēti uehemētioris.i.qa fortius experimētū pbuit: Nā ipſe pulſus patria.ſ.ſyracuſis:a dionyſio tyrāno petierat megarā urbē græciæ ubi cū uellet couēire.i.adire colloquēdi gratia:Theodorū pricipē eius urbis:neq; admitteret.ſ.a ianitoribus retētus aū fores multū.i.i multa expectatiōe & diu.i.i lōga mora:ait cōiti ſuo hoc ferēdū.i.tolerādū ē patiēter:ei p qa.&.i.ēt nos cū eēmus i gradu dignitatis noſtræ fecimus forſan aliqd tale. Qua trāqllitate cōſilii.i.lōganimitate:ipſe reddidit ſibi conditionem exilii placidiorem:aut ſaltem minus duram.

li nauē ei triremē dedit:qua uectūs ē Corinthū ostēdens se id utriusq3 cā facere ne cū inter se timerēt alteruter alterutrum: poccuparet. Sed cū audisset eū in Pelopōneso manū cōparare. Aretē dionis uxorē alii nuptū dedit:filiūq3 eius libidinose educari iussit. Heraclides interim ab eodē expulsus:qui pfectus fuerat equitū:cū dione bellū oi rōne cōparare cœperāt: & dion qdē fretus nō tā suis copiis q odio tyrāni cū dionysius classem i italia operirel:post diē tertiū q̄ siciliā attigerat. Syracusas itrouit:eoq3 rē pduxit:ut tyrānus pacē facere uellet pactiōibus eiusmodi: Siciliā dion obtineret:italiā dionysius:Syracusas apollicrates.cui maximā fidē uni hēbat dion:haud ita multo post orta dissensio & inter eū & heraclidem & factionē cōparauit q̄ principatū nō cōcedebat:neq3 is minus ualebat apud optimates quorū cōsensu præerat classi eū dion pedestrē exercitū teneret:nō tulit hoc aio æquo dion & uersum illum homeri rettulit ex secunda rapsodia κακ. πολυκο ρανιησιο κοι ρανοσ εστιοεισ βασιλωσ Postea uero cū multitudinē iterfecto heraclide offendiss et nā militibus eorū bona quos sciebat aduersum sensisse lic̄ētius disptiuit. Callicrates qdā ciuis atheniēsis: qui cum eo simul ex peloponneso in siciliā uenerat:homo & callidus & ad fraude acutus:sine ulla religiōe ac fide adiut dionē:ait magno eū in piculo esse pppter offensionē populi & odia militū:quos ex haustis ciuibus p libidine eorū expellere non poterat.cōsuluit ergo alicui suorū negociū mādet:q se simulet illi inim:cū:quē si idoneū inueneri:facile oium aios cogniturū: Tali cōsilio probato excepit has partes ipse Callicrates:& se armat iprudentia dionis ad eū interficiēdū.fit cum inratio multis conscius:deferi ad Aristomachē sororē dionis uxorēq3 Areten:cōueniunt dionē:negat a Callicrate fieri isidias:mulieres nihilo secius callicratē in æde pserpinæ iurare cogūt:nihil ab illo picli fore:sed hoc maturius pegit:& pxio festo zaguntinos e numero suorū adolescētes elegit:ut ad dionē eant inermes.q propter notitiā itromissi foribus obseratis i lecto cubantem colligant:& qa inermes erant flagitātibus Ligo qdā Syracusanus p fenestras gladiū dedit Callicratæ frater philostratus fuit:cui armatā triremē dederat in portū agitandā:ut parata esset ad salutē.si forte consiliis fortuna obstitisset. hic igitur qd ad moderationē spectat:a dionysio pulsus cū Megarā uenisset & Theodorū eius loci pricipē conuenire uoluisset ante illius fores aliquādiu pter eius dignitatē detētus est qd nihil moleste ferēs ait comiti suo:id minime uideri graue q & ipse fortasse cū in iperio foret tale qcq̄ fecisset. Cōmendatione:laudatiōe litterarū. A dionysio.filio superioris dionysii Cōuenire:alloq. Multū quātū ad expectationē animi. Diu quantū ad longitudinem temporis.

## De Thrasibulo. Cap. CCCLXVIII.

Thrasibulus etiam hoc loci apprahendendus est qui populum atheniensem triginta tyrannorum sæuitia sedes suas relinquere:coactum disperatamq; & uagam uitam miserabiliter exigētem:animis pariter atq; armis confirmatum in patriam reduxit. Insignem deinde restitutiōe libertatis uictoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. plæbis enim scitum interposuit nequa præteritarum rerum mentio fieret. Hæc obliuio quam athenienses αμνηστιαν uocant: concussum & labentem ciuitatis statum in pristinum habitum reuocauit.

¶ Trasibulus:ciuis ille athenieñ.est apprachendendus.s.a stilo.i.scribendus etiā hoc loci:q reduxit in patriam.s.athēas populū athenieñ.coactū relinquere sedes.i.mansiones suas & exigentē.i.degentē miserabiliter uitā dispersam & uagā sæuitia.i.propter sæuitiā triginta tyrānorū confirmatū.i.corroboratū a se pariter animis atq3 armis.deinde fecit uictoriā insignē.i.quæ erat insignis restitutione.i.pppter restōnem libertatis.s.patriæ clariorē aliquāto laude.i.ob laudē moderationis.s.aī qua postea usus est. Enim p quia:ipe interposuit plebiscitū.i.legē sciēte & cōsentiente plebe latā:nequa mentio pteritarū rex fieret.i.ne cui noxe aut obpropno esset qd sub tyrānis egerat. Hæc obliuio quā græci uocant αμνηστιαν ānestian seu ut ipse proferūt amnistian.i.obliuionē iniuriarū.reuocauit statum ciuitatis cōcussum & labentem.i.in ruinam tendentem : in habitum i. dispositionem:pristinum idest quam prius habuerat.

## De Stasippo Tegeate. Cap. CCCLXIX.

Non minoris admiratiōis illd.Stasipp9 tegeates hortātibus amicis ut grauē i admīstratōe reip.æmulū: sed alioquin probū & ornatum

Thrasibulus ēt hoc loci. Ut in capitulo de somniis & i capitulo de fortitudine diximus:Lisander dux lacedæmoniorum uictis atheniensibus triginta ptores præposuit:qui paulo post in totidem euasere tyrannos.cum igitur ciuitatem tyrānide crudeli nimis opprimerēt:multi ex atheniensibus uolūtarium exiliū sibi delegerunt. Lacedæmoniorum edicto ciuitates athenienses exules recipere prohibebantur.omnes igitur se argos & thebas contulerunt:ubi nō solum tutū exiliū egere:uerū ēt spē recuperandæ patriæ receperunt Erat inter exules thrasibulus uir strēnuus & domi nobilis.q liberādæ patriæ princeps & auctor extitit.nā cum animum induxisset ad audendum aliquid est e pro patria p salute cōmuni etiam cū periculo:exulibus collectis.castellū philem Atticorum finium occupat:nec deerat quarūdam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaq3 & ismenias thebanorum priceps: & si publicis nō poterat.priuatis tamen uiribus adiuuat. Et Lysias Syracusanus orator exul tunc quingentos milites stipendio suo instructos in auxiliū patriæ:cōmunis eloquentiæ misit. Itaq3 fuit asperum bellum. Sed cū hinc pro patria summis uiribus:hinc pro aliena potentia securius pugnaretur:tyranni uincuntur & uicti in urbem refugerunt. Tyranni deinde frustra tentant corrumpere Thrasibulum. Tum accitis Lacedæmon auxiliis iterum uincuntur:in quo prœlio Critias & hippolytus tyrannorum sæuissimi cadunt: Thrasibulus fugientes ciues ad libertatem reuocat tyranni Eleusim migrare iubent substitutis decem qui rei publicæ præessent:qui eadem uia grassari cœperūt.postremo pausanias rex ad cōprimendū bellū missus:decem uiros ad triginta tyrannos eleusim migra

te iubet. qui communi consilio bellum Athe niensibus inferunt: sed ad colloquium uelut dominationem recepturi progressi.ac per in sidias comprehensi uelut pacis uictimae tru cidantur.hoc modo reuocatur populus & iu reiurando adigitur discordiarum obliuionē fore quaȝ graeci α ΑΜΝΗΣΙΑΝ id ē obliuio nem mali.Cōcussum:fractum & debilitatū.

NOn minoris illud: Stasippi modera tio ex intimo philosophiae pectore manasse & o mnium sapientum mo destiam non solum adaequasse.uerum etiam superasse uidetur:qui cum aduersarium sibi in reipu. administratione grauissimuȝ posset uel de medio tollere:uel in exilium relegare: idqȝ ut faceret saepius hortaretur ab inimi cis :in neutram partem induci potuit.q; dice ret non debere patriam probo uiro suiqȝ a mantissimo spoliari:in cuius locum mali ide improbiqȝ succederent maluit in perpetua eū aemulo dimicatione molestiaqȝ uersari : q̄ rē publicam uiro bono suiqȝ defensore orbari. Illud:scilicet quod sequitur. Tegeates:nomē partium secundum formam graecam:ac si di ceres tegeatinus. Tegeum oppidum est ar chadiae.Virgi. Tua si tibi maenala curae ad siso tegeaee fauens:cuius princeps Stasip pus erat uir moderatione plenus : Grauem: quia grauiter ab eo dissentiebat. Aemulum: eiusdem rei studiosum.nam aemulus dicitur inuidus imitator:obluctans: insectator eius dem rei studiosus. Tolleret scilicet de medio: hoc est occideret. Summoueret in exilium ageret quod utrunqȝ facere poterat.Praeop tauit:p raelegit.

uirum qualibet ratione uel tolleret uel summoueret ne gauit se facturum:ne quem in tutelam patriae bonus ci uis locum obtineret: malus & improbus occuparet seq; potius uehementer aduersario urgeri q̄ patriam egregio aduocato carere praeoptauit.

¶Non minoris admirationis est sup.illud.s.quod iam dicetur Stasippus tegartes.i.ciuis tegei aut tegeae oppidi archadiae(amicis sup.eius:hortā tibus.i.cum amici eius eū hortarentur ut uel tolleret.s.de medio.hoc ē ex tingueret uel sūmoueret.i.loco cedere per exilium cogeret.qualibet.i.qua cūqȝ liberatione.i.uia & mō:aemulum.s.suum quēdam grauē .i. molestū & aduersarium in administratione reip.sed alioqui.i.excepta illa aemula tione.uirum probum & ornatum:negauit se facturū:scȝ quod amici sua debant:ne malus & improbus ciuis.i.aliquis:occuparet.s.forte.sup. eum locum:quem ciuis bonus.i.utilis.i.ad tutelam patriae obtineret & praeop tauit potius se urgeri uehementer sup.ab aduersario q̄ patriam carere ad uocato idest patrono & protectore egregio.

## De Pittaco: Cap.CCCLXX.

PIttaci quoq; moderatione pectus instructum qui alceum poetam & amaritudine odii & ui ribus igenii aduersus se pertinacissime usum tyrannidem a ciuibus delatam adeptus : tantummodo quid in opprimendo posset admonuit.

¶Pittaci &c.Ordo est.Pectus pittaci mitilenei unius e septem sapienti bus instructum sup.fuit:quoqȝ.i.etiam moderatione:qui adeptus.i. asse cutus a ciuibus.s.mitilenēis tyrannidem.i.imperium ac regimen ciuitatis admonuit tantūmodo.i.dūtaxat quid posset in opprimendo idest si uoluis set opprimere admonuit dico alcaeum poetam a quo alcaici sunt uersus dicti uium aduersus se pertinacissime &.i.simul amaritudine odii: & uiri bus igenii quia totis uiribus eum diffamare conatus fuerat & tamē post principatum urbis initum &in potestatem redactum dimisit dicens satis est noscas me tibi nocere potuisse.

PIttaci quoqȝ moderatione .Pittacus mitileneus fuit unus ex septem grae ciae sapientibus.Heradio patre quē thraca fuisse tradunt:in hunc alceus poeta

Pyttacus uersu iābico lusit.& his eū uer.ignominiosis appellauit συροποδα ταυρικα χείραποδαη α γασυρτην idest latos pedes trahentem tumescentē : pedū morbo laborantē χειρασ latine tumor pedum :hoc est morbus pedū obtractationibus patentem:& sordidū.Tyrannidē autē ita adeptus est.nā cū iter mitilenеos: & athenienses de aquilеi dis agri possessiōe certamē eēt:pittacus cū phrinone atheniēsi singulari certamie dimicauit ꝓ his finibus.Nā sic iter se cōuenerāt atheniēses & mitilenei:quo res cū minori utriusqȝ populi iactura transigeretur.Hi duo īperatores exercitus i ter se certarēt singulari certamie:& uter eoꝝ uictor euaderet illius populus agro poti ret.Pittacus igitur sub clypeo rhete occultabat:quo iacto sic phrinonē iplicuit:ut se deinde explicare nō posset.quo caeso uictoria penes mitileneos fuit p pit taciū parta:sed cū paulo post Atheniēses iterū mitilenen infestarent:Ciues ei sūmo cōsensu tyrānidē demandarunt:quam cū ille conseruata patria decē ānos tenuisset.& optimis institutis & legibus cōstituisset.se ipm spōte a magistratu abdica uit:unde Strabo li.xiii.haud ꝓcul a fine oi Pittacus inqt ad dānatus eruendos principatu usus ē:& quibus sublatis ciues in pristinam libertatē restituit Eius ea lex fuit in ebrios ut cū peccarent duplici afficerētur poena .Fuit temporibus Craesi lidorū regis ad quem eius adhuc extat epistola.Hac āt moderatiōe usus est:ut in īperio Cōstitutus Alcaeum poetā a quo fuerat:ut diximus graui iniuria lacessitus:ad se iuberet acciri:eiqȝ ostēderet quantā haberet ulciscendae iniuriae potestatē si modo uellet quē uoluit ipunitate donari:satis ei fuerat ostendisse de illo quodcunqȝ uellet supplicium sum ere posse :sed nolle.Amaritudine:quia capitali odio inimicitias secum agebat Tyrannidem imperium & in bona parte hoc loco accipi tur: nam tyrannum antiqui regem appellabant. Virgili.pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyrāni.Adeptus.assecut9

QVius uiri mētio subiicit.Legit apud Diogenē Laertium in uita Tha letis : ionicos quosdam iuuenes in piscatores milesios incidisse : qui rhetia ia cturi erant:& ioco piscatores interrogasse: uenderent ne fortunae iactum hoc est quic

## De septem sapientibus. Cap.CCCLXXI.

QVius uiri mentio subiicit ut de septem sapien

tum moderatione referam A piscatoribus in Milesia
regione uerriculum trahentibus quidam iactum eme/
rat: extracta deinde magni ponderis aurea delphica
mensa: orta controuersia est: illis piscium se capturam
uendidisse affirmantibus: hoc fortunę ductus emis/
se dicente. Qua cōtentione propter nouitatem rei & ma
gnitudinem pecunię ad uniuersum eius ciuitatis popu/
lum delata: placuit Apollinem delphicum consuli cui
nam adiudicari mensa deberet: deus respondit illi esse
dandam qui sapientia cęteros praestaret. his uerbis
gręcis.

Εκγόρε μιλατου τρίποδοσ περίφοιβον ερώτασ
Οσ σοφίη παντων πρωτοσ τουτω τρίποδε αναω

Qui possunt in latinum ita conuerti.

Phoebum de tripode rogitas milesia pubes Huic tripo
dem addico cuius sapientia prima est. Tunc illi consen
su Thaleti mensam dederunt: ille cessit eam bianti: bias
Pittaco protinus alii deincepsq; per omnium septem sa
pientum orbem ad ultimum ad solonem peruenit qui
& titulum amplissimae prudentiae & premium ad ipsum
Apollinem transtulit.

¶Huius uiri &c. Ordo est. Mentio huius uiri qui unus e septem sapienti
bus graeciae fuit: subiicit scilicet memoriam: aut subigit .i. cogit latēter. ut
referam idest recitem aliquid: de moderatione septem sapientum .s. grae/
ciae. Incipiens autem narrare dicit. Quidam scilicet uir qui interuenerat dū
piscatores rete in flumen missum extrahere uellent: emerat a piscatoribus
trahentibus uerriculum idest rete per fundum quasi uerrendo trahi soli/
tum: in regione milesia idest iuxta miletum oppidum: emerat dico iactum
idest quicquid illo actu ceperint. deinde mensa aurea delphica hoc est tri
pode quales in templo appollinis delphici erant extracta idest cum esset
a piscatoribus extracta: controuersia .i. lis & contentio est orta .s. inter emē
tem & uendentes iactum illum: illis .s. piscatoribus qui uenditores erant:
affirmantibus se uendidisse capturam piscium: hoc .s. emptore: dicēte sup.
emisse ductus fortunae .i. quicquid fortuna in rete induceret & illi extra/
herent qua contentione .i. lite delata idest postq̄ fuit delata ad uniuersum
populum eius ciuitatis .s. mileti propter nouitatem rei .i. casus & pacti &
propter magnitudinem pecuniae quia mensa illa aurea aestimata erat. pla
cuit Apollinem delphicum .i. qui apud delphos dabat responsa & oracu/
la consuli .i. consilium peti: cui nam mensa .s. illa aurea deberet adiudicari
deus apollo hoc est spiritus malignus qui occulta inspiratione & subtili/
bus uiis ea omnia confecerat ut miseros mortales firmius in sui ueneratio
ne deuinciret respondit mensam sup. esse dandam illi qui praestaret idest
ante iret & superaret: caeteros .s. uiuentes tam mortales q̄ imortales sapiē
tia: Respondit dico his uerbis graecis εκ γονε μιλητου &c. hoc est
milete aut (ut traductum est) milesia pubes tu rogitas .i. interrogas phoe
bum .s. apollinem: de tripode .i. cuius debeat esse tripos .i. mensa illa tripes
piscata: & sup. ego apollo: addico tripodem huic .i. ei: cuius sapientia ē pri
ma .i. maxima & summa. Tunc habito eo oraculo & responso: illi .s. qui con
tenderant & Apollinē cōsuluerāt: dederūt thaleti .s. milesio uni ex septem
sapiētibus: mēsurā .s. illā: cōsensu .s. cōmuni: ille cessit eā .s. mēsam Biāti .s.
prieneo (alibi declinat p secūdā bias biae) Bias sup. cessit eā pittaco: is .s.
pittacus cessit sup. eam protinus alii .s. uni ex sapientibus: deincepsq; sup.

quid eo iactu caperent. rem ioco actā serio
a piscatoribus habitam fuisse responsum: q3
eē uēdituros. & cū de pcio cōuenissēt: iacto
reti ex lacu tripodē aureā ad littora eduxis/
se: inde ortā cōtētionē adolescētibus mēsam
aureā: poscētibus piscatoribus capturam pi
scium: non aliarū rerū se cū illis cōuenisse af
firmantibus. Res igit ad apollinē delata est:
q cōsultus cuius nā eē deberet tripes ille sic
respōdisse fert: Phoebum de tripode rogitas
milesia pubes: Huic tripodē addico cuius sa
piētia prima ē. Cū ergo ad Thaletē milesiū
primū mēsa delata foret ille biāti adiudica/
uit. Bias pittaco & omnes alius alii adiudicā
tes moderatiōe maxia usi sunt cū nemo tan
tū sibi nomen arrogare uoluerit Demū apol
lini Solon qui ultimus fuerat dandā eē cēsu
it q ille oium sapientissimus haberet & ita
apollini quodāmodo reddita est. Variae tamē
hanc historiā Diogenes refert: ut dicat Cali
machū Alexādro milesio accepisse Bachidē
quendā archadē phialā reliqsse atq3 man/
dasse dari sapiēti prio darāq3 Thaleti: quā
ille apollini Didimaeo misit sic dicēs secundū
Calimachū plebē regēti Thales nileo dat:
elatū bis hoc qui tā secutus ē donum rursus
aliū tradit & nō phialā: sed aureū poculū re/
ge quodā acceptū: ut sapiētissimo graecorū
daretur. Thaleti fuisse traditū & alia mul/
ta quae apud ipsum Diogenem uidere licet.
Huius uiri uidelicet. pittaci de quo dictū ē.
Verriculū trahentibus Verriculum rhete di/
citur quod p alueū fluminis uerritur .i. trahit:
& a uerrendo uerriculū dictū. Est aūt genus
rhetis plumbati. Iactum scilicet rhetis: uideli
cet quicquid eo iactu caperēt. Extracta edu
cta. Qua contentione propter nouitatem rei
Quia uidelicet nunq̄ ātea quisq̄ capturae pi
sciū emerat euētū Magnitudinē pecūiae. Pe/
cūiae appellatōe cuiusq3 rei substātia dr: nā
r pecudibus uñ pecūia dicta ē maiores oēm
habuere substātiā Siue potius q nota pecu
dū aes primū signatū fuerit: ut uult Plinius li
bro trigesimo tertio. qui dicit inde pecuniam
dictam. Magnitudinem: quia mensa erat
solidi auri. Praestaret excelleret: & tam cū
accusatiuo q̄ cum datiuo id uerbum construi
tur: His uer. graecis. Εκγονε μιλητου
τριποδοσ περιφοιβον ερωτασ.
Οσ σοφιη παντων πρωτοσ: του
τω τριποδα ανδω. Qui uersus possūt
in latinum ita conuerti. Phoebum de tripode
rogitas milesia pubes Huic tripodem addi/
co cuius sapientia prima ē. Mensam .s. delphi
cā hoc ē talē qualis ē delphica mensa. nā in
tēplo Apollinis tripodes erāt qbus admota
phoebas statim afflata numinis instinctu fu
tura praedicebat. Ille cessit biāti. Magna p/
fecto septem uirorum moderatio qui ut sa/
pientes dicebantur: sic usi sunt in hac re po/
tissimum uti sapientia: ut alius alii tripodem:
& sapientiae nomen cederent. fuerunt autem

septem sapientes uidelicet Thales Milesius. Bias prieneus: Pittacus mitilenus Solō atheniensis: Chilo lacedæmonius: Cleobolus lindius: Periander corinthius.

Atq3 ut theopōpo spartanorū regi. Sic in oi uita comunē se maxie gessit qui interrogāti amico quo pacto aliquis securissime regnum tutari posset. si participes inquit iustæ licentiæ: & authoritates amicos fecerit: & ne subditi afficerentur iniuria pro uiribus prouiderit: hoc non solū dixit: sed etiam sensit. nam ut uerbis sic reprobauit. non enim solum regiam licentiam communicauit amicis: sed etiam subiecit eam potestati & censuræ eorum. Ephoros enim instituit: qui regiæ potestati essent oppositi. Ephori erant lacedæmone magistratus quales romæ tribuni plæbis: ut enim a consulibus ad tribunos prouocare se quisq3 poterat sic lacedæmone a regibus ad ephoros: dicti autem ab επι και opow quod ē ispicio unde ephori prouisores: prouidebant. n. rebus quas reges faciebant & eas pro arbitrio suo uel laudabant uel refellebant.

Ephori

Antiochus autē. L. Scipio asiaticus de quo supra mentionem fecimus: magno bello regem Antiochum superauit: & illum magna parte regni mulctauit: utpote asia tota. nam sūmotus fuerat ultra montem taurum ut lib. viii. Capi. i. dicturus est. hic igitur rex non fictas populo Ro. gratias egit: q̄ se magna cura liberasset. nā quanto longius latiusq3 porrecti sunt regni fines: tanto multiplicior cura fit regentis necesse est. Cice. in oratione pro rege deiotaro. Et enim si antiochus magnus rex ille asiæ qui postq̄ a. L. & Scipione deuictus taurotenus regnare iussus est. omnemq3 hanc asiā quæ nunc nostra est prouinciam amisisset. dicere est solitus benigne sibi a Po. Ro. esse factū. q̄ nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis: uteretur. Non dissimulanter: sed plane: & palam.

Quæ quoniam multis & claris. quandoquidem inquit satis illustrauimus clarorum hominum moderationem exemplis quibus eadem demonstrata est. nunc de his dicamus qui odio inter se & inimicitia laborantes in beniuolentiam amicitiamq3 redierunt: qui quidam affectus animi lætissimus esse solet. Affectum. uidelicet amicitiam ex inimicitiis ortam. Deflexum declinatum permutatum. Sentitur. Verbum pertinens ad omnes corporis sensus. nam & oculis & auribus sentimus. Candida relatione. læta: a præcedente: quod sequitur. ut enim color niger tristem: ita Candidus lætum facit. Funesti homines atra hoc est nigra ueste induuntur. Quæ

ille alii: & ita peruenit per orbem. i. circuitum omnium septem sapiētum: ad ultimum. i. ultimo loco: ad Solonem. s. Atheniēsē: qui transtulit ad ipm apollinem: & i. simul: titulum amplissimæ prudentiæ & præmium uidelicet mensam illam auream.

## De Theopompo. Cap. CCCLXXII.

Atq3 ut Theopompo quoq3 spartanorum regi moderationis testimonium reddamus. Quū primus istituisset: ut Ephori lacedęmone crearentur: ita futuri regiæ potestati oppositi quemadmodum romæ consulari imperio trib. ple. sunt obiecti: atq3 illi uxor dixisset id egisse illum ut filiis minorem potestatem relinqueret: relinquam inquit sed diuturniorem. Optime quidem. Ea enim demum tuta est potentia: quę uiribus suis modum imposuit. Igitur theopompus legitimis regnum uinculis constringendo quo longius a licentia retraxit hoc ad beniuolentiam ciuium propius admouit.

¶ Atq3 ut reddamus quoq3. i. etiā Theopompo regi spartanorum testimonium moderationis dico sup. q̄ Cū ipse istituisset primus ut ephori. i. prouisores aut superinspectores eorum quæ in ciuitate gererentur: crearētur idest de nouo fierent: lacedæmone. i. in ciuitate spartana: futuri. i. qui forent ita oppositi. i. obiecti & obsistentes potestati regiæ: quēadmodum tribuni plæbis sunt obiecti romæ īperio cōsulari: atq3 uxor. s. Theopompi dixisset illi. s. theopompo: illum. s. Theopompum egisse id ut relinqueret filiis minorem potestatem. s. q̄ a patre acceperat: inquit. i. respondit ei: relinquam sup. minorem potestatem sed diuturniorem. De quo rī. so dicit author. Optime quidem sup. Theopompus inquit aut respondit. Enim pro quia: ea demum potentia est tuta: quæ imposuit uiribus suis modum idest mensuram ac moderationem. Igitur Theopompus cōstringendo idest coarctando regnum idest regiam potestatem uinculis legitimis: quo idest quanto: retraxit idest remouit sup. regnum longius a licentia idest a male faciendo quas quicquid liberet impunitate: hoc idest tanto propius: admouit. i. applicuit sup. ipsum ad beniuolentiam ciuium.

## De Antiocho. Cap. CCCLXXIII.

Antiochus autem a. L. Scipione ultra taurum montem imperii finibus summotus quū asiā prouinciam uicinasq3 ei gentes amisisset gratias agere populo Romano non dissimulanter tulit: q̄ nimis magna procuratione liberatus: modicis regni terminis uteretur: & sane nihil ē tampræclarum aut tam magnificum: quod non moderatione temperari desideret.

¶ Antiochus āt sūmotus. i. expulsus finibus īperii a lucio Scipiōe. s. asiatico ultra Taurū mōtē quū amisisset asiā ꝓuinciā: & gētes uicinas ei sc3 aciæ tulit. i. sustinuit agere nō dissimulāter. i. absq3 dissimulatōe: populo Romano gratias q̄. i. qa: ipse liberatus nimis magna ꝓcuratōe: uteret̄ modicis terminis regni. Et sane. i. certe nihil ē tā ꝓclarū aut tā magnificū: qd nō desyderet. i. exposcat temperari moderatiōe. s. animi.

## De his qui ex inimicis iuncti sunt amicicia & necessitudine. Ti. II.

Quæ qm̄ multis & claris auctoribus illustrata est: transgrediamur ad egregium hūani animi affectū quem ab odio ad gratiam deflexum:

& quidem cum læto stilo prosequamur. Nam sicut placidum mare ex aspero: cœlumq; ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur: sic bellum pace mutatum plurimum gaudii affert. Offensarum etiam acerbitas deposita candida relatione celebranda est.

sine dubio tristitiam repræsentat. cõtra dignitates petentes candidati erant hoc est candida ueste induti.

¶ Quæ quoniam. Indissolubili filo transit ad sequentis tituli exempla: cuius hæc est p̃fatio. Quæ. s. moderatio: quoniã ẽ illustrata i. illustrior facta aut decla. rata: multis & claris authoribus: transgrediamur ad egregium affectum animi humani: sc3 ad reconciliationem post inimicitias: quem. s. affectum deflexum (Sunt qui defluxum legant sed placet lectio Oliuerii) ab odio ad gratiam: prosequamur: & quidem cũ stilo læto. i. cum stili lætitia. Nã sicut mare sentitur hilari aspectu placidũ trãqllum & sedatũ: ex aspero. i. turbulento idest postq̃ fuerat turbulentum: & cœlũ sentitur hilari aspectu serenũ ex nubilo. i. postq̃ fuerat nubilũ: sic bellũ mutatũ pace. i. conuersum in pacem: affert. s. bello prius afflictis plurimum gaudii. Acerbitas etiam offensarum deposita. i. pacata: est celebranda. i. honeste diuulganda: relatione candida. i. liuoris & tristitiæ experti.

Ascen.

## De. M. æmilio lepido. Ca. CCCLXXIIII.

Marcus æmilius lepidus bis consul & pontifex maximus splendoriq; honorum par uitę grauitate diutinas ac uehementes inimicitias cũ Fuluio flacco eiusdem amplitudinis uiro gessit: quas ut simul censores renunciati sunt in campo deposuit existimans non oportere eos priuatis odiis dissidere: qui publice summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius & præsens ætas comprobauit: & nobis ueteres annalium scriptores laudandum tradiderunt.

Marcus Aemylius lepidus bis consul. Aulus gelius Aemylius inq̃t lepidus & fuluius flaccus: nobili genere amplissimisq3 honoribus & summo loco in ciuitate præditi: odio iter sese graui & simultate diutina conflictati sunt. postea populus eos simul censores fecit. atq3 ubi uoce præconis renunciati sunt ibidem in campo statim nondum dimissa cõcione ultro uterq3: & pari uoluntate coniuncti complexiq3 sunt: exq3 eo die: & i ipsa censura & postea iugi concordia fidelissime amicissimeq3 uixerunt. turpe enim sibi fore putabant priuatim dissentire: cum publice in sũmo magistratu eẽnt coniuncti Par uitæ. nam uitæ integritas honoribus congruebat. Diutinas longas. a diu diutinus a die diurnus: Sũmæ potestati. collegio summæ potestatis. s. censuræ quæ non erat pene minor consulatu. Annalium. annales sunt: quibus annua gesta describebantur.

¶ Marcus &c. affert primum exemplum in Marco Aemylio dicens. Marcus Aemylius lepidus: bis consul & pontifex maximus: & par. i. æqualis: grauitate uitæ: splendori honorum. i. magistratuum quos gesserat: gessit diutinas. i. longi temporis ac uehementes inimicitias cum fuluio flacco uiro eiusdem amplitudinis. s. in honoribus. Quas. s. inimicitias deposuit. s. Marcus Aemylius in campo. s. martio ut. s. postq̃ renunciati. i. per præconem iterum nũciati sunt & declarati (Nam in comitiis collectis per puncta suffragiis: qui numera dis punctis præerant nuntiabant præconi eos qui electi fuerunt: & præco electis renuntiabat. i. iterũ nuntiabat: quod dico quia renuntio fere pro abnuo aut abdico & quod dicunt renego accipi solet) censores simul idest uno tempore: existimans. i. iudicans: non oportere. i. non decere: eos qui iuncti essent publice. i. in administratione publica: sũma potestate: ut pote censoria: quæ in omnes ordines animaduertere poterat: dissidere. i. pertinaciter dissentire odiis. i. simultatibus & iurgiis priuatis (Dixi dissidere esse pertinaciter dissentire. Nã sedere dicitur quod firmiter placet: ut æneid. ii. Et sedet hoc animo: perituræq3 addere troiæ Teq3 tuosq3 iuuat &c. Et eiusdem. iiii. Si mihi non animo fixum immotumq3 sederet &c. Vnde dissidere firmiter dissentire: & inde dissidium) Et. i. pariter ætas præsens. i. quæ tunc erat: comprobauit id iudicium eius. s. Marci Aemylii lepidi: & ueteres scriptores annalium idest librorum continentium qui annuos magistratus gesserunt & quid in eis egerunt tradiderunt. s. scripto: laudandum nobis. s. posteris suis.

## De Sexto Liuio salinatore. Cap. CCCLXXV.

Sexti quoq; Liuii salinatoris fin endatum simultatum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is namq; & si Neronis odio ardens in exilium p̃fectus fuerat: testimonio eius præcipue afflictus: tamen postq̃ eum inde reuocatum ciues collegam illi in consulatum dederunt: & ingenii sui quod erat acerrimum: & iniuriæ quam grauissimam acceperat obliuisci sibi imperauit: ne si dissidente animo consortium imperii usurpare uoluisset pertinacem exhibendo inimicum malum consulem ageret: quæ

Sexti quoq3 Liui. Quãta fuerit inter Liuiũ Salinatorẽ & Claudiũ Neronẽ cũ acerbitate dissensio: satis in capitulo de cẽsura diligẽter ãnotauimus. Salinatoris. Salinator dictus ẽ a lege quã arctissimã & populo maxie molesta de uendẽdo sale tulerat. ob quã deide dãnatus ẽ. nam cũ primũ cõsulatu abiit: a Claudio Nerone illi dies dicta ẽ ad populũ. & cũ oẽs trĩb9ci maxime forẽt isensæ p̃ter metiã: facile dãnatus ẽ quã ignominiam adeo moleste tulit: ut rus migraret: & p multos ãnos urbe & oi cœtu careret hominum. Octauo ferme post damnationem ãno. M. Clau. Marcel. & M. Vale. Le. consules eum reduxerunt in urbem: sed erat ueste obsoleto: capillo: barbaq3 p̃lixa: præse ferens insignẽ in uultu habituq3 me-

mortā: ignominiæ acceptæ quē cenſores tonderi: ſqualoreq; deponere & in ſenatū uenire: ac omnibus publicis muneribus fūgi coegerunt. Cum igitur reſpublica graui & diutino bello punico ſecūdo pmereē: multiſq; cladibus exhauſta uiris fortibus eſſet non facile inueniebantur qui digni forent qbus committeret imperiū: itaq; comitiis cōſularibus Claudio Neroni declarato cōſuli: par ei collega quærebatur: nec quiſq̄ in tanto populo inueniri potuit Sexto liuio pferendus aut certe adæquandus: uel q cæteri ſiqui erant lege ipedirentur: uel q nullus par huic uirtute appareret: Quare omniū ſuffragiis ei recuſanti ac prope inuito conſulatus demandatus eſt. Quo facto. de reconciliatione ēt gratiæ in ſenatu actū eſt. erant autē inimicitiæ inter eos ut ſupra diximus: q dānatiōis & exilii ſui dux & auctor fuiſſet Nero. hac ergo acerbiores indignioreſq; Liuio ſua calamitas faciebat: q ſe ſpretū in ea fortuna credebat. Itaq; his magis iplicabilis erat & nihil opus eſſe recōciliatione dicebat. acrius & intentius omnia geſturos, timentes ne creſcēdi ex ſe minime collegæ poteſtas fieret. Vicit tamē auctoritas ſenatus & patriæ charitas ut depoſitis ſimultatibus: quæ inter ipſos diu fuerant cōmuni conſilio rēpublicam inuicem adminiſtrent. In exiliū. Rus migrauit: ut Liui. tradit: acerrimū uehemens aſperrimū. Imperauit. Bene iperauit quia ſeipſū uicit. Diſſidente. diſcordante diſcrepante. Conſortiū. coniunctionē. collegiū. Articulo momento & inclinatione. Punicas uires quia ut ſupra diximus haſdrubalē hānibalis fratrem cum innumeroſo exercitu uictum ceciderunt.

quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio: in aſpero ac difficili temporum articulo plurimum ſaluti urbi noſtræ atq; Italiæ attulit: quia pari uirtutis impetu cōnixi: terribiles punicas uires contuderunt.

¶ Sexti quoq; &c. Ordo eſt. Annaliū ſup. ſcriptores noluerunt quoq; .i. ēt conſiliū illuſtre. i. præclarū Sexti Liuii Salinatoris: finiendarū ſimultatū. i. quod cepit ad finiendas ſimultates. i. occulta odia: eſſe ignotū poſteritati: quia etiam illud tradiderunt laudandū. Nāq; pro quia: is. ſ. Salinator etſi. i. q̄q̄: fuerat profectus in exilium. ſ. in rus ubi exulabat: ardens. i. icēſus: odio Neronis. ſ. claudii: a quo illi dies dicta fuerat: & afflictus præcipue teſtimonio eius. ſ. Claudii Neronis: tamen poſtq̄ ciues. ſ. romani: dederunt. ſ. per ſuffragia: eū. ſ. Salinatorē: reuocatū inde. ſc; ab exilio in patriā illi. ſ. Neroni: collegā in. i. ad conſulatū. ſ. gerendū imperauit ſibi. i. coegit ſeipſum obliuiſci &. i. ſimul: ingenii. ſ. ingenitæ a natura qualitatis animi: quod. ſ. ingenium erat acerrimum: & iniuriæ: quā. ſ. iniuriā acceperat grauiſſimā: adeo autē id ſibi imperauit: ne ſi uoluiſſet uſurpare conſortiū. i. ſortitionem ipeni: ageret conſulem malū ideſt agendo quæ conſulis eēnt exhiberet ſe conſulē malū: exhibendo. ſ. ſe inimicum pertinacē. ſ. in inimicitiis. Quæ quidē inclinatio mentis. ſ. eius: ad habitū ideſt firmā qualitatē animi: tranquilliorem. i. ſedatiorē & mitiorē: attulit urbi noſtræ. ſ. Romæ atq; italiæ. ſ. reliquæ: plurimū ſalutis. in aſpero atq; difficili articulo tēporū. ſ. quo Annibal Romā uexabat: quia ipſi iā concordes facti: connixi. i. contendentes: pari impetu uirtutis contuderunt uires punicas terribiles. ſ. antea: toti Italiæ.

## De Aphricano & Tibe. Ca. CCCLXXVIII.

Clarum etiam in aphricano ſuperiore ac Tiberio graccho depoſitarū inimicitiarum exēplum: ſiquidem ad cuius mēſæ ſacra odio diſſidentes uenerāt ad ea & amicitia & affinitate iuncti diſceſſerunt. non contentus enim Scipio auctore ſenatu in capitolio Iouis epulo cum graccho concordiam communicaſſe: filiam quoq; ei Corneliam protinus ibidem deſpondit.

Clarum etiam in aphricano ſuperiore. P. aphricanus ſupior & T. gracchus Tyberii & caii gracchorum pater rerum geſtarum magnitudine & honorum atq; uitæ dignitate illuſtres uiri diſſenſerunt ſæpenumero de republica & eius cauſa ſicut qua alia re non amici fuerunt. Ea ſimultas cū diu manſiſſet. & ſolēni die ioui epulū libaretur. atq; id ob ſacrificiū ſenatus in capitolio epularetur fors fuit ut apud eandem menſam duo illi iuncti locarentur: tum quaſi diis imortalibus arbitris id cōuiuio iouis optimi maximi dextras corū conducentibus repente amiciſſimi facti neq; ſolū amicitia incepta: ſed affinitas ſimul inſtituta. nā. P. Scipio filiam uirginem habens iam uiro maturam ibi tū eodem loco deſpondit eā Tyberio graccho quem probauerat: elegeratq; exploratiſſimo iudicii tempore: dum inimicus eſſet. Liuius de bello macedonico lib. viii. parum conſtare dicit inter auctores utrum poſt mortem patris deſponſata fuerit: & nupſerit filia aphricani graccho: an uere illæ opiniones ſint gracchū cū. L. Scipio in uincula duceretur. nec quiſq̄ collegarum auxilio eēt iuraſſe ſibi inimicitias cum Scipionibus manere: nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicq̄ facere: ſed in quem carcerem reges & imperatores hoſtium ducentem uidiſſet. P. aphricanū in eum fratrem eius duci non paſſurū. Senatū eo die forte cœnantem in capitolio conſurrexiſſe & petiiſſe: ut inter epulas graccho filiā aphricanus deſpōderet. qbus ita i publicū ſolēne ſpōſalibus rite factis: cum ſe domū recepiſſet. Scipionem

¶ Clarum &c. Ordo eſt. Exemplum inimicitiarum depoſitarum: ſup. fuit etiam clarum ideſt illuſtre: in Aphricano ſuperiore ideſt maiore: ac ſup. in Tyberio Graccho. Si quidem ideſt quandoquidem: ipſi diſceſſerunt iuncti amicitia & affinitate: ab ea ſup. menſa iouis in capitolio: ad cuius menſæ ſacra ideſt ſacrificia ipſi uenerant diſſidentes odio ideſt propter odium. Enim pro quia Scipio non contentus cōmunicaſſe concordiam cum graccho ſcilicet Tyberio: epulo ideſt in ſolēni conuiuio iouis ideſt quod fiebant ex oblatis ioui: in capitolio: ſenatu authore ideſt interueniente authoritate ſenatus qui eos ut reconcilientur epulo ſimul intereſſe uoluit: deſpondit quoq; .i. inſuper. protinus ibidem. i. in epulo: ei. ſ. Tyberio graccho: Corneliā filiam ſup. ſuam.

Aemyliæ uxori dixisse:filiā se minorē despondisse.cū muliebriter indignabūda nihil de cõmuni filia secū cõmunicatū aut cõsulcatū adiecisset.non si. T.graccho daret expertē consilii debuisse matrē esse.lætū Scipionē tā concordi iudicio & ipsi desponsam respondisse Scipio ex duabus filiabus maiorē natu.P.Cornelio nasicæ minorē huic graccho despondit. Mensæ facta.Mos annuus & solēnis erat Romæ:ut epulæ iouis in capitolio celebrarentur:quo principes conuenientes discumbebant & epulabantur.Filiā quoq; corneliā:quā genuit ex tertia æmilia pauli Aemylii filia.

## De cicerone. Cap. CCCLXXIX.

Sed huiusce generis humanitas etiam in Cicerone præcipua apparuit. Aulum nāq; gabinium repetūdarum reum sūmo studio defēdit: qui cum in consulatu suo urbe expulerat.

¶ Sed humanitas idest mansuetudo huiusce generis.s.in reconciliatione & exorabilitate:apparuit etiā præcipua in Cicerone.s. Tullio. nameq; p quia:ipse defendit scilicet in foro iudiciali:Aulum Gabiniū:reū idest accusatū:repetundarū idest crimine rerū & pecuniarū quibus prouinciā dicebatur spoliasse restituendarū obnoxiū qui.s.Gabinius:expulerat eū.s.Ciceronē urbe.s.Roma sup.in consulatu suo.i.cū ipe Gabinius esset cõsul.

Sed huiusce generis hūanitas.Cicero gabinio concillatur.huic gabinio Cicero restiterat:ne supplicatio decerneretur ob res gestas in syria: ut ex ipso Cicerone depræhenditur ad atticū :qui hoc inquit.nequeo differre ad idus maias : feratus diuinus fuit in supplicatione gabinio deneganda.hunc autē gabiniū cū Clodio i Ciceronē sensisse intelligimus:quē postea reuocatus depositis inimicitiis Cicero defendit. fuerat autē maiestatis postulatus a lētulo flāminis filio:quē postea de ambitu in petitiōe consulatus reū fecit.P.Sylla.sed uetus erat Gabinii cū Cicerone inimicitia ob damnatorū supplicia.inter quos Gabinius quidam fuerat huius gabinii propinquus .Gabinius ille coniurationis cõscius traditus fuerat crasso custodiendus:de quo postea cū cæteris supplicitū sumptū est.De hac autem inimicitia multis in locis apud Ciceronē nobis uidere licet.sed in primis in oratione de gratiarū actione:quā ad populum habuit siue ad senatū:ubi ait Luci.Piso. Tu me ausus isto oculo:non dicā isto animo:ista fronte:non uita:tanto supercilio:nō enim possum dicere tantis gestis cū Gabinio consociare consilia pestis meæ.De reconciliatione uero ac defensione multa uidere possumus in epistola quam ad lentulū scri.li.i.ubi Lentulus ex Cicerone quæsisse uidetur quare Vatinium defenderit & laudarit. Repetundarum .repetundarum accusari dicebātur qui uel prouincias uel socios populi Ro.aliquo modo expilassent.unde a repetendis rebus uel ui uel dolo ereptis:repetundarum & de repetundis postulari quispiam dicebatur.Qui cum in consulatu suo.nam hic Aulus gabinius:&.L.piso consules erant:qui promulgante legem.P.Clodio Ciceronem urbe eiecerunt.

## De eodem. Cap.CCCLXXX.

Demq;.P. uatinium dignitati suæ semper infestum:duobus publicis iudiciis tutatus est: ut sine ullo crimine leuitatis ita cum aliqua laude quia speciosius aliq̃to iniuriæ beneficiis uincuntur q̃ mutui odii pertinacia pensantur.

¶ Idēq;.i.& idē.s.cicero tutatus ē duabus publicis iudiciis Vatiniū semper infestum idest qui fuerat semper infestus.i.contrarius & uim inferens dignitati suæ.s.Ciceronis Tutatus est inquā:ut.i. quēadmodū sine ullo crimine leuitatis idest inconstantiæ:ita cū aliqua laude.s. humanitatis & charitatis in remp.quia iniuriæ uincuntur.s.ab eo quia is acceperit :speciosius idest decentius aliquanto:beneficiis.i.uincendo aduersarium beneficio:q̃ pensantur idest compēsantur pertinacia odii mutui idest reponendo odium pro odio.

Idē.p.Vatiniū Cicero cū uatinio redijt in gratiā.In hunc uatiniū antea dixerat Cicero accusatū ambitus a paulo uel.M.Licinio crasso:cuius rei adhuc extat oratio Ciceronis de quo ēt in epistolis ad atticū depræhēditur & in ea quā supra dixi ad Lentulū.Ad atticum uero sic ait. Quin etiā paulus noster productus testis i Sextiū cõfirmauit se nomen Vatinii delaturū.si. M. Licinius cūctaretur:& hunc in ciceronē cū Clodio conspirasse opinio ē:cui deide recõciliatus patrociniū suū dedit.Duobus publicis iudiciis ambit9 & repetūdarū.Publica iudicia dicebantur q̃ ad rēp.pertinēt: de qbus lata lex est:ut ambitus repetūdarū maiestatis lesæ.Quia speciosius Sntia nõ solū philosophica:sed etiā religiosa: Mutui quia si qs me oderit ego illū pari odio prosequor.

## De.P.pulchro. Cap.CCCLXXXI.

Ciceronis autem factum adeo uisum est probabile ut imitari id ne inimicissimus quidem illi. P. pulcher dubitauerit q incesti crie a tribus lētulis accusatis unū ex his ābitus reū patrocinio suo p texit atq; in aīm iduxit & iudicē & ptorē & testē uestæ ædem intuens amicum lentulo agere intra quā ille salu

Ciceronis āt factū.hoc pulcherrimū ciceronis factū.p.clo. eius inimicus emulatiõe ueluti quadā imitatus est. Nā uni ex tribus Lentulis a quibus fuerat in ipsa salute grauiter oppugnatus:deide ambitus reum suo patrocinio defendit. Incesti crimine:q itroiisset ad matronas bonæ deæ sacra celebrantes quibus uiris interesse non licebat.captus enim amore pompeiæ uxoris Cæsaris qui forte eo anno pontifex maximus erat sub habitu muliebri domum Cæsaris:ubi ea sacra fiebant ingredi ausus est: & cognitus a mulieribus inde turpiter cæsus

electus. deinde etiam sorores tres suas uiolauerat. unde in oratione pro domo ait Qui nõ pluris faceret tres sorores q̃ bonam deam inueni etiam qui dicerent uirginem uestalem uiciasse. A tribus lentulis. s. a publio: a Lucio a Caio lentulo.

tem eius foedo crimine obruere cupiens hostili uoce perorauerat.

¶ Ciceronis &c. Miro artificio in cõnectendis exemplis usus: dicit factũ autem Ciceronis: uisum est. s. Romanis probabile adeo. i. in tantum: ut ne inimicissimus quidem illi. s. Ciceroni: uidelicet Publius pulcher: dubitauerit imitari id: qui accusatus tribus lẽtulis. s. Lucio publio & Caio: crimine incesti. s. cõmissi aut quod uoluerit cõmittere in aede bonae deae in habitu muliebri: cum initiata sacris bonae deae: protexit. s. postea: suo patrocinio. i. ut dicunt aduocatione: unum ex his. s. tribus Lentulis: reum ambitus. s. criminis affectati regni aut alterius dominationis malis artibus: atq; induxit in animum. i. frangendo animum suum sibi ipsi imperauit agere idest exhibere se lentulo amicum: & iudicem & ꝓtorem & testem (tres enim illas personas tunc ferebant) intuens aedem uestae. i. cum esset in conspectu aedis & ita memor esset contumeliae sibi illic obiectae: intra quam. s. aedem: ille. s. lentulus cupiens obruere. i. opprimere foedo. i. turpi crimine: salutem eius. s. publii clodii pulchri: perorauerat. i. ipetrauerat orando uoce hostili ut. s. Clo. in exilium agatur.

## De Caninio gallo. Cap. CCCLXXXII.

Aninius autem gallus reum pariter atq; accusatorem admirabilem egit &. C. Antonii quẽ damnauerat filiam i matrimonium ducẽdo: &. M. Colonium a quo damnatus fuerat rerum suarum procuratorem habendo.

¶ Caninius autẽ gallus egit. i. repraesentauit seipsum pariter reũ atq; accusatorẽ mirabilẽ: ducendo & idest simul in matrimoniũ filiã Caii Antonii: quẽ dãnauerat ut accusaret: & habẽdo Marcũ Coloniũ a quo fuerat dãnatus & ita reus procuratorẽ rerũ suarũ.

Aninius autẽ gallus. Antonius multos i achaia spoliauerat. nactus de exercitu syllano equitum turmas: deinde graeci quos spoliauerat traxerunt antonium in ius ad. M. lucullum praetorem: qui ius inter peregrinos dicebat. egit pro graecis gallus: & tum adolescentulus. Qu. gallus significari uidetur quem ambitus reum Cicero defendit. hic enim cum esset praeturae candidatus, dederat gladiatoriã sub titulo patris qui in aedilitate quam antea gesserat uernas non habuerat: haec Asconii. Verũ Antonius repetundarũ reus a lucullo damnatus est: uel ut alii dicunt a Caninio gallo: qui et postmodum reconciliatus filiam duxit uxorem. M. Colonium. Caninius accusatus est ambitus: apud. M. colonium ꝙ in praeturae petitione candidatus gladiatoriam populo dedisset: ut fauorem eius amplecteretur: sub excusatione funeris patris diceret gladiatores illos in funere patris dedisse. tum ab illo damnatus est: quem deinde acerrimum suarum rerum & dignitatis procuratorem habuit. Reum. C. Antonium. Accusatorem. M. Colonium.

## De coelio Ruffo. Cap. CCCLXXXIII.

Oelii uero ruffi ut uita iquinata: ita misericordia quam. Q. pompeio praestitit probanda: cui a se publica quaestione ꝓstrato: quum mater cornelia fidei commissa praedia non redderet: atq; ex auxilium suum litteris implorasset: pertinacissime absenti affuit recitauit etiam eius epistolam in iudicio ultimę necessitatis indicem. qua impiam corneliae auaritiam subuertit factum propter nimiã & eximiam humanitatem ne sub coelio quidem auctore repudiãdum.

¶ Caelii &c. Ordo ẽ: uero ꝓ sed: ut. i. queãdmodum uita Caelii ruffi: inquinata sup. fuit. i. polluta crimine: ita misericordia: quam ipse praestitit Quinto pompeio probanda sup. fuit. Cui. s. Qu. Pompeio prostrato. i. superato a se publica quaestione idest inquisitione. Cum Cornelia mater scilicet gracchorum non redderet praedia cõmissa idest credita fidei. s. suae. i. quae acceperat ad usum pupillorum: atq; lex idest quae iubet orphanis & pupillis patrocinari: aut ut alii legunt: atq; iste scilicet. Qu. Pompeius: implorasset litteris. s. ad eum missis auxiliũ suum: affuit idest auxilio fuit pertinacissime absenti (ergo non dices affuit idest ꝑsens fuit sed auxilio fuit) Et recitauit in iudicio epistolam eius: indicem idest indicatricem ultimae necessitatis: q̃. s. epistola subuertis idest destruxit auaritiam corneliae impiam: quia uolebat minores patrimonio suo fraudare: factum idest quod

Coelii quoq; ruffi. Vt coelius ruffus. Qu. Pompeium defendit a se publica quaestiõe prostratum ꝙ uidelicet restituerat. P. sulpitio tri. ple. leges promulganti de exulibus reuocãdis: de nouis ciuibus libertinisq; distribuendis: de mario aduersus mitridatem creando duce & ideo uita ipsius coelii inquinata dinoscitur. si pertinaciter has ꝑniciosas leges defendere uoluerit. Alter coelius bello ciuili praetor seditiones in urbe cõcitauit: plaebem nouarum tabularum spe sollicitauit: sed abrogato magistratu pulsus urbe Miloni qui fugitiuorum exercitum cõtraxerat se coniunxit: & uterq; cum bellum molirentur interfecti sunt. Cice. ad atticum. Nos ꝓ uiciae coeliũ ꝓfecimus puerũ inq; & fortasse fatuũ & nõ graue & nõ cõtinẽtẽ: fuit aũt Ciceronis q̃stor i ꝓuincia & hic trib. quoq; plae. fuit studiosissimus milonis conatusq; ẽ legibus obsistere quas contra milonem pompeius tulerat unam de caede alteram de ambitu. cõtra uero Qu. pompeius collega eius clodio familiarissimus omnem sectam eius se palam sequi profitebatur. nam dixerat in concione paucis post diebus q̃ clodius fuerat occisus Milo dedit quem in curia seperlitis: dabo quem in capitolio sepeliatis. Coelius ergo publica quaestione. Qu. pompeium prostrauerat: ꝙ tribunatum suum seditiose gesserat multum in excitando ad

factum sup. est: ne quidem .i. non etiam repudiandum sub Coelio authore scilicet adhuc ignobili: propter nimiam & eximiam humanitatẽ sup. eius uidelicet Coelii.

uersus milonẽ praesertim cuius amicissimus erat Coelius. ipsius autem coelii uitam inquinatam id est quem parum pudice adolescentiam habuisse fama fuit: immo uero libidinose. Nam cum accusaretur aurum clodia sumpsisse forsitan corrupti ueneuum luceio domino miserunt accusatores coelio ad suspicionem firmandam libidines obiecerunt. amores. adulteria inusitata: conuiuia: comessationes cantus: symphonias: nauigia. Idem familiam hipsei & huius Qu. Pōpeii postulauit: sed tunc probata est eius adolescentia cum Qu. pompeium quem publica quaestione prostrauerat defendit cum opprimeretur a cornelia gracchorum matre. Vita inquinata quod multis uoluptatum generibus abuteretur: ut supra diximus. Publica quaestione. nam accusauit eum quod seditiosum tribunatum gessisset & populum excitando aduersus milonem: cuius amicissimus erat coelius. Vel publica quaestione: quod partes Marii defendit aduersus Qu. pompeium & syllam consu. Prostrato: quod in ea contentione Qu. pompeii filius occisus est: & ipsi consules uix euadere potuerunt. Mater cornelia: per excellentiam dixit: quod uidelicet adolescentis illes genuerit expellentis ingenii mirificaeque naturae: sed patriae seditionibus suis perniciosos. haec autem Qu. pompeii tutrix fuerat & illius bonorum procuratrix. nam hic paruulus in tutelam eius datus est: postea adultus factus cum sua bona reposceret: illa se daturam negabat Praedia quia fundum suum occupabat. Vltimae necessitatis: ut etiam ab inimico auxiliũ petere cogeretur. Factum: uirtus nec in homine quidem uitiosissimo contemnenda.

## De abstinentia. & continentia.

### Titulus. III.

Magna cura praecipuoque studio referendum ẽ quãtopere libidinis & auariciae furori similes impet⁹ ab illustrium uirorum pectoribus consilio ac ratione summoti sunt. Quia ii demũ penates: ea ciuitas id regnum aeterno ĩ gradu facile steterit: ubi minimum uirium ueneris pecuniaeque cupido sibi uendicauerit. Nam quo istae generis humani certissimae pestes penetrauerit: ibi iniuria dominatur: infamia flagrat. Igitur contrarios his tã diris uitiis cõmemoremus mores.

De abstinentia & Continentia.

Titu. III.

Magna cura praecipuoque studio. De abstinentia & continentia dicturus praefactione quadam utitur: ut ostẽdat q̃ perniciosissimae pestes ad omnem ciuitatis statum euertendum sint auaritia atque luxuria: quae duabus his uirtutibus ueluti quibusdam frenis inhibitae: hominum pectoribus dominari non possunt. Exempla igitur ponit eorum qui in his uirtutibus praestantissimi fuerunt. Quia ii demum penates. quod de ro. urbe legitur. nam ut saepe diximus: nulla unq̃ respu. fuit maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior. nec ubi tantus ac tãdiu paupertatis ac parsimoniae honos habitus sit: nec in quam ciuitatem tam sera commigrauerit ut luxuria atque auaritia: ubi q̃to mnus rerum. tãto minus cupiditatis. nuper diuitiae auaritia & abundantes uoluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia inuexere.

Magna cura &c. Praefatio est in titulum de abstinentia & continẽtia. Ordo autem est Referendum id est recitandum magna cura & praecipuo studio: quantopere .i. quanta opera & diligentia: impetus auariciae & libidinis similis furori .i. insanie cuidam: summoti sunt consilio ac ratione ab pectoribus uirorum illustrium. Quia ii demũ .i. denique penates: ea ciuitas. & id regnum steterit (Est ergo zeugma ab inferiore) facile in aeterno gradu ubi .i. in quo aut in quibus cupido ueneris .i. libidinis & pecuniae uendicauerit .i. appropriauerit sibi minimum .i. minimam partem uirium. Nam quo .i. ad quos penates ad quam ciuitatem & ad quod regnum istae certissimae pestes humani generis .s. libido & auaricia: penetrauerint: ibi iniuria dominatur: infamia flagrat. Igitur commemoremus mores contrarios his tam diris uitiis: hoc est obseruationes abstinentiae & continentiae.

## De Scipione. Cap. CCCLXXXIIII.

Quartum & uigessimum annum agens scipio: cum in hispania carthagine oppressa maioris carthaginis capiendae sumpsisset auspitia multosque obsides quos in ea urbe poeni clausos habuerant: in suam potestatem redegisset: eximiae inter eos formae uirginẽ aetatis adultae & iuuẽis & coelebs & uictor postq̃ comperit illustri loco inter celtiberos natam nobilissimoque gentis eius Indibili desponsatam: accersitis parentibus & sponso inuiolatam tradidit. Aurum quoque quod

Quartum & uigesimum annum Scipio ut supra diximus quartum & uigesimum nactus annum ĩ hispania dux declaratus cum primum prouinciam tenuit. carthaginem nouam munitissimam urbem & punicis opibus refertam ui cepit & militibus diripiendam concessit. erant in ea forte Carthaginensium obsides: inter quos & uirgo pulchritudinis prope admirabilis: ut quacunque se uerterent omnium in se conuerteret oculos: quae cum ad Scipionem deducta esset: ab ea statim Scipio percunctatus patriam: parentes: inter caetera cognouit desponsatam eam prīcipi celtiberorum adolescenti cui luccio nomẽ erat. Extemplo igitur

Valerius maximus.

pro redemptiōe puellæ allatum erat summæ dotis adiecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus: celtiberorum animos romanis applicando meritis eius gratiam debitam retulit.

¶ Quartum &c. Ordo est. Scipio.s. Aphricanus minor agens quartum & uigesimum annum cum carthagine scilicet noua oppressa in hispaniam sumpsisset auspicia.i.fælicia initia: Carthaginis maioris.i.ueteris: q̄ erat in aphrica capiendæ: & redegisset in suam potestatem multos scilicet hispanos: obsides.i.ob fidem seruandam illic sedem tenentes: quos pœni.i. carthagineñ. habuerant clausos in ea urbe: cū ipse & iuuenis quia.xxiiii. annorum: & cælebs.i.coniugem non habens: & uictor: & ita cui omnia licerent. postq̄ comperit inter eos.s. obsides: uirginē eximiæ formæ & ætatis adultæ.i.maturæ uiro: natam illustri loco.i.claris natalibus inter celtiberos: & desponsatam Indibili.s.iuueni sic dicto: nobilissimo eius gentis scilicet celtibericæ: tradidit sup. eam inuiolatam parentibus ac sponso ac cessitis: & adiecit summæ dotis.s. puellæ aurum quod allatum erat.s.a parentibus pro redemptione puellæ. Qua continentia contra libidinem: & munificentia id est liberalitate: contra auaritiam: Indibilis obligatus id ē deuinctus: rettulit gratiam debitam meritis eius. scilicet Scipionis: applicando Romanis.i.trahendo in partes Romanorum animos celtiberorum.

fur parentibus sponsoq; a domo accitis: cū interim deperire eum sponsæ amore cognosceret: ubi primum uenit accuratiore eum sermone q̄ parentes alloquitur iuuenis inquit iuuenem appello quo minor sit inter nos huius rei uerecundia: ego quum sponsa tua uocata a militibus nostris ad me deducta esset audireq; eam tibi cordi esse & forma faceret fidem quia ipse si frui liceret ludo ætatis: præsertum in lecto legitimoq; amore: & nō respub. animum nostrum occupasset: ueniaq; mihi dari sponsam uehementius amanti uellem tuo cuius est spōsa amori fauco fuit spōsa tua apud me eadeq; qua apud socios tuos parentesq; suos uerecundia seruata tibi ut inuiolatum & dignum me teq; dari tibi donum possit. hanc mercedem unam paciscor ut pro eo munere amicus populi Ro. sis: & si me uirum bonum credis cē: qualem patrē patruumq; iam ante hæ gentes norant: scias multos nostri similes in ciuitate romana esse neq; ullum in terris populum hodie dici posse quem minus tibi hostem tuisq; esse uelis: aut amicum malis. Adolescēs pudore simul gaudioq; perculsus dexteram Scipionis tenens: deos omnes inuocare ad gratiam illi pro se referendam quoniam sibi nequaq̄ satis facultati: pro suo animo atq; illius erga se meritis esset. parentes inde cognatiq; uirginis appellati: qui quoniam gratis sibi redderetur uirgo ad quam redimendam satis magnum auri pondus attulissent: orare scipionem ut id a se donum acciperet cœperunt haud minorem eius rei apud se gratiam futuram esse affirmantes: q̄ redditæ inuiolatæ foret uirginis Scipio quoniam tantopere peterent accepturum & sepollicitus poni ante pedes iussit uocateq; ad se luceio super dotem inquit quam accepturus a socero es hæc tibi a me dotalia dona accedent: aurumq; tollere ac sibi iussit habere: his lætus donis & honoribus dimissus domum impleuit populum laudibus & meritis scipionis: uenisse dius simillimum iuuenem uincentem omnia: tum armis tum benignitate atq; beneficiis. Itaq; delectu clientum habito cum mille trecentis equitibus intra paucos dies ad scipionem rediit: Hæc Liuius. At Aulus Gelius super tanta huius rei uirtute nescio quid suspitionis Valerio Anciate uidetur afferre. Dicit enim Appion græcus homo qui πλει Sονικοσ appellatus est facili atq; alacri facundia fuit Is quum de Alexandri regis laudibus scriberet uicti inquit hostis uxorem facie inclytam mulierē uetuit in conspectum suum deduci: ut eam ne oculis quidem suis contingeret. Lepida igitur quæstio agitari potest: utrum uideri continentiorem par sit. P. ne aphricanum superiorem qui carthagine ampla ciuitate in hispania expugnata: uirginem tempestiuam forma egregia nobilis uiri hispani filiam captam perductamq; ad se patri inuiolatam reddidit: an regem Alexandrum qui Darii regis uxorem eandem eiusdemq; sororem prælio magno captam: quam esse audiebat exuberanti forma uidere noluit: produciq; ad sese prohibuit. sed hanc utramq; declamatiunculam super Alexandro & Scipione celebrauerunt hi quibus abunde ingenii & ocii & uerborum est: nos satis habemus quod ex historia est id dicere. Scipionem istum uerone an falso incertum est: fama tamen cum esset adolescens haud sincera fuisse: & propemodum cōstitisse hosce uersus a. Cn. neuio poeta in eum scriptos esse etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriosæ cuius facta uiua nunc uigent: qui apud gētes solus præstat. Eum suus pater cum pallio uno ab amita abduxit. His ergo uersibus credo adductum Valerium Antiatem aduersus omnes scriptores. sic de scipionis moribus sensisse. & eum puellam illam captiuam non redditam a scipione: atq; in deliciis amoribusq; ab eo usurpatam. Frontinus libro secundo. capitulo undecio Scipio inquit aphricanus in hispania cum inter captiuas eximiæ formæ uirgo nobilis ad eum perducta esset quæ omnium oculos in se conuerteret summa custodia habita sponso nomine Luceio reddidit insuperq; aurum quod parentes eius redempturi captiuam donum scipioni attulerant eidem sponso pro nuptiali munere dedit. qua multiplici gratia uniuersa gens uicta imperio populi roma. accessit. Obsides: obsides sunt datæ fidei quædam quasi pignora ibi erant totius hispaniæ collocati obsides carthaginensibus dati: Eximius excellentis. Aetatis adultæ iam matura uiro Cælebs sine uxore. nam cælebs dicitur qui sine fœmina uiuit quasi cælestium uitam ducens a cælo & βιοσ ex latino & græco compositum. Victor: non sine ratione dixit uictor: nam uictoria solet insolentiores minusq; continentes reddere uiros. Celtiberos populi sunt Hispaniæ: a celte & ibero dicti. Celtæ autem Liuius testatur libro.y. tertia pars Galliæ: qui uenietes ad Iberum fluuium Hispaniarum: ibiq; considentes: retenta primi nominis parte & assumpta parte fluminis iuxta quod consederant: Celtiberi dicti sunt. quod Lucanus lib.iiii. tetigit: cum ait: profugiq; agente uetusta Gallorum celtæ miscentes nomen iberis. Indibili: nomen adolescentis hispani cui fuerat uirgo desponsata.

VErum ut huius uiri abstinētiæ. De continentia loquit. M. Catonis Uticensis qui Cato minor dictus est: & Ciceronis sententia stoicus perfectus. Nam maior censor & orator fuit: unde censorinus dictus est. Hoc exemplum i capitulo de mo

## De Mar. Catone. Cap. CCCLXXXV.

VErum ut huius uiri abstinētiæ testis hispania: ita. M. Catonis Epyros achaia: cyclades insulæ: maritima pars asiæ prouincia cypros: un

de cum pecunię deportandæ ministerium sustineret tam auersum animum ab omni uenere q̄ a lucro habuit in maxima utriusq; intemperantię uersatus materia: nam & regię diuitiæ potestate ipsius continebantur & fertilissimæ delitiarum totius gręcię urbes necessaria totius nauigationis diuerticula erant. Atq; id Munatius Ruffus cypriacæ expeditionis fidus comes scriptis suis significat cuius testimonium non amplector. proprio.n. argumento laus ista nititur quoniam ex eodem nature utero & continentia nata est & Cato.

¶Verum.i.sed ut.i.quemadmodum: hispania est testis abstinentiæ.s. ab illicita uenere: huius uiri.s.scipionis uiri per maturitatem non per ætatem ita Epyros. Achaia. cyclades insulæ: & pars asiæ maritima & cyprus prouincia sup. testes sunt abstinentiæ Marci Catonis unde.i. a quibus locis Cum.s. Marcus Cato sustineret ministerium pecuniæ deportadæ: habuit animum tam auersum.i. abhorrentem & alienum ab omni uenere q̄ a lucro: uersatus in maxima materia.i. obiecto utriusq; intemperantiæ.s. tam circa libidinem q̄ circa auaritiam. Nam & diuitiæ regiæ ptolemæi regis cyprii: continebantur potestate ipsius.s. Catonis & urbes fertilissimæ deliciarum totius græciæ erant diuerticula necessaria totius nauigationis.i. ad quas tanq̄ ad diuersoria necessario ab incepta nauigatiōe diuertebat nauem. Atq; Munatius Ruffus comes fidus expeditiōis cypriacæ.i. quā Cato in cypro peregerat: significat id scriptis suis cuius testimonium ego non amplector: enim pro quia: ista laus.s. Catonis nititur.i. sustentatur proprio testimonio: quoniam & continentia nata est: & Cato sup. natus ē: ex eodem utero naturæ.i. naturali. q.d. Catonem non solum continentem dicendum sed etiam continentiam ipsam.

deratione tractauimus. ubi ptolemæi prouinciam Catoni demādatam fuisse diximus ut inde cypriacam pecūiam quam ptolemæus grandem congesserat Romam deportaret ne tantis opibus rex incitatus po.ro. bellum renouaret. Hanc igitur prouinciam Cato tā integro animo tāq; castis manibus exercuit ut neq; fides neq; religio neq; diligentia in ea administratione defuerit. nam inter ipsas omnis generis uoluptatum materias uersatus ab omni cupiditate manus oculos animum summa cum laude & admiratione cohibuit: & uelut aurum in fornace: sic est Catonis continentia in ea administratiōe probata. nam inter auri & argenti cumulos atq; inter omnis generis delicias uersari quas abunde asia refert. & ab his rebus quas mortales primas putant manus & animum abstinentes habere. hoc qui fecerit præstantissimæ integritatis homo deoq; proximus iudicari potest: quare merito dici potest: cum ipso Catone natam esse continentiam. Epiros. Epirus autem proprie firmam terram significat. Epirus est autem regio in europa: & aliquando Molossa dicta fuit. ut Iustinus affirmare uidetur: q̄q̄ Seruius sup. iii. æneidos non totam epyrum sed partem quam helenus tenuit molossam dictam uolunt quam deinde chaoniam a fratre chaone quem per ignorantiam occidisse uenenata sagitta perhibetur denominauit. dicente Vir. Morte neoptolemi regnorum reddita cessit Pars heleno qui chaonios cognomine campos Chaoniamq; omnem troiāo Pyrrhi a chaone dixit. In epyro igitur regnarūt omnes epyrotarum reges: qui pyrrhi dicti sunt a pyrrho achillis ex filio Deidamia regis licomedis filia in sciro: sicut ptolemæi reges egypti. arsacidæ reges parthorum: Cæsares ro. Achaia Regio est græciæ quæ teste Herodoto primo pelopōnesus: deinde danaa. postea achaia dicta fuit. unde græci achæi atq; achiui & danai dicti sunt: cuius maxime clarum oppidum Corinthus fuit: nunc uulgo dicitur morea. Cyclades Cyclades insulæ sunt in mari ægeo sic dictæ: ut uult solinus: q. licet spaciis longioribus: a Delo proiectæ in orbem tamen circa delū sitæ sint. nam orbem græci cyclon dicunt. Seruius autem super. iii. æneidos contra sentit non a rotunditate: sed a circuitu q. uideli cet longo ordine circuiri eas necesse sit. uel propter promontoria. uel quia naturale est ut coniuratoria sint maria in ciuitate terrarum quod si sic est: non cum y græco: sed cum latino scribendum est cuius oppositum græci omnes obseruant. nā y. scribunt. Inter has sunt breuiores quædam. ut Micone & Giarus & aliæ nonnullæ ad quas relegabantur scelerati. unde Iuuenalis in prima satyra. Aude aliquid breuibus giaris & carcere dignum Si uis esse aliquid. Sic & Virgilius de his insulis mentionem facit in tertio. Celsa micone giaroq; reuinxit. Vnde a qua cypro. Auersum abhorrens & alienum. Ab omni uenere ab omni cupiditate. Vtriusq; intemperantiæ. libidinis & auaritiæ. Nam & regiæ: Ostendit quantam habuerit materiam: si forte in libidinem fuisset auaritiamq; propensus. Diuerticula: uiarum diuortia loca ad quæ de itinere diuertimus. Diuertere ad diuersa uertere. Vnde diuersorium locum ad quem diuertimus ex uia domus hospitalis: Argumēto documento probationi. Vtero. Vterus proprie pregnantis mulieris dicitur.

## De Druso Germanico. Cap. CCCLXXXVI.

Drusum etiam germanicum eximiam claudię familiæ gloriam fratrem tyberii patriæq; rarum ornamentum & quod super omnia est operum suorum pro habitu ætatis magnitudine uitrico pariter ac fratri augusto duobus reipublice diuinis oculis mirifice respondentem constitit usum ueneris intra coniugis charitatem clausum tenuisse.

¶Drusum &c. Extollit continentiam coniugalem drusi germanici eū soli ta ad Tyberium palpitatione dicens Constitit.i. euidens & manifestum

Drusum etiam germāicum. Drusus germanicus contentus uxore sua. hic primo censum egerat deide germaniæ cis & trans rhenum positas ciuitates oppugnauit & tumultus ob eum censum in gallia exortos composuit. postremo Ceruscos item Centrecios Cautiosq; & alias gentes trans rhenum subegit. Hic igitur germanicus dictus est. Vxor eius Antonia minor fuit. M. Antonii triumuiri & Octauiæ sororis Augusti filia qua uiua contentus fuit: sed ipsa quoq; uiro reddidit uicem qui cum ex fractura equo super crus eius collapso trigesimo die postq̄ id acciderat mortuus eēt Antonia ætate integra & forma insigni: cum Li

uta focru fua reliquum fuæ uitæ tempus ui dua peregit: quod fequēti memoratur exem plo. Claudiæ familiæ. Claudius Nero ex Li uia uxore Tiberium genuit mortuo deinde Claudio Octauianus Liuiam aluum gestan tem duxit uxorem ubi natus est Drusus & hos filios scilicet Tiberium & Drusum ma gna caritate nutriuit. Drusus uero iam adul tus aduersus germanos Populo Roma. re bellantes auspiciis Octauiani missus. hostes celerius atq3 fœlicius q̄ de adolescente credi po∫∫it debellauit: omnemq3 prouinciam iam deficientem Romano restituit imperio inde germanicus ut supra diximus appellatus est q̄ il de hostibus triumphaturus prolapso su per crus eius quo uehebatur equo trigesimo post casum die ex cruris fractura perit. Pio habitu ætatis pro qualitate & ætatis condi tione Vitrico & fratri respondentem. nihil ab illorum uirtutibus degenerantem. Vitrico. s. Octauiano. est enim uitricus qui uxorem ex altero uiro liberos habentem duxerit dictus quasi uicem patris gerens uel quasi noultris cus q̄ a matre nouus producatur. Est igitur uitricus priuignorum secundus pater est. n. priuignus ex alio patre natus quasi prius genitus. Nouerca dicitur quæ liberis noua superinducitur a patre uxor: dicta q̄ noua su perducatur. est enim secūda patris uxor Fra tri Augusto. s. Tyberio. nam ab Augusto Octauio omnes imperatores augusti dicti sunt quasi consecrati sic etiam a Cæsare cæ sares: Constitit: manifestum fuit.

Vitricus

Priuign9

Nouerca

Ntonia quoq3. Vxor nobilissima Dru si & filia. M. Antōii triūuiri. & Octa uiæ sororis Augusti: quam deide An tonius Cleopatræ reginæ captus illecebris repudiauit unde nata sunt inter Antoniu3 & Augustum bella ciuilia. Socrus. s. liuiæ. Pro coniugio. quia in perpetua uiduitate permā sit. Alterius scilicet. Drusi. Alterius Antoniæ. Summam: finem.

Einceps his uacemus. demus ope ram Ponendi pecuniam pro repo nendi scilicet in thesauro. Vacauit. i dulsit intendit & tunc datiuo coheret quan do uero significat cessat. ablatiuo cū ab aut a præpositione. Cn. Marcius patriciæ gentis adolescens. Hic fuit ille qui postea coriola nus dictus est eo q̄ opera & uirtute sua ca ptum fuerit a posthumio consule oppidum coriolanum. Nam cum Aulus posthumius obsideret oppidum coriolanum: & in eo op pugnando sæpius militum uires frustra ten tasset: q̄ munitissimum esset. Cn. Marcius de ceptis custodibus oppidum irruit: ignem in tecta coniecit. multasq3 oppidi ædes incen dit. quibus correptis commeta ciuitas cum ad incendium omnes concurrerent. Ro. faci liorem fecerunt expugnationem: Eius igitur uirtute captum ē oppidum: a quo etiā agno minationem accepit: quia post id factum co riolanus dictus. de quo in captu. de miracu

fuit etiam drusum germanicum eximiam gloriam familiæ Claudiæ fra trem tyberii & rerum. i. singulare ornamentum patriæ. s. suæ Romæ: & (quod est super omnia) respondentem mirifice magnitudine operum suo rum pro habitu. i. qualitate ætatis. s. suæ. pariter uitrico. i. marito matris ul delicet octauio Augusto: & fratri augusto. s. tyberio appositoriæ duobus diuinis oculis resp. constitit dico eum tenuisse usum ueneris clausum intra charitatem coniugis. i. non extra matrimonium usum uenere.

## De Antonia Drusi. Cap. CCCLXXXVII.

Ntonia quoq3 fœmina laudibus uirilem fa miliæ suę claritatem supergressa amorem ma riti sui egregia fide pensauit: quæ post eius ex cessum forma & ætate florens cubiculum socrus pro cō iugio habuit in eodemq3 toto alterius adolescentiæ ui gor extinctus est: alterius uiduitatis experientia conse nuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat.

¶ Antōia quoq3. Ordo ē: ātonia quoq3. i. uxor drusi fœmina. i. cū eēt fœmi na: tñ supgressa laudibus. s. otinētiæ: uirilē claritatē suæ familiæ. s. pater næ (qa pater eius Marcus Antonius triumuir aliequi clarus: libidie & ille cebris Cleopatræ repudiata uxore optima diffamatus est) pēsauit. i. com pensauit: egregia fide. i. fidelitate in conseruanda castitate matrimoniali: amorem mariti sui. s. drusi. Quæ florens forma & ætate post excessum. s. ab hac uita. i. mortem eius. s. mariti sui: habuit cubiculum socrus. i. matris mariti sui: pro coniuge. i. loco coniugii: aut lecti genialis: quia noluit ad se cundas transire nuptias: & uigor adolescentiæ alterius. s. coniugum uideli cet Drusi extinctus est in eodem toro. i. lecto: ab intorquendo dicto (un de quia elementum demitur: nam torus quasi torquus aut tortus dicitur prima corripitur: nec recte. (h. perscribetur) & experientia. i. longus usus uiduitatis. i. diuisionis a marito & ita secubitus: alterius uidelicet Antōiæ quæ erat uxor eius consenuit. i. ad senectam peruenit. Hoc cubiculu3 im ponat talibus experimentis. s. continentiæ coniugalis & uidualis sumn a3 id est finem.

## De. Cn. Marcio. Cap. CCCLXXXVIII.

Einceps his uacemus quorū animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunq̄ uaca uit. Cn. Marcius patriciæ gentis adolescens Anci regis clara progenies cui Corioli uolscorum oppi dum captum cognomen adiecit cum editis conspicuæ fortitudinis operibus a posthumio Cōminio consule ac curata oratione apud milites laudatus omnibus donis militaribus & agri centum iugeribus & decem captiuo rum electione: & totidem ornatis equis: centenario boū grege argentoq3 quantum sustinere ualuisset donaretur: nihil ex his præter unius captiui salutem hospitis equū q̄ quo i acie uteretur accipere uoluit. Qua tam circum specta animi moderatione nescias utrum maiore laude prĕmia meruerit an reiecerit.

¶ Deinceps &c. Quia satis de continentia ab libidine se locutum signifi

cauit prosequitur alterum membrum tituli præmissi uidelicet exempla de abstinentia ab illicitis rebus dicens. Vacemus .i. uacuam aliis rebus operam demus deinceps his .s. hominibus quorum animus nunq̃ uacauit .n. intentus fuit in aliquo momento uitæ ponendi .i. reponendi & accumulandi pecuniam. Caius aut ut alii habent Cneus Marcius adolescens gentis patriciæ .i. a patribus conscriptis ortæ: clara progenies Anci .s. marci regis cui Corioli (nominatiuus est pluratiuus) oppidum uolscorum: captum .s. ab eo adiecit cognomen (grammatici dicerent agnomen: quia ab aduētu adiectum) quia Coriolanus inde dictus est: cum .i. quando: operibus cōspicuæ .i. preclaræ fortitudinis editis .i. expletis a se laudatus a Posthumio Comminio consule: apud milites oratione accurata .i. diligenti cura habita aut excogitata: donaretur .s. in præmium: omnibus donis militaribus: & centum iugeribus agri & electiōe decem captiuorum .i. decem captiuis quoscunq3 eligeret: & totidem .i. etiam decem: equis ornatis .i. phaleratis: & grege boum centenario .i. continente centum capita & argento sup. tanto quantum ualuisset sustinere .i. sursum a terra leuatum tenere: nihil uoluit accipere ex his præter salutem unius captiui uidelicet hospitis sui .i. qui cum ante bellum habuerat hospitalitatem & præter equum quo uteretur .i. uti posset in acie .s. instructa ad pugnam. Qua tam circūspecta .i. solerti & conspicua moderatione animi .i. propter quam tam circunspectā moderationem animi tu nescias .i. quilibet nescire possit: utrum ipse meruerit maiore laude præmia an reiecerit .i. recusauerit accipere.

## De Marco curio. Cap. CCCLXXXIX.

Marcus autem curius exactissima norma romanæ frugalitatis idemq3 fortitudinis perspectissimum specimen Samnitum legatis agresti se in scamno assidentem foco: ac ligneo catino cœnantem: (quales epulas apparatus indicio est) spectandum præbuit. ille .n. Samnitum diuitias contempsit: Sānites eius paupertatem mirati sunt: nam quum ad eum magnum auri pondus publice missum attulissent benignis uerbis inuitatus: ut eo uti uellet: uultum risu soluit: protinusq3: superuacuæ inquit ne dicam ineptæ legationis ministri: narrate samnitibus. M. Curium malle locupletibus imperare q̃ ipsum fieri locupletem: atq3 istud ut preciosum: ita malo hominum excogitatum munus refertote: & mementote me: nec acie uinci: nec pecunia corrumpi posse.

¶ Marcus autem Curius appositorie norma exactissima .i. seuerissima: quia quæ exacte fiunt seuere fiunt: frugalitatis .i. parsimoniæ: romanæ: & idem specimen .i. experimentum & approbamentum: perspectissimum .i. euidentissimum: fortitudinis .s. Romanæ: præbuit se spectandum legatis samnitum .i. uicinorum populorum contra quos bella gerebat assidentem in scāno agresti .i. rusticano: foco idest ad forum in culina nō in cœnatione splendida: ac cœnantem catino .i. uasculo escario (putem scutellam a nostris dici) quales epulas sup. cœnantem se spectandum præbuit: apparatus est indicio .i. satis indicat: quia i agresti loco & cultu uerosimile ē agrestes sumpsisse epulas: unde rapis uescentem alii dicunt ab eis inuentum) Ille enim contempsit diuitias samnitum: & sup. Samnites mirati sunt paupertate eius. Nam cum attulissent ad eum magnum pondus auri: missum publice .i. nomine publico: ipse inuitatus .s. ab legatis illis: uerbis benignis: ut uellet uti eo .s. pondere auri: soluit .i. laxauit: uultum risu & inquit protinus: o ministri legationis superuacuæ ne dicam ineptæ: narrate Samnitibus, M. Curium (Apte de se in tertia loquitur persona) malle .i. magis uelle imperare locupletibus .i. diuitibus q̃ ipsum .i. se locupletem fieri: atq3 refertote .s. ad eos a qui

lis satis diximus & in cap. de pietate dicturi sumus. Sed quod ad eius continentiam pertinet de qua nunc agitur. Consul posthumius cum uellet more romanorum multis militaribus donis pro tanta re gesta donare nihil p̄ter quendam hospitem suum captiuum & equum ad usum militiæ uoluit accipere. Ancii marci: hic originēq3 ducebat ab Anco Marco quarto romanorum rege. fuit igitur tam genere q̃ uirtute præclarus: Conspicuæ claræ & spectatæ Militaribus donis: ut hasta: equo corona: murali: ciuica: & aliis. Grege gregem pro armento posuit. nam gregem de minoribus: armētum dicimus de maioribus animalibus: teste Seruio quamuis alii aliter sentiant.

Marcus autem Curius exactissima norma. Adeo celebris est. Qu. M. curii frugalitas: ut nulli ferme obscura esse possit: quippe qui Romanæ temperantiæ exactissima norma dicatur: ut hic ē qui cum fabritio pyrrhum regem epirotarum: q pro tarentinis bellum romanis intulerat: exegit italia Samnites etiam difficillimam prouinciam sæpius deuicit: nam bellum samniticum centum ferme annos durasse constat: Cum igitur ei consuli uictoria de Sānitibus obtigisset: ad eum legati de impetranda pace uenerunt qui forte quadam illum iuxta focum sedētem & tostis rapis ut tradit Plutar. uescentem inuenerunt. Admirati tetricam hominis uitam ad suos reuersi cum id quod uiderant retulissent Sānites imperatorem ro. uel auaritia uel inopia laborare existimantes: decreuerunt ingens auripondus mittere sperantes Curium tanto munere captū gratiosiores pacis conditiones sibi esse daturum quod præter spē & eorum opinionem euēit: nam cum in eius conspectum aurum attulissent multisq3 suasionibus illum inuitassent ut acciperet subridens ait nonne intellexistis hesterna cœna me prorsus non indigere pecūia: ite igitur & renuntiate ciuibus uestris malle me habentibus aurum imperare: q̃ aurū habere. Ci. in Catone maiore. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Sānites cum attulissent repudiati sunt: non enim aurum præclarum sibi uideri dixit: sed his qui haberent aurum imperare. Perspectissimū: maxime laudabile. Specimen: experimentum: documentum indicium Quales epulas .s. cœnaret. Ille samnitum pulchrum antitheton: quod fit quotiens contrariis contraria opponuntur: ut Ouidius. Frigida pugnabant calidis humentia siccis. Ineptæ: stultæ & inconuenientis: Ineptus dicitur qui nulli rei aptus est: hoc est qui nullam habet rei loci temporis & personarum considerationem. Malo .i. ad malum: acsi diceret ad corrumpēdum imperatoris animum.

bus accepistis: illud munus. s. tanti auri: ut pretiosũ ita excogitatum. i. in usum hominum introductum: malo. i. ad malũ & perniciem hominum: & mementote me nec posse uinci acie: nec posse corrumpi pecunia.

IDem cum italia. Nec minor fuit q̃ sequitur. M. Curii continentia: animiq; magnitudo qua usus est in uictoria ex pyrrho rege parta: nam prædam uniuersam q̃ ia ingẽti potitus erat: militibus ubiq; cõcessit: nec ex ea quicq̃ attingere uoluit: præmia quoq; uirtutis pro re tanta bene feliciterq; gesta quum a senatu sibi populoq; decernerentur: æquari omnibus uoluit: quum ipsi multo maiora q̃ populo darentur quippe septenis tantum populo sibi uero quinquaginta campi iugeribus pro sua dignitate decretis: indignum enim ciuem & reipu. minime idoneũ esse censebat: qui plus æquo quicq̃ appeteret: magna profecto uiri continentia. Non excessit: non transgressus est.

ASCENSIVS.

¶ Idem. s. Marcus Curius cum exegisset. i. cum dedecore expulisset: Pyrrhum regem. s. Epirotarum: nihil. i. non aliquid: non attigit omnino aliquid ex præda regia. i. qua regeꝫ spoliauerat: & qua ditauerat exercitũ & urbem. s. romanam. Et septenis. i. singulis septem iugeribus agri decretis populo scilicet uictorira senatu: autem pro sed quinquaginta iugeribus agri decretis sibi a senatu: non excessit modum assignationis popularis. i. non accepit ultra septem iugera quot singuli de populo acceperant: existimans. i. iudicans illum sup. esse ciuem idoneum parum reip. qui non esset contentus eo quod tribueretur reliquis. s. ciuibus.

IDem sensit Fabritius. Iulius Higinus in li. de uita rebusq; illustriũ uirorum: sexto. dicit legatos a Sãnitibus ad. C. fabritium imperatorem po. Romani uenisse & memoratis multis magnisq; rebus quas bene & beniuole post redditam pacem Samnitibus fecisset: obtulisse dono grandem pecuniam decemq; seruos: & orasse ut acciperet utereturq; atq; id facere Sãnites dixisse. q uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus deficere: neq; pro magnitudine dignitateq; lautum paratumq; eẽ tum Fabritium planas manus ab auribus ad oculos & infra deinceps ad nares & ad os & ad gulam: deinde porro ad uentrem unum deduxisse & legatis ita respondisse dum illis omnibus membris quæ attigisset obsistere & imperare posset: nunq̃ quicq̃ defuturum: præterea pecuniam qua nihil sibi esset usus ab his quibus sciret eã usui esse non accipere. Idem: quod Curius Fabritius Lucinus: qui gloria & rebus gestis omnium suo tempore maximus: opibus uero multo infimus. Omni ciue temporibus suis maior. Maior omnibus ciuibus: & notanda est constructio: quæ non est per superlatiuum prolata: q̃uis ad plures sui generis sit facta comparatio. Samnium regio italiæ in Calabria. Seruos missos: zeuma ab inferio

## De eodem. M. Curio. Cap. CCCXC.

IDem cum Italia Pyrrhum regem exegisset: nihil omnino ex præda regia qua exercitum & urbem ditauerat attigit. Decretis etiam a senatu septenis iugeribus agri populo: sibi autem quinquaginta: popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reip. ciuem existimans: qui eo quod reliquis tribueretur contentus non esset.

## De Fabritio Lucino. Cap. CCCXCI.

IDem sensit Fabritius Lucinus honoribus & auctoritate omni ciue tẽporibus suis maior: censu par unicuiq; pauperrimo: qui a samnitibus: quos uniuersos in clientelam habebat: decem æris: & quinq; pondo argenti totidemq; seruos sibi missos in Samnium remisit. Continentiæ suæ beneficio sine pecunia prædiues: sine usu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat non multa possidere: sed modica desiderare. Ergo domus eius quemadmodum ære & argento & mancipiis Samnitum uacua: ita gloria ex his contemptis parta referta fuit.

¶ Idem sensit &c. Recitat abstinentiam Fabritii: sed quia Mancinellus oliuerius hoc loco: Calepinus: Nestor & pleriq; alii qui hunc locum legerunt taxant Lau. Vallam quasi hunc locum aut non legerit aut non intellexerit. aut saltem oblitus sit: eo q hic comparatiuum nomen inter plura eiusdem generis ponitur: sed nihil id contra Vallam qui ait parumue tẽtum: ut quando cum genitiuo construitur inter duo dũtaxat eaq; eiusdem generis seu speciei locum habere: Nam ut inepte dixero sum ineptior hominum: ita apte sum ineptior cæteris hoibus. Et hoc loco: maior omni ciue: subaudi reliquo: non autem maior omnium ciuium dixerit. Ordo autem est. Fabritius Lucinus maior suis temporibus. i. quibus ipse uixit: omni ciue. s. suo quando princeps erat: aut reliquo: quia & ipse ciuis: honoribus & authoritate. i. quantum ad honorem & authoritatem: ubi tres ponuntur diuersi ablatiui: temporibus: qui regitur a participio ens subintellecto: in ratione temporis: ciue qui regitur a maior ratione rei excessæ: & honoribus & authoritate: qui significat materiam circa quam aut in qua fit excessus par. i. æqualis censu: quoad censum & res possessas unicuiq; subaudi etiam pauperrimo (Nam unusquisq; cum superlatiuo raro ponitur. usq; adeo ut dubitem legendum ne sit cuiq; &c.) sensit idem quod Curius: qui remisit in Samnium. i. regionem Samnitum: decem pondo. i. libras æris & quinq; pondo argenti: & totidem seruos: dubites an quinq; an quindecim: sed malim quinq; intelligere ut potius ad proximum q̃ ad utrunq; referatur: missos (Ad proximum respicit) a Samnitibus: quos uniuersos. i. omnes simul: quasi uersos in unum: habebat in. i. ad clientelã. i. protectionem & patrocinium suum: ens sup. prædiues. i. præ cæteris diues beneficio continentiæ suæ siue pecunia (non enim beatus est qui multa possidet: sed qui suis bene s. habet: & comitatus abunde sine usu familiæ: quia possidere multa nõ faciebat illum locupletem: sed desiderare modica. Ergo quia paucis contentus Samnitũ dona respuit: domus eius quẽ

admodum fuit tacita aere & argento & Mancipiis.i.seruis Samnitum : ita fuit referta gloria parta.i.acquisita & lucrata ex his contemptis idest ex contemptu horum.

## De eodem Fabritio. Cap.CCCXCII.

Consentanea repudiatis donis Fabritii uota extiterunt. Legatus enim ad Pyrrhum profectus quum apud eum Cyneam Thessalum narrãtem audisset : quendam atheniensem clarum sapientia suadentem neqd aliud hoies q̃ uoluptatis causa facere uellent: pro monstro eam uocẽ accepit: continuoq; Pyrrho & Samnitibus istam sapientiam depraecatus est: licet Athenae doctrina sua glorientur: uir tamen prudens Fabritii detestationem q̃ Epicuri malit praecepta: quod euentus quoq; indicauit: nam quae urbs uoluptati plurimum tribuit: imperium maximum amisit: quę labore dẽlectata est occupauit. & illa libertatem tueri non ualuit: haec etiam donare potuit.

❡Consentanea &c. Ordo est. Vota.i.optata Fabricii extiterunt consentanea.i.conformia aut consona: donis repudiatis. Enim pro quia: ipse profectus ad Pyrrhum.s.regem Epyri: legatus.i.tanq̃ legatus: quuz audisset Cyneam philosophum illum Thessalum.i.in Thessalia ortum: narrantem.i.recitantem apud eum.s.Pyrrhum: quendam Atheniẽ.s.Epicurum clarum sapientia: suadentẽ ne homines uellent facere quid.i.aliquid aliud q̃ causa uoluptatis: utpote in qua summam boni ponebat: accepit eam uocem pro monstro & ita incredibilem: & continuo deprecatus est.i.uoto & precibus addixit Pyrrho & Samnitibus istam sapientiam.s.ponentis summum bonum in uoluptate: de cuius sententia sic prosequitur author. Licet Athenae glorientur doctrina sua tamen uir prudens quicunq; is fuerit: malit.i.magis uelit sup.amplecti aut sequi: detestationem Fabritii.i. qua Fabritius uoluptatem detestatus est: q̃ praecepta epicuri quae iá dicta sunt Ergo de Epicuro prius locutus est. Quod.i.quam rem aut quod iudiciuz: euentus quoq; indicauit. Nam urbs.i. Tarentina: quae plurimum tribuit uoluptati: amisit maximum imperium: & sup.ea urbs uidelicet Roma q̃ delectata est labore: occupauit scilicet maximum imperium: & illa scilicet prius dicta hoc est Tarentina non ualuit tueri libertatem scilicet suam : haec.s.Roma aut Romana ciuitas potuit etiam donare.s.libertatẽ semel aliis ademptam.

## De.Q.Tuberone Catelio. Cap.CCCXCIII.

Curii & Fabricii.Q.Tuberonem cognomine Catelium discipulum fuisse merito quis existimauerit: cui consulatum gerenti quum Aetholorum gens omnis usus uasa argentea magno pondere & exquisita arte fabricata per legatos misisset : qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant fictilia se in eius mensa uasa uidisse : monitos ne continentię quasi paupertati succurrẽdum putarent : cum suis sarcinis abire iussit. Quã bene aetholicis domestica praetulerat; si frugalitatis eius exemplum poste

ri. In clientelam: in patrocinium. nam cliens & patronus correlatiua sunt: quia nõ ẽ cliẽs sine patrono: sicut nec filius sine patre. Sine pecunia: ad id quod dixit quinq; pondo argenti & aeris. Familiae: familiae : ad id quod dixit totidem seruos. Sed medica desiderare moderata quae.i.ad liberaliter uiuendum necessaria sunt: animus enim hominis diues ñ arca appellari solet: q̃uis illa plena sit.

Consentanea repudiatis. Non debet minori laude digna censeri fabritii continentia: quae in respuẽdis ac ꝑpetuo odium detestandis Epicureorum dogmatibus: q̃ quae fuit in contemnendis Sãnitum mũeribus. Nam legatus ad Pyrrhum ex senatu populoq; Ro. missus ut ageret cum rege de permutatione seu redemptione captiuorum: audiuit Cyneam philosophuz de uoluptate differentem: qui.s.diceret atheniẽ. philosophum nescio quem dicere solituz oia uoluptatis gratia esse facienda: nõn aliter uocem illam q̃ perniciosum malum detestatus est: ac talem uiuendi disciplinam atheniensibus & hostibus est imprecatus. Consentanea: conuenientia: congrua: sicut in repudiandis muneribus: ita in respuendis Epicureorum dogmatibus. Illud quoq; non uidetur a proposito nostro alienum: quod in censura egit sicut supra uidimus. Nam.P. Corneliuz Ruffinum bis cõsulatu & dictatura functũ censor Fabritius a senatu mouit ob luxuriae notam q decem pondo argenti facti haberet: non enim solum auaritiam semper horruit: sed auaros queq; maximo est odio prosecutus. Cyneam philosophum qui primũ apud Pyrrhum locum obtinebat. Quendã atheniensem qui sine dubio fuit Epicurus. Depraecatus. Ecce uotum; est autem deprecari ualde precari: mala precando depellere. Est quoq; detestari execrari. Depellere: ãbominari: in qua significatione posuit Catullus quũ dicit : Lesbia dicit semper male nec tacet de me dii pereat nisi amet quo signo quas in totidem ea deprecor illam: Nã urbs s.Tarẽtum. Quae labore.s.Roma: Illa: Tarentum. Haec Roma. Possumus intelligere hoc dici de urbe athenarum quae fuit olim totius graeciae imperio potita: & quum deinde in seruitutem redacta foret: eam populus Romanus in libertatem asseruit.

Curii & Fabritii. Qui Tuberonem : hic consul bello Macedonico fuit : qui quum prouinciam illam propemodum. Ro. subegisset imperio: aetholoruz legati de uictoria gratulaturi (nã tunc erant Aetholi Romanis societate coniuncti) ad eum in castra uenerunt : & fictilibus uasis utentem in mensa, uiderunt : quod quum in patriam reuersi suis ciuibus retulissent: aetholi non hominis continentiam sed paupertatem existimantes: argentea illi uasa artificiose laborata mittenda censuerunt: quibus pro dignitate sua uteretur: quae quum obtulissent

Valerius maximus.

ei statim in patriam cum suis uasis redire iusserunt. Hic Tubero uir ꝓbus & respu. amātissimus fuit: qui. T. Gracchum quo cum summa amicitia erat coniunctus: ubi respu. suae perniciosum ciuem esse cognouit: in seditione deseruit atq; illius consilia uehementer improbauit. Discipulum fuisse. Merito quispiam existimare poterit hunc Curii Fabritii q; fuisse discipulum ꝙ eorum disciplinam imitatus sit Actholorum gens: Actholi primo fuerunt Philippo regi Macedoniae societate coniuncti: a quo quum tyrrānice nimis haberentur defecerunt ad romanos: Aetholia regio contigua Acarnaniae Phocidiq; & Locris: hāc autem ab Acarnania Achelous fluuius separat. Omnis usus: uasa. s. ad omnem usum accomodata: ut aquaria: uinaria & alterius generis. Exquisita: artificiose elaborata. Gratulandi de uictoria ex hostibus parta: qa tūc Romanis erant amicitia copulati. Fictilia: terrea: a fingēdo dicta: unū figuli luti ɔpositores q terrea uasa ɔponūt. Quo uentum. Damnat sui temporis mores Valerius: ut homines etiam pauperes ambitiosae paupertate uiuant: nam aetatis nostrae itaq; serui suppellectilem illam aspernantur: qua consules aliquando & Romani principes cōtentabantur.

AT Persae. Fuit Aemylii pauli continentia sic litterarum monumentis digna: ut sine iniuria praetermitti a Valerio nullo modo potuerit: cū enim deuicto Persa Macedonum rege: quem duxit in triūphum tantam ex ea prouincia praedam i patriam reportasset: ut repleto aerario tributis praestandis modus ac finis impositus fuerit: nihil ex ea uoluit attingere: ut gloriosus magis q̄ diues ex eo bello redisse uideretur. Plutarchus tamen dicit quosdam ex ea praeda sibi retinuisse libellos. Hereditariam: quia uelud haereditate quadam populus Ro. aliq̄ diu paupertatem habuit iuxta illud Ti. Liuii quod supra diximus. Nulla unq̄ respub. fuit maior nec sanctior: nec bonis exemplis ditior nec in quam ciuitatem tam sero luxuria & auaritia commigrauerint: nec ubi tantus ac tamdiu paupertati & parsimoniae honos fuerit: adeo quanto minus rerum tanto minus cupiditatis erat. Eousq; tantum. Tributi: census & pensionis persoluendae. Cicero in officiis. Omni Macedonum gaza quae fuit maxima: potitus est paulus: in aerarium tantum uexit: ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum: at hic in domum suam nihil intulit praeter memoriam nominis sempiternam. Praeclare secū actum: praeclare sibi obtigisse. & ē hōestus dicēdi modus mecū ꝓclare actū. i. ꝓclare mihi obtigit.

AT q; huic ai: Hi cū missi eēnt legati ad Ptolemaeū regē aegypti: ꝓ pace cū po. ro. isigēda & eos ptolemeus liberaliter exceptos regiis muneribus donas

rior aetas sequi uoluisset: nunc quo uentum est? A seruis uix impetrari potest: ne eam supellectilem fastidiāt qua uti consul non erubuit.

¶ Curii &c. Ordo est. Quis. i. aliquis: existimauerit. i. iudicauerit merito. Qu. Tuberonē cognomine Catelium: seu ut alii scribunt Gatuliū: fuisse discipulū: qa imitatorē Curii & Fabritii: cui. s. Qu. Tuberoni gerenti consulatū: quū gēs aetholorū misisset ꝑ legatos uasa argentea ois generis magno pōdere: & fabricata exquisita arte: q. s. legati ꝓfecti ad eū tpe superiori. i. prius acto: cā gratulādi. s. Tuberoni de uictoria parta: retulerāt. s. pricipibus a qbus missi fuerāt: uidisse se uasa fictilia in mēsa eius. s. Qu. Tuberonis: iussit eos monitos ne putarent succurrēdū cōtinentiae. i. pturnontiae ultro assumptae: cū non deessent quibus uteref: quasi paupertati: qa q cōtinens nō cōtinuo paup est. Nā paup est q parū habet: continens qui paucis utif ac fruif. Quā. i. o quantū bn̄ tubero ꝓtulerat domestica. s. instituta aut iudicia: Aetholicis: si aetas posterior uoluisset seq exēplū frugalitatis eius. q. d. optime nunc: quo. i. ad quem statum uentum est. q. d. ad pessimū: qd paulo post contingit: asse ente id Iuuenale: Omne in ꝓcipiti uitium stetit. Et. Nil habet ulterius nostris quod moribus addat Posteritas &c. unū addit. Valerius noster. Vix potest impetrari. s. nunc a seruis: ne fastidiant. i. ut non superbe contēnāt eam supellectilem. s. fictilem & ligneam qua cōsul. s. Tubero & Curius non erubuit uti.

## De Paulo Aemilio. Cap.CCCXCIII.

AT Perse rege deuicto Paulus cum Macedonicis opibus ueterem atq; haereditariā urbis nostrę paupertem eo usq; satiasset: ut illo tempore primum po. Ro. tributi praestandi onere se liberaret: penates suos nulla ex parte locupletiores fecit praeclare secum actum existimās: ꝙ ex illa uictoria alii pecuniā: ipse gloriam occupasset.

¶ At. i. sed: Perse rege. s. Macedoniae deuicto: Paulus. s. Aemilius macedonicus: quum. i. postq̄ satiasset ueterem atq; hereditariam paupertatem urbis nostrae. i. Romae: opibus macedonicis: eousq; i. intantum ut populus Romanus liberaret se primum illo tempore onere praestandi tributi. i. pecuniae per singulas tribus in stipendium militare: nulla. i. non ulla non fecit penates suos. i. proprios lares ac familiam: locupletiores ex ulla parte: existimans actum praeclare secum: ꝙ ipse occupasset. i. ante alios accepisset ex illa uictoria gloriam: & sup. alii pecuniam.

## De. Q. Fabio Gurgite: &. C. Numerio Fabio pictore: &. Q. Vgolino. Cap.CCCXCIIII.

AT q; huic animi eius iudicio Quintus Fabius Gurges: Caius Numerius Fabius pictor. Q. Vgolinus se subscripserunt: qui legati ad Ptolemaeum regem missi munera quę ab eo priuatim acceperant in aerarium quidem priusq̄ ad senatum legationem referrent detulerunt. Scilicet de publico ministerio nihil cuiquā praeter laudem bene administrati officii accedere debere iudicantes. Iam illud humanitatis senatus & attentę maiorum disciplinae indicium est. da

ta sunt enim legatis quæ in ærarium reposuerant non solum.P.C. decreto: sed & populi permissu: eaq; legatis quæstores prompte unicuiq; distribuere: & ita in iisdem ptolemæi liberalitas: legatorũ abstinentia senatus ac populi æquitas debitã probabilis facti portionẽ obtinuit.

¶Atq3 &c. More suo cõnectendo dicenda dictis subtilissimo uinculo dicit. Atq3 Quintus Fabius Gurges Caius Numerius. Fabius Pictor & Quintus Vgolinus seu Ogolinus: subscripserũt sc.i. more nomina sua subscribentium astipulati sunt & assensum præbuerunt. Nam qui i pactum aliquod consentiunt solent nomina sua subscribere: unde tractum est ut subscribere uenuste dicatur pro assentiri) huic iudicio animi eius.s. Pauli Aemylii.i. idem senserũt quod ille: qui missi legati ad Ptolemæum regem s. ægypti: detulerunt in ærarium.i. fiscum: munera quæ acceperant ab eo priuatim.i. nomine priuato.i. pro se quisq3 non pro rep. & quidem priusq̃ referrent ad senatum legationem.i. priusq̃ senatui exponerent quid i legatione egerant. Scilicet.i. scire licet cur id fecerint: quia iudicantes nihil debere accedere.i. aduenire & addi cuiq̃ de publico ministerio: præter laudẽ officii bene administrati. Iam illud.s. quod iam dicet: est indicium humanitatis senatus: & attentæ.i. diligentis disciplinæ maiorum. Enim pro quia: Ea sunt data.i. reddita legatis: quæ reposuerant in ærarium idest fiscũ seu publicæ pecuniæ repositorium. Non solum decreto patrum conscriptorũ: sed &.i. etiam permissu populi: & quæstores.i. conquisitores & custodes pecuniæ publicæ: distribuere idest distribuerunt prompte.i. expedite legatis unicuiq3: ea.s. quæ in erarium contulerat. Et ita liberalitas Ptolemei.s. regis qui ea dona primum in legatos contulerat. abstinentia legatorum: q ea non sibi sed ærario data interpraetati sunt: & æquitas idest æqua uirtutis & præmii æstimatio: senatus & populi qui ea reddenda legatis cẽsuerunt: obtinuit in iisdem .s. donis: debitam portionem idest partem: facti probabilis idest quia oium dictorum factũ est laudabile & ita probabile.

fet: ea primũ legati repudiarũt: eos Ptolemæus liberaliter exceptos regiis muneribus donasset: ea primum legati repudiarunt: sed interiectis quibusdã diebus ad cœnã inuitatis: aureas illis coronas misit: quas honoris gratia accepere: sed simul atq3 romam uenerũt priusq̃ legationem suam in senatu referrent: in ærarium munera detulerunt q̃ deinde reddẽda legatis & senatus decreuit: & populus pmisit: fuerunt ergo ex ærario q̃ primũ educta: & secundum æquã cuiusq3 portionẽ distributa: hoc modo & senatus pariter & populus cũ legatis de continentia certasse uidetur. Hæc Valerius: Iustinus uero lib.xviii. dicit: q missa a senatu in ægyptũ legatione cũ ingentia sibi a ptolemæo rege missa munera spreuissent interiectis diebus ad cœnã inuitatis aureæ coronæ missæ sunt: quas illi honoris gratia receptas postero die statuis regis imposuerunt. Priuatim quæ sua.s. essent. De publico ministerio hoc est de legationis officio. Præter laudem: ut si bene administrauerint: administrationis præmium laus pendatur. Accedere: adiungi: unde accessiones augmenta dicũtur. Attentæ: diligẽtis nomẽ est nõ aduerbiũ. Ita in iisdem: sic inquit Ptolemæus & legati & senatus & populus suam seruati officii laudem obtinuisse uidentur. Liberalitas: præciosa legatis munera dando. Abstinentia in ærarium munera deferendo. Aequitas: legatis eadem restituendo.

## De Calphurnio pisone. Cap.CCCXCV.

Fabiorum & Vgolini continentiæ Calphurniũ Pisonem in consimili laudis genere æmulum fuisse res ipsa documento est. Consul graui fugitiuorum bello a se liberata Sicilia: eos quorum præcipua opera usus fuerat imperatorio more donis prosequebatur: inter quos filium suum aliquot locis præliatum fortissime: titulo trium librarum aureæ coronę decorauit: præfatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari: quod in ipsius domum rediturum esset: tantum q; ponderis se testamento adolescenti legaturum promissit: ut honorem publice a duce: precium priuatim a patre reciperet.

Fabiorũ & Vgolini: Calphurnius hic ut i ca. de disciplina militari diximus cũ bello fugitiuorũ prouinciã Siciliã obtineret quã sexaginta seruorum milia occupauerãt: re bene gesta ac liberata prouincia milites oẽs q opera suã in eo bello reip. strẽnue nauassent: militaribus donis imperatorio more donauit: filiũ q multis in locis fortissime pugnauerat: & suæ uirtutis ñ obscura documẽta dederat: munerũ oino fecit expertem: qa diceret non æquũ esse a magistratu e publica pecunia quicq̃ erogari: quod in se aut familiæ suæ usum rediturum esset: uerum ne merita laude uideretur omnino defraudatus: aureæ coronæ trium librarum ponderis titulo decorauit: promittens se tantũdẽ auri testamento legaturum. Aemulũ: imitatorẽ & eiusdẽ rei studiosum. Erogari: dari: distribui. Titulo non autem corona.

¶Fabiorum &c. Ordo est. Res ipsa est documento.i. satis docet: Calpurnium seu Calphurnium (ut alii scribunt) Pisonem fuisse æmulum idest imitatorem quasi cum æmulatione: continentiæ fabiorum.s. Gurgitis & Numerii: & Vgolini seu Ogolini: in consimili genere laudis. Nam sup. ens consul sicilia liberata idest postq̃ sicilia erat liberata a se.i. sua opera: graui bello fugitiuorum: prosequebatur more imperatorio eos quorum præcipua opera usus fuerat: donis scilicet militaribus: inter quos scilicet quorum opera usus fuerat aut a se donatos: decorauit filium suum præliatum idest qui præliatus fuerat fortissime aliquot locis: titulo idest solo nomine non re coronæ aureæ trium librarum: præfatus non oportere erogari idest largiri a magistratu: e pecunia publica: quod redditurum esset in domum ipsius: & promisit se legaturum testamento, adolescenti.s. filio suo tantum ponderis idest tris libras auri: ut sup. adolescens aut filius eius: reciperet honorem publice a duce.i. patre tanq̃ a duce: & prætium priuatim a patre.i. tanq̃ ab homine priuato. Ascen.

## De Catone superiore. Cap. CCCXCVI.

AGe si quis hoc saeculo uir illustris pellibus hoedonis pro stragulis utatur: tribusq; seruis comitatus Hispaniam regat: & quingentorum assium sumptum transmarinam prouinciam petat: eodem cibo eodemq; uino quo nautae uti contentus sit: nõne mirabilis existimetur? Atqui ista patientissime superior Cato tolerauit quia illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere uitae cum summa dulcedine continebat.

¶ Age: adhortandi uox: siquis uir illustris hoc saeculo utatur pellibus hoedinis. i. oedis detractis: q̃ asperae & fetidae sũt pro stragulis. i. stramẽtis nocturnis: & comitatus tribus. s. dũtaxat seruis: regat hispaniã: & petat prouinciam transmarinam sumptu quingentorum assium: & sit contẽtus uti eodem cibo & eodem uino: quo nautae. s. utantur: nõne existimetur. i. iudicetur mirabilis. q. d. maxime. Atqui. i. sed quomodo. aut attamen. Cato superior. s. censorius tolerauit ista. i. iam dicta patientissime. Quia grata cõsuetudo frugalitatis idest parsimoniae: continebat illum in hoc genere uitae cum summa dulcedine.

AGe si quis hoc saeculo. Cato supior celtiberos hispaniae populos robur prouinciae aliquot secundis p̃liis fregit: & cũ totã prouinciã administraret: pellibus hoc tm̃ s pro tapetis usus est & cũ trium seruorũ comitatu: cũq; hispaniã ulteriorẽ peteret: uiatico quingentorũ assium contẽtus uino ciboq; quo nautae uti nõ dubitauit: q̃ facile tolerauit: q̃a in tali cõtinentia uitam exercuerat: nã ut inq̃t Plutar. cũ adolescẽs stipendia faceret i castris quasi semp utebat aqua: sed cũ fortasse uel aestu uel siti nimia laborasset ad eam sedandã aceti frequẽti haustu utebatur: uel si quando uires pristinas desiderasset uegetandi corporis causa: leuiusculi nõ nihil uini delibare cõsueuerat: cum iter faceret sua ipse arma uno subsequente ministro ferebat: qui secum quae uitae necessaria forẽt cõportaret: domi uero tanta frugalitate fuisse tradunt: ut hyeme sola tunica demptis manicis indutus esset: aestate uero pene nudus labore cum seruis certaret: quibus cum sedere solitus eodem pane eodemq; uino uescebat: hanc frugalitatem & continentiam ex. M. curii uitae cõmemoratione & fama quasi aemulatione quadam induisse ferunt: cum iuxta illius uillam ipse haberet agellum. Frontinus Marcum inquit catonẽ uino eodẽ quo remiges contentũ fuisse tradunt. Seneca ad lucilium epistola. lxxxviii. Cato censorius quanto reip. utilior scipione fuerit nostu: alter enim cũ hostibus nostris bellum: alter cum moribus gessit: cantério uehebatur & hipoperis impositus: ut secum utilia portaret: quantum erat saeculi decus: imperatorem triumphalẽ censoriũ: & quod super omnia hoc est catonem uno cabello esse contentum: & nec toto quidem: partem enim sarcinae ab utroq; latere dependentes occupabant. Age si quis. hic notat sine dubio romanam eius temporis luxuriam. siquis inquit princeps romanus his temporibus ea qua cato continentia uteretur: omnibus certe uideretur admirabilis. Stragulis: stragula uestis uersicolor: quam graeci tapeta uocant.

## De Catone posteriore. Cap. CCCXCVII.

MVltum a prisca continentia spatio annorum posterior Cato discedit: utpote in ciuitate iã diuite: & lauticia gaudente natus. Is tamen cum bellis ciuilibus interesset: filium secum trahẽs duodecim seruos habuit numero plures q̃ superior: temporum diuersis moribus pauciores.

¶ Multum &c. Ordo est. Cato posterior: uidelicet uticensis discedit multũ a prisca. s. priorũ saeculorũ continentia: spatio annorum. i. si ad spacium annorum aspexerimus: utpote natus in ciuitate iam diuite & gaudente lauticia idest lauto apparatu coenarũ: is tamen cum interesset i bellis ciuilibus s. inter Caesarem & pompeiũ: trahens secum filium: habuit duodecim seruos: plures numero: q̃ superior. s. cato habuit: pauciores sup. q̃ superior: diuersis moribus temporum idest si respexerimus ad mores temporum utriusq; quia frugalior possit iudicari qui tempore posterioris Catonis. xii. seruos habuerit q̃ qui tempore prioris dũtaxat sex.

MVltũ a pri. cõ. hic posterior cato: qui ut supra diximus Uticẽsis appellatus ẽ: aetate sua frugalissimus romanorũ fuit: nã affluente romana ciuitate opibus atq; luxuria paucis admodũ seruis utpote se ptẽ cõtẽtus fuit: cum caeteri principes aetatis suae ne turba quidem ingenti contentari possent. Fuit igitur superiore seruorum numero paulo incontinentior: temporum uero conditione multo frugalior. Lauticia: luxurioso apparatu rerum: nam lauticia: mundicia: a lauãdo dicta: & conuiuium lautum dicitur conuiuium sumptuosum: quia ibi omnia sunt lauta & nitida.

## De Scipione Aemiliano. Cap. CCCXCVIII.

EXultat animus maximorum uirorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus: totidemq; suae praecipuae gloriae triumphos septem seruis sequentibus officio legationis functus est: & puto Carthaginis & Numantiae spoliis comparare plures potuerat: nisi ope

EXultat alius: scipio aemilianus legatus ad aristonicum ut conficitur: qui sub captam a Scipione numantiam eo q̃ esset attali regis nepos eumenis filius asiam occupauit tanq̃ auitum regnũ sibi iure haereditario debitum: cũ testamento regis attali po. ro. prouincia legata libera esse deberet. Hũc ut Frõtinus ait traditur in itinere cũ amicis ambulantem accepto pane uesci solitum. Idem & de alexandro rege macedoniae dicit. Exultat animus enĩ nõ mediocri laetitia extollitur aĩus meus: cũ i eo sit occupatus: ut tantorum uirorũ documẽta cõmemoret. Aemilianus: quia de gẽte aemilia fuit: & p adoptionem in sciponum familiam translatus. Totidem tri. uidelicet de carthagine & nu

rum suorum ad se laudem: manubias ad patriam redũdare maluisset. Itaq; quum per socios & exteras gentes iter faceret: non mancipia eius sed uictoriae numerabantur: nec quantum auri & argẽti sed quãtũ amplitudinis pondus secum ferret estimabatur.

mantia duabus urbibus euersis po. ro. inimicissimis: quibus deletis ut iquit Ci. scipio nõ solum praesentia: sed etiam futura bella deleuit. Plures. s. septẽ seruis. Manubias differt inter spolia & manubias ut uult. A. gelius: q̃ spolia sunt corpora rerũ q̃ capiũtur ex hoste: manubiae uero pecunia ex uenditiõe praedae recuperata. Itaq3: respondet tacitae quaestiõi non enim inquit scipiõis gloria ab exteris gẽtibus numero seruorum: sed uictoriarũ multitudine censebatur.

Exultat &c. Mira solertia nec noua continuandi stili filia ordo est. Animus sup. meus: percurrens memoriã maximorũ uirorũ: exultat. s. prae laetitia. Scipio Aemylianus functus est officio legationis post duos inclytos consulatus: & totidem triumphos praecipuae gloriae suae: septem seruis sequentibus. Et puto sup. q̃ potuerat comparare. i. conquirere plures. s. seruos q̃ septem: spoliis carthaginis & Numantiae duarũ potentissimarũ urbiũ: quas uicit & spoliauit: nisi maluisset laudẽ operũ suorũ redundare. i. applicari ad se: & manubias. i. pecuniẽ quae duci ex praeda contigit: redundare sup. ad patriam. s. suam: hoc est Romam seu romanum aerariũ. Itaq3. i. & ita quum faceret iter per socios. s. Romani imperij: & gentes exteras. i. nihil ad romanos pertinentes: non numerabantur mancipia eius sed uictoriae: nec aestimabatur quantum auri & argenti ferret secum: sed quantum pondus amplitudinis. i. excellentis honoris & gloriae.

## De populi Romani circa Pyrrhi munera continentia. Cap. CCCXCIX.

COntinentia uero etiam uniuersis plebis animis saepenumero cognita est sed abunde erit ex his duo exempla longe inter se distantium saeculorum retulisse Pyrrhus impetus sui terrore soluto ac iam epyroticis armis languentibus beniuolentiam po. Ro. mercari quia uirtutem debilitare nequiuerat cupiẽs: poene totum regiarum opum apparatum in urbem nostram transtulit. Caeterum quum & magni precii & uarii generis a legatis eius tam uirorum q̃ foeminarum apta usui munera circa domos ferrentur: nulla cuiq̃ dono ianua patuit. Tarentinaeq; petulantię animosus magis q̃ efficax defensor haud scio maiore cum gloria huius urbis armis q̃ moribus repulsus sit.

Continentia &c. praefatio est de continentia totius populi Romãi nõ ut falso inscribitur Pyrrhi. Nã Pyrrhi exẽplũ inter externa recitandũ foret: neq3 sequens de mario aut Cinna est: sed de populo Romano illorũ tempore unde titulos ut alibi saepe correxi. Ordo est. uero pro sed continentia est cognita etiam saepenumero uniuersis aĩs plebis: sed erit abũde i. usq3 ad abundantiam satis retulisse. i. recitasse ex his duo exempla saeculorum distantium inter se longe. i. quae contigerunt in plaebe Romana seculis multũ inter se distantibus. Nã prius tempore Pyrrhi: posterius tẽpore Marii. de priore dicit sic: Pyrrhus. s. rex epyrotarũ abs tarentinis cõtra Romanos pugnans: terrore impetus sui soluto. i. postq̃ solutus erat: ac armis epyroticis iam languentibus: quia de uictoria desperantibus: fractis uidelicet epyrotarum animis: cupiens mercari idest mercibus & donis emere: beniuolentiam populi Romani: quia nequiuerat debilitare uirtutem. s. populi Romani: transtulit idest trãsmisit poene totum apparatũ opum regiarum in urbẽ nostrã: hoc est romam. Caeterum idest sed: quum munera & magni praecii & uarii generis apta tam usui uirorum q̃ foeminarum ferrentur a legatis eius: circa domos. s. ciuium Romanorum: nulla ianua patuit cuiq̃ dono (Quod longe aliter tempore Iugurthini belli ut Salustius attestatur contigit) q̃ pro & haud scio. i. dubito utrum sup. Pyrrhus defensor petulantiae tarentinae idest tarentinorum qui per petulan-

COntinẽtia uero ẽt uniuersis: De origine tarentini belli nulla est inter auctores dissensio: nam oẽs bellum susceptũ eẽ dicũt ob direptã classẽ uiolatosq3 legatos: de euẽtu uero dissentiũt inter se Iustinus & florus: nã romanos bis ꝓlio uictos Iustinus affirmat: & ob eã rẽ missa a carthaginẽsibus auxilia fuisse Romãis: q̃ senatus cũ gratiarũ actiõe recusauit: carthaginensibusq3 remisit: deinde fabriciũ lusiniũ missum a senatu legatũ: q cũ Pyrrho rege pacẽ cõponeret ad quã cõfirmãdã: Cũ Pyrrhus cyneã legatũ ro. cũ ingẽtibus donis misisset: qbus senatũ corrũperet: ut qbus cupiebat cõditionibus pacẽ ĩpetraret neminẽ iuenit cuius domus muneribus pateret: mira ꝓfecto tãta senatus cõtinẽtia Lucius uero florus nõ duobus ꝓliis: sed uno dũtaxat: & nõ hostiũ uirtute sed nouarũ belluarũ terrore dicit romanos fuisse supatos: qñ etiã pugna ut inqt tã atrox fuit: ut ferẽtanae turmae ꝓfectus inuectus in regẽ turbauerit coegeritq3 ꝓiectis isignibus ꝓlio excedere: i apulia deinde melius dimicatũ curio fabricioq3 cõsulibus: iã qppe terror belluarũ exoluerat. & C. Minutius quartae legiõis hastatus: uni⁹ ꝓboscide abscissa mori posse belluas ostẽderat: rursus in lucania eodẽ marte praesente pugnatum ẽ: nec uero solum armis & in campis: sed consilus quoq3 & domi & ĩtra urbem cum rege Pyrrho dimicatũ est: qppe post primã uictoria rex Callidus itellecta uirtute romana stati despauit armis: seq3 ad dolos conuertit: nã interemptos cremauit: captiuos indulgenter habuit & sine praecio restituit: legatos deinde cum muneribus misit in urbem: ut corrupto senatu in amicitiam reciperetur: sed bello & pace foris & domi omnem i partem romana uirtus tum se ꝓbauit: nec alia magis q̃ tarentina uictoria ostendit po. ro. fortitudinem: senatus sapientiam: ducum magnanimitatẽ: omniũ denique continentiam. Eodẽ modo Plutar. in uita Pyrrhi duas affert opiniones: & eorũ qui Romãos bis uictos: & eorũ q semel tantũmodo superatos fuisse dicunt. Petulantiae: Luxuriae atq3 lasci.

uiæ tarentinæ. Cato in oratione quam habuit pro ornamentis mulierum: bello macedonico Patrum inquit nostrorum memoria per legatum cyneam Pyrrhus non uirorum modo: sed etiam mulierum animos donis tentauit nondum lex oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nulla accepit.

IN illa quoq3 procella: Hæc historia Marii & cinnæ supra in ca. de ꝓdigiis annotata est: & in aliis locis separatim quoq3 descripta ubi de alterutro ipsorum dicendum fuit Quod uero ad hunc locum pertinet: illud satis erit dixisse ꝙ dū syl la bello macedonico esset occupatus: Marius & Cinna cum cunctis exercitibus ad urbem properarunt: & primo hostiam: deinde ianiculum postremo urbem ipsam ceperunt: & ī ciues miserabili cæde grassati: insuper etiam potestatem plebi fecerunt: diripiendi bona ꝓscriptorum: nam multos tyrānice proscripserant: uerū tanta fuit po. ro. modestia ut nulla quantūlibet magna spe lucri adduci potuerit ut quisq̄ se tam nefaria præda coinquinaret. Magna igitur fuit plebis romanæ continentia. Procella: Perturbatione rerum: & est pulchra translatio qua utitur Ci. ut in illis dūtaxat fluctibus concionum & tribunitiis ꝓcellis. Nam a percellendo dicta est eo ꝙ omnia percellat. i. peruertat. A se: Scilicet Mario & Cinna. Perinde ac. i. tanq̄.

AC ne eiusdem laudis cōmemoratōe. De hoc uiro infra dicetur lib. v. cap. ulti. ubi de illius animi fortitudine dicendum erit: lacedæmonii & athenienses multis se inuicem cladibus afflixere: demum cum post nauale prælium æquo marte utrinq3 discessum esset: lacedæmonii ad messeniorū bellum reuocantur: sed ne interea ociosum tempus quo uires repararent atheniensibus relinquerent: paciscuntur cum thebanis boetiorū imperium quod tempore persici belli athenienses occupauerāt his restituerūt: ut illi atheniensium bella susciperent tantus furor spartanorum fuit: ut duobus bellis impliciti suscipere tertium non recusarent dūmodo inimicis suis hostes acquirerent: igitur athenienses aduersus tantam tempestatem belli duos duces deligunt periclem spectatæ uirtutis uirū & sophoclem tragœdiarum scriptorem qui diuerso exercitu & spartanorum agros uastauerunt: & multas achaiæ: ciuitates atheniensium imperio subiecerūt. fuit autem pericles princeps atheniensis: philosophus inclytus: & orator insignis atq3 Anaxagoræ discipulus: rexitq3 rempu. atheniensium quadraginta ānis mira prudētia: cum igitur collegā haberet in prætura ut diximus Sophoclē poetam & is publico intentus officio: īsignis pueri formam laudasset: intemperantiam eius increpitans ait: decere prætorem manus & oculos habere ab omni libidine prorsus amotos. Districtus: Detentus.

tiam Romanorum in se arma excitarant: magis animosus q̄ efficax: quia multa ausus nihil effecit: fit repulsus cum maiore gloria urbis huius. i. nostræ hoc est Romanæ annis q̄ moribus. q. d. non minus gloriosum eē cōtinentia tali eius dona respuisse: q̄ armis eius uires contudisse.

## De eodem sub. C. Mario & Lucio Cinna. Cap. CCCC.

IN illa quoq3 procella quam. C. Marius & L. Cinna reip. inflixerant abstinentia po. ro. mirifica conspecta est: nam quum a se prescriptorum penates uulgi manibus diripiendos abiecissēt: inueniri potuit nemo qui ciuili luctu prædam peteret. Vnus enim quisq3 se ab his perinde ac sacris ædibus abstinuit: quæ quidem tam misericors continentia plebis tacitum crudelium uictorum conuitium fuit.

¶ In illa quoq3 procella &c. Affert secundum exemplum continentiæ populi Roma. temporibus Caii Marii & Lucii Cinnæ: qui uoti compotes in ciuili bello contra syllam: inimicorum opes uolentibus diripiendas proposuerant: sed non sunt inuenti qui uellent. Ordo est. abstinentia populi roma. conspecta est mirifica: quoq3 idest etiam in illa procella. i. ui perturbationum quam. C. Marius & Lucius Cinna inflixerant reip. Nam quū ipsi abiecissent: penates. i. deos familiares & quicquid ī eorum custodia erat: hoc est omnes facultates: proscriptorū idest per scriptū præuiū morti ubicunq3 reperirentur addictorū a se: diripiēdos manibus uulgi. i. uilis popoli: nemo potuit inueniri qui peteret prædā. sup. in luctu ciuili: Enim ꝓ qa: unusquisq3 abstinuit se ab his penatibus & ædibus proscriptorū perinde ac. i. nō aliter q̄ ab ædibus sacris. i. templis deorum quæ quidem continentia plæbis tam misericors: quia moti misericordia in proscriptos abstinuerunt manus ab eorum bonis fuit conuitium idest improperium tacitū: qa non uoce sed facto loquebantur uictorum crudelium. s. Marii & Cinnæ: de quorum uictoria sæpe habitum est.

## Externa De Pericle. Cap. CCCCI.

AC ne eiusdem laudis commemorationem externis inuideamus Pericles atheniensium princeps quum tragœdiarum scriptorem Sophoclem in prætura collegam haberet: ac is publico officio una districtus pueri ingenui prætereuntis formam impensioribus uerbis laudasset: intemperantiam eius increpitans dixit Prætoris non solum manus a pecuniæ lucro sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere.

¶ Ac ne &c. trāsiēs ad externa dicit. Ac ne inuideamus externis. s. populis aut hoībus: cōmemoratione eiusdē laudis. s. ob cōtinētiā aut abstinētiā: q̄ sic ꝓprie differūt ꝙ cōtinētia ē eorū q̄ itra nos sūt ne exeāt in opus illicitū: abstinētia ē retractio membri ab iis q̄ illicite nobis usurpemus. dico sup. ꝙ Pericles pricceps athenien. quū hēret Sophoclē scriptorē Tragœdiarū: lōge clarissimū: collegā in ꝑtura: ac is. s. sophocles districtus. i. occupatus: una. i. pariter cū pericle: officio publico. s. ad praturā ꝑtinente: laudasset uerbis ipensioribus. i. nimis ipensis & accuratis formā. i. formositatē pueri ingenui ꝑtereuntis. i. qui ante oculos eorum forte tūc præteribat: dixit increpitans intēperantiā eius. s. sophoclis nō solū manus ꝑtoris debere eē cōtinētes a lucro pecuniæ: sed etiā oculos ab aspectu libidinoso.

De Sophocle. Cap.CCCCII.

Sophocles autem ætate iam senior: quum ab eo quidam quæreret an etiānū rebus venereis uteretur? Dii meliora inquit. libenter enim istinc: tanq̄ ex aliqua furiosa profugi dominatione.

¶ Sophocles autem iam senior idest prouectior ætate: quum quidā quæreret ab eo: an uteretur etiamnū .i. an tunc adhuc: unde forte legendū sit: etiānū: rebus venereis. inquit: dii meliora: sup. dent mihi facienda: Enim pro quia: ego profugi libenter istinc tanq̄ ab aliqua furiosa dominatione.

De Xenocrate. Cap.CCCCIII.

Neque abstinentis senectæ Xenocratem fuisse accepimus: cuius opinionis non parua fides erit narratio quæ sequitur. In peruigilio Phryne nobile athenarum scortum: iuxta eum uino grauem accubuit: pignore cum quibusdam iuuenibus posito an temperantiam eius corrumpere posset: quam nec tactu nec sermone aspernatus quo ad uoluerat in sinu suo moratam propositi irritam dimisit: factum sapientia imbuti animi abstinens. Sed meretriculæ quoq; dictum perq̄ facetum. deridentibus enim se adolescentibus quia tam formosa tāq; elegans poti senis animum illecebris pellicere non potuisset: pactumq; uictoriæ præcium flagitātibus de homine se cum his non statua pignus posuisse respondit. Potest ne Xenocratis continentia a quoq̄ uerius propiusq; demonstrari q̄ ab ipsa meretricula expressa est? Phryne pulchritudine sua nulla ex parte constantissimam eius abstinentiam labefecit.

¶ Aeque &c. Ordo ē. Nos accepimus xenocratem philosophum calcedonium: fuisse senectæ abstinentis aeque .i. æqualiter ut sophocles fuit: cuius opinionis nō parua fides .i. approbatio: erit narratio quæ sequit̄ Phyrne (sunt tamē qui phryne scribant) nobile scortū .i. famosa meretrix: athenarum accubuit in peruigilio .i. totius noctis uigilia iuxta eum: uidelicet xenocratem grauem uino: pignore posito .i. deposito cū quibusdam iuuenibus: an .s. phryne posset corrūpere tēperantiā eius: quā .s. meretriculā: xenocrates nec asp̄natus ē tactu: q̄a p̄misit se ab ea tāgi: nec sermōe .i. colloquio: dimisit moratā .i. postq̄ morā traxerat i sinu suo quead uoluerat .i. ad saturitatē usq̄: irritā propositi .i. frustratā in proposito: quia proposuerat cum eo q̄q̄ seniore rem habere: quod quia non effecit: addit poeta: factum .s. xenocra. est sup. factum abstinens idest abstinentiæ: animi imbuti sapientia. Sed dictum meretriculæ .s. phrynes: est sup. quoq; .i. etiam: per q̄ .i. ualde facetum Enim pro quia adolescentibus: s. quibuscum deposuerat se eum corrupturam: deridētibus se .s. meretriculam: quia ipsa tam formosa & tam elegans .i. eleganti cultu: non potuisset pellicere illecebris animum senis poti .s. ebrii: & respondit flagitantibus .i. exposcentibus prætiū uictoriæ pactum idest de quo conuenerant paciscendo: ut uictor obtineret: se posuisse idest deposuisse pignus cum his scilicet adolescentibus de homine non de statua: atq; ita innuit xenocratem statuam esse. Vnde author. Potest ne continentia xenocratis demonstrari a quoq̄ uerius & propius idest argumento sumpto de re magis propinqua: quia res magis propinqua plus euidens est (Sunt tamen qui propius pro proprius scribant a proprie,) sicut apud Iuuenalem. Egregius cœnat:

ANimi uirorum. Ratio cur id acciderit. quia romæ tunc hominum dignitates non ex fortunis: sed eorum uirtutibus ponderabantur: nam qui animorum bonis diuites erāt his magistratus his affinitates ultro deferebantur: Cunctis in rebus Siue magistratus demandādo: siue filias collocando: Hæc. s. bona animi & declarat quare dixerit cunctis in rebus. Patriæ rem. Vtilitatem & reipublicæ suæ commodum: Pauperq;: Malebant inquit ut pauperes diues imperium regerent: q̄ diuites exiguum haberent imperium: frustra enim priuata defenduntur si publica amittuntur. Atq; huic tam præclaro. Quia occurrebat illud si pauperes erant quomodo id facere poterant: respōdet si priuatim non poterant publice pecuniam accipiebant.

Ascen. ¶ Animi. &c. docet unde prouenit q; tantus paupertati sit honos habitus quia uidelicet animi uirorum & fœminarum uigebant in ciuitate scilicet romana. & æstimatio. i. appretiatio dignitatis ponderabatur in cunctis rebus: bonis eorum scilicet animorum & non rerum externarum. Hæc. s. bona animorum: conciliabant. i. procurabant imperia: hæc. s. eadem bona animorum iungebant affinitates. s. per matrimonia & adoptiones. hæc. s. dicta bona: poterant plurimum in foro scilicet iudiciali. Hæc poterant plurimum in curia. s. senatorum: hæc poterant plurimum intra parietes priuatos. i. in sua cuiusq; domo. Enim pro quia: unusquisq; properabat. i. festinabat augere rem id est commodum patriæ non suam. i. patriam: & mallebat uersari. eius pauper in imperio diuite: q̄ diues in imperio paupere. Atq; merces reddebatur huic proposito tam præclaro q; nihil. i. non aliquid: non licebat emere pecunia: quicq̄ eorum quæ debentur uirtuti: ut sunt honores & magistratus: & succurrebatur publico. i. ex publicæ ærario inopiæ uirorum illustrium.

## De Cn. Scipione senatu Romanorum. Cap.CCCCXVII.

ITaq; cum secundo punico bello Cn. scipio ex Hispania senatui scripsisset: petens ut sibi successor mitteretur: quia filiam uirginē adultæ iam ætatis haberet: neq; ei sine se dos expediri posset senatus ne respublica bono duce careret: patris sibi partes desumpsit: cōsilioq; uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote: summam eius ex ærario erogauit. ac puellam nuptui dedit: dotis modus quadraginta milia ęris fuit: qua non solum humanitas patrum. C. sed etiam habitus ueterum patrimoniorū cognosci potest: namq; adeo fuerunt arcta: ut Tacia Cæsonis filia maximam dotem ad uirum decem milia æris attulisse uisa sit: & Megulia quia cum quingentis milibus æris mariti domum intrauit dotatę cognomen inuenerit.

ITaq; cum secundo. Probat exemplis q; pecunia publice erogabatur his qui reipublicæ intenti: sibi suis opibus adesse non poterant: nam ut legimus apud Titum Liuium decade secunda: cum in hispania res bene gessissent. P. & Gn. Sciplones ac. Gn. Scipio filiam haberet quæ esset matura uiro & plenis iam nubilis annis: scripsit ad senatum ut sibi successor mitteretur: quo posset locandæ filiæ consulere cum non haberet: unde illi dotem erogaret: quæ suo esset studio & industria comparanda: quod ubi senatus cognouit filiam eius locauit. dotem ex ærario deprompsit ne respublica tanto imperatore careret. Frontinus lib. iiii. Gn. Scipio post res prospere gestas in hispania in summa paupertate decessit ne ea quidem relicta pecunia quæ sufficeret in dotem fœminarum quas ob inopiam publice donauit senatus. Adultæ ætatis: quæ iam nubilis eēt Habitus: Status: ex hoc inquit facile coniici potest quanta fuerit maiorum paupertas ut dos luxuriosa quodammodo censeretur quae decimum æris fuisset: q̄tam fuisse legimus quam filiæ suæ dederat Cæso: multo uero maiorem suo tempore admirationis Meguliæ dotem fuisse constat adeo: ut inde cognomen acciperet: nam dotata cognominata ē. Dotatæ quasi per excellentiam.

¶ Itaq;. i. & ita: quia illustrium uirorum inopiæ ex publico succurrebatur quum Cneus Scipio scripsisset senatui ex hispania: secundo bello punico i. tempore secundi belli punici: petens. s. a senatu: ut successor mitteretur sibi: quia haberet filiam iam ætatis adultæ. i. maturæ uiro: neq; dos posset expediri. i. expedite assignari: ei. s. filiæ suæ: sine se: senatus (ne respublica careret bono duce) desumpsit sibi. i. subiuit: partes. i. officia patris. i. quæ pater debet in locanda filia. & dote constituta cōsilio uxoris & propinquorum Scipionis: erogauit. i. deprompsit summam eius. s. dotis ex ærario. i. conseruatorio æris publici: hoc est pecuniæ quæ ærea primum fuerat. ac dedit puellam nuptui: modus. i. mensura dotis fuit quadraginta millia æris: qua. s. summa dotis: non solum humanitas patrum conscriptorum potest cognosci sed etiam habitus. i. status patrimoniorum ueterum: namq; sup. patrimonia ueterum fuerūt arcta. i. exigua adeo ut Tacia filia Cæsonis uisa sit attulisse

ad uirum.i.maritum suum:maximam dotem:quia decem milia æris:& Megulia.s.uirgo Romana:inuenerit cognomen.i.cognomen dotatæ.s.per excellentiam:quia intrauit domum mariticum quingentis millibus æris.

Eiusdem senatus liberalitas.
Cap.CCCCXVIII.

IDem senatus Fabricii Lucini: Scipionisq; filias ab indotatis nuptiis liberalitate sua uindicauit: quoniam paternæ hereditati præter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

¶Idem senatus uendicauit.i.liberauit aut præseruauit liberalitate sua ab indotatis nuptiis.i.ne dicantur ueluti in seruitutem sine dote nuptui datæ: filias Fabritii Lucini & Scipionis quoniam nihil erat:quod.s.dictæ filiæ referrent acceptum.i.faterentur se accepisse & ideo obnoxias esse hæreditati paternæ præter gloriam opimam.i.fœcundam aut similem illi quã quis olim ex opimis spoliis nancisci solebat.

De Marco Scauro. Cap.CCCCXIX.

MArcus autem Scaurus quantulam a patre hæreditatem accepit in primo lib. eorum quos de uita sua scripsit refert:ait.n. sibi decem sola mancipia: totumq; censum quinq; atq; triginta miliũ nũmum relictum. In hac enim ille pecunia futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

¶Marcus aũt scaurus refert.i.recitat in prĩo libro eorũ quos scripsit de uita sua:quantulã hæreditatẽ accepit a patre.s.suo. Ait enim sola decem mãcipia .i.seruos:& totũ cẽsum quinq3 atq3 trigĩta milliũ nũmũ relictũ sibi. Enĩ p qa: ille.s.nobilissimus spiritus.i.animus scauri:futurus prĩceps senatus.scilicet romani:nutritus est in hac.s.tam tenui pecunia.

Epilogus prædictorum.

HAec igitur exempla respicere:his acquiescere solatiis debemus qui paruulos cẽsus nostros nunq̃ querelis uacuos esse sinimus:nullum autem uel admodum parui ponderis argentum paucos seruos septem iugera aridæ terræ:indigentia domestica impensa funera:inopes dotum filias: sed egregios consulatus:mirificas dictaturas:inũerabiles triũphos cernim9.

¶Hæc igitur &c.Ordo est.Igitur nos debemus respicere.s. ad imitationem hæc exempla.& acquiescere his solatiis:nos inquam qui nunq̃ sinimus paruulos census nostros esse uacuos querelis.autem pro sed: nullum i.non ullum:non cernimus ullum argẽtum uel admodum.i.ualde parui põderis:paucos seruos ut in Catonibus & Scipione.& septem iugera terræ ut in atiliis:& funera indigentia impensa domestica.i.non habentia unde domi sumantur impensæ nisi ex publico deprom ptæ essent: ut in Valerii publ.funere.filias inopes dotum:ut scipionis:sed cernimus in tanta paupertate egregios ꝯsulatus:dictaturas mirificas:& sup.triũphos inũerabiles.

QVid ergo mendicam fortunam quasi præcipuum generis humani malum diuturnis conuitiis laceramus? quæ ut non abundantibus

IDem senatus: Alia subiungit exẽpla quibus ostendat & principum Romanorum paupertatem & senatus liberalitatem qua erga principes suos uirtute præstantes sed inopia laborantes usus est. nam horum filias ex ærario depromta pecunia uiris in matrimonium condigne locarunt:neq3 enim dotis aliquid habebant præter paternam gloriam quam clarissimis rebus gestis consecuti fuerant earũ patres. Ab indotatis: Quia necesse erat ut sine dote nuberent:nisi publice irrogata foret. Vẽdicauit. Liberauit. Quod acceptum referrent quod ascriberent paternæ hæreditati se recepisse pro quo etiam gratias agerent.

MArcus autem scaurus: De hoc uiro in capitulo de fortitudine dictum ẽ exiguum a patre censum adeo recepit:ut per eum ad senatoriam dignitatem nõ suffragante uirtute peruenire non potuisset. constat autem ter senatus principem multis clarissimisq3 honoribus functum esse: legi nonnullos qui dicũt huius patrem fuisse carbonarium. Mancipia:seruos mancipium quicquid manu capitur: quod a priori domino ad alium transire potest.

HAec igitur exempla: Concludit hoc de paupertate capitulum cum inuectione quadam ĩ eos:qui rebus magis inhiantes q̃ honoribus conqueri nũq̃ desinunt quod parua possideant:& se cum illis connumerat:ut tolerabilior habeatur inuectio:nos inquit consolemur auiditatem nostram eiusmodi uirorum exemplis. Hæc exẽpla: Virorum & principum romanorum qui in exiguo erant censu. Vacuos esse sinimus idest nunq̃ desistimus conqueri paruitatem census nostri. Nullum autem uel: His solatiis acquiescere debemus:& cupiditates nostras temperare q nullum ne minimi quidem pendens argentum & cætera.sicut in Aeliorum familia paucos seruos: sicut Fabritii papirii scauri. Septem iugera: Vt quintii & reguli. Aridæ terræ Vtpote in pupinia. Indigentia fũera: Vt Vale.publicolæ.M.Menenii Agrippæ. Inopes dotum filias:ut Marci Amilii Fabritii Lucini Scipionis.

QVid ergo: exurgamus potius scilicet q̃ lamentemur. Debilitatos spiritus. Nihil est enim quod magis uiriles animos eneruet q̃ cupiditas pecuniæ: ut Salustius: Auaritia pecuniæ studium habet quam nemo sapiens concupiuit:ea quasi uenenis malis imbuta corpus animumq3 uirilem effœminat:semper infinita & insatiabilis est neq3 copia:neq3 inopia minuitur. Capitolii humilia tecta:cum adhuc humile eẽt capitolium. Fictilibus: Sic numa pompilius instituit.

¶Quid ergo &c.Ordo est:ergo si in summa paupertate non defuerunt uera bona & sum

Valerius maximus.

ita fidis uberibus: Publícolas: Aemylíos: Fabrítios: curios: scipióes Scauros. hisq; paria robora uirtutis aluit. Exurgamus potius animis: pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus: namq; per Romuli casam: perq; ueteris capitolii humilia tecta & æternos Vestæ focos fictilibus etiam nunc uasis contentos iuro: nullas diuitías paupertati talium uirorum posse præferri.

mi honores quid.i.ad quid nos laceramus.i. incessimus fortunam mendicam.i. paupertatis procuratricem: conuitiis diurnis.i. quotidianis aut diuturnis: q̄si præcipuum malum generis humani? Quæ scilicet fortuna ut nō aluit uberibus abundantibus: ita aluit habe ribus fidis: quia falutiferis publicolas. Aemylios. Fabritios. Curios. Scipiones. Scauros. & sup. alia robora uirtutis paria his scilicet iam dictis. Exurgamus potius animis. i. expergiscamur: & recreemus memoria pristini temporis. s. quo paupertas in honore fuit: spiritus. scilicet nostros debilitatos. i. hebetatos aspectu pecuniæ. Namq; ego iuro per casaz. i. mendicum tugurium romuli: per humilia tecta ueteris capitolii & æternos focos uestæ. i. deæ castitatis: cōtentos etiānū. i. adhuc: uasis fictilibus: nullas diuitias posse præferri paupertati talium uirorum quales iam dicti sunt in summa paupertate uixisse.

## De Verecundía Títulus. V.

EQua tempestiuus ad uerecundíam transitus uidetur. Hæc enim iustissimis uiris præcepit: ut priuatas facultates neglígerent: publicas q̄ amplissimas esse cuperent: digna cui perinde ac cælesti numini templa extruantur: aræq; consecrentur. quia parens est omnis honesti cōsilii: tutela solemnium officiorum: magistra innocentia: chara proximis: accepta alienis: omni loco: omni tempore fauorabilem pręse ferés uultum.

EQua &c. Transiens ad tractatum de uerecūdia præfatur de laude eius sic. Equa. s. paupertate: transitus ad uerecundiam: est sup. tempestiuus. i. opportunus & suo tempore factus. Enim pro quia hæc scilicet uerecundia præcepit uiris iustissimis ut negligerent facultates priuatas. i. potentias: & diuitias proprias: & sup. cuperent publicas sup. facultates: esse q̄ amplissimas. i. ualde amplas. Ens sup. aut quæ ē digna cui templa extruantur & aræ consecrentur: perinde ac. i. ueluti numini. i. deæ alicui cælesti: quia ipsa est parens. i. genitrix aut mater omnis honesti consilii: tutela officiorum solemnium: magistra innocentiæ: chara proximis: accepta. i. grata & iucunda alienis: præse ferens id est ante se portans: hoc est signis quibusdam indicans: uultum fauorabilem omni loco & sup. omni tempore.

De Verecundia. Capitulum. y.

EQua tempestiuus ad uerecundiam. More suo Valerius ad aliud capitulum transiturus præfationem quandam præmittit qua hoc superiori coniungit: ne ex abrupto fieri transitus omnino uideatur: laudat autem uerecundiam multis clarorum uirorum qui hac uirtute præditi fuerūt exemplis in medium prolatis. Est quidez uerecundia secunduz Aristotelē in quarto æthicorum timor quidam pudoris contrahendi: iuxta quem Cicero hoc modo diffinit: uerecundia est custos uirtutuz omnium: dedecus fugiens laudemq; maximam conferens: & secundum has sentētias: nunc eam Valerius laudat: nam uerecundia inserta animis hominum: facit ut uitiis moderari possint: & q̄uis medium quoddam habere uideatur sicut uirtus: non tamen uirtus est. sed affectus quidā & passio: quod ita esse probatur: uerecūdia est timor confusionis: timor autem passio ē: igitur & uerecundia passio: uerecundia sine corporis mutatione persistere nō potest. quē admodum nec timor: nam sicut timor: pallorem inducit ita & uerecundia ruborem. unde Teren. de uerecundo adolescēte: erubuit salua res est: Cur autem timor pallorem uerecūdia ruborem inducant: hæc ratio est natura spiritus & humores ad eam partem dirigit quæ mouetur: in timore autem mouetur cor. ergo perturbatione cordis pallor innascitur: sed in uerecundia exteriora laborant: unde uultus rubore suffunditur. Sciendum est duo genera hominum esse in quibus affectus per uerecundiam deprædhendi non possunt: senes per ætatem: prudentes per uirtutem: nam senibus ætas succurrit: quia in ipsis uigor non est: sapientibus uero suffragatur: ergo tantum in iuuenibus & adolescentibus cognoscitur: quibus uigor maximus inest. unde Cato dicere solebat se longe plus adolescentibus delectari: quorum uultus rubore potius q̄ pallore perfunderentur. quapropter a flagitiis arceantur adolescentes necesse est. hanc autem græci uocant. Vnde Terentianus ille adolescens eschines. Tempestiuus: Opportunus ne abruptus esse uideatur. Coelesti numini: Digna ut tanq̄ dea colatur. Honesti cōsilii: metu dedecoris. Tutela: Custos quia qui uerecundus est non audet in officiis quicq̄ committere quod dedecus habeat: & repræhensionem mereat. Chara proximus: Quia omnes diligunt uerecundum hominem & contra habent odio insolentem & inuerecundum.

Verecundia

## De populi Romani uerecundia. Capitulum. CCCCXX.

SEd ut a laudibus eius ad facta ueniamus: A condita urbe usq; ad Aphricanum & Tyberium longum consules: promiscuus senatui &

SEd ut a laudibus eius: De uerecundia plæbis Romanæ primum ponit exemplum quæ precipue patuit eo die quo. L. flamminius in extrema parte theatri constitit: hic frater fuit. T. Qu. Flaminii: qui deuicto philippo rege macedonię omnes ciuitates græciæ libertate donauit.

populo spectandorum ludorum locus erat; nunquã tamen quisquã ex plebe in theatro ante patres conscriptos spectare sustinuit: adeo circunspecta nostræ ciuitatis uerecundia fuit. Quæ quidem certissimum sui documentum etiam illo die exhibuit: quo. L. flaminius extrema in parte theatri constitit: quia a. M. Catone &. L. Flacco cẽsoribus senatu motus fuerat: consulatus iam honore defunctus: frater etiam. T. flaminii macedoniæ: Philippique uictoris. Omnes enim eum transire in locum dignitati suæ debitum coegerunt.

sed quia hic. L. in exercitu ad gratiam scorti iusserat quendam securi percuti: porcius cato censor eum senatu amouerat sicut supra libr. ii. capitulo de censoria nota: ergo cum uenisset in theatrum conscius ignominiæ in extremam partem se recepit: plæbs uero quia & consul fuerat & senator & frater. T. flaminii in eum locum quem habuerat transire coegit. A condita. A principio urbis ad hos consules quingentos & octo fluxisse annos ferunt. Promiscuus: confusus sine dignitatis discrimine: plæbei patribus permixti spectabant. primus autem qui in spectandis ludis plebem a patribus separauit fuit Scipio aphricanus. qui post id factũ popularẽ aurã penitus amisit: ut supra diximus.

¶ Sed ut ueniamus idest transeamus a laudibus eius ad facta. i. ad ea quæ fecit: hoc est per eũ facta sunt. Locus spectandorũ ludorũ erat promiscuus. i. cõfusus & cõmixtus senatui & populo: ab urbe cõdita. i. a cõditiõe urbis romæ: usque ad aphricani & Tyberiũ lõgũ cõsules. i. usquequo illi essent cõsules: tñ quisq̃ ex plæbe nunq̃ sustinuit. i. sibi permisit spectare in Theatro. i. cõmuni spectaculo ante patres conscriptos. i. sedens in priore loco q̃ patres conscripti: adeo idest in tantum circunspecta idest prouida fuit uerecundia ciuitatis nostræ. s. Romanæ. Quæ scilicet ciuitas nostra exhibuit quidẽ certissimũ documentũ sui idest de se: hoc est de uerecundia sua: illo die: quo Lucius Flaminius cõstitit in extrema parte theatri: quia fuerat motus. i. deletus senatu a Marco Catone & Lucio Flacco cẽsoribus: defunctus. i. cõsumate functus: iã. s. priusq̃ e senatus collegio pelleretur: honore cõsulatus: frater etiã idest & qui etiã frater fuerat Titi Flaminii uictoris macedoniæ & philippi scilicet regis eius: omnes enim. s. populi: coegerunt eũ transire. in locũ debitũ dignitati suæ: hoc est senatoriũ licet esset senatu motus ob scorti amores propter quos captiuũ gallũ turpiter ferire iusserat.

De Terentio Varrone. Cap. CCCCXXI.

Confregit rempublicam Terentius Varro cãnensis pugnæ temerario ingressu. Idem delatam sibi ab uniuerso senatu: & populo dictaturam recipere non sustinendo: pudore culpam maximæ cladis redemit: effecitque ut acies deorum iræ: modestia ipsius moribus imputaretur. Itaque titulo imaginis eius speciosius non recepta dictatura q̃ aliorum gesta ascribi potest.

Confregit remp. Terentius. Dictũ est in capitulo de neglecta religione. Terentium Varronẽ lanii cuiusdã fuisse filium qui ad consulatũ populari aura perductus illo calamitose hannibalis tempore cum ipso Hannibale apud cannas infœlicissime dimicauit paulo Aemylio eius collega dissuadẽte atque etiam inuito: qui magis non probare q̃ non adiuuare eius consilium poterat: hic uero qui tantæ cladis auctor extiterat cum paucis admodum fugit: cui senatus populusque romanus obuiam processit & gratias egit: q̃ de republica non desperasset eidem dictaturam obtulit qua uerecundia motus recipere nõ sustinuit. Frontinus libro quarto de constantia Paulus inquit amisso ad cannas exercitu offerente equum lentulo quo fugeret superẽe cladi q̃q̃ non per ipsum contractæ noluerit. Sed in eo saxo: cui uulneratus acclinauerat persedit donec ab hostibus oppressus confoderetur. Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem uixit: gratiæque ei a senatu & populo actæ sunt: quia non desperasset rempublicam: non autem uitæ cupiditate: sed reipublicæ amore se superfuisse reliquo ætatis suæ tempore approbauit: & barbam capillumque submisit. & postea nunq̃ recubans cibum cepit: honoribusque cum ei deferrentur a populo renunciauit: dicens fœlicioribus magistratibus reipublicæ opus esse. Acies scilicet Romanæ in ea pugna prostratæ. Speciosius: Honestius eam deposuit q̃ alii gessere.

¶ Confregit &c. Ordo est. Terentius uarro confregit remp. idest Romanam: hoc est labefecit eam: temerario ingressu pugnæ cãnensis: ubi Annibal ipsum temere congressum superauit: Idẽ. s. Varro: redemit. i. purgauit paria faciendo: culpam maximæ cladis. s. apud Cannas acceptæ: non sustinendo idest recusando præ uerecundia recipere dictaturam delatã sibi ab uniuerso senatu & populo scilicet Romão: effecitque ut acies scilicet romanæ apud Cannas deletæ imputarentur iræ deorum: hoc est ut putẽtur deletæ: non propter culpam imperatoris: sed propter iram deorum se ulciscĩ de populo Romano uolentiũ: & sup. ut modestia idest uerecundia illa imputaretur idest ascriberetur: moribus ipsius. s. Varronis. Itaque dictatura potest ascribi speciosius titulo imaginis eius: non recepta idest eo quod non est ab eo præ uerecundia recepta q̃ potest ascribi titulo imaginis aliorum: gesta idest eo q̃ ab illis gesta sit.

De Cn. Scipione & Cicereio scriba: Capitulum. CCCCXXII.

Nos autẽ ad præclarũ uerecũdiæ opus trãsgrediamur. Magna cũ inuidia fortũa pretoriis comitiis Aphricãi superioris filiũ Cn. Scipionẽ

Nos autem ad magna cum inuidia. Hoc exemplum supra memoratũ est lib. tertio capitu. de his qui degenera

Valerius maximus.

runt a parentibus.nam Cicereius cum prætoriis comitiis competitor esset Cn. Scipiōis filii superioris aphricani omnibus suffragiis illi præponebatur:hic ergo uerecūdia motus se tanti uiri filio præpositum:ex competitore suffragatorem se fecit.Inuidia . Qua omnes oderant tanti uiri filium competitorem eē scribæ Carpebatur:lacerabat.Crimen Quo omnes fortunam criminabantur.Centuriis:quæ prærogatiuæ erant.Templo descendit:Ex loco marti cōsecrato idest campo martio:quod templum erat,nusq̄ enim cum populo agi licebat nisi in loco sacro:& omnis locus sacer templum dicitur.Nec minimum.Magnum fuit præcium uerecundiæ:nam sibi magno constitit:quia præturam amisit.ut seruaret uerecundiam Aphricani:Non autem filio sed patri cuius fuerat scriba & cliens.

& scribam Cicereium i campum deduxerat utq; nimis impotens sermone uulgi carpebatur:q tanti uiri sanguinem clientelamq; comitiali certamine confuderat. Cæterum crimen eius in suam laudem Cicereius conuertit.Nam ut uidit omnibus se centuriis scipioni anteferri templo descendit abiectaq; candida toga competitoris sui suffragatorem agere cœpit : ut scilicet præturam melius aphricani memoriæ concederet q̄ sibi uendicaret nec non etsi maximo uerecundiæ precio scipio tunc honorem adeptus est: tamen Cicereio magis gratulati sunt.

¶Nos autem transgrediamur(Adhortatorie dictū) ad præclarū opus uerecundiæ.Fortuna deduxerat in campum.s.martiū idest fecerat competitores præturæ:quia comitiis idest prætoriis conuocationibus populi ad creandum prætorem:Cneum Scipionem filiū Aphricani superioris idest prioris aut maioris:& Scribam sup.eius Cicereium scilicet nomine.cum magna inuidia:quia inuidiosum erat q scriba idest qui scribendi ministerio uictitabat cū consularis uiri filio competeret:& sup.fortuna carpebatur sermone uulgi ut.s.tanq̄ nimis impotens idest insolens: q confuderat idest cōmiscuerat sanguinem:quia filiū & clientelam quia Cicereius cliens erat.tanti uiri.s.Scipionis superioris certamine comitiali idest faciendo eos præturam competere.Cæterum Cicereius conuertit crimen eius scilicet fortunæ:in laudem suā idest propriā:Nā ut idest postq̄ ipse uidit se anteferri idest præferri Scipioni.scilicet Cneo:sup.ab omnibus centuriis:quia centuriata erant comitia:descendit templo idest loco marti consecrato.& ubi auspicia captari solebant:hoc est e campo martio:& abiecta toga candida qua scilicet competitores semper amiciebantur:cœpit agere idest se exhibere suffragatorē idest fautorem in prætura obtinenda:competitoris sui idest eius cuius cōpetitor fuerat paulo ante.ut scilicet cōcederet melius idest decentius memoriæ aphricani scilicet superioris patroni sui:præturam q̄ uendicaret idest propriā faceret sibi.Necnon idest etiam:etsi Scipio.s.Cneus:adeptus est tunc honore scilicet præturæ:maximo præcio uerecūdiæ:tamen sup.populi uniuersi:magis gratulati sunt Cicereio.ut qui plus obtinuerit gloriæ per uerecūdiam q̄ obtinuisset per præturam.alii legunt:tamen Cicereio magistratus lati sunt:quod non procedit nisi intelligamus: Scipionem quidē nomine magistratum adeptū:sed Cicereiū re:quia honorē qui magistratuū proprius est:usq; adeo ut honores sæpe pro magistratibus ponantur :maiorē assecutus est q̄ Cneus Scipio.

Ac ne protinus:Hoc quoq; exemplū Cice.in lib.de ora.narrat:cū mos eēt candidatorum ambire populum hoc est unūquemq; eorum qui suffragia dabāt manibus præhensare atq; orare ut suum sibi suffragiū præstarent:quod profecto ineptū & indignū uidebatur & erat ut uiri patricii cogerentur se subiicere plæbeis:hac igitur uerecundia. M.crassus nunq̄ hoc facere potuit præsente Sæuola socero suo:hic Sæuola filius fuit.P.Sæuolæ iurispiti & ab hoc dicitur Cice.quā habebat iuris ciuilis scientiā quantacunq; foret accepisse.Ne protinus:ne statim inquit relinquamus cōicia:de quibus mētionē fecimus.Maiorē uerecundiā : ac si diceret plus uenerationis auctoritati sæuolæ quā magistratui quē petebat præstitisse uidetur.

Pompeius autem .M. de uerecundia magni pompei dicit:qui cum in acie pharsalica uictus fuisset : larissam thessaliæ ciuitatem se contulit:ubi corneliam uxorem suam tantisper locauerat dum uideretur exitus belli:ubi cū totus populus honoris gratia obuiā procederet uerecūdia motus: ite inquit & istud officium præstate uictori.Lucanus:sed quid opus uicto populis aut urbibus inquit uictori præstate fidem. Dicerem : Adulatur Valerius. indignus inquit pompeius uinci nisi uictus esset a cæsare qui

De.L.Crasso. Cap.CCCCXXIII.

Ac ne protinus comitiis abeamus:Cōsulatum petens.L.Crassus quum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur:nunquā adduci potuit ut id præsente.Q.Sæuola grauissimo & sapientissimo uiro socero suo faceret . Itaq; rogabat eum ut a se dum ineptæ rei inseruiret discederet maiorem uerecundiam dignitatis eius q̄ candidæ togæ suæ respectum agens.

¶Ac ne abeamus protinus comitiis idest ut recitemus plura uerecundiæ exempla in comitiis:Lucius Crassus petens consulatum cū cogeretur ire supplex populo more omnium candidatorū idest in candidis uestibus magistratū petentiū:nunq̄ potuit adduci ut faceret id.i.ita supplex ambiret : grauissimo & sapientissimo uiro:socero suo:uidelicet Quinto Sæuola præsente idest tanti per dum ille præsens esset.Itaq; ipse rogabat eum scilicet Socerū suū ut discederet a se:dū idest donec inseruiret rei ineptæ idest tali supplicationi:agens maiorem uerecundiā dignitatis eius scilicet soceri sui:q̄ respectū togæ suæ candidæ:quæ scilicet exigebat ut suffragiis iuuari uelit supplex populum ambiret.

De Pompeio magno. Cap.CCCCXXIIII.

Pompeius autem magnus pharsalica in acie ui-

ctus a Cæsare: quum postero die Larissam intraret oppidiq; illius uniuersus populus obuiam ei processisset: ite inquit & istud officium præstate uictori. Dicerem non dignus qui uinceretur: nisi a Cæsare esset superatus: certe modestus in calamitate. Nam quia dignitate sua uti iam non poterat: usus est uerecundia.

tantus est imperator: ut ab illo uinci nulli turpe fuerit.

¶ Pompeius autem magnus uictus a Cæsa Ascen.
re scilicet iulio: in acie idest pugna pharsalica idest in cāpis philippis iuxta pharsaliam urbem thessaliæ: quum intraret larissam urbē thessaliæ: die postero idest proximo post pugnam secuto: & uniuersus populus illius oppidi processisset et obuiam ei: inquit: ite o populi: &. præstate idest exhibete: istud officiū scilicet honorificum quod mihi facitis: uicto ri scilicet Cæsari. dicerem sup. q id dixit eos: non dignus qui uinceretur nisi esset superatus a cæsare: qui scilicet dignus erat quemlibet superare: quod solita adulatione dicit. Certe idest saltem siue haud dubie modestus in calamitate scilicet sua: nam quia non poterat uti iam dignitate sua: usus est uerecundia.

De. C. Iulio Cæsare. Cap. CCCCXXV.

Quam præcipuam in Caio quoq; Cæsare fuisse sæpenumero apparuit: & ultimus eius significauit dies: compluribus enim parricidarum uiolatus mucronibus inter ipsum illud tempus quo diuinus spiritus mortali secernebatur a corpore ne tribus quidem & uiginti uulneribus quin uerecundiæ obsequeretur absterreri potuit: siquidem utraq; togam manu demisit: ut inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant sed dii immortales sedes suas repetunt.

¶ Quam. s. uerecundiam apparuit sæpenumero fuisse præcipuam quoq; idest etiā in Caio Cæsare: & ultimus dies eius. s. in terris: significauit. i. indicauit manifesto signo. Enim pro quia: ipse uiolatus compluribus mucronibus parricidarum. i. Cassii Bruti & aliorum qui eum occidendo patrē patriæ occiderunt: inter ipsum tempus quo spiritus diuinus secernebatū a corpore mortali idest quo mortalitatē hanc exuit: derelinquendo corpus mortale in terris: ne quidem idest non saltem potuit absterreri tribus & uiginti uulneribus quin idest quo minus aut ut nō obsequeretur idest inseruiret uerecundiæ. Siquidem idest quoniam: ipse demisit scilicet ad tegenda crura & partes pudendas togam scilicet suam utraq; manu. ut inferior pars corporis laberetur idest caderet tecta idest cooperta. Homines non expirant idest e moriuntur in hunc modum idest qui sic tam prouide cadunt: sed repetunt sedes suas. s. cælestes existentes aut effecti dii imortales.

Quam præcipuam: Iulius cæsar qui primus imperator rempublicam occupauit: cum in capitolium ascendisset: ubi senatus habebatur: & frequentissimus tanq̄ illi nouos & amplissimos honores demandaturus conuenerat: iaq; parati eēnt interfectores qui in eius cædem conspirauerant: ubi uidit Brutum stricto gladio in se ruentem dixisse fertur & tu fili: nam illum non secus ac filium dilexerat: deinde togam ad talos usq; demisit ne quid moriens obscœnitatis ostenderet quæ magna fuit uerecundia: ut etiam in ipsa morte honestatis memor esset: nec illum malorum conspiratio: aut uulnerum atrocitas peruertere potuerunt ut obliuisceretur uerecundiæ. Suetonius. Cæsar inquit animaduertit se undiq; strictis pugionibus peti: toga caput obuoluit simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit: quo honestius caderet etiam inferiore corporis parte uelata. Diuinus spiritus: quia cæsar inter deos dicitur esse translatus. Demisit: Usq; ad talos. In hunc modum: laudat cæsarem cum assentatione more suo: quasi dicat: Cæsar hoc uno pereundi modo non se hominem: sed deum esse declarauit.

Externa. De Spurina. Cap. CCCCXXVI.

Quod sequitur externis adnectam: quia ante gestum est q̄ hetruriæ ciuitas daretur: excellentis in ea regione pulchritudinis adolescens nomine Spurina: cum mira specie complurium fœminarum illustrium sollicitaret oculos: ideoq; uiris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorem uulneribus confudit: deformitatemq; sanctitatis suæ fidē: q̄ formam irritamentum alienæ libidinis esse maluit.

¶ Quod sequitur. E proximo more suo trāsit ad externa: nā externorum sæpe ea prima ponit quæ domesticis proxima sunt: Ordo est. Ego adnectam externis sup. exemplis: id quod sequit: qa gestū est antequā ciuitas s. Romana dareť Ethruriæ. i. anteq̄ Ethrusci ciuitate donarenť: & ita tūc externi erāt. Adolescēs noie spuriā excellētis pulchritudinis i ea regiōe. s. ethruriæ: cū sollicitaret oculos cōpluriū fœiaɋ illustriū: mira spē. i. formosi

Quod sequitur: Ingenti laude prædicanda modestia quæ sequitur cuius exemplum ideo dicit externis adiungendum potius q̄ domesticis cum tuscus eēt adolescens ille de quo loquitur quia uerecundiam hanc egit ille anteq̄ tusci essent Romana ciuitate donati: fuit autem eiusmodi exēplum: quod si in christiano adolescente inueniretur una omnium uoce laudaretur. Spurina præstantis formæ adolescens: matronarum & uirginum oculis insidiosus erat: quippe qui non sine cupiditate aspici posse uideretur: tanta eius formæ uenustas: ut iā uxores & filias habentibus suspectus admodum esset: hic ergo cum uideret se causam eē plærunq; dissidii inter uirum & uxorem adeo moleste tulit: ut ingressus cubiculum omnem uultus orisq; decorem illatis uulneribus confuderit: & se cicatricibus aspectu deformem reddiderit: maluit defor-

mitatem suae castitatis esse testimoniū q̄ formam alienae libidinis irritamētū. Sunt q putāt hūc fuisse spurinā caesaris aruspicē q mihi non placet Ciuitas daretur: Antequam ciues Romani fierent hetrusci: nam constat Hetruriae datam aliquando fuisse ciuitatem. Sollicitaret oculos: quia quacunq3 incederet mulieres in eum oculos coniiciebant: & mouebantur earum animi quae lasciuioribus oculis essent uiris & parentibus suspectiores reddebatur ut uersus ille. O facies oculis insidiosa meis Suae sanctitatis. Vt omnes crederent eum incorruptū. Et nulla prorsus libidine uexatū: quod animi propositū in christiano miris laudibus extolleretur.

Athenis quidā. Legati lacedaemoniorū forte athenis erant cū ederentur ludi: uenerunt ergo in theatrū & ipsi spectatū: & cū iā consedissent omnes & ludi agi coepissent: ingressus est theatrum senex quidā: qui cum sua quisq3 loca occupassent totū theatrum circuibat locū quaerēs tādē uenit ad hos legatos qui uiso sene assurrexere: & locum ei dedere: tum atheniēses plausum dedere uidentes tantam legatis inesse uerecundiam: quorū unus dixisse fertur: Athenienses probe scire quid rectum sit & honestum: caeterū illud negligentia praetermittere Cicero in catone maiore. Memoriae inquit ꝓditum est cum Athenis ludis quidā grādis natu in theatrum uenisset magno consessu nusq̄ ei locum datū a suis ciuibus: cū autē ad Lacedaemonios accessisset: qui legati cum eēnt certo in loco consederant: consurrexisse omnes illi dicuntur & senem sessum recepisse: q bus cum a cuncto consessu plausus eēt multiplex datus memoriae proditum ē dixisse ex his quendā atheniensēs scire quae recta eēnt sed facere nolle.

De amore coniugali. Ca. VI.

A Placido & leni affectu: Transit ad capitulum de amore coniugali ubi eorum narrantur exempla qui insolubili inter se dilectionis nexu fuerunt in castote copulati: sed more suo laudat in hac praefatione talem animorum affectum. Concitatiorem: uehementiorem Legitimi amoris: Quia certa lege cōfoederati sunt uir & uxor quicquid autem lege tenetur legitimum dicitur. Stabilitae quia non ad tempus amarunt & ad tempus destiterunt. Quia excellentissima. Vere inquam est ardua: quia quae in aliis magna & solemnia recognoscit: erubescit si ipse mediocria non praestet.

Tiberius gracchus: Cic. li. de diuinatōe. Quid Tiberi⁹ gracchus P. filius qui bis cēsor & cōsul fuit idēq3 & summus augur & uir

tate sua: & sentiret se ideo esse suspectum uiris ac parentibus earū: confudit uulneribus quae sibi intulit: decorem oris idest faciei: & maluit deformitatem esse fidem idem approbationē sanctitatis idest integrae castitatis suae: q̄ formā. s. suam esse irritamentum libidinis alienae.

De uerecundia lacedaemoniorum circa quendam atheñ. Cap. CCCCXXVII.

Athenis quidam ultimę senectutis cum spectatum ludos in theatrum uenisset: cumq3 nemo e ciuibus sessum reciperet: ad lacedaemoniorum legatos forte peruenit. qui hominis aetate moti canos eius & annos assurgendi officio uenerati sunt: sedemq3 ei iter ipsos honoratissimo loco dederunt. quod ubi fieri populus aspexit maximo plausu alienę urbis uerecundiam comprobauit. Ferunt tunc unum e lacedaemoniis dixisse. Ergo athenienses quid rectum sit sciunt sed id facere negligunt.

Athenis &c. Ordo est. Quidam ultimae idest summae senectutis: athenis idest apud athenienses cum uenisset in theatrum spectatum ludos: & nemo e ciuibus reciperet eum sessum idest ad sedendū (Est autē supinū) peruenit forte ad legatos lacedaemoniorum: qui scilicet legati moti aetate hominis: uenerati sunt canos & annos eius officio assurgendi. & dederūt ei sedem in loco honoratissimo iter ipsos. Quod ubi populus scilicet atheniēn. aspexit fieri: comprobauit maximo plausu .i. applausu uerecūdiā urbis alienae: u3 Spartanae aut Lacedaemoniae. Ferunt scilicet qui talia scripserunt aut recitando memoriae prodiderunt unū e lacedaemoniis dixisse tūc. Ergo atheniēn. sciunt (quia approbabant) quid sit rectum: sed negligunt id facere: Nō ē ergo exēplū de uerecūdia senis: sed lacedaemoniorū.

De amore coniugali. Ti. VI.

A Placido & leni affectu ad aeque honestū uerū aliq̄to ardētiorē & cōcitatiorē ꝑgā legitimiq3 amoris q̄si quasdā iagines nō sine maxia ueneratiōe cōtēplādas lectoris oculis subiiciā ualēter inter cōiuges stabilitę fidei opa ꝑcurrēs ardua imitatu cęterū cognosci utilia: qa excellentissima animaduertenti ne mediocria quidem prę̄stare robori oportet esse.

A placido. Parasceue seu ꝑfatō ē de amore cōiugali de quo graphice disserit dicēs Ego ꝑgā .i. ꝓcedā ab affectu placido & leni utpote a uerecūdia ad sup. affectū aeque honestū uerū .i. sed ardētiorē & cōcitatiorē .i. cōmotiorē aliquāto q̄ ꝓ qa: subiiciā oculis lectoris q̄sdā q̄si imagines legitimi .i. cōiugalis amoris: cōtēplandas nō sine maxima ueneratiōe: ꝑcurrēs .i. cursim narrās: opa fidei .i. fidelitatis stabilitae ualēter .i. potēter inter coniuges .i. matrimonio cōiunctos uirū & uxorē opa inquam ardua .i. quae sunt ardua & difficilia imitatu idest ad imitandum: caeterū idest sed utilia cognosci idest ut cognoscantur Consuetius dixisset cognitu ut respondeat ad illud imitatu: quod est supinum in u semper passiue poni solitum) Quia oportet esse rubori idest pudori: hoc est ad pudorem & erubescentiam animaduertēti idest consideranti & legenti excellentissima scilicet opera amoris coniugalis: ne quidem idest non saltem praestare mediocria. Is ergo fructus est legendi fortia & sancta illustriū uirorum ac mulierum gesta: ut si non paria at qualiacunq3 eiusdem generis faciamus.

De Tiberio Graccho & Cornelia eius uxore. Ca. CCCCXXVIII.

Tiberius Gracchus anguibus domi suae mare ac

fœmina apprehensis certior factus ab aruspice mare di misso uxori eius: fœmina ipsi celerẽ obitũ istare salutarẽ cõiugi potius q̃ sibi partẽ secutus augurii: marẽ necari fœminã dimitti iussit: sustiuitq; ĩ cõspectu suo seipm ĩ iteritu serpẽtis occidi. Itaq; Corneliã nescio utrũ feliciorẽ dixerim q talem uirum habuerit an miseriorẽ q amiserit.

¶ Tiberius Gracchus anguibus.s.duobus mare.s.masculo ac fœmina apprahensis .i.captis domi suæ idest postq̃ domi suæ capti erant: factus certior.i.edoctus ab aruspice: celerẽ obitũ istare.i.imiere uxori eius.s.Corneliæ mare dimisso.i.si marẽ dimiserit & ipsi.i.sibi fœmina sup.i.si sociam dimiserit: secutus potius ptẽ augurii salutarẽ coniugi q̃ sibi iussit marem necari: & sup.fœminã dimitti & sustiuit.i.passus est seipsum occidi in cõspectu suo in interitu serpentis.s.masculi non q cum illo statim extinctus sit sed q paulo post se moriturũ ex augure didicerat: Itaq; nescio utrũ dixerim idest censere debeã corneliam feliciorem q habuerit talem uirum: qui.s.pro illa mori uoluerit: an miseriorem q amiserit talem uirum.

## De Admeto rege Thessaliæ. Cap.CCCCXXIX.

Te Thessaliæ rex Admete crudelis & diri fati crimine sub magno iudice damnatum: qui coniugis tuæ fata pro tuis permutari passus es: eaq; ne tu extingueris uoluntario obitu consumpta lucem intueri potuisti: & certe prius parentum indulgentiam tentaueras fœmineo aio impar inuentus.

¶ O te &c. Per aptam apostrophẽ interserit externũ exẽplũ sed contrariũ uidelicet admeti thessali qui uxorẽ pro se mori sustinuit dicens O admete rex thessaliæ te dãnatum sup.iudico sub iudice magno.s. apolline: crimine crudelis & diri fati idest mortis q̃ postea extinctus es: qui passus es fata idest mortẽ coniugis.s.alcestis permutari idest permutando accelerari pro tuis .i. loco mortis tuæ idest qui passus es coniugem tuam pro te mori: & ea consumpta obitu uoluntario ne tu extingueteris: quia oportuit aliquem pro eo mori: hoc est postq̃ ea pro te mortua est: potuisti intueri lucem.s.huius uitæ. Et certe tu tentaueras prius indulgentiam idest nimiam in te inclinatioẽ parentũ.s.morũ an uelint pro te mori inuentus impar animo fœmineo idest uxoris tuæ quæ pro te mori uoluit: cum tu nec pro parentum salute: quos pro te mori solicitaueras nec pro tua necessitate quia semel moriendum erat mori uelles.

## De.C.Plautio. Cap.CCCCXXX.

Illior Graccho iniquæ fortunæ uictima quãuis senatorii uir ordinis.C. Plautius Numida: sed in consimili amore par exemplum. morte enim uxoris audita doloris impotens pectus suũ gladio percussit: interuentu deinde domesticorum incœptũ exequi ꝓhibitus colligatusq; ut primũ ẽ occasio da

sapiens ciuisq; præstans contte ut.C. gracchus eius filius reliquit scriptum duobus anguibus domi cõphensis aruspices cõuocauit: q cũ respõdissent si marẽ emisisset uxori breui tpe ẽe moriẽdũ: si fœminam ipsi: æquius esse censuit se maturam mortem oppetere: q̃ P. Aphricani filiam adolescentem intempestiua fata incurrere fœminam dimisit: ipse paucis diebus postea mortuus est. Pli. libro .vii. naturalis historiæ cap. de pietate. Gracchorũ iquit pater anguibus cõpræhensis in domo cum responderetur ipsum uicturũ alterius sexu interẽpto: imo uero inquit meum necate. Cornelia enim iuuenis ẽ & parere adhuc potest. hoc erat uxori parcere & reipublicæ consulere. idq; mox consecutum est Obitum suũ: Et ita quoq; fuit. nã cornelia superior Aphricãi filia. T. Graccho uiro suo superuixit. Itaq; cornelia: Hanc ut supra diximus in capitulo de recõciliatis gracchus post factã ad sacras mensas reconciliatiẽnẽ accepit uxorem.

Te thessaliæ rex: Admet9 rex thessaliæ graui morbo iplicitus p legatos apollinẽ de salute consuluit apollo respondit ita eum uiuere posse si quẽpiam inueniret: qui uellet pro eo fata subire: tentatis igitur omnibus propinquis amicis clientibus & ipsis deniq; seruis sola uxor inuenta est quæ pro eo mori uoluerit. repræhẽdit aũt & quodamodo detestatur eũ Valerius q fidelissimæ uxori superstes ẽẽ uoluerit: fuit hæc Alcestis noĩe filia peliæ patruelis Iasonis thessaliæ regis filia: fœmina quidẽ forma ... a ex qua natus est Emellus admeti filius q ad troiã cum aliis græcorum ducibus ueniens xi. præfuit nauibus: hæc usq; adeo uirũ amauit: ut uoluntariam pro illo mortem suscipere non recusauerit: de qua Seneca in medea dixit. Coniugis fatum redimens pherei uxor impendit animã marito. Ouidius li.iii. de põto: de uxore sua dixit: si mea mors redimẽda foret: quod abominor esse Admeti coniunx quã sequereris erat. Iuuenalis in satyra. crecdo pudicitiã dixit: spectãt subeunte fata mariti. Alcestẽ: & similis si pmutatio detur morte uiri cupient animam seruare catellæ: hanc Plato dicit in symposio propter hec factum meruisse a diis imortalib9: ut ab inferis reuocaretur ad supos. Sub magno iudice scilicet Apolline.

Illior graccho: Hic senatorius homo fuit dignitate non mediocri: cæterum graccho longe inferior: cui nulla in re conferri posse uidetur nisi in amore cõiugali adeo misere uxorẽ amauit ut audita eius morte ei diutius superesse noluerit. nã sibi q̃ primũ pectus gladio transfixit impatientia doloris quẽ superueniẽtes amici & domestici grauiter castigarunt: & inceptum opus exequi non permiserunt q̃q̃ a proposito deterrere.

Valerius maximus. sui

&c. constituta in animo sue morte reuocare non potuerunt:n.i tamē amoris arbitris omnibus fascias dissoluit:uulnus disrupit & cōstanti animo spiritum emisit. Vilior qui nō; tātæ dignitatis fuit. Iniquæ fortunæ uictima quis: Sæuæ quæ illorum amorem diremit. Impotens pectus suum gladio percussit. Impatiens. Occasio data: scilicet absentibus amicis. Fasciis. quibus erat alligatus.

ta: scissis fasciis ac uulnere diuulso constanti dextera spiritum: luctus acerbitate permixtum ex ipsis præcordiis & uiscetibus hausit tam uiolēta morte testatus quātum maritalis flammæ illo pectore clausum habuisset.

Vilior &c. Ex comparatione eiusdem Gracchi subinfert alterum exēplum dicens. Caius Plautius Numida. s. cognomento quis uir ordinis senatorū: fuit sup. tamen uictima fortunæ iniquæ. i. qua fortuna iniqua ad mortem impulit: uilior Graccho. s. tyberio sed par exemplū in consimili amore. s. coniugali: Enim pro quia morte uxoris sup. eius audita percussit pectus suum impotens doloris. i. non potens perferre tātum dolorem: gladio. i. seipsum interemit: deinde prohibitus exequi. i. pficere inceptum. i. necem sui interuentu domesticorum & colligatus. i. habens uulnus qd sibi in pectore fecerat ab illis ligatum: ut. i. quum primum occasio. i. opportunitas data est. s. per absentiam domesticorū: hausit constanti dextera ex ipsis præcordiis & uisceribus: spiritum scilicet uitalem permixtū acerbitate luctus & hoc fasciis: idest panniculis lineis quibus uulnus ligatum erat scissis. i. diruptis ac uulnere diuulso. i. ut aperto testatus. i. testificans tam uiolenta morte quantam idest quantum partem aut molem flammæ maritalis habuisset clausum illo pectore: scilicet qd sic percussit ac diuellit.

## De. M. Plautio. & Horestilla. Ca. CCCCXXXI.

Eiusdē ut nominis ita amoris quoq;. M. Plautius. Nam cum imperio senatus classem sociorum sexaginta nauium in asiam reduceret: Tarētumq; appulisset: atq; ibi uxor eius Horestilla quæ cum illuc prosecuta fuerat: morbo pressa decessisset: funerata ea & in rogum imposita inter officium ungendi & oscula districto ferro incubuit: quem amici sicut erat togatum & calciatum corpori coniugis iunxerunt ac deinde facibus subiectis utrunq; una cremauerunt: quorum ibi factum sepulchrum est Tarenti etiam nunc cōspicitur quod uocatur των φιλουντων nec dubito qui si quis modo extinctis sensus inest Plautius & Horestilla fati consortione gestientes uultus tenebris intulerint: saneq; ubi idem & maximus & honestissimus amor est aliquanto præstat morte iungi q̄ uita distrahi.

Eiusdem nominis. Hoc fuit confecto iam bello macedonico: in quo romani quoniam asiæ populorum armis & opera fuerant usi: debellata ergo prouicia & peractis rebus omnibus cum ad socios remitterent classem ei legationi præfecerūt. C. plautium senatorium uirū & in republica nō obscurum: qui cum Tarentum peruenisset uxor eius Orestilla quam itineris comitem secum adduxerat morbo implicita periit: cuius mortem cum æquo animo ferre non posset inter ipsum funeris officium stricto ense incubuit & ita quos semel fortuna coniunxerat mors nō diremit: nam uterq; eodem rogo cremati & eodē sepulchro cōditi fuerūt: titulusq; sepulchro inscriptus των φιλουντων. amantium monumentū. Vngendi & apud maiores: cadauera preciosis quibusdam unguētis deliniebantur & in rogis multa simul aromata cum cadaueribus cremabantur unde legitur de sylla tantam multitudinem aromatū fuisse in eius rogo consumptam: ut imago eius his unguentis effigiē quandam contraxerit Virgi. i sexto de miseno. corpusq; lauāt frigentis & unguunt. nec dubito. Loquitur secundum epicureos qui dicebant nullum sensum remanere post mortē. sed morte omnia pariter cum corpore extingui. Consortionem. Coniunctionem.

Eiusdem &c. Inuento rursus filo: quo exempla consuat dicit: Mar. plautius ut nominis: ita quoq; amoris eiusdem. s. coniugalis sup. fuit. Nam cum. i. quando reduceret in asiam imperio senatus classem sociorum sexaginta nauium idest quæ classis sexaginta complexus est naues & appulisset sup. classem Tarentum idest illud optimum maritimum: atq; horestilla uxor eius quæ prosecuta fuerat eum illuc scilicet usq; decessisset ibi pressa morbo: ea funerata idest funebri pompa instructa: & imposita (aut potius iamiam imponenda: nam si imposita fuit quomodo stat quod sequitur?) in rogum idest ignem incensum incubuit ferro stricto idest in gladium nudatum. inter officium ungendi scilicet cadaueris & osculandi cum statim in rogum imponi debebat: aut si rogum acceperimus non pro incensa pyra sed parata incēdi dicamus moris fuisse ut cadauera in rogum imposita priusq̄ ignis inferretur unguenta & oscula a charissimis inferantur. Quem scilicet Plautiū qui se interemerat: amici iunxerunt corpori coniugis togatum & calciatum sicut erat: ac deinde cremauerunt una idest pariter utrioq; scilicet tam maritum q̄ uxorē: facibus subiectis idest ab inferiori parte iniectis: quorum sepulchrum est factum ibi in eodem loco: & conspicitur etiamnū idest nunc adhuc tarenti quod uocatur των φιλουντων idest duorum amantium. Nec dubito quia si modo idest dūmodo quis idest aliquis sensus inest extinctis Plautius & horestilla intulerunt tenebris. s. inferni uultus gestientes idest exultantes & gestu gaudia sua prodentes consortitione. i. ob sortitionem similem fati. i. mortis Saneq;. i. cē & sane: ubi idem amor & maximus (quia non est maior dilectio q̄ ut quis animam pro dilecto suo ponat) & honestissimus: quia

legitimus:est Praestat.i.melius est aliquanto:quod dicunt aliquatenus:fungi morte.i.per mortem in altera uita :sed euangelium nos docet in altera uita futuros sicut angelos dei:hoc est caelibes omnes quod uocabulum a caelo deductum non inepte propterea dixerimus:q̄ distrahi.i.dissolui uita.s.hac temporali.

## De Iulia Caii caesaris filia. Cap.CCCCXXXII.

Consimilis affectus Iulię Caii caesaris filię annotatus est quae cum aedificiis comitiis Pompeii magni cōiugis sui uestem cruore respersam e campo domum relatam uidisset territa metu : ne qua uis ei esset allata:exanimis concidit:partum quem utero conceptum habebat subita animi consternatione & graui dolore corporis eiicere coacta atq; ita expirauit magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento:cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentissimo furore perturbata non esset : si caesaris & Pompeii concordia communis sanguinis uinculo constricta mansisset.

Consimilis &c.Ordo est Affectus Iuliae filiae Caii Caesaris est notatus i.obseruatus & inuentus:consimilis.s.affectui praedictorum in amore cōiugali quae cum uidisset comitiis aedilitiis.i.quibus aediles creandi erant: uestem Pōpeii magni cōiugis.i.mariti sui relatā domū e campo.s.martio: respersam cruore:territa metu.i.ob metum ne qua uis.i.uiolentia esset allata ei.s. coniugi suo:concidit exanimis.i.sine aiae.i.uitae signo:& coacta est eiicere subita consternatione animi & graui dolore corporis partum.i.foetum quem habebat conceptū utero:atq; expirauit.i.uitam efflauit ita i.in tali dolore:quidem.i.certe:cum magno detrimento orbis terrarum:cuius.s.orbis terrarum tranquillitas:non esset perturbata truculentissimo furore tot bellorum ciuilium:si concordia Caesaris & Pompeii mansisset cōstricta uinculo cōmunis sanguinis.s.liberorum Iuliae si abortiuū non emisisset partum.

## De porcia Catonis filia uxore Bruti. Cap.CCCCXXXIII.

Vos quoq; castissimos ignes Portia. M.catonis filia cuncta saecula debita admiratione prosequentur: quae cum apud Philippos uictum & iteremptum uirum tuum Brutum cognosceres : quia ferrum non dabatur : ardentes ore carbones haurire non dubitasti: muliebri spiritu uirilem patris exitum imitata:sed nescio an hoc fortius q̄ ille usitato: tu nouo genere mortis absumpta es.

Lucius quoq; petronius: hoc fuit ciuili bello qd a Cina & mario post eorum exilium factum est: nam cuz Placentinam urbem expugnassent cui præpositus. Cælius ab octauio consule fuerat ne in potestatem hostium ille ueniret petronium amicum suum orauit: ut sibi mortem inferret: prius q in seruitutem deueniret. Ille primo Cœlium ab ea sententia reuocare & ad uitam hortari conatus est: quod ubi uidit efficere non posse: amicum interemit: seq; illi comitem dedit ne illi a quo multa uirtutis insignia acceperat superstes esset. Ad auxilium dextræ petronii confugit ut petronius eius amicus ipsum interimeret: ut non ab hostibus occideretur.

## De Lucio Petronio. Cap.CCCCXLIII.

Lucius quoq; Petronius huiusce laudis consortionem merito uendicat. pari enim inclytæ amiciciæ ausui par gloriæ portio afferenda. Admodum humili loco natus ad equęstrem ordinem & splendidæ militiæ stipendia Publii Cœlii beneficio peruenerat: cui gratum animum: quia in materia lęta exhibere non contigerat in ea quam iniquam fortuna esse uoluit: cum multa fide præstitit. Erat ab octauio consule placentię præpositus Celius: qua a cinnano exercitu capta & senior iam & graui ualitudine affect9 ne in potestate hostium ueniret ad auxilium dextrę petronii confugit: quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere in iisdem perseuerantem precibus interemit cædiq; eius suam iunxit: ne eo iacente: per quem omnia dignitatis icrementa assecutus fuerat superesset. Ita alterius fato uerecundia: alterius pietas cãm ꝓbuit.

Ascen. ¶Lucius quoq; Petronius uendicat. s. ut propriam sibi assumit: consortionem. i. participationem huius laudis. s. seruatæ fideliter amiciciæ: enĩz pro quia: par. i. æqualis portio gloriæ afferenda est: pari. i. æquali ausui inclytæ. i. gloriosæ: amiciciæ. Ipse sup. natus loco admodum. i. ualde humili. i. abiecta domo: peruenerat beneficio Publii Cœlii ad ordinẽz equestrem & ad stipendia militiæ splendidæ idest egregiæ qualis est equestris: Cui. s. Cælio: quia non contigerant exhibere animum gratum in materia læta. i. obiecto læto præstitit sup. animum gratum: in ea. s. materia: quam fortuna noluit esse iniquam. i. uirtuti eius inæqualem. præstitit dico cum multa fide. i. fidelitate. Quam rem narrare incipiens dicit. Cœlius erat præpositus placentiæ. i. illi oppido in ducatu mediolanensi: ab octauio consule: qua. s. placentina urbe: capta sup. ab exercitu Cinnano. i. quem Cinna ducta bat: ipse. s. Cœlius iam senior & affectus graui ualitudine. i. infirmitate ne ueniret in potestatem hostium: confugit ad auxilium dextræ petronii: quem. s. Cœlium: is. s. petronius conatus frustra abstrahere ab consilio incepto. s. se interficiendi: interemit perseuerantem in iisdem precibus. s. ut ab eo & non ab hoste interimeretur: & iunxit cædi eius. s. Cœlii amici sui suam. s. cædem: quia seipsum quoq; interemit: ne superesset eo. s. cœlio: per quem assecutus fuerat omnia incrementa dignitatis: iacẽte. i. interempto. Ita. i. & sic uerecundia ne hosti supplicare cogeretur: præbuit causam. i. occasionem. fato. i. neci alterius. s. cœlii: & pietas. s. ne amico interempto superuiueret: præbuit fato alterius. s. petronii causam. i. occasionem.

Vngendus est petronio. Non minora ueræ beniuolentiæ: & charitatis indicia Terentius Bruto q̃ petroni9 cœlio præstitisse uidetur. nam Terẽtius quãtum in se fuit brutum a morte uendicauit q̃q̃ id fortuna noluerit. deuictis enim bruti cassiiq; patribus: quas decius brutus secut9 fuerat: missi sunt qui brutuz essent e tenebris ad cædem extracturi: quod ubi sensit Terentius: qui brutum comitabatur ut eum a morte liberaret se morti libenter exposuit: interfectoribus occurrens: seq; brutum esse affir-

## De Seruio Terentio. Cap.CCCCXLIIII.

Iungendus est petronio Seruius Terentius: q̃q̃ ei sicut cupierat pro amico suo perire nõ contigit. Incepto nanq; egregio nõ irritũ euẽtu æstimari debet: quia quantum in illo fuit & ipse extinctus est: & D. brutus periculum euasit mortis: qui fugiens a mutina: ut ad se interficiendum ab antonio miss︎

fos eqtes aduenisse cognouit:quodā I loco iuste pœnæ debitum spūm tenebris furari cona conabatur eoq; iam facta irruptiōe Terētius fideli mēdacio obscuritate ipa suffragante Brutū se esse simulauit:& corpus suū trucidandum equitibus obiecit. Verum:cognitus a furio cui brutianæ ultionis officium mandatum fuerat:nece sua amici supplicium discutere non potuit:sic inuitus fortuna cogente uixit.

mans sed cognita eius uoce incolumē dimiserunt & brutum ad necem extraxerunt:de cuius morte dicemus in capi.de cupiditate uitæ lib.ix.Non irrito euentu.Licet non euenerit:quod ille inceperat:non euētum sed illius factum ad uoluntatem existimandam eē duco Furari:a morte surripere.suffragante.nam tenebræ opitulabantur mendacio eius.

¶Iungendus est.Ordo est.Seruius Terentius amicus decii Bruti est iungendus ppter similem affectionem in amicum:Petronio de quo iam dictum est:q̄q̄ non contigit ei perire pro amico sicut cupierat nāq; proquia Terentius sup.debet æstimari idest iudicari egregio incepto.i.propter egregium inceptum:& non euentu irrito idest frustrato:unde sapho.Careat successibus opto:Quisquis ab euentu facta notanda putat.non enim qualiter euenit:sed quo animo & consilio inceptum sit æstimari debet(sunt qui addunt hoc loco opere:sed meo iudicio uacat:unde aldus sustulit:non enim ordo uidetur :opere egregio incepto:ipsum opus non debet &c.quia sic textus haberet:irrito euentu æstimari non debet:utillud non ponatur ad uerbum debet quod positum est ad numē euētu.)quia quantū fuit in illo.s.Terentio:& idest etiam ipse extinctus est ut scilicet Petronius:& decius Brutus euasit periculum mortis:dicit quantum fuit in illo quia aliter euenit:nam ipse saluatus est & Brutus periit.Qui scilicet Decius Brutus fugiens a Mutina:ut idest postq̄ cognouit equites missos ab Antonio scilicet triūuiro:ad interficiendum se :aduenisse idest applicitos esse aut adesse & instare:conabatur in quodam loco scilicet occulto:furari idest furtim subtrahere spiritū scilicet suū debitū pœnæ iustæ:ob interfectum cæsarem quod solita adulatione dicit:& irruptione facta scilicet ab equitibus missis:eo idest ad eum locum Terentius scilicet Seruius simulauit se esse brutū scilicet Deciū:nā Marcus postea in pharsalia periit:mendatio fideli idest ex fide:quā amico seruatā uoluit:certo & hoc ipsa obscuritate.s. loci: suffragante.i. sui illationem adiuuante:& obiecit equitibus corpus suum trucidandum.Verum ipse Terentius cognitus a furio cui officiū ultionis Brutianæ idest de Bruto sumendæ:erat mandatum.s.ab Antonio:non potuit discutere nece idest cæde sua supplicium amici:& sic ipse uixit inuitus:fortuna cogente.

## De Decimo Lælio &.M. Agrippa. Ca.CCCCXLV.

AB hoc horrido & tristi pertinacis amicitiæ ad lætum & serenum uultum trāseamus:atq; inde eam euocatam ubi omnia lachrymis.gemitu.cædibus fuerant referta:in eo quo dignior est:fœlicitatis domicilio collocemus:gratia honore abundātissimisq; opibus fulgente .Orire igitur ab illa quæ sanctorum umbris dicata eē creditur sede:hic Decime Lælii.illic.M.agrippa:alter uirorum:alter deorum maximum amicum & certa mente & secundis omnibus sortiti:totumq; beate turbe gregem:qui uestro ductu ueneranda sinceræ fidei stipendia laudibus & præmiis onustus peregit in lucem uobiscum protrahite. Vestros enim cōstantes animos:uestra strēnua ministeria:uestram inexpugnabilem taciturnitatē:proq; dignitate & salute amicorum perpetuā excubationem testatiorem beniuolentiā & rursus harum rerum uberrimos fructus posterior intuens ætas in excolendo iure amicitiæ : q̄ libentius tam ēt religiosius erit operata. Hæret aius i domesticis: sed aliēa quoq; bn̄facta referre Romāe urbis cādor hortaē.

¶Ab hoc horrido. Trāsiēs ab amicitia in rebus tristibus ostensa : affert duo paria amicorū i rebus lætis sūma se beniuolentia prosecutorū: Augustius & agrippæ & Lælii ac Scipionis maioris.Ordo est. Transeamus ab hoc horrido & tristi sup.uultu:amicitiæ ptinacis .i.psistētis ad mortē usq; ēt iclusiue : ad uultū lætū & serenū.s.amicitiæ:atq; collocem9 eā.s. amicitiā euocatā īde.i.ab eo loco:ubi oīa fuerāt referta lachrymis:gēitu & cædib9:i eo dōicilio felicitatis:quo ipa amicitia ē dignior.i.q lo:9 ē il

AB hoc horrido.In hoc ultimo domesticorum exēplo charitatem & amicitiā Lælii cū Scipione:& Agrippæ cū augusto sancte fideliterq; cultam multis laudibus extollit:dicit aūt nō esse de amicitia q̄ in tristibus rebus cognita fuerit ulterius dicēdū:sed ad iocundiorē stilū reuocādū ut eam quoq; amicitiā cōmemoremus:quæ in felicitatis domicilio collocata:iocundos se sit amicorū effectus qualis fuit Scipionis: & Lælii augusti & agrippæ.Nā Lælius ita Scipionē coluisse & a Scipione cultus ipse fertur:ut inter uerorū amicorū paria cōnumerari merito possint:qd idē augusto euenisse dicit Valerius:quippe inter quos sūma fuerit oium rerū & uolūtatū cōsensio.nā & agrippa sororē augusti in matrimoniū duxit:& in administratione regni par illi fuisse ppemodū credit :unde Virg.Remo cū fratre quirinus iura dabunt:nā teste Seruio de augusto & agrippa ibi intelligit.& in bello qd cōtra Cleopatrā &.M. Antoniū gestū est.augustus dextrum agrippa sinistrū cornu retinentes patribus auspiciis uictoriā peperūt:unde Vir.Parte alia uentis & diis agrippa secundis .Pertinacis amicitiæ: quā inter se hoies non mō pseuerāter :sed ēt ptinaciter ad mortē usq; seruauerint.Dignior:digna qdē ē amicitia:quæ in lætis & secūdis rebus potius uersetur q̄ in tristi cōmemoratione imoret.Vmbris sanctorū ppter Augustū quē iter deos romani retulere.Imperatores aūt in capitolio sedes habuere:qa celebātur p diis.Scipio uero capitoliū quottidie luce orta petebat:& cū ioue colloquiū habere credebatur.Vestros enim constantes ani

mos quā intelligent inquit posteri quæ uos amicitiæ iura seruaueritis: eiusdem firmissima uincula libentius sanctiusq; colere non dubitant. Taciturnitaté: in celandis archanis. Excubationé: uigilantiā: quia pro ornando consolandoq; amico assidue uigilabāt. Haeret animus: non possū inquit Valerius a Romanis exēplis discedere. Sed splendor & fides Romana aliis benefactis non inuideas me hortatur ne exteroȓ charitaté & amicitiā silentio prætermittam.

li magis debitus: utpote in loco fulgente gratia: honore & opibus abundantissimis: quæ omnia erant in amicis quos dicturus é. Igitur orire: aut ut alii legunt orere: (sed frequentius esse quartæ indicat ifinitiuus oriri) i. egredere aut exi ab illa sede. s. capitolina: aut potius cælesti seu elisia: q̄ creditur esse dicata umbris sanctorū (quales credebant Augustus & Scipio Iouis satu ut uulgo credebatur ortus: dico potius coelesti eo quod dicit umbris: nam capitolina est uiuis peruia: & non umbris: sed statuis defunctorum. dicetem præterea: o decime Laeli: orire hic: nam ad uocatiuū sequentem: spectat uerbum orire: quod est imperatiui modi: adhortatiue positum: nisi malis ad amicitiam referre ut sit duplex apostrophe orire iquam hinc idest ex una parte aut uno pari amicorum: o decime Laeli: & orire illinc idest ex altera parte: o. M. Agrippa: sortiti idest qui uos duo sortiti estis alter. i. tu o Laeli sortitus es maximum uirorum. s. Scipioné amicū idest quod dicunt in amicū (nam pro amico nō approbem dicendū) & alter scilicet tu o Agrippa sup. sortite: maximum deorū: uidelicet Augustum amicū idest in amicū & idest simul: certa mente idest consilio iudicio & electione: ne fortuitū putemus q̄ tales sortiti sint amicos: & secundis. i. prosperis omnibus idest futuræ uitæ præsagiis: quia iudicio bono aspirauit etiā fortuna: orire inquā & tu: & tu: hoc é orimini & protrahite uobiscū in lucé idest clarā memoriā: totū gregē beatæ turbæ idest omnes alios feliciter amicitia usos: qui scilicet grex onustus laudibus & præmiis peregit ueneranda stipendia sinceræ fidei idest honeste militauit pro obseruanda sincera fide: uestro ductu idest auspicio & præsidio: quod probans addit. Enim quia: ætas posterior intuens uestros animos constantes: uestra strennua ministeria idest mutua obsequia: uestram taciturnitaté inexpugnabilé: quia ad amicū maxime pertinet: secreta amici sibi cōmunicata alios celare: item beneficia non exprobrare: qa ut dicit Cicero: Odiosum est sane genus hominum officia exprobrantium: & perpetuam excubationem idest uigilantiam continuam pro dignitate & salute amicorum: & beniuolentiā testatioré idest magis comprobatam q̄ cæterorum aut ualde comprobatam & testatam: & rursus intuens ubertimos fructus harū rerū idest quos ex his rebus hoc est ex hac obseruantia amicorū affecuti estis: erit operata idest operabitur: aut erat idest iā fuerat operata idest exercita: in colendo iure amicitiæ: q̄. i. quanto libētius: tā idest tanto etiā religiosius idest sanctius: & ideo quia reliqui pene amici uestri sunt assectæ: protrahite eos uobiscū quo dicto innuisse de aliis domesticis exemplis: nihil amplius dicturū: unde etiā addit. Animus haeret: idest fixus est i domesticis scilicet exemplis: sed candor idest puritas a liuore inuidiæ: urbis Romanæ: hortatur scilicet me: referre quoq; i. etiam beneficia aliena.

Externa.

Damon & Pythias Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati amicitia sic ab omnibus celebratur ut principatum inter omnia amicorum paria obtinere uideatur: nam quum alterum eorum Dionysius Syracusanus interficere uellet suspitione uidelicet proditionis alter se mortis uadem p̄stare non dubitauit. Tantisper dum a componendis rebus suis domum profectus reuerteretur: fuit autem Dionysio tyranno nihil usq̄ fidum: de quo Cicero Tuscula. Quātopere uero amicitias desyderauerit: quarum infidelitatem extimescebat declarauit in Pythagoreis illis duobus: quorum quum alterum uadem mortis accepisset: alter ut uadem suum liberaret præsto fuisset ad horam morti destinatam: utinam iquit tertius uobis amicus ascriberer. Idem libro de officiis. Damonem inquit: & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse: ut quum eorū alteri Dionysius tyrannus diem necis destinasset: & is qui morti addictus esset paucos sibi dies cōmendandorum suorum causa postulasset uas factus est alter eius sistendi: ut si ille non reuertisset: moriendum esset ipsi: qui quum ad diem se recepisset: admiratus eorū fidem tyrannus petiuit: ut se tertium ad amicitiam ascriberent. Initiati: Dedicati eni erant præceptis Pythagoræ Samii. Vadem: sponsorem. Supplicium fidei re. Quia tam fidelez animam uita donauit. Insuper præterq̄ quod

Externa.

De Damone & Pythia: Ca. CCCCXLVI.

Damon & Pithias pithagoricæ prudētiæ sacris initiati: tam fiddem inter se amicitiam iunxerunt: ut quum alterum ex his dionysius syracusanus interficere uellet: atq; is tempus ab eo quo prius q̄ periret domū p̄fectus res suas ordinaret: impetrauisset: alter uadem se pro reditu eius tyrāno dare nō dubitauit. Solutus erat periculo mortis qui modo gladio ceruices subiectas habuerat: eidemq; caput suum subiecerat cui securo uiuere licebat. Igitur oēs & imprimis dionysius noue atq; ancipitis rei exitum speculabātur. Appropinquante deinde definita die: nec illo redeunte unusquisq; stultitiæ tam temerarium sponsorem damnabat: at is nihil se de amici cōstantia metuere predicabat. eodem autem momento & hora a dionysio constituta qui eā acceperat supuenit. Admiratus amborū animū tyrānus suppliciū fidei remisit. Insuperq; eos rogauit ut se i societaté amiciciæ tertiū sodalitii gradū ultra cultu rum beniuolētia reciperét. Hæ sane uires amiciciæ: mor

tis contemptum ingenerare:uitæ dulcedinẽ extĩguere: crudelitatem mansuefacere: odium in amorem conuertere:pœnã beneficio pensare potuerunt:quibus pene tantum uenerationis q̃tum deorũ immortaliũ cerimoniis debetur. Illis enim publica salus:his priuata cõtinẽtur: atq; ut illarum ædes sacra domicilia:ita harũ fida hoim pectora quasi quodam sancto spiritu referta tẽpla sunt.

¶Damon & pythias initiati sacris prudentiæ & Pythagoricæ.i. solẽni more institutum prudentia Pythagoræ & ad eius professionẽ recepti: unde quos licentiatos in theologia aut iure aut philosophia dicunt honestius initiatos in eis dicant:iunxerunt inter se amicitiam tam fidelem:ut quum Dionysius Syracusanus scilicet tyrannus uellet interficere alterum ex iis: aut ex eis:atq; is scilicet quem uolebat interficere:ĩpetrasset ab eo scilicet Dionysio : tempus idest spatiũ uitæ:quo.s.tẽpore profectus domũ:ordinaret res suas.s.domesticas:priusq̃ periret:alter.s.amicorũ:non dubitauit dare tyranno se uadem.i.sponsore ad uadentis.i.abeũtis pœnã obnoxiũ nisi reuerit:pro reditu ei*.s.abeuntis.Is sup.qui habuerat mõ.i.paulo añ ceruices subiectas gladio.i.securi:erat solutus piculo:quia uadẽ dederat: & is: idest alter amicus:cui licebat uiuere securo:idest sine anxietate:quũ tyrannus nihil in eũ animaduerterit:subiecerat caput suũ eidem.s.piculo aut gladio.Igitur oẽs qui illud uadimoniũ norant:& in primis Dionys.9: speculabantur.i.expectabant tanq̃ e specula intentis animis exitũ rei.s.an alter rediret:deinde die definita.i.constituta a tyranno:ut rediret appropiquante:nec.i.non:& illo.s.qui abierat:non redeunte:unusq'q; damnabat stultitiæ sponsorẽ cã temerariũ idest improuidum.at is.s.uas aut sponsor: prædicabat.i.palã dicebat se nihil metuere de fide amici:autem pro sed: eodem momento atq; hora constituta a Dionysio:is qui eam acceperat: hoc est qui abierat superuenit tyrannus.s.Dionysius admiratus animum amborũ remisit fidei.i.propter fidem seruatam:suppliciũ:& rogauit insuper eos ut reciperent se in societatem amicitiæ:culturum beniuolentia ultima.i.supræma:ultra quã nulla:tertium gradũ sodalitii.i.iuris socialis. Sane(dicit author)hæ.i.huiusmodi uires amicitiæ potuerũt ingenerare:cõtemptum mortis extinguere:dulcedinem uitæ mansuefacere: crudelitatẽ conuertere odiũ in amorẽ:& pensare idest pensando cõmutare:pœnã beneficio:quia ubi pœnã sumpturus erat:se amicũ recipi orabat: quibus.s. uiribus amicitiæ tantũ pene uenerationis debetur:quantũ cerimoniis .i. sacris cultibus deorũ imortaliũ.Enim pro quia.:Publica salus continetur illis scilicet cerimoniis deorũ:priuata.s.salus continetur his.s.uiribus amicitiæ:atq; ut ædes illarum.s.cerimoniarum:aut illorum.s. deorum : sunt sup.domicilia sacra:ita fida pectora hominũ sunt templa harum.s. uiriũ amicitiæ:referta quasi quodam sancto spiritu idest spiritu eius qui amicitiam tam sancte colit :aut genio eius ad eam adhortante.

## De Alexandro & Ephestione.Ca.CCCCXLVII.

QVod ita esse rex Alexander sensit.Darii castris i qbus omnes necessarii eius erãt potitus Ephestione gratissimo sibi latus suũ tegente ad eos alloquendos uenit. Cuius aduentu mater Darii recreata humi prostratum caput erexit:Ephestionemq; quia ei & statura & forma præstabat: more Persarum adulata tanq̃ Alexandrum salutauit admonita deinde

supplicũ remisit. De his queq; Lactantius libro quinto diuinarũ institutionũ:quid ergo inquit illi familiares Pythagoræ laudantur a nobis:quorũ alter se tyranno uadẽ mortis p altero dedit:alter ad præstitutũ tẽpus quum iã sponsor eius duceretur:præsentiã sui fecit eumq; interuentu suo liberauit:quorũ uirtus in tanta gloria non haberetur: quũ alter pro amico:alter pro fide mori uoluerit si stulti putarentur:deniq; ob hanc ipsam uirtutẽ tyrannus his gratias retulit utrũq; seruãdo :& hominis crudelissimi natura mutata est: quetiã deprecatus esse dicitur :ut se tertiũ in amicitiã reciperent:non utiq; tanq̃ stultos:sed tanq̃ sapientes & bonos uiros:itaq; non uideo quare quũ pro amicitia & fide mori summa gloria cõputetur:non etiã pro innocentia perire hominisit gloriosum. Hæ sunt uires amicitiæ. Laudat uires amicitiæ Valerius : quas diuinitati proprie similes esse dicit q ab eis proueniant quæ a diis immortalibus consueuerunt:multa scilicet miranda :ut sunt mortem contemnere:uitã non appetere:crudelitatẽ lenire.odiũ in beniuolentiã cõuertere:beneficiũ pro pœna recõpensare. Mortis contẽptũ : ut Lucius Petronius & alii pro amicis mori nõ dubitarunt. Crudelit:ut Damon & Pythias : qui crudelissimũ tyrannũ lenierunt. Pœnam beneficio pensare:ut Dionysius qui mortẽ remisit fidei Damõis & Pythiæ. Odiũ in amorẽ conuertere:ut idẽ Dionysius:q quos morti destinauerat paulo post orare cœpit ut se tertiũ in eorũ amicitiã admitterent :illis scilicet cerimoniis. His.s.uiribus amicitiæ. Publica salus :quia dii omniũ salutẽ tuentur. Priuate:quia amici se inuicẽ auxilio sustentant. Atq; ut illarũ ædes:ostendit non minus uenerãdas esse uires amicitiæ q̃ deos ipsos:nam dii sacra templa :amicitiarũ uires fida hominũ pectora quasi spiritu sancto referta domicilia tenent:nam in fidis hominum pectoribus consistit amicitia.

QVod ita esse Darii castris. Alexãder: Dario acie superato castris queq; potitus est:in quibus multum auri cæterarumq; opum inuẽtum. Inter captiuos castrorum mater & uxor eademq; soror:& filiæ duæ Darii fuere:ad q̃s uisendas & hortandas quum uenisset comitatus :Ephestione sibi fidissimo & gratissimo comite . mater Darii humi prostrata ad illius aduentum caput erexit:& Ephestionem habitu & regia forma præstantem pro Alexandro more Persarum ueneraabunda salutat : admonita deinde a circunstantibus q esset errore decepta : quod non Alexandrum : sed Ephestionem salutasset : timens ne grauius Alexandrum offendisset: suppliciter erroris & excusationis uerba quærebat . Cui Alexander : ne timeas mulier : quia Alexandrum salutasti : & ita significauit Alexander Ephestionem se alterum esse. Recreata : refocilla/

ta:nam humi prostrata iacebat:captiuitatem suam miseramq; fortunam deplorās:sed ubi cognouit tantū regē ad se uisendam uenisse aliquantulū recreata est.Adulata ad pedes p uoluta.De adulatione Persarum dicemus li.vi.c.a.ui.Vtri prius gratulemur.In dubiū trahitur inquit utri gratius fuerit an dicenti Alexandro:an Ephestioni ea uerba audiēti.Speciosum pulchrum est.Tam danti q̄ accipienti:speciosius tamen est dare q̄ accipere beneficium:qui dat accipientem sibi reddit obnoxium.

erroris per summā trepidationem excusationis uerba q̄rebat.cui Alexander:nihil est inquit q̄d hoc noīe confūdaris.Nam & hic Alexāder est.Vtri prius gratulemur:qui hoc dicere uoluit:an cui audire contigit?Maximi enim animi rex etiā totū terrarū orbē aut uictoriis aut spe complexus tam paucis uerbis seipsum cum comite suo partitus est.O donum inclytæ uocis:danti pariter atq; accipienti speciosum.

A scen. ¶ Quod.s.iam dictum est:esse ita ut dictum est:rex Alexander sensit.i.iudicauit.Nam sup.potitus castris darii regis persarum:in quibus erant omnes necessarii eius.s.darii:utpote mater uxor & liberi.uenit ad eos alloquendos Ephestione.s.comite:gratissimo sibi tegente latus suum.i.ita coniuncto ut latus tegeret.Cuius.s.Alexandri aduētu mater Darii recreata:quia plus in beniuolentia regis q̄ militum spei locauerat:erexit caput.s.suū prostratū humi:& adulata more persarū:quia persæ reges suos adorāt:salutauit Ephestionē tanq̄ Alexandrū.i.tāq̄ esset Alexander:quia ephestio p̄stabat ei.s.alexandro.i.eo præstantior erat & statura & magnitudine & forma.i.specie membrorum:& ita putabat eum potius regem:sicut de xerse legitur:q̄ non erat pulchrior eo in tā imenso exercitu.unde etiam Virgilius Turnum & æneam inducit pulcherrimos:& de Priami specie dicitur:q̄ digna fuit imperio:deinde ipsa admonita erroris.i.errati sui in eo facto:quærebat per sūmam trepidationem.i.cōmotionem animi & corporis:uerba excusationis idest quibus se purgaret.Cui Alexander inquit nihil est quod confundaris.i.turberis hoc nomine idest propter hoc factum aut erratum:nam &.i.etiam hic.s.Ephestio ē alexander.q.d.alter ego.Vtri.s.illorum duorū:gratulemur.i.gratam eius nobis felicitatem significemus prius:an sup.Alexandro qui uoluit.i.dignatus est dicere hoc:an sup.ephestioni:cui contigit audire.Enim pro quia:rex maximi animi complexus etiam totum orbem terrarum aut uictoriis.s.obtentis aut spe.s.obtinendarum:partitus est.i.cōdiuisit seipsum cum comite suo.s.Ephestione:tam paucis uerbis:quia dicendo illum quoq; alexandrum esse significauit illum esse dimidium sui.O donum uocis inclytæ speciosum idest honestum pariter danti atq; accipienti.

## De Pompeio authoris amico.
## Cap.CCCCXLVIII.

Quod priuatim quoq; merito ueneror clarissimi ac disertissimi uiri promptissimā erga me beniuolentiam expertus:nec metuo ne parū cōueniat mihi pompeiū meū instar esse Alexādri:quum illi Ephestio suus alter fuerit Alexander.Ego uero grauissimo crimini sim obnoxius cōstātis & benignæ amicitie exēpla sine ulla eius mentione trāsgressus:cuius in aio uelut in parētū amantissimorū pectore lætior uitæ meç status uiguit:tristior acquieuit.a quo oīm incremēta cōmodorū ultro oblata cepi:per quem tutior aduersus casus steti:qui studia mea ductu & auspiciis suis lucidiora & alacriora reddidit.Itaq; paui inuidiā quorūdā optimi amici iactura:uidelicet quia fructu torserā:non quidē meo merito:gratiā meā quantacūq; fuit:cū iis qui ea uti uoluerant p̄titus:uerū nulla tam modesta fœlicitas est q̄ malignitatis dentes uitare possit:& quo secessu quosdā fugeris:aut quibus insulis misericordie p̄mulseris:nō cohibebis ne ut alienis malis perinde ac bonis suis lætentur:ac gestiant:diuites sunt aliorū iacturis:locupletes calamitatibus:immortales funeribus:sed illi quatenus alienis incommodis suorum adhuc

Quod priuatim. Suā cū Sexto Pōpeio laudat amicitiā:quā non inferiorē esse dicit amicitia Ephestionis & alexādri.Clarissimi nobilitate:genere rebus gestis.Instar:ad similitudinē uel ut alii uolūt ad æquiparationem & mensuram:nunq̄ recipit præpositionem hoc nomen instar: quemadmodum Alexander dixit Ephestionem se alterum esse pari ratione dico pompeium me alterum esse.Ego uero grauissimo:uiderer inq̄t grauiter peccasse:& omni repræhensione dignus eē:si cōmemoratis aliorū amicitiis sancte fideliterq; cultis : de mea cum Pompeio nullam prorsus mentionem fecero. Vltro oblata:quia non rogatus:sed spōte beneficia cōferebat petitione:nec unq̄ locum relinquebat.Itaq; paui inuidiam quorūdam.In suos inuidos & obtrectatores inuehitur: quorum malignitas tanta erat ut eius incōmodis uehemēter lætarent:& p̄sertim q̄ extincto Pompeio amico uerissimo esset orbatus:illis autē multa mala imprecatur:ut etiam ipsi incommodis affecti alienis malis non insultent. Paui:satiaui:& expleui.Verum nulla tam sententia generalis & huic loco accōmodata:nemo tam modeste felix est q̄ inuidiæ morsus & malignitatis aculeo subterfuger possit.Quo secessu:quo receptaculo:quo secreto abdito ue loco:maliuolos:quibus insignibus calamitatis illos mitigare poteris:ne aliorum calamitates suas putent esse felicitates.Infulis:insignibus misericordiæ:est translatio sumpta a sacerdotibus:qui ornantur infulis : quo uenerabiliores fiant. Diuites aliorum iacturis.Vt quantum alii perdiderint: tantum ip

expertes insultent:optima uindex isolentiæ uarietas humanæ conditionis uiderit.

¶ Quid priuatim. Continuãdo filũ narrationis sp̃mq3 ad finẽ tituli hu9 pducẽdo:cõmemorat amicitiã suã cũ Sexto põpeio quod quidẽ exemplũ domesticũ est: Sed toto hoc titulo exempla cõmiscuit:per occasionẽ fere locutus. Ordo est Quod.s.donũ inclytæ uocis Alexandri:de quo proximo loco locutus est.ego quoq3 (inquit author) ueneror priuatim idest meo nomine meiq3 cõmodi in cõsimili re gratia utpote expertus: p̃ptissimã erga me beniuolẽtiã clarissimi ac disertissimi uiri:uidelicet Sexti põpeii. Nec metuo ne parũ cõueniat.i.parũ concedatur & sine controuersia sit põpeiũ meũ eẽ mihi instar.i.ad æqualentiã Alexãdri:quũ illi.s.Alexãdro suus Ephestio fuerit alter Alexãder:hoc est possum põpeiũ dicere eẽ alterum me:cum Alexãder dixerit Ephestionẽ esse alterũ se.nã plus distulit ephestio ab Alexandro q̃ Valerius a Pompeio. Ego uero sim obnoxius.i.obligatus grauissimo crimini transgressus.i.si fuerim trãsgressus exempla constantiæ & benignæ amicitiæ:sine ulla mentione eius.s.Pompeii:in cuius animo status uitæ meæ lætior.s.solito:aut aliquãtulũ lætus uiguit uelut in pectore parentum amantissimorum idest maxime amantum:& tristior status uitæ meæ acquieuit: a quo.s.amico:ego accepi incrementa omnium cõmodorum oblata ultro idest non requisita a me:per quem.s.amicum ego steti tutior aduersus casus.s.qui prouideri non possunt:qui reddidit idest effecit:ductu & auspiciis suis idest prudentia quæ ad ductum pertinet:& felicitate quæ ad auspicia deorum fauore capta:studia mea lucidiora & alacriora Itaq3.i.& ita:qa talem amicum amisi ego paui.i.nutriui.inuidiam (cuius cibus aduersitas est) quorũdam.s.æmulorum iactura.i.damno & amissione amici optimi:uidelicet.i.uidere licet cur inuiderint utpote torseram.i.cruciaueram eos fructu.i.utilitate quã cepi ab amico:non quidem merito.i.peccato meo:nã partitus gratiã meam quãtacũq3 fuit cum his qui uolnerant ea uti. Verũ nulla felicitas est tã modesta idest moderata:quæ possit uitare dentes malignitatis.i.malignantiũ & inuidorum. & quo secessu idest segregatione a consortio hominum fugeris idest fugere uelis quosdam aut quibus insulis.i.mitis & insignibus misericordiæ tu permulseris idest mitigaueris quosdam non cohibebis idest non arcebis ne ut.i. ut non lætentur alienis malis pinde ac bonis suis:ac gestiãt.i. immoderate exultẽt.diuites sunt iacturis.i.damnis aliorum : locupletes.i.diuites sunt calamitatibus.i.frugũ deuastatione aliorum:imortales sunt funeribus aliorum.sed quatenus insultent incõmodis alienis existentes sup.expertes adhuc suorum.s.incõmodorũ.i.ppriorũ:uiderit uarietas conditionis humanæ existẽs optima uindex ultrix insolentiæ.

si lucrentur:Locupletes calamitatibus:quum alios in calamitatibus positos uiderint : tunc se fortunatos esse iudicẽt. Immortales funeribus. Aliorũ morte se imortales fieri: Sed illi quatenus. Sed fortuna inquit: quæ res humanas pro sua libidie uersat:& uariat:& omnis insolẽtiæ est iustissima ultrix quousq3 patietur hos tã arrogantes calamitatis exptes se nimiũ extollere & aliorũ calamitatibus insultare? Insultent Insultare ut uult Nonius Marcellus:est iniuriosius aliquid dicere : alii dicunt insultare esse per derisionem inuadere.

## De liberalitate Titulus VIII.

NOstrum opus pio egressu ad propriam rẽ prouectum i suũ ordinẽ reuocetur:liberalitatisq3 commemorationi uacemus. Cuius duo sunt maxime probabiles fontes:uerum iudicium & honesta beniuolentia:nam quũ ab his oritur tunc demum eius ratio constat:dono aũt ipsi gratiam & magnitudo quidem sua:sed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

¶ Nostrum opus. Sub hac præfatione transit ad narrationem de liberalitate dicens. Nostrum opus prouectum pio egressu.s.ab incepto : nam inceperat externa narrare:sed memor se nihil de Pompeio amico suo dixisse egressus est ad eius collaudationem:ad rem ppriam idest narrationem propriæ amicitiæ cum Pompeio:reuocetur ad suũ ordinem idest ad narrandum prius domestica deinde externa & uacemus idest operam demus reliquis rebus uacemus cõmemorationi liberalitatis. Cuius duo fontes sunt maxime probabiles uidelicet uerum iudicium & beniuolentia honesta.nam cum.s.liberalitas oritur ab his scilicet iam dictis uero iudicio & honesta beniuolentia :eius ratio constat idest euidens est nunc demum autem pro sed etsi dono idest muneri &.i.etiam magnitudo sua conciliat gratia m quia quo maius eo gratius esse solet:sed opportunitas conciliat sup.ipsi gratiam efficaciorem aliquanto:hoc est donum datum opportune etiam si magnum non sit gratius est q̃ magnum importune collatum.

NOstrum opus pio egressu. De liberalitate dicturus illã more suo breui præfatione commendat. est autẽ liberalitas uirtus inter duo extrema posita.s.prodigalitatẽ & auaritiam.omnis eni uirtus mediũ est duorum extremorũ:sed liberalitas mediũ est prodigalitatis & auaritiæ.igit uirtus ẽ. In liberalitate duo cõsiderãda sunt.primũ ut fiat honeste ne aliis noceaĩ dũ aliis pdesse uelimus. deinde cum ratione fiat ne plus clargiamur q̃ facultates nostræ patiantur:in qua re tria consideranda sunt :datum: acceptum:& dator:de dato dicimus liberalitatem esse uirtutem quæ res externas considerat:respicit at tem maxime diuitias.nã ita diffiniri possimus liberalitatem esse in usu pecuniarum.pecunia uero dicitur omne quod possidetur.usus autem duabus in rebus continetur scilicet dando & accipiendo. Vnũ est actionis & alterum passionis.nam accipere magis est passionis q̃ actionis.hoc etiam seruandum:ut demus quibus oportet :& accipiamus a quibus oportet. Sed ut ad psonam cui datur deueniamus quattuor consideranda sunt:quo beneficiũ nostrum dignius præstare possimus. Primo si honesti homines sunt: & cum uirtute uiuant. Secundo si nobis amici & beniuoli. Tertio si propinqui & necessarii. Quarto & ultimo si de nobis benemeriti fuerint. De dante illud animaduertendum quod liberalis dator duo uitia in primis uitare debet sibi maxime contraria :

auaritiā ut dixi & ꝓdigalitatē: prodigalitas dupliciter cōsideratur uno modo simpliciter & absolute cū dādo aliqs supflue bōa sua cō sumit nec quantū erogare possit considerat. nā ꝓdigus dicit̄ ꝙ porro adigat bona sua & a porro & adigēdo ꝓdigus deducit̄. Aliud ē ꝙ in se habet aliquid liberalitatis admixtū: sed nō cū ratione & honestate quia non solū in dando: sed etiā in accipiēdo sepissime pec cat auarus. ut a quibus accipiat nō cōsideret dūmodo suis rebus consulat: neqꝫ respicit be ne an male recte: an perperam id agat modo sua accumulet bona: & huiusmodi qui in di stribuendis bonis suis nullā considerationem adhibent saepe incidunt in id uitiū: ut ab aliis surripiāt quae aliis elargiri possint: & iō Va lerius bene dicit liberalitatis duo esse funda menta: rectum iudiciū: & honestā beniuolen tiā: ac si diceret iustitiā honestatē quae in uir tute requiruntur. nā rectū & honestum fūda menta sunt uirtutis. Progressu euagatione & digressu ad patriā rē. Quia de sua ipsius pri uata amicitia dixit. Suū ordinē. Vt ꝓpositū nostrū seruemus: illust. iū uirorū exempla nar rando. Verū iudiciū: ut in eos liberales simus qui de nobis benemeriti fuerint. Honesta be niuolentia: ut demus honestis amicis. Opor tunitas conciliat. Beneficium & si semper gra tum sit multo tñ gratius cū fuerit maxie ne cessariū doni quidē magnitudo nos homini maxime conciliat sed multo magis temporis oportunitas ut demus cum necesse fuerit: & liberales simus necessitatis tempore.

## De fabio maximo. Cap. CCCCXLIX.

ACcedit enim precio rei inaestimabile momen tum occasionis quae fabiū maximū tot ante secula ob puam pecuniae summā erogatae ad hoc usqꝫ tempus laudabilē fecit. Captiuos enim ab han nibale interposita pactiōe nūmorū receperat. qui quū a senatu non prestarētur misso in urbem filio: fundum quem unicum possidebat uendidit eiusqꝫ precium hā nibali protinus numerauit. Si ad calculos reuocet̄ par uum utpote. vii. iugeribus & hoc in pupinia addictis redactū: si animo ꝓrogātis omni pecūia maius: sē enim patrimonii q̄ patriam fidei inopem esse maluit. eo qui dem maiore cum commendatiōe ꝙ proni studii certius indiciū est supra uires niti q̄ uiribus ex facili uti. Alter enim qd potest prestat: alter etiam plus q̄ potest.

¶ Accedit enim. Probat exēplo id qd ꝓxime dixerat dicens Eni ꝓ qa: in aestimabile momentū. i. cōmodū occasionis. i. opportunitatis q̄ casu obue nerit: accedit ꝓcio rei: q̄. s. occasio fecit fabiū maximū ob parua summam pecuniae erogatae. i. impēsae laudabilē ante tot saecula: usqꝫ ad hoc tem pus. Recepat eni ab hannibale captiuos interposita pactione nūmorū: quos pro redemptione pollicitus erat: qui scilicet nummi: cū non prestarē tur a senatu filio. s. suo misso in urbē. s. Romā uendidit fundū quē habu it unicū & numerauit protinus hānibali eius ꝓtiū: paruū. s. ꝓtiū: si reuoce tur ad calculum. i. ad supputationē quae per calculos. i. lapillos olim fie bat ut nunc per proiectiles nūmos utpote redactū. i. coacerruatum septem iugeribus & hoc sup. dico: illis addictis idest astrictis i pupinia idest loco illo arido & sterili Si sup. metiatur aut aestimetur animo praerogantis. i. p praerogatiuam exhibentis: numerauit praecium maius omni pecunia: Ma luit enim se esse inopem patrimonii: q̄ patriam esse inopem fidei. eo qdē maiore cum cōmendatione idest laude ꝙ niti supra uires est certius indi cium studii proni idest affectus multum procliui & inclinati q̄ uti uiribus ex facili. Enim pro quia alter utpote qui uiribus utitur: praestat quod po test: alter. s. qui supra uires nititur praestat sup. etiam plus q̄ potest.

ACcedit enim praetio. momentū incli nationem ad gratiā Quae fabius ma ximus ꝓbat occasionē plus in libe ralitate ualere q̄ doni magnitudinē. dicit eni Qu. fabiū maximū apud posteros fuisse ma gis laudabilē ꝙ necessitatis tpe captiuis sub uenerit q̄ ꝙ pecuniā multam erogauerit. hoc autem fuit tempore secundi belli punici: quo cū hannibale dictator ipse conuenerat: ut fie ret captiuorū permutatio ea conditione ut q plures reciperet q̄ redderet: ꝓ unoquoqꝫ dra gmas qnquaginta supra ducentas repēderet. hac spe fretus ut senatus po. qꝫ ro. rē istā ꝓbarēt & de publico pecuniā ero garent. Sed cū ducentos & quadraginta plures recepisset Fabius q̄ reddidisset: Senatus pactā pecuniā exoluere recusa uit. atqꝫ insup fabiū accusauit: ꝙ inutiliter & inconsulto senatu homines qui hostiū ꝓde ex ignauia facti essent: redimere uoluisset. Tunc fabius & ciuium iniuriam aequo aio tulit & fidē hosti seruandā eē duxit: captiuos quoqꝫ ciues in tanta necessitate iuuandos ita filium romam misit: qui uendito fūdo quem solum in pupinia uilla possidebat ꝓmissam hosti pe cuniam ad se in castra reportaret: quā ille postmodum Hannibali ut conuenerat fideliter enumerauit: captiuosqꝫ redemit Si ad calculos reuocetur. Si pecuniae inquit quantitatem considerare uoluerimus parum quid fuisse uidebitur: sed si exqui site diligenterqꝫ fabii domus atqꝫ illius animi magnitudinem spectauerimus omnes profecto facultates superasse uideb mus. Ad cal. ad exquisitam supputationem. Addictis. Astrictis circūscriptis. Praerogantis praebentis. Si enim patrimonio. O magna uiri probitas. maluit. n. se inopem dici & esse: q̄ patriam pfidam nominari. Supra ui. Supra facultates & possi bilitatem. Viribus ex fa. uti. Ille utitur uiribus ex facili qui pro uiribus & facultate praestat aliquid.

ITaqꝫ eiusdem temporis probat id ita esse uidelicet certius libertatis in dicium esse aliquid licet exiguam su pra uires erogare: q̄ ex facili uiribus uti: hoc est magnum aliquid pro facultatibus exhibere. nam mulier paula nomine busa

## De Busa. Capitulum. CCCCL.

ITaqꝫ eiusdem tpis foemina busa nomine: re gionis āt apuliae ditissima: merito: qdē liberali tatis testimonium recepit: sed excellētes opes

suas fabianis rei familiaris angustiis non cōparauerit: nam & si circa decē milia ciuium nostrorum cānensis prœlii reliquias benignissime inter canusina mœnia alimētis sustētauit. saluo tamen statu fortunarum suarum munificam se po.ro. praestitit. fabius in honorem patriae paupertatem inopia mutauit:

Itaqȝ foeia eiusdē tpis quo fabius maximus fuit: noie busa: forte legēdū sit busa origine: paula noie. aūt ꝓsed ditissima regiōis apuliae recepit qdē merito testimoniū liberalitatis: sed nō cōparauerit. i. sed ipa noluit cōparare opes suas excellētes angustiis fabianis rei familiaris. i. quas fabius i re familiari passus est: Nā & si ipa sustētauit benignissime alimentis suis inter mœnia canusina. i. canusii oppidi: decē millia ciuiū nostrorū reliqas. i. q fuerāt reliqae prœlii cānensis: tñ ꝑstitit se munificā populo Romāo saluo statu fortunarū. i. diuitiarū suaru: fabius mutauit pauptatē. i. statū parū prius habentis inopia idest cum indigentia & statu nihil possidentis: in. i. ad saluandum honorem patriae.

## De Quinto considio Cap. CCCCLI.

IN quinto quoqȝ cōsidio saluberrimi exempli nec puo ipsius fructu liberalitas annotata est: qui catilinae furore ita consternata rep. ut ne a locupletibus qdē debitae pecuniae ꝓpter tumultum pretiis possessionū diminutis: solui creditoribus possent: quū centies atqȝ quinquagies sextertii summā i fœnore haberet: neqȝ de sorte quemq̃ debitorū suorum: neqȝ de usura appellari a suis passus est: quantumqȝ in ipso fuit amaritudinē publicae cōfusionis priuata trāquilitate mitigauit: opportune mirificeqȝ testatus se nummorū suorum non ciuilis sanguinis esse fœneratorē. Nā qui nūc praecipue negociatiōe delectantur: quū pecuniam cruentam domū retulerint: q̃ improbando gaudio exultent recognoscent: si diligenter senatusconsultum quo Considio gratie acte sunt legere non fastidierint.

genere clara atqȝ diuitiis ad decē milia romanorū ex cānēsi clade supstitū omnibus tñ tectisqȝ a canusinis accepta: fuit ētoueste. & uiatico iuuit ꝓ qua et munificētia postea bello ꝑfecto a senatu honores habiti. haec igit mulier q̃uis multū ꝑstiterit uiae tñ n u 9 q̃ fabius ꝑstitisse uidet: eo q fabius supra uires fecerit: haec ex facilibus uiribus usa fuerit. Busa noie. Liuius dicit paulā . usse noiatā: sed genere busam hoc ē carthaginēsem. In honorē patriae. Ne patria ꝑfida diceret unicū fundū uēdens ex paupere inops factus est. nam paup dicit cui nihil supest: sed tātū habet q ad quotidianū uictū & necessaria satis est. inops uero qui nihil prorsus habet quasi sine terra.

IN Qu. Considio. Liberalitatem. Qu. cōsidii fœneratoris nobilissimi hoc loco subiūgit. hic turbulentissima illa reip. tempestate qua Catilina patriā pdere nefaria cōiuratiōe tētabat plurimū romanae urbis & afflictae reip. ꝑsidii attulisse uidet: nā cū ꝓpter secessionē multorū: q sꝑe magnae ꝑdae ducti ad catilinā cōfugerāt. agri inculti atqȝ deserti nullū ciuibus fructū redderēt: nō passus ē queq̃ debitorū suorū aliqua rōne uexari & si centies & quinquagies sestertii sūmā mutuo dedisset. uidebat. n. locupletes nedū pauperes ex suis ꝓuētibus debitā pecuniā nullo pacto posse persoluere testatus ēt se nolle sanguinē a ciuibus sed pecuniā exigere: hac suauitate publicā ꝑturbationē sedare maxime uisus est: & ꝓpterea senatus illi maxias gratias egit. Consternata: cōmota & ꝑturbata. De sorte: De ea summa quā ipe ꝑstiterat: in fœnus dederat: hec ē de capitali: ut uulgo dicunt. Qu antū in ipo: q̃tū ipe efficere potuit. Publicae cōfusionis ꝑturbationis q̃ ad oēs spectat. Nā qui nūc praecipue negotiatiōe. Aetate nostra qui lucrū quasi cruentū domū reportāt: & quorū ars ōis est in comparandis per fas nefasqȝ diuitiis intelligere poterūt q̃ temere exultēt nisi fastidio senatus decretū pro cōsidii liberalitate factū legere recusauerit. Negociatione. Lucro faciēdo. Pecuniā cruentā. Ex mediis prope uisceribus hominum extractam.

In qnto &c. Ordo ē liberalitas ē ānotata quoqȝ. i. ēt in Quito Considio sup. eē saluberrimi exēpli nec paruo imo magno fructu ipsius: q republica ita cōsternata furore catilinae. i. quā catilinae demēs pollicitatio excitarat: ut pecuniae debitae ne qdē. i. nō ēt aut nō saltē: nō possent ꝑsolui creditoribus ēt a locupletibus. i. multū terrarū possidētibus & hoc ꝑtiis possessionū diminutis ꝓpter tumultū. s. bellicū cū haberet in fœnore. i. in pecunia data ad usurā: sūmā sestertii centies atqȝ qnquagies: neqȝ passus est queq̃ appellari. i. in ius a suis. s. q̃storibus & exactoribus debitorꝫ. de sorte. i. pricipali pecunia quā ad usurā dederat: neqȝ de usura. i. fœnore & excremēto & mitigauit quātū fuit in ipo. i. in ipsius ꝑtāte: amaritudinē cōfusiōis. s. turbationis publicae: trāquillitate priuata idest sua qui priuatus agebat. testatus idest protestās oportune & mirifice: se esse fœneratorem idest sectatorem lucri: nūmum seu nūmorum suorū nō sanguinis ciuilis. Nam qui praecipue nunc idest tempestate nostra: delectantur negociatione idest lucro mercuriali: cum retulerint domum pecuniam cruentam. i. sanguine & sudore miserorum partam recognoscent q̃. i. q̃tū improbādo. i. detestando gaudio exultent si non fastiderint legere senatusconsultū quo gratiae actae sunt Considio. Is aūt erat fructus quē in pricipio assecutū dixit unde legi nō paruo fructu: ubi inuenerā nō sine paruo: nā non sine est cū: & ita diceretur cū paruo fructu id fecisse cuius contrarium hic concludit.

## De populo romano. Cap. CCCCLII.

QVeri iamdudum mecum populus ro. uidetur q cū singulorum mūisicentiam consecter de sua taceam. ad sūmam. n. eius laudem ptinet

QVeri iamdudū merito inquit populo Roma. conqueri posset. q Aliorū liberalitatē memoriae tradam: suam uero silentio praetermittā: cū id potissimū ad sūmā eius laudem pertinere uideatur. Incipiens igitur narrare liberalitati eius dicit.

Asiã bello captã. Mortuo Eumene. Asiã bello captã populus ro. occupauit. cũ iure belli retinere posset: eã tamẽ totã attalo eumenis filio dedit. putauit. n. ĩperiũ clarius fore atq; pstantius si prouĩciã locupletissimã potius alteri dono daret: q̃ in suos usus cõuerteret. Iustinus aliter sentit: dicẽs li. xxxvi. regẽ attalũ ab eumene nõ patre: sed patruo suo florentissimũ regnũ accepisse & acceptũ multis amicorũ cædib9: & cognatorũ suppliciis foedasse nũc matrẽ anũ: nunc beronicen sponsam maleficiis earum necatas confingentẽ: aliaq; facinora multa parasse. Stra. li. xiii. dicit eumeni nõ attalo in eorum analogia ex eumene inquit natus Est eumenes de patris nomine. Is pgami successionẽ habuit: & iam loca circũcirca tenebat: unde apud Sardis antiochũ Seleuci filiũ superauit cũ eo cõgressus. obiit autẽ cũ. xxii. ãnis imperasset Attalus ex attalo & Antiochide achei filia natus successit iperio & prior rex est nuncupatus: hic galatas prælio maximo superauit: & romanorum amicus fuit: & cum eis aduersus philippum pugnauit in classe rhodiorum obiit iam senior cum annis. xl. & tribus regnasset: filios quatuor reliquit. Eumenem. Attalũ: philetrũ & Atheneũ: e qbus iuniores priuatum statũ duxerunt: eumenes natu grandior regnauit: hic cũ romanis aduersus Antiochum magnum: & aduersus bersen bellum gessit: a Romanis totam eam regionem accepit: quæ sub antiocho circa taurum erat asiam. s. minorem. Ipsa uictoria donum fœlicius. plus gloriæ dicit euenisse po. ro. ex hac liberalitate donoq; prouinciæ q̃ ex uictoria parta. tantam enim prouinciam i potestatem redigere gloriosum quidem fuit: sed possidenti inuidiam contraxisset: tam speciosum munus dedisse perẽnem gloriã. Po. Ro. comparauit. Inuidiam potuit Solent homines multa possidentibus inuidere.

Illius uero Romanæ. Nemo est q satis dignam laudem huic tantæ liberalitati suis litteris accõmodare possit. Cælestem spiritum: Hæc munificẽtia potius diuina q̃ humana est iudicanda. nam mediocria largiri humanitas: at uero ingentia dii donare consueuerunt. Philippo enim Macedoniæ regi superato Attalus rex pergami & rhodii a philippo rege iniuriis lacessiti Romanos aduersus Regem concitarunt: quo facto græcia tota fiducia Romanorum aduersus Philippum spe pristinæ libertatis erecta bellum intulit Regi: atq; ita Rex cũ undiq; urgeretur pacem petere cogitur: deinde cum expositæ conditiones pacis a Romanis essent: repetere sua: & Attalus: & Rhodii & Achei & Aetoli coepere: sed repudiata pace Philippus Bellum renouat: qui tandem a Flaminio Consule bello superatus: & post hanc uictoriam. Qu. Fla

quem animum regibus & uiribus gentibus presliterit recognosci: quia omne præclari facti decus crebra memoria in seipso reuirescit. Asiam bello captam attalo regi muneris loco possidendam tribuit: eo excelsius & speciosius urbis nostræ futurũ imperium credẽs si ditissimam atq; amœnissimam partem terrarum orbis in beneficio q̃ in fructu suo reponere maluisset. Ipsa uictoria donum fœlicius: quia multum occupasse habere inuidiam potuit: tantũ tribuisse gloria carere non potuit:

¶ Queri &c. Ordo est. Populus Romanus uidet quæri mecũ. i. de me iã dudũ. i. a quo tẽpore de liberalitate loqui cœperit: q cũ consectet munificentiã singulorum: taceã de sua. s. munificentia. Eni pro quia pertinet ad sũmam laudem eius recognosci idest si recognoscatur quem animũ idest quantum liberalem præstiterit regibus & urbibus & gentibus. Quia omne decus præclari facti: reuirescit in seipso crebra memoratione. Incipiens autem narrare dicit. Populus sup. Romanus tribuit asiã captã bello: possidendã attalo regi: loco muneris. i. dono: cedens imperium urbis nostræ futurũ eo excelsius & speciosius: si maluisset reponere ditissimã atq; amœnissimam partem orbis terrarum: in beneficio suo idest a se collato q̃ in fructu suo idest a se accepto. & ita donum felicius sup. fuit ipsa uictoria hoc est felicius erat dono dedisse asiam q̃ eam bello cepisse: quia occupasse multum. s. terrarum aut rerum potuit habere inuidiam: tribuisse. i. dono dedisse: tantum. s. munus non potuit carere gloria.

## De eodem p. T. Q. Flaminiũ. Cap. CCCCLIII.

Illius uero Romanæ liberalitatis cœlestem spiritum nullæ litteræ satis dignis laudibus prosequuntur. philippo enim macedoniæ rege superato. quũ ad id tam insigne spectaculum tota græcia conuenisset: T. Quintus Flaminius tubæ signo silentio facto per præconem hec uerba recitari iussit. S. P. Q. R. & Quintus Flaminius imperator omnes græciæ urbes que sub ditione Philippi regis fuerunt: liberas atq; immunes esse iubet. Quibus auditis maximo & inopinato gaudio homines perculsi primo ueluti nõ audisse se quę audierunt: credentes obticuerũt. Iterata deinde pronunciatione preconis tanta cœlum clamoris alacritate compleuerunt: ut certe constet aues quę superuolabant attonitas pauẽtesq; decidisse. Magni animi fuisset a tot captiuorum capitibus seruitutem detraxisse quot tũc nobilissimis & opulentissimis urbibus po. Ro. libertatem largitus est: ad cuius maiestatem pertinet: nõ solum qd ipse benigne tribuit: sed etiam qd alio tribuẽte sensit cõmemorari. Vt enim illic commemorat: ita hic reddite laudis cõmendatio est.

¶Illius uero &c. Recitat aliud liberalitatis populi Romani exemplum: cuius pronunciator fuit titus Quintus Flaminius: dicens. Vero pro sed: nullae litterae prosequuntur aut potius prosequantur .i. prosequi possint laudibus satis dignis caelestem spiritum .i. affectum illius liberalitatis Romanae: quam scilicet iam prosequitur. Enim pro quia Philippo rege macedoniae superato: quum tota graecia conuenisset ad id spectaculum tam insigne: Titus Quintus Flaminius silentio facto signo tubae: iussit haec uerba .s. sequentia recitari per praeconem .i. publicum pronunciatorem q̄si praecentorem: Senatus populusq; romanus & Quintus Flaminius imperator iubet omnes urbes graeciae: quae fuerunt sub ditione philippi regis esse liberas atq; immunes .s. a tributo pendendo. Quibus auditis: homines perculsi maximo & inopinato gaudio: obticuerunt primo ueluti credentes se quae audierunt non audisse: deinde pronunciatione praeconis iterata: compleuerunt coelum .i. aera tanta alacritate clamoris ut cōstet .i. manifestum sit: certe .i. indubitanter aues quae superuolabant decidisse idest deorsum cecidisse attonitas & pauentes. Fuisset magni animi .s. officium aut munus: detraxisse seruitutem a tot capitibus captiuorum .s. singulorū quot urbibus nobilissimis & opulentissimis populus Romanus largi9 est tunc libertatem. Ad cuius .s. populi romani maiestatem pertinet commemorari non solum quod ipse tribuit sed etiam quod sensit id est percepit alio tribuente: ut in externis exemplis ad quae nunc parasceuem facit patebit. Enim pro quia: ut .i. quemadmodum cōmendatio laudis cōmemoratae est illic .s. ubi populus Romanus beneficium contulit: ita cōmendatio laudis redditae est hic ubi beneficium accepit: quia simul significabitur gratiam retulisse.

De Hierone Syracusano. Externa.
Capitulum. CCCCLIIII.

Hiero Syracusanorum rex audita clade qua Romani apud Trāsimenū lacū afflicti erāt: trecēta milia modiorum tritici: ducenta ordei: auriq; ducenta & quinquaginta pondo urbi nostrae pro munere misit: nec ignarus uerecundiae maiorum nostrorum ne nollent accipere in habitū hoc uictoriae formauit: ut eos religione motos munificentia sua uti cogeret: uolūtate mittendi prius: iterum prouidentia cauēdi ne remitteretur: liberalis.

¶Hiero rex Syracusanorum: audita clade .i. postq̄ audiuerat cladē: qua Romani erant afflicti .s. ab hannibale: apud lacum trāsimenum: misit muneri .i. dono: urbi nostrae trecenta millia modiorum tritici: ducenta scilicet millia modiorum hordei: & ducenta ac quinquaginta: alii tamen legunt quadraginta pondo .i. libras: auri: nec ignarus .i. gnarus uerecundiae hoc est cognoscens uerecundiam maiorum nostrorum .i. priscorum Romanorum qui tunc erant: formauit id .s. aurum in habitum .i. effigiem uictoriae scilicet deae ne nollent .i. ut non recusent: accipere: ut cogeret eos motos religione .i. metu mali ominis si uictoriam non admitterent: uti munificētia sua: ens sup. liberalis prius id est priore loco & ut dicunt uice: uoluntate .i. propter uoluntatem mittendi: & iterum .i. secundario: aut secunda (ut dicunt) uice prouidentia cauendi .i. prospiciendi ne remitteretur.

minius consentiente atq; etiam iubente senatu: omnes graeciae urbes quas philippus subegerat imperio: libertate donauit. Itaq; praesente graecia ferme tota quae ad tantae uictoriae spectaculum conuenerat iussit Flaminius praeconem magna uoce pronunciare Senatum populumq; Ro. & Qu. Fla. imperatorem uelle ac iubere omnes graeciae populos esse liberos & imunes: ad quam uocem primo quidem graeci quia praeter omnium opinionem & spē euenisse ueluti admiratiōe quadam attoniti conticuerunt: deinde iusso praecone iterare senatus & imperatoris edictum: tantus dicitur clamor undiq; exortus prae nimio gaudio ut constet aues per aerem uolantes tanto clamore perterritas in terraȝ semianimes cōcidisse. Tria cōstat fuisse bella macedonica cum romanis: hoc quod Qu. Fla. cōfecit. Alterum quod paulus Aemylius deuicto persa. Tertium quod gessit Metellus Macedonicus superato pseudo philippo. Ad isthmicum spectaculum: isthmos ea terrae strictura dicitur quae inter duo maria conclusa iter porrigit: ad cheronesum ut alio loco dixi: teste Oui. i heroi. Aequora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon & tenuis tellus audit utrunq; mare. In hoc igitur loco sunt qui dicant ludos fieri consueuisse in honoreȝ matris matutae atq; portuni: ad quod spectaculum uniuersa graecia conuenire solebat. cū igitur conuenisset: uel ad hoc spectaculū uel ad spectaculum uictoriae. flaminius uerba senatus recitare iussit. Immunes: sine ulla pensione tributi: & stipendii. Magni animi: per occupationem exagerat hanc liberalitatem Valerius. dicit enim si quispiam tot uiros a seruitute liberasset: quot urbes po. Ro. libertate donauit: ingenti laude habetur dignus sed cum po. Ro. tot graeciae populos: tot oppida tyrānide spoliauerit & libertate donauerit: quis ei meritas laudes: accōmodabit. Aues: Plutar. dicit fuisse coruos: qui ceciderunt in theatrum. causam autem huius rei hanc esse ferunt: q aer solum est auium quo discesso auibus & quacunq; ratione subtracto cadant necesse est: legitur in uita pompeii q uociferante plae. ro. contra rossium digitis pompeium ostendentem non primum: sed secūdū ducem creandū aduersus piratas coruus oculis captus i medium forum cecidit. Ad cuius maiestatem: Transiturus ad externa hac utitur praefatione ut dicat eē maiestatis po. ro. non solum commemorare: qua in alios ipse usus sit liberalitate: sed quam etiam ab aliis ipse quandoq; sensit.

Hiero Syracusanorum rex. post cladem romanis illatam ad transimenum lacum: legati ab hierone Siciliae rege cum muneribus & cōcatu ingēti tranu missi sunt: qui senatu populoq; ro. significarēt hieroneȝ grauiter & acerbe tulisse cladem illam: cōmunēq; eam calamitatem existimasse. Itaq; q̄q̄ probe sciat magnitudinem populi Ro. a im rabiliorem prope in aduersis rebus q̄ in secundis esse. missa tamen a se omnia: quibus a bonis amicis fidelibus locus bella iuuari soleant: quae ne accipere abnuāt magnopere se publice orare: iam omnium primum heroris gratia uictoriam auream pondo. ccx. afferre si acciperent eam tenerentq; & haberent propriam & perpetuam: aduexisse etiā ccc. millia modiorum tritici. cc. ordei ne commeatus deessent: & quantum postea opus esset. & quot sufficeret subuecturos militem & equitem: scire nisi romani latiniq; nominis non uti populum Ro. leuium armatorum auxilia etiam externa ut

Valerius maximus.

diſſe in caſtris Romanis.Itaq; miſſi ſunt mille ſagittariorum ac funditorum apta manus aduerſus balleares. & mauros pugnaceſq; alias gentes:ad ea dona conſilium quoq; addebant:ut prætor cui Sicilia prouincia eſſet claſſem in aphricā traiecerat ut & hoſtes in terra ſua bellum haberent minuſq; laxamenti daretur his ad auxilia Hannibali mittenda:A ſenatu ita reſponſum eſt regi:uirum bonum egregiumq; ſocium hieronem eſſe atq; uno tenore:ex quo in amiciciam populi ro.uenerat fidem tenuiſſe:ac rem romanam omni tempore & loco munifice iuuiſſe.id perinde ac deberet gratum populo ro.eſſe:aurum & a quibuſdam ciuitatibus allatum non accepiſſe populum romanum gratia regis uictoriam omenq; accipere:ſede mei ſe dare capitolium templumq; iouis optimi maximi in ea arce urbis ro.ſacratam uolentem propiciam firmam ac ſtabilem fore populo Ro.funditores ſagittarioſq; frumentum traditum eſt conſulibus. Hiero ſyracuſarum. Hic poſtq̃ ſe Romanis coniunxit fidē ſemp cōſtātiſſime ſeruauit. Victoriæ: Sub imaginæ coronæ.dea uictoria pigebat apud antiquos. Voluntate mittendi. Duplici modo:liberalis fuit & q libentiſſimo animo miſit:& quia prouidit ut acciperentur munera.

## De Agrigentino Gillia. Ca. CCCCLV.

SVbnectam huic agrigentinum gilliam:quem propemodum ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe. Erat enim opibus excellens ſed multo etiam animo q̃ diuitiis locupletior:ſemperq; in eroganda potius q̃ in contrahenda pecunia occupatus:adeo ut domus eius quaſi quedā munificentiæ officina crederetur:Illic enim publicis uſibus apta monimenta extruebātur. Illic grata populi oculis ſpectacula edebātur. Illinc epularum magnifici apparatus:latentiq; annonæ ſubſidia tribuebantur:& cum hæc uniuerſis priuatim alimenta inopia laborantibus:dotes uirginibus:paupertate preſſis ſubſidia:detrimētorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur:hoſpites quoq; tum urbanis pēatibus tum etiam ruſticis tectis benigniſſime excepti uariis muneribus ornati dimittebatur. Quodam uero tempore quingentos ſimul geleſium equites ui tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas cōpulſos aluit ac ueſtiuit: Quid multa? non mortalem aliquem:ſed propiciæ fortunæ benignum eſſe diceres ſignū. Ergo qd Gillias Poſſidebat omnium quaſi commune patrimoniū erat. pro cuius ſalute & incrementis tum agrigentina ciuitas. tū etiam uicinæ regiones uotis excubabant. Colloca e contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas: nonne preſtantiorem aliquāto exiſtimes illam impenſam q̃ hanc cuſtodiam?

SVbnectam huic agrigentinum Huius hominis liberalitatem Valerius ſic ambitioſe deſcribit:ut alia expoſitione non indigeat:nam per omnes eius munificentiæ gradus quo Ammodo incedit: & diligentiſſime recenſet omnia eius liberalitatis officia. ſatis uero conſtat hunc fuiſſe non magis opibus q̃ liberalitate præſtantē. Agrigentinum de Agrigento. eſt autem agrigentū ciuitas ſiciliæ q̃ græce dicit αγραγασ Virg.li.iii.æneı. Arduus inde agragas. Animo lo. quia plus animi habebat q̃ diuitiarū: nam multo magis intentus erat in diſtribuendis opibus q̃ comparandis. Officina. nam ſicut in officinis uenalia continentur: ſic in domo huius uenalis liberalitas habebatur: Latenti annonæ. Nam in penuria rerum a multis occultatur annona:uel quia exigua eſt & non apparet. Detrimentorum incurſu: his q impetu incommodorum afflicti eſſent benigne ſuccurrebat. Ruſt.cis tectis: Eſt diffinitio uillæ. Geleſiū: Geleſes a gela fluuio dictu.ē āt gela fluui9 ſiciliæ quo & oppidū qd pterfluat denoiatū eſt. Vir.li.iii. Aenei. Appet Camerina procul cāpiq; gelōi maniſq; gela fluuio de nomine dicta. Oui.li.faſto.iiii. & te uorticibus non adeunde gela. Sinum:receptaculum. Annonæ.frugis eo q ſingulo anno renouatur. Colloca e cō.parte. Hoc eſt ex una parte pone auaritiam:ex altera liberalitatē: tum intelliges quantum liberalitas præſtet auaritiæ.

Aſcen. ¶ Subnectam huic.ſ.hieroni: gilliam agrigentinum.ſ.principem ciuium quem conſtat habuiſſe propemodum.i.ferme præcordia.i. uicinas cordi ſedes ipſius liberalitatis.q.d. ñ ſolum liberalem fuiſſe:ſed pene liberalitatē ipſam:ita ut eā præcipue dilexerit. Erat eni excellens opibus:ſed locupletior etiam multo animo:q̃ diuitiis:& occupatus ſemper potius in pecunia eroganda.i.expendenda dono & ita dilatanda q̃ contrahenda idest coaceruanda: & ita conſtringenda: adeo ut domus eius crederetur quaſi quædam officina munificentiæ. Enim pro quia:monimenta id eſt egregia ædificia aut munimenta quæ fortalitia uocant:apta uſibus publicis:extruebantur illinc.i.ex illius domo: Spectacula grata.i. accepta oculis populi edebantur illic.i.ex eadem illius domo. Magnifici apparatus epularum & ſubſidia tribuebantur āno n.e.i.quod dicunt uictualibus:lubenti animo (quod ad meritum non parum facit) uel ut legit Oliuerius (quem libenter ſequor) annonæ:latenti.i.in occulto habitæ ut carior eſſet.illinc.i.ex domo illius:& cum.ſ.ita eſſet q hæc.i., huiuſmodi alimenta erogabantur priuato & non publico munere: Vniuerſis laborantibus inopia: & ſup.dotes.i.ſubleuamentū; onerum matrimonialium quod uxor ad maritum fert erogabantur priuatim uirginibus.ſ.adultis & pauperibus: & ſubſidia erogabantur preſſis.i.oppreſſis paupertate:& ſolatia erogabantur quaſſatis.i.frequenter concuſſis. incurſu.i.improuiſo impetu detrimentorum.i.damnorum:hoſpites quoq; excepti benigne:tum.i.partim:penatibus.i.ædibus urbanis,i.quas in urbe agrigentina habuit:tum.i.partim etiam tectis ruſticis.i.uillarum eius:dimittebantur.ſ.ab eo ornati uariis muneribus. Vero pro ſed:aluit ac ueſtiuit quodam tempore:ſimul.i.una:quingentos equites Geleſium.i.natos non longe a gela

fluuio Siciliae in oppido eiusdem nominis:compulsos in suas possessiones ui tempestatis. Quid multa sup:afferam testimonia liberalitatis eius tu diceres.i.dicere posses Gilliam sup.non esse aliquem mortalem:sed benignum sinum.i.fomentum fortunae propiciae.f.quae souet non quae souetur clamenter. Ergoquia talis erat:id quod Gillias possidebat erat q̄si patrimonium cōe omnium:pro cuius salute.i.conseruatione:& incrementis.f.bonorum:tum.i.simul ciuitas agrigentina.tum etiam regiones uicinae:excubebant.i.uigilabant & intenti erant uotis. Colloca e contrario.i.aduersa parte.arcas obseratas.i.clausas:claustris.i.clausuris ac seris:inexorabilibus.i.ad nullas preces aperiendis:nonne existimes.i.iudices:illā scilicet tam nobilem gilliae impensam esse praestantiorem aliquanto:q̄ hanc custodiam:q.d.haud dubie:si iuste merum pretia aestimare uelis.

## Eiusdem Valerii Maximi. Lib. V. De hūanitate & clemētia. Ti. I.

Liberalitati quas aptiores comites q̄ humanitatem & clementiā dederim:quorum genus idem laudis expetunt quarum prima inopia:proxima occupatione:tertia ancipiti fortuna praestatur:quū q̄ nescias quā maxime probes eius tamen cōmendatio precurrere uidetur cuius nomen ex ipso numine quaesitum ē.

De humanitate & clementia. Lib. y. Capitulum primum.

Liberalitati quas aptiores. Hic quintus liber est qui in septem diuiditur capitula:in quorum primo agitur d humanitate & clementia:humanitas in charitate uersatur:clementia in remissione acceptae iniuriae:sed praefatur i hoc principio more suo Valerius & rationem ostendit cur hoc capitulum superiori coniungat: Quarum prima.f.liberalitas quae indigentibus succurrit unde ait praestatur inopia quoniam aduersus inopes maxime liberales esse debemus. Proxima occupatione. Secunda.f. humanitas:Est enim humanitas charitas ex animi teneritudine prouenien̄s. Occupatione: praeuentione. Tertia.f. Clamentia. Ancipiti for. quia clamentia est accepta iniuria animi impetum reprimere:ideo ancipiti fortuna: quia eius qui te offenderit uita in dubio est. Eius commendatio. quia liberalitas clarī ētiae & humanitati uidetur anteponenda. Ex ipso numine.f.libero patre:a quo libertas & liberalitas dicta est.

Liberalitati &c. Eodem filo quo titulos & capita colligare solet etiam libros colligat:aptitudinem uidelicet transitus a precedentibus ad sequentia commendatitia eius quod dicere parat praefatione declarando:ut hoc loco cum ordine lucebit. Ordo āt est. Quas comites aptiores.i.conuenientiores q̄ humanitatem & claementiam:dederim.i.dare possim liberalitati:q.d.ut uideo nullas (Vtitur autem foeminino genere:quia ea cōmunia quae natura adiectiua sunt genus ab adiuncto accipiūt tam tacito q̄ expresso:quo circa quum de liberalitatis (que foemininum repraesentat sexum) comitibus loquatur:& foeminis foeminae magis quadrent.dixit quas comites:dicendo autem comites quodammodo inferiores esse innuit (quod & in fine huius praefationis clarius docet) Quoniam sup.humanitas & claementia expetunt idem genus laudis:quod.f.liberalitas. Quarum scilicet trium:prima:utpote liberalitas praestatur.i.exhibetur & impenditur:sup.in inopia.i.rerum & auxilii carentia proxima.i.proxime dicta humanitas sup.praestatur in occupatione.i.praeuentione & oppressione:tertia.f.clementia praestatur sup.in fortuna ancipiti.i.dubia & periculosa:quumq;.i.& quum nescias:quam.f.harum trium affectionum humanarum tu probes.i.aliquis probare hoc est cōmendare seu approbare possit ac debeat maxime:tamen eius.f.liberalitatis commendatio uidetur praecurrere.i.cursu locum honestiorem caeteris anticipare:cuius nomen est quaesitum.i. partum ex ipso numine.f.Liberi patris:qui liber dictus est ab effectu uini quod liberos curis & libere loquentes facit:& liberalis q̄ sit laetitiae dator unde aenei.f. Adsit laetitiae bacchus dator & bona iuno:ad liberales enim pertinet hilaria instruere conuiuia. Hoc autem modo fere legitur & intelligitur hic textus:Et ut dixi ex eo q̄ humanitatem & clemētiam liberalitatis comites dixit:uidetur liberalitatem caeteris praetulisse. Verumtamen aliis:quia in praefatione eius de quo dicturus est commendare solet excellentiam:uidetur q̄ hic humanitatem caeteris praelatam uelit:& q̄ legendum sit ex ipso homine: quia ab homine humanus:unde humanitas dicitur.

## De Senatu Romano. Ca. CCCCLVI.

Ante omnia autē humanissima & clementissima senatus acta referā. Qui cum carthaginēsium legati ad captiuos redimendos in urbem uenissent protinus his nulla pecunia accepta, reddidit iuuenes numerum duum milium & septingētorum, quadragintatriū explentes. Tantum hostium exercitum dimissum:tātam pecuniam cōtemptā:tot punicis iniuriis ueniā datam ipsos legatos obstupuisse arbitror:ac secū dixisse. O munificentiam gentis romanae deorum beni/

Ante omnia autem. De humanitate dicit po. Ro. qua erga carthaginenses hostes acerrimos usus est primo punico bello:quod ductu & auspicio Marci Attilii gestum fuit:in quo magnum captiuorum numerum multis partis uictoriis: multisq; cladibus illatis Carthaginensibus contraxerat:& romam miserat:quos omnes Romani carthaginensibus condonarunt. fuerūt autem ad duum milium septingentorum.xl. trium numerum:insuper etiam legatos q ad eos redimendos cum grandi pecunia uenerant spreta pecunia benigne hospitio publico susceperunt:omnes acceptas iniurias carthaginensibus remiserunt quae quidem tāta Valerius maximus.

fuit humanitas ut ipi legati prae admiratiōe obstupuerit. O supra uota fo. Quia plus acceptimus q̄ obtinere sperabamus.

gnitati equandā. O etiam nostram legationē supra uota fœlicē. nā bñficiū qd nunq̄ dedissemus, accepimus.

Ascen. ¶ Ante omnia autem. Alii legunt ante omnia tamen quorum lectio uidetur approbare opinionem illorum qui sentiunt ab authore liberalitatem caeteris praelatam: ut sit Quamuis humanitas & clementia praeclara sunt mentium ornamenta tamen ego referam ante omnia acta senatus humanissima &c. legentes ante omnia autem uidentur sic intelligere ut humanitatem caeteris praeferat: & dicat referam autem ante omnia acta senatus humanissima & clementissima. Qui. s. senatus cum legati carthaginensium uenissent in urbem hoc est romam ad redimendos captiuos: reddidit protinus his. s. legatis iuuenes explentes numerum duum millium & septingentorum quadragintatrium nulla pecunia accepta: hoc est gratis. Ego arbitror (inquit auther) legatos ipsos obstupuisse: tantum exercitum hostium dimissum. s. e captiuitate: tam tam pecuniam: quantam pro illorum redemptione accipere potuisset contemptam sup. esse: & ueniam datam tot iniuriis punicis. i. a poenis hoc est ipsis carthaginen. illatam: ac arbitror legatos dixisse secum. O munificentiam gentis Romanae aequandam benignitati deorum. O etiam legationem nostram felicem supra uota. i. supra q̄ sperabamus: nam accepimus beneficium quod nunq̄ dedissemus.

Illud quoq; non paruae. Syphax numidiae rex opulentissimus fuit: quem secundo pūnico bello scipio deuicit & in triumphum duxit. Fuit autem in numidia tantae potentiae ut eius amicitiam & societatem romani pariter & carthaginenses summo studio & contentione conquisierint: ut in eo bello maximum ad uictoriā momentum esse uideretur quibus ille se adiunxisset. Itaq; tantum eius maiestati duo potētissimi in terris populi tribuerūt: romanus & carthaginensis ut uno tempore & scipio imperator ad amicitiam eius petendam relicta prouincia hispania exercituq; cum duabus quinq; remibus in Aphricam traiecerit: & hasdrubal poenorum dux non ipse modo ad eū uenerit: sed filiam quoq; ultro illi nuptū dederit: quibus nuptiis a romana societate defecit: sicut planius & diffusius dicturi sumus. i. ca. de mutatione casus & fortūae. hūc igitur Syphacem a Scipione uictum & captiuum Romam missum: tyburi in custodia habendum senatus curauit: ibiq; mortuum publico & regio funere efferendum censuit. ¶ Qua quidem humanitate & clementia in persam quoq; macedoniae regem quem paulus aemylius uictū duxerat in triumphum usus est:

De eodem. Ca. CCCCLVII.

Illud quoq; non paruae humanitatis senatus indiciū est. Syphacē. n. quōdam opulentissimū numidie regem captiuū in custodia Tiburi mortuum publico funere censuit efferendū: ut uitae dono, honorem sepulturae adiiceret.

¶ Illud quoq; quod sequitur est indicium non paruae. i. ingentis per liptotem: humanitatis senatus. s. Romani. Enim pro quia: censuit Syphacem quondam opulentissimum regum Numidiae mortuum captiuum in custodia (honeste dicit pro carcere) tiburi. i. apud tibur & bene per ipronunciat nomen tertiae in loco: efferendum. i. ad sepulchrum aut regem ferendum funere publico. i. impensa facta ad pompam funeris ex publico: ut adiiceret dono uitae: nam cum statim necare potuisset uiuum in custodia teneri maluit: sed forte (quod apte tacet) in triumphum scipionis reseruatum honorem sepulturae.

Ascen. Consimiliq; &c. Senatus sup. Romanus usus est consimili clementia in persa rege macedoniae a paulo Aemylio i triumphum ducto. Nam cum decessisset. i. mortuus esset albae. i. in eo oppido unde Romani fere oriundi: inquam. i. in quod oppidum persa aut perses aut perseus (trib9 enim uocibus illis nomen eius uariatum legimus) relegatus erat causa custodie: misit quaestorem. i. publicae pecuniae receptorem & custodem: qui efferret id est efferendum curaret: eum. s. persam: funere publico. i. publica impensa instructo ne pateretur reliquias regias. i. eius qui aliquando rex fuerat iacere inhonoratas. i. sine honore sepulturae. Haec. s. iam dicta officia erogata sunt hostibus. s. carthaginen. & regibus miseris & functis fato idest defunctis munere uitae: uidelicet syphaci & persae: illa. s. quae dicturus est tributa sunt amicis & felicibus & uiuis.

De eodem. Cap. idem.

Consimiliq; clemētia in persa usus ē: nā quum Albe in quā custodiae causa relegatus erat decessisset: questorem misitq eum publico funere efferret: ne reliquias regias iacere inhonoratas pateretur. Hostibus haec & miseris & fato functis officia regibus erogata. illa amicis & foelicibus & uiuis tributa sunt.

Confecto Macedoniae bello. Haec fuit bello Macedonico quod contra persen gessit paulus aemilius: ut saepe dictum est. Nam Musachanes masinissae regis filius in auxilium romanorum cū multis equitibus missus a patre cum iam debellata prouincia & finito bello ab imperatore

De eodem senatu in filium Masinisse. Capitulum. CCCCLVIII.

Confecto macedōico bello musichanes Masinissae filius cum equitibus quos in praesidiū romanorum adduxerat ab imperatore Paulo

ad patrē remissus: tēpestate classe dispersa: brundusium æger delatus est. Q̄d ubi senatus agnouit continuo illo quæstorē ire iussit: cuius cura & hospitiū adolescēti expediretur & oīa q̄ ad ualitudinē opus eēnt preberētur impēseq; liberaliter: tū ipsi: tū toti comitatui prestarentur naues etiam ut prospicirentur: quibus ipse bene ac tuto cū suis in aphricā traiiceretur: equitibus singulas libras argenti & quingentos sestertios dari imperauit: Que tā prompta & tā exq̄sita patrū Cōscriptorū hūanitas efficere potuit: ut etiam si expirasset adolescēs equiore aīo desideriū eius pater tolerarct.

¶Confecto macedonico bello.i.postq̄ bellum macedonicum erat finitū ex sententia populi Romani Mulichanes seu ut alii scribunt. Musacanes filius Masinissæ regis numidiæ populo romano amicissimi: remissus cū equitibus quos adduxerat in præsidium.i.protectionem & honestū auxilium Romanorū: ad patrem.s.suum masinissam ab paulo.s.Aemylio Imperatore: classe sup. eius qua uehebatur domum: dispersa tempestate i.per tempestatem subortam in mari: delatus est æger.i. animo & corpore male affecto: Brundusium.i.ad illud oppidum littorale: quod ubi senatus agnouit: iussit continuo quæstorem id est ærarii ut dixi dispensatorē ire illo.i.illuc: hoc est Brundusium: cuius cura id est ut eius cura &.i.simul hospicium expediretur.i.expedite pararetur adolescenti.s.Musicai & omnia quæ essent opus ad ualitudinem scilicet curandam: præberentur sup. ei: & impensæ præstarentur liberaliter tum.i.simul ipsi.s.adolescenti: tum i.simul: toti comitatui. & etiam ut naues prospicerentur.i. prouide repararentur aut conficerentur quibus ipse.s.dictus adolescēs traiiceretur in aphricā cū suis: bene.i.cōmode: ac tuto.s.a ui tēpestatis. & imperauit singulas libras argenti & quingentos sestertios dari equitibus: quæ humanitas patrum conscriptorum tam prompta & tam exquisita.i.singularis: potuit efficere ut etiam si adolescens.s.filius Masinissæ expirasset: pater eius tolerarct.i. pateretur desyderium idest carentiam eius animo æquiore: idest minus commoto.

ro.remitteretur ad patrem ui tēpestatis compulsus est: & graui morbo correptus: quod ubi senatui nunciatum est eo quæstorem continuo miserunt: qui adolescentis ualitudinem diligentissime curaret: & omnia quæ illi atq; uniuerso comitatui eius necessaria forēt abūdantissime subministraret classem reficeret & liberatum cum muneribus ad patrem tuto remittendum curaret: fuit masinissæ numidiæ regis quem amicissimum po.ro. fuisse cōstat & in amicitia usq; ad ultimum sui fati diem permansisse. musachanes uero eius filius moritur anteq̄ pater. Delatus necessitate compulsus.i.ui tempestatis: nam inter deferri & uenire hoc interest. quod uoluntate uenimus necessitate deferimur. Illo: ad eum locum.s. brundusiū: Quæ opus essent. Dicimus opus est mihi hac re & hæc res & huius rei: sed hoc ultimum rarum est. Quingentos sestertios. quinquaginta sestertia. & notandum dici hoc sestertium & hic sestertius: ut hoc loco masculini generis: apud alios neutri. Mar. annis abut bisquina dabit sestertia dixit. est autem sestertium dipondius & semis: pondo uero libellam continet: ergo sestertium duas libras & semis habet teste Varrone & a semis & tertius dictus est sestertius siue sestertium. nam sic quoq; dicimus dipondius esse & dipondium: Quæ tam prompta: Hæc tanta inquit humanitas senatus potuit etiā patrem a filii interitus dolore impatienti reuocare: si forte eo tempore Musachanes obiisset. Desiderium eius.i.mortem. Vnde desideratū dicimus mortuum: quo uerbo utitur frequenter iulius celsus: ut eo die quattuor milia desiderata sunt.

## De eodem in prusiam. Ca.CCCCLIX.

IDē senatus cū ad gratulādum sibi Prusiam Bithyniæ regem persæ deuicto uenire audisset: obuiam illi. P. cornelium scipionem quæstorem Capuam misit: censuitq; ut ei domus romæ q̄ optima conduceretur: & copiæ non solum ipsi: sed etiā comitibus eius publice præberentur. In eoq; excipiendo tota urbs unius humani amici uultum habuit. Itaq; amantissimus nostri uenerat: duplicata erga nos beniuolētia in regnum suum reuersus est.

IDem senatus cum. Nō minori humanitate usus fuisse uidetur senatus in prusiam bithyniæ regē qui gratulatum romam uenerat de uictoria quā ex persa rege superato gloriosissimam comparauerant romani: nam illi more maiorum quæstorem obuiam misit: publicum romæ hospitium pro regis dignitate paratum conduxit: copiam rerum omnium illi comitibusq; eius præbuit: illum deniq; tota ciuitas cū summa lætitia & alacritate suscepit: ut non de uictoria gratulatum uenisse: sed a uictoria superbum redisse cognosceres.

¶Idem senatus cum audisset Prusiam regē Bithyniæ uenire.s.romam ad gratulandum idest gratæ felicitatis ac uictoriæ animū uerbis indicandum: Perse.s.rege macedoniæ deuicto.i.postq̄ persen deuicerat Paulus Aemylius: misit publium Cornelium scipionē quæstorem obuiam illi Capuam scilicet usq;: & censuit ut domus q̄ optima conduceretur ei romæ: & copiæ.i. largæ facultates sumptus faciundi præberentur non solum ipsi.s.regi sed etiā comitibus eius: publice.i.e publico ærario. Et tota urbs.i.ciuitas romana habuit in eo excipiendo idest eminenter & pompose recipiēdo: uultum.i.speciem unius amici humani. Itaq; prusias uenerat amantissimus nostri & reuersus est in regnum suum beniuolentia duplicata erga nos. Ascen.

## De eodem in Ptolemæum. Ca.CCCCLX.

Ec ægyptus quidem Romanæ humanitatis ex[illegible]

Ec ægyptus quidem. Adeo immensa fuit romanorum humanitas ut lōge lateq; porrecta non arctiores q̄ Valerius maximus.

imperiu3 terminos habuisse uideatur nō cō tenta finibus bithyniæ in ægyptum usq3 p uenit. nam ptolemæus: a minore fratre regno conspiratione pulsus romam auxilii petendi gratia profectus multa romanæ liberalitatis testimonia cepit. nam cum miser & sordidus præter regiam dignitatem cum paucis admo dum seruis clam urbem ingressus in priuatū hospitium se contulisset. continuo senatus re cognita illum ad se iussit acciri. & excusatio ne facta q̄ non illi more maiorum quæstorē obuiam misissent ad publicum hospitium de duxit: eiq3 quotidie munera dari per quæsto rem iussit. sunt qui uelint hunc fuisse Ptolæ mæum ultimum omnium: cognomento Dio nysium Auletæ filium: qui pompeium iussit occidi: cuius opibus & auctoritate fuerat ei9 pater per Gabinium restitutus in regnū qd ex cæsaris cōmentariis de alexandrino bello colligi posse dicunt: ubi hæc inscripta sunt in testamento ptolemæi patris: hæredes erant scripti ex duobus filiis: maior: & ex duabus ea quæ antecedebat hæc uti fierent per om nes deos perq3 foedera quæ Romæ fecisset eodem testamento ptolemæus populum ro manum obtestabatur: tabulæ testamenti una per legatos eius Romam erant allatæ: ut in ærario ponerentur: quæ cū propter occupa tiones publicas poni nō potuissent: apud pō peiū sunt depositæ alteræ eodē exēplo redi ctæ atq3 obsignatæ Alexandriæ proferebantur: ex quibus uerbis coniici posse dicunt a minore fratre: per cōspirationē regno pulsu3 quod ego nec affirmare: nec omnino refelle re ausim: quippe qui huius historiæ certum adhuc auctorē non inuenerim: uerū illud me mouet quō restitutus fuerit: & cur pōpeii pa trocinio non fuerit usus cū apud illū testamē ti tabulæ eēnt depositæ: aut si usus: cur a Va lerio cæterisq3 auctoribus: ingratitudinis ñ dānatus cū patronū suū iusserit occidi: extat præterea apud ipsum quē auctorē referunt cæsarē: eisdē cōmētariis: ad hunc ipsu3 pto lemæū pōpeii legatio q̄ post pharsalicā pro fligationē in ægyptū profectus: ab hoc pue ro aduersus cæsarē opē suppliciter iplorat: & cū per erogata tantū patri beneficia rogat ut alexandria reciperatur: ubi ne uerbū quidē facit ex quo intelligi aut coniici possit: eum romæ aliquando fuisse: quod satis admirari non possum cū res tanta foret quæ a senatu magnopere curaretur: & ad pōpeiū pertinere maxīe uideret: pp tabulas testamēti deposi tas: omitto q̄ cæsar tūc eū puerū ætate fuis se ondit: cū Pōpeius ad eū pfugit. Valerius uero iuuenē appellat: q̄re cū hæc oia obscu ra & incerta mihi eē uideant aliis excutiēda relinquā. Obsitus: Circūdatus squalore imū ditia: Squalor est immunditiies ac deformi tas quæ nimio moerore innascitur:

AT q3 ut ab uniuersis: postq̄ de publi ca romanorū humanitate dixit. nūc ad priuatā uniuscuiusq3 dicendam

fuit. Rex enim Ptolemæus a minore fratre regno spo liatus: petendi auxilii gratia cum paucis ad modū ser uis squalore obsitus Romam uenerat ac se in hospitiū Alexandrini pictoris contulerat. Id postq̄ senatui rela tū ē accersito iuuene q̄ potuit accurata excusatiōe usus est. q̄ nec quæstorē illi more maiorū obuiam misisset: nec publico hospitio eum accepisset: eaq; non sua negli gētia: sed ipsius subito & clandestino aduentu facta di xit. & illum e curia subito ad publicos penates deduxit hortatusq; est: ut depositis sordibus adeūdi ipsius diē peteret: quinetiā curæ habuit uti munera ei per q̄stor rem quotidie darentur. his gradibus officiorum iacen tem ad regiū fastigium euexit: fecitq; ut plus spei in au xilio. po. Ro. q̄ metus in sua fortuna reponeret.

¶ Nec ægyptus quidem fuit expers humanitatis Romanæ. Enim pro quia Ptolemæus rex ægypti spoliatus regno a fratre minore. s. nātu: ue nerat Romam cum paucis admodum seruis gratia petendi auxilii. obsi tus. i. obductus squalore. i. situ & immundicia contracta ex incultu ac cō tulerat se in hospitium pictoris Alexandrini. i. alexandriæ orti. Postq̄ id re latum est senatui: iuuene. s. Ptolemæo accersito. i. uocato in curiam usus ē excusatione q̄. i. q̄tum potuit accurata: q̄. i. quia nec misisset illi obuiam quæstorem. i. dispensatorem & custodem ærarii more maiorum. s. ut ma iores siphaci Prusiæ & aliis facere soliti erant. nec accepisset eum hospi tio publico: ut prusiam acceptum iam dixerat: & dixit ea. s. duo delicta q̄ nec obuiam processisset nec hospitio publico accepisset: esse facta ñ sua negligentia sed aduentu illius subito & clandestino. i. latente & occulto. & sup. senatus deduxit illum subito e curia ad publicos penates: & horta tus est: ut sordibus. i. squalore & situ depositis: peteret diem adeundi ip sius. i. sui: hoc est senatus: quinetiam. i. insuper: senatus habuit curæ. i. cu ra aut ad curam suam uti. i. ut: munera darentur ei quotidie per quæstorē quibus. s. sumptum quottidianum faceret: & sup. senatus euexit his gradi bus. i. beneficiis per gradum impensis: aut his beneficiis officio graduum fungentibus: sup. Ptolemæum: iacentem. s. oppressum calamitate sua: ad fastigium. i. culmen regium: & fecit ut ptolemæus reponeret plus spei. s. de recuperando regno: in auxilio populi ro. q̄ metus in fortuna sua. s. tam aduersa ut a minore natu pelleretur.

## De Lucio Cornelio. Ca. CCCCLXI.

AT q3 ut ab uniuersis patribus Cōscriptis ad singulos ueniā. L. Cornelius cōsul prīo pūico bello quū Olbiā oppidū cepisset: p quo for tissime pugnās Hanno dux carthaginensium occiderat corpus eius tabernaculo suo amplo funere extulit nec dubitauit hostis exeqas ipse celebrare: eā demū uictoriā & apud deos & apud homines minimū inuidiæ habitu rā credens quæ plurimū humanitatis habuisset.

¶ Atq3 ut ueniam ab uniuersis patribus conscriptis ad singulos: scilicet senatores: Lucius Cornelius consul primo bello punico cum. i. qn̄ cepis set Olbiam. s. oppidum Sardiniæ pro quo hanno dux carthagineñ. pu gnans fortissime occiderat. i. interfectus erat extulit corpus eius. s. Han nonis tabernaculo suo: quia in castris erat funere amplo: sumptuoso nec dubitauit ipse. i. quod dicunt in ppria persona celebrare exequias hostis:

credens eam demum id est præcise uictoriam habituram minimum.i. mi nimam partem inuidiæ: & apud deos & apud homines: quæ habuisset plurimum humanitatis.

## De Quintio Crispino.Cap.CCCCLXII.

Quid de Quintio Crispino loquar: cuius humanitatē potentissimi affectus ira atq; gloria quatere non potuerūt Badiū campanū & hospitio benignissime domi sue exceperat & aduersa ualitudine correptū attētissima cura recreauerat: a quo post illam nehpariā cāpanorū defectionē in acie ad pugnā prouocatus cum & uiribus corporis & animi uirtutibus aliquanto esset superior: monere ingratum q̄ uincere maluit. nā qd agis inquit demens: aut quo te praua cupiditas trāsuersum rapit: parum habes publica impietate furere nisi etiam priuata lapsus fueris: Vnus tibi romanorum uidelicet Quintius placet in quo scelesta exerceas arma: cuius penatibus & honoris uicissitudinē & salutē tuā debes. at me fœdus amicitiæ diiq; hospitales sancta nostro sanguini uestris pectoribus uilia pignora hostili certamine cōgredi tecū uetāt: Quinetiam si i cōcursu exercituū fortuito umbōis mei impulsu prostratū agnouissem: applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocassem. tuū ergo crimē sit hospitem occidere uoluisse: meū non eris hospes occisus: proinde aliam qua occidas dextram quere: quoniā mea te seruare didicit. Dedit utriq; celeste numen debitum exitum si quidem in eo prœlio Badius obtruncatus est: Quintius insigni pugna clarus euasit:

¶ Quid loquar de Quintio Crispino: cuius humanitatē ira atq3 gloria potentissimi affectus.i. quæ ualentissimæ affectiones in homine sunt. nō potuerunt quatere.i. concutere aut loco suo mouere. Is sup. &.i. simul exceperat benignissime domi suæ hospitio Badium campanum.s. natione: & recreauerat attentissima cura sup. ipsum correptum ualitudine aduersa A quo prouocatus in acie ad pugnam.s. singularem: post illam nephariā defectionem campanorum.s. a Romanis ad Hannibalem: cum.s. Quintius Crispinus esset superior.s. q̄ Badius aliquanto &.i. simul uiribus corporis: & uirtutibus animi tamen sup. maluit monere ingratum q̄ uicere. Nam.s. Quintius inquit: o demens sup. Badi quid agis.i. quam rem paras: aut quo cupiditas.s. gloriæ praua.i. iniqua rapit te transuersum.i. extra semitam recti & honesti exorbitantem. Habes.i. reputas parum furere.i. ꝑ insanis publica impietate.i. qua omnes campani (qui ad hostem Romani imperii defecerunt per summam dementiam: quia Romani tantum petierant imperii honorem: hānibal ab eis si uictor euasisset: & rem & libertatem ablaturus erat) nisi etiam lapsus fueris: priuata.i. tibi propria impietate: quia contra ius hospitalitatis quod iouis curæ est. Videlicet exprobatiua uox est Quintius.s. Crispinus hospes tuus (Loquitur autem de se honeste ut sæpe admonui i tertia persona) unus.i. solus Romanorum.i. e tot Romanis qui in exercitu erant: placet tibi in quo (dicere posset in quem) exerceas arma scelesta.i. scelere contaminata: cuius penatibus.i. domui aut hospitio tu debes &.i. simul uicissitudinem honoris transgreditur: & primo de.L. Cornelio consule. qui primo punico bello hannonem carthaginensium ducem qui in propugnatione ciuitatis Olbiæ fortiter dimicans occubuerat dignissimo funere curauit efferri tanq̄ non ille hostis sed populi romani socius & amicus extitisset. cum uictoria quanto plus humanitatis habuerit tanto minus inuidiæ contraxerit Olbiam oppidum inuenio tria huius nominis oppida. Vnum teste Strabone in massiliensi agro. Alterum eodē teste in scythia qd etiam berta ciuitas dicebatur. Tertium teste Solino in ca. de homine in sardinia. Dicit enī hicyphides hiolaū creat qui sardiniā ingressus. palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus Olbiam atq3 alia græca oppida extruxit.

Quid de Qu. Crispino. Hoc fuit secūdo punico bello cū capua obsideretē a romanis. T. Qu. Crispio Badius campanus hospes erat per familiari hospitio coniunctus. creuerat etiam consuetudo ꝙ æger Romæ apud Crispinū Badius ante defectionem cāpanorū liberaliter comiterq3 curatus fuerat: tum badius progressus ante stationes quæ pro porta stabant uocari Crispinum iussit: quod ubi est Crispino. nunciatū ratus ad colloquiū amicū & familiare quæri manente memoria ēt in dissidio publicoꝝ fœderū priuati iuris paulū a cæteris processit. postq̄ in conspectū uenit: prouoco te inqt Badius ad pugnam: o Crispine conscendamus equos & uter sit melior decernamus sūmotis aliis: ad ea Crispin9 nec sibi nec illi ait hostes deesse: in quibus uirtutem ostendant se etiam si in acie occurrerit declinaturum ne hospitali cæde dextram uiolet: conuersusq3 abibat cum uero ferocius tū cāpanus increpat mollitiem & ignauiā & se digna probra in insontem iacere hospitalē hostē appellans simulantēq3 parcere cui sciat se non parē esse. si parū publicis fœderibus ruptis dirempta simul & priuata iura esse putat Badiū campanū. T. Quintio Crispino romāo palā oībus & duobus exercitibus renuntiare hospitiu3: nihil sibi cū eo consociatū nihil fœderatum hospiti cu3 hoste cuius patriā & penates publicos oppugnatū uenisset. si uir esset congrederetur: diu cunctantē Crispinū pertulere turmales ne impune insultare cāpanū pateretur itaq3 tantū moratus dū imperatores consulerent. permitterent ne sibi extra ordinē in prouocantē hostem pugnare: permissu eorum arma cepit equūq3 conscendit & Badiū nominē compellans ad pugnā euocauit: nulla mora cāpano facta ē: infestis equis hastisq3 cōcurrunt. Crispinus super scutū sinistrū humerū Badio hasta transfixit: superq3 delapsum cum uulnere equo desiluit ut pedes iacentem conficeret: Badius priusq̄ opprimeretur parua parma atq3 equo relictis ad suos aufugit crispinus equum armaq3 capta & cruentam cuspidem ostentans cu3 magna laude & gra

Valerius maximus.

tulatione militum ad consules est deductus:
Laudatusq3 ibi magnifice etiam donis dona
tus. Ira & gloria. ira contra hostem a quo ꝓ
uocaretur ad singulare certamen: gloria deui
cto gloriose hoste. Valitudine cor. morbo im
plicium: Nam ualitudo medium uocabulum
est: quod tam in bonā q̄ in malā parte accipi
tur: unde recipit adiectiuum & dicatur bona
ualitudo & mala ualitudo. Cura: Diligentia:
uel cura procuratiōe posuit quæ propria me
dicorum est. Transuersum: A recto officio de
clinantem. Publica impi. quia omnes a socie
tate defecistis. Salutem tuam: quia te ægro
tum domi suscepi. Dii ho. quorum princeps
est iuppiter. Virgi. iuppiter hospitibus. nam
te dare iura loquuntur. Sancta: inuiolata ro
mano sanguini. Vmbonis: clypei. est autem
umbo media pars clypei. Obtruncatus est s
non a Crispino nam aufugit anteq̄ opprime
retur ut supra diximus: sed ab aliis.

De.M.Marcello.

AGe Marci Marcelli clementia Mar
cellus consul romanus cum diu obse
disset syracusas tandem urbem illā
cepit: cum in assiduitate laboris tum etiam ꝓ
ditione cum igitur moenia ingressus est supe
rioribus locis urbem ferme omnium illa tem
pestate pulcherrimam subiectam oculis ui
dit illa lachrymasse dicitur: partim gaudio tā
te perpetratæ rei: partim uetusta gloria urbis
atheniensium classes dimersæ. & duo ingen
tes exercitus cū duobus clarissimis ducibus
deiecti occurrebant: tot bella carthaginensi
bus tanto cum discrimine gesta. tot iam opu
lenti tyranni regesq3 præter cæteros hiero
cum recentissimæ memoriæ rerum tum an
te omnia: quæ uirtus ei fortunaq3 sua dede
rit beneficiis in populum romanum insignis
ea cum uniuersa occurrerēt animo subiretq3
cogitatio iam illa momento horæ arsura om
nia & ad cineres reditura: priusq̄ signa archa
dinem admoueret præmittit syracusanos q
intra romanum præsidium aufugerant ut al
loquio leni pellicerent hostes ad dedendam
urbem quod obtinere nequiuit: Fletum co.
Lachrymis temperare: Itaq3 sy. ci. Apostro
phat ad urbem syracusarum dicens illud tibi
non paruæ consolationis esse debuit in tua
clade grauissima q̄ cu3 tua fata ferrent ut ca
deres sub mansuetissimo uictore cecideris.

De Quinto Metello.

QVintus uero metellus. fuit Quinti
Metelli humanitas magna: & laude
dignissima: qui cum esset consul in
ea parte hispaniæ quæ Celtiberia dicitur: in
eaq3 bellum gerens. Centobricam urbem ob
sideret. & pariter oppugnaret machinā mœ
nibus admoueret: iam maxime partem: quæ
euerti facile poterat: deiecturus: quod ubi
uiderunt oppidani Rhothogenis filios: qui
ad romanos defecerant: mœnibus opposue
runt: ut ruina murorum pueri in conspectu

tis: q̄ ab eo honorifice suscipi & eum honorifice suscipere dignus iudica
ris & salutem tuam: quia ualitudine confectum curandū duxerat. At foe
dus amicitiæ & dii hospitales quorum princeps iuppiter est appositoris
pignora sancta nostro. i. romano sanguini: & pignora uilia pectoribus ue
stris: uetant me congredi tecum certamine hostili. Quinetiam. i. insuper si
in fortuito. i. casuali concursu exercituum: agnouissem te prostratum: im
pulsu umbonis. i. mediæ & ita extentioris partis clypei mei ego reuocas
sem. i. retraxissem mucronem applicatum iam. s. priusq̄ te nouissem: ceruí
cibus tuis (sic antiqui. Nam hortensius primus ceruicem singulariter de
clinauit authore fabio) Ergo uoluisse occidere hospitem sit tuum crimi
nem: tu non eris hospes occisus: meum. s. crimen. proinde. i. & ideo: quære
aliam dextram qua occidas. i. cadas in mortem quoniam mea. s. dextera
didicit seruare te: propter hospitalitatem uidelicet. Numen cæleste præci
pue iouis dedit utriq3. s. hospitum exitum. s. certaminis debitum. Siquidē
Badius obtruncatus est in eo prœlio non tamen in eo certamine singulari
quia cum probis & conuictis uictus Quintius in certamen descendisset
& Badium equo excussisset ille fuga tunc quidem salutē inuenit: sed pau
lo post occisus est: Quintius euasit clarus pugna insigni id ē insigniter cō
tra Badium obita.

## De.M.Marcello.Cap.CCCCLXIIII.

AGe. Marci Marcelli clemētia q̄ clarum q̄q; me
morabile exemplum haberi debet: qui captis
a se syracusis in arce earum constitit: ut urbis
modo opulētissimæ tunc afflictæ fortunam ex alto cer
neret: cæterum casum eius lugubrem intuens fletum co
hibere non potuit quem si quis ignarus uir aspexisse al
terius uictoriam esse credidisset. Itaq; syracusana ciui
tas maxima clade tua aliquid admixtum gratulatiōis
habuisti: quia si tibi incolumi stare fas non erat: leniter
sub tā mansueto uictore cecidisti.

¶ Age: adhortandi uox: clementia Marci Marcelli q̄. i. q̄tum clarum: q̄q3
i. & q̄tum memorabile exemplum debet haberi. q. d. maxime clarum &
memorabile utpote qui syracusis urbe opulentissima in sicilia: captis a se
constitit in arce. i. summa munitione & (ut dicunt) fortalitio earum ut cer
neret ex alto fortunam urbis modo. i. paulo ante opulentissimæ tunc af
flictæ. Cæterum. i. sed ipse intuens casum eius lugubrem: non potuit cohi
bere fletum: quem. s. fletum: si quis uir ignarus. s. quid sit parcere subie
ctis: & debellare superbos atq3 ita strenuū esse in rebelles: & clementē
in se uictos fatentes: aspexisset: credidisset uictoriam esse alterius. Itaq3
o ciuitas syracusana. tu habuisti sup. in maxima clade tua aliquid gratu
lationis. i. quo tibi gratulari posses: quia si fas non erat tibi stare incolumi
cecidisti leniter. i. tranquille sub tam mansueto uictore.

## De Quinto Metello Cap.CCCCLXV.

QVintus uero metellus celtibericum In hispa
nia gerens bellum quum urbem Centobricam
obsideret & iam admota machina partē mu
ri que sola couelli poterat: disiecturus uideretur: huma
nitatem propinquæ uictoriæ prætulit. Nam cum retho
genis filios: qui ad eum transierat: centobricenses ma
china. ictibus obiecissent: ne pueri i cōspectu patris cru
delis genere mortis consumerentur: q̄q̄ ipse Rethogenes

negabat esse ipedimento:quo minus etiā p exitū sāgui nis sui expugnationem pageret ab obsidione discessit. Quo qdam tam cleméti facto:& si non unius ciuitatis mœnia:omnium tamen celtiberarū urbium animos ce/ pit effecitq; ut ad redigendas eas ī ditionem populi Ro mani nō multis sibi obsidionibus opus esset.

De posteriore Aphricano Cap.CCCCLXVI.

Phricaī quoq; posterioris humanitas speciose lateq; patuit. Expugnata.n.carthagie circa si/ iliæ ciuitates litteras misit:ut ornaméta téplo rum suorum a pœnis rapta per legatos recuperarent in q; pristinis sedibus reponenda curarét:Beneficium diis atq; hominibus pariter acceptum.

Aphricani &c. Ordo est.Humanitas quoq; Aphricani scilicet Scipio nis posterioris patuit speciose & late. Expugnata enim carthagine misit litteras circa ciuitates siciliæ:ut recuperarent per legatos ornamenta tem plorum suorum capta a pœnis:& curarent ea reponenda in sedibus pristi nis.Appositorie Beneficium idest quod benefactū eius sup. fuit acceptū pariter diis atq; hominibus.

De eodem Cap.CCCCLXVII.

Huic facto par eiusdé uiri humanitas. A quæ store suo hastæ subiectos captiuos uendente puer eximie formę & liberalis habitus mis/ sus est. De quo cum explorasset numidam esse:orbum re lictum a patre:educatum apud auūculum Masinissam: eo ignorante immaturam aduersus romanos ingressum militiam & erroris illius ueniam dandam:& amicicię regis fidissimi po.Ro.debitam uenerationem tribuen dam existimauit. Itaq; puerū annulo fibulaq; aurea:& tunica laticlauia:hispanoq; sagulo:& ornato equo do natum:datis qui eum prosequerentur equitibus ad ma sinissam remisit:Eos uictoriæ maximos fructus ratus: diis templorum ornaméta romāos:regibus sanguinem restituere.

Huic &c.Humanitas eiusdem uiri scilicet Scipionis minoris est par.i. similis & æqualis:huic facto scilicet iam dicto.Puer eximiæ formæ & habitus idest dispositionis corporalis:liberalis idest qualis liberalibus ac liberis & ingenuis esse solet:missus est sup.ad eum a quæstore suo uen dente captiuos subiectos hastæ idest sub hasta plus offerenti.de quo sci licet puero:quum Scipio explorasset idest explorando quis & cuias eét: cognouisset esse Numidam idest e regno Masinissæ:relictum orbum a patre:& educatum apud Masinissam auunculum idest fratré matris eius:& ingressum militiam imaturam:quia ipse immaturus erat:aduersus Romanos:eo scilicet Masi

patris ad defectionis ultionem obruerentur quod ubi sensit Metellus:continuo ab oppu gnatione discessit:suadente & hortāte Rho togene ut per filiorum mortem urbem expu/ gnaret:inceptumq; perageret.maluit eni Me tellus hostium animos & urbem mansuetudi ne & uirtute supare q̄ ulla crudelitate subige re qđ ét fecit.na hac hūanitate pellecti popu li & urbes hispāiæ spōte i deditioné uenerūt.
Quitus uero metell9 gerēs i hispania bel lū celtibericū cū obsideret urbé Cétobricā.s. noie:& iā uideret disiecturus machina.s. bel lica:admota.i.applicita pté muri q̄ pars pote rat sola couelli.i.machinis solo æquari.ptulit uictoriæ ppiquæ hūanitaté.Nā cū Cétobri ceñ.s.populi obiecissent ictibus Machinæ fi lios Rethogenis seu Rothogenis.utrūq; enī legi.i.illius uiri clarissimi i ea ciuitate:q trāsi/ erat ad eū.s.Metellū:ne pueri cōsumerent i cō spectu patris genere crudelis mortis.s. a ma china illatæ discessit ab obsidiōe q̄q̄ ipse Re thogenes negabat eé ipediméto quo n.in9.i. ut nō pageret expugnationé.i.captionem ur bis:ét p exitū.i.exitiū aut emissioné sangui nis sui:hoc é p necé liberorū suo℞.Quo qdé facto tā cleméti metellus & si nō cepit mœ nia unius ciuitatis:tñ cepit.i.ad beniuolentiā traxit oīu; urbiū p ciuitatū (nā urbes pprie nō utunt rōne cū sint ipa ædificia )celtiberaꝶ i. celtibericarū:& effecit ut ñ eét sibi op9 mul tis obsidiōibus ad redigédas eas.s.urbes cel tibericas in ditionem populi Romani. Ascen.

Phricani quoq; posterioris. Nō mi nus speciosa & āpla fuit aphricani posterioris hūanitas:q capta cartha gine p litteras oīu; Siciliæ populo℞ legatos acciuit:q suæ qsq; ciuitatis ornaméta q̄ illis carthaginéses iure belli rapuissent reciperét: & i sua qsq; tépla reportarét:eadé hūanita te usus i Masinissæ regis nepoté:q rege iscio ī punica castra militāq; carthagini sibi pro: fe ctus a romanis captus cum cæteris captiuis dū sub hasta uédereť:cognit9 a Scipiōe:mul tis mūeribus donatus ad auūculū cū dignissi mis comitibus remissus é. Rapta: Quæ pœ nis tribus bellis rapuerāt. Beneficium: Laudat hanc humanitatem aphricani Valerius.

Gratas uero animi significationes De gratitudine dicturus eam incõparationem cum ingratitudine adducturum esse pollicetur: ut sua utriq3 æstimationis merces: huic. s. laus: illi uituperatio rependatur. Cice. de gratitudine in oratione pro planco: hæc una inquit uirtus est: non solum maxima: sed etiam mater uirtutum omnium reliquarum. quid est pietas nisi uoluntas grata in parentes: qui sunt boni ciues: qui belli: qui domi de patria benemerentes: nisi q̃ patriæ beneficia meminerunt: qui sancti: qui religionem colentes nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus: & memori mente persoluunt. quæ potest esse uitæ iocunditas sublatis amicitiis: quæ porro amicicia potest esse inter ingratos: quis nostrum est liberaliter educatus: cui non educatores: cui non magistri sui atq3 doctores: cui non locus ille ipse mutus: ubi alitus: ubi ductus est: grata recordatione in mente uersatur: cuius opes esse tantæ possunt: aut unq̃ fuerunt: q̃ sine multorum amicoru3 officiis stare possit. equidem nihil tam proprium hominis existimo q̃ non beneficio modo: sed etiam beniuolentiæ significatione alligari. nihil porro tam inhumanum: tam immane: tam ferreum: q̃ cõmittere. ut beneficio non dicã indignus: sed uictus esse uideat. Item Cice. in officiis sic ait beneficio prouocati debemus agros fertiles imitari: qui mult

toplus afferunt: q̃ acceperint. Rursus alio loco: cui referri gratia tanta non potest quanta debetur habenda tamen tanta est quanta animi nostri capere possunt: multis aliis quoq; locis Cice. hanc gratitudinis uirtutem laudibus effert. Gratas ergo significationes: ideo dixit Valerius: quia etiam si non reddimus beneficium: & animus sit uoluntarius: & in promerendo ardentissimus sufficere debet. In comparatione. Vt cum hinc uirtus: inde uitium positum fuerit: cognoscatur illius laus & huius uituperatio. Contrario proposito: Quia uirtus & uitium contraria sunt. Priorem locum. A digniori & praestantiori sumamus exordium.

## De Senatu Ro. Ca.CCCCLXXXIII.

Atq; ut a publicis actis ordiar: Martium Patriam oppugnare conantem admotoq; portis urbis ingenti uolscorum exercitu funus ac tenebras romanorum impio minitantem Veturia mater ac Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passae non sunt: in quarum honorem senatus matronarũ ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit nãq; ut foeminis semita uiri cederent: confessus plus salutis rei publicae in stola q̃ in armis fuisse: uetustisq; aurium insignibus nouũ uittae discrimẽ adiecit: permisit quoq; his purpurea ueste & aureis uti segmentis: super hoc aedem & aram fortunae muliebri: eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat faciendam curauit: memorem beneficii animum suum exquisitae religionis cultu testando.

¶ Atq; ut a publicis &c. Primum itaq; exemplum gratorum est ipsius senatus in matronas Romanas occasione Martii Coriolani: ñ ipsius Marcii: qui Pius in matrem fuit potius q̃ gratus. Ordo ẽ: atq; ut ordiar. s. narrationem gratorum ab actis publicis. s. totius senatus. Veturia mater. s. Martii Coriolani: & Volumnia uxor. s. eiusdem non sunt passae. i. non sustinuerunt aut non permiserunt Martium. s. Coriolanum conantem oppugnare patriam. s. suam Romam uidelicet: & minitantem imperio Romano funus ac tenebras. i. excidium & summam desolationem & hoc ingenti exercitu uolscorum admoto portis urbis non sunt inquam passae. i. impediuerunt praecibus suis: ipsum exequi opus nefarium: in quarum. s. matris & uxoris Coriolani honorem: senatus adorauit. i. decorauit ordinem matronarum decretis benignissimis: nanq; pro quia sanxit: ut uiri cederent foeminis semita: i. de uia: confessus. s. per hoc decretum: plus salutis reip. fuisse in stola. i. ueste matronarum. i. precibus earum: q̃ in armis. s. uirorum & adiecit uetustis insignibus aurium. i. priuilegio ueteri quo licebat matronis inaures habere: nouum discrimen. i. discerniculum uittae. i. ornamenti in capite: qui uitae legunt uideant quid uita cum inauribus cõgruat: & permisit quoq;. i. etiam: his. s. matronis: uti ueste purpurea & segmentis. i. ornamentis colli aureis. i. ex auro: quasi in squamas secto: unde segmenti nomen: & curauit super hoc. i. ultra hoc munus: aedem & aram faciendam fortunae muliebri: e loco quo Coriolanus fuerat exoratus. testando. i. probando animum suum: memorem beneficii: cultu. i. per cultuz aptum religionis exquisitae. i. accuratissimae inuentae & obseruatae.

## De eodem senatu Ro. Ca.CCCCLXXXIIII.

Quem secundi etiam belli punici tempore exhibuit. Cum enim a Fuluio Capua obsideretur: ac duae cãpanae mulieres beniuolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluissent: Vestia

Atq; ut a publicis actis ordiar. Cuz annonae caritas urbem incessisset: senatus frumentatum in peregrinas regiones legatos dimisit: qui cum frumentu copiam aduexissent Gn. M. Coriolanus plebi semper infensus censebat non prius diuidendum inter plebem esse frumentum q̃ per secessiõem usurpata iura restituissent patribus quamobrem ira plebis in exilium actus ad uolscos profectus paulopost bellum intulit patriae: quae cum ab eo graui obsidione prae meretur nulla alia ratione: q̃ mulierum beneficio liberari potuit: ut diximus in cap. de miraculis: & latius dicturi sumus in ca. de pietate: quare senatus gratum animum gerens multis honoribus matronas honestauit. nam ut inquit Liuius: non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri romani: adeo sine obtrectatione alienae gloriae uiuebatur. tunc enim primum sancitum fuit: ut mulieribus de uia cederetur: ut inauribus aureis: ut purpurea ueste: ut aureis segmentis: ut nouo uittae discrimine uterentur: monumento quoq; q̃ esset: templum muliebri fortunae aedificatum dedicatumq; fuit. Et suorum honore. Ecce pop. Ro. gratitudinem. Sanxit: Firmauit & hinc sciri potest unde orta sit consuetudo cedendi de uia mulieribus. In stola. Sicut toga uirorũ ita stola mulierum. Insignibus aurium. Sicut annulis ex auribus pendentibus: qui & inaures dicuntur. nam inaures sunt aurium ornamenta. Segmentis ornamentis. nam segmenta dicuntur redimicula mulierum uersicoloria: quibus utuntur ad capitis ornamentum. sunt etiam qui dicant segmenta esse fasciculas quibus inuoluuntur infantes. unde iuuenalis. Et segmentatis dormisset paruula cunis. Segmenta uero sunt fasciae quibus circũdatur caput. i. redimicula mulierum nobilium inde segmentatus ornatus & instructus: Segmentum etiam dicitur monile a collo in pectus descendens: segmenta zonis quibusdaz quasi pertusamentis ornata: nam particulas cuiusq; materiae abscissas praesegmina uocant. Sunt etiam qui dicant segmenta esse circulos quos graeci laraldes appellant. Exoratus: persuasus ut petita concederet.

Quem secundi etiam belli. Cum enim a Fuluio Capua: cum recepta capua sumptoq; supplicio de senatu Campano: relatum esset in senatu. quid nam uideretur de his faciendum qui per municipia in custodias distributi fuerant: nã a. Qu. Flacco Romam ducti ueniam petebant & misericordiam implorabãt. Marcus Atilius

cuius ex his qui apud Capuam fuerant maxima erat auctoritas interrogatus sententiã ita respondit: in consilio inquit arbitror me fuisse cum consulibus Capua capta: quum quaereretur: qui Campanorum benemeritus de republica nostra esset: duas mulieres compertum est: Vestiam oppiam Attellanam Capuae habitantem: & Faculam Eluiam: quae quondam quaestum corpore fecisset: illam quotidie sacrificasse pro salute & uictoria populi romani: hanc captiuis egentibus alimenta clam suppeditasse: caeterorum omniũ Campanorum eundem erga nos animũ quẽ carthaginẽsium fuisse: quare senatus censuit Oppiae Eluiaeq; primum bona: ac libertatẽ restitui: siqua alia praemia a senatu petere uellent: Romam eas uenire: Campanis: in singulas familias decreta facta: quae hoc loco non est opus enumerare. Libertatem: quia iure belli uenerant in seruitutem. Amplius: praeter libertatem & bõa. Nedum. Multo maius ita ostendisset.

Vid illa quoq; iuuen. Appius quidã Herdonius Sabinus cum multitudine: exulum & seruorum ad quattuor milia ciam urbem ingressus: occisis custodibus capitolium occupauit: & seruos omnes de capitolio ad libertatem conuocabat: Romani ea re tam subita & improuisa perculsi: quo se uerterent incerti erant. Tusculãi phalanx ipsa quum audissent quo i periculo foret respublica Romana: ultra Romam parato exercitu uenerunt & Romanis ipsis in re taz periculosa cunctantibus: consulem ipsi armati secuti sunt in Capitolium: deinde erubescẽtes Romani: & ipsi sumptis armis & in Capitolium facto concursu Herdonium occiderunt. Post aliquot inde tempus cũ Equi Tusculanorum fines inuasissent: Romani memores accepti iam beneficii Tusculanis opem ultro ferendam gratiamq; reddendam esse censuerunt. Itaq; consules cum exercitum scriberent: uocarentq; qui hanc militiam gerere uellent: illis uniuersa iuuentus non ultro solum: sed cum quadam etiam animoruz alacritate se obtulere: & ad tuendos de se taz benemeritos socios profecti sunt: quod magnum fuit romanae iuuentutis grati animi signum: Defenderant: Expellendo seruos de Capitolio. Cessasse: Defuisse.

Agnum grati populi specimẽ Minutium magistrum equitum Fabio maximo dictatori aequatum imperio fuisse diximus: in ca. de constantia. Minutius igitur alternis cum Fabio diebus imperare uolebat: uel si etiam maiora placerent interualla partitis temporibus alternis summum ius & imperium esse: quod nequaq̃ e rep. eẽ existimauit Fabius: ut milites sui i alterius potestate & summa rerum in hominis temerarii manibus posita foret: itaq; partitis copiis castra diuiserunt: quod Hannibali duplex gaudium fuerat: q̃ Minutii temeritatem liberam

oppia materfamilias & Gluuia facula meretrix: quarum altera quotidie pro salute nostri exercitus sacrificauit: altera captiuis militibus romanorum alimenta subministrare non destitit. urbe illa oppressa: senatus iis & libertatem & bona restituit: & siquid amplius praemii petiissent: libenter se daturum asseuerauit. Vacasse i tãto gaudio. P.C. duabus humilibus foeminis referre gratiam: nedum pre se tulisse mirandum.

Quem. s. animum memorem beneficii: senatus exhibuit etiam tempore secundi belli punici. Quum enim capua: urbs primaria Campaniae obsideretur a Fuluio. s. Flacco: ac duae mulieres Campanae seu Capuanae: uidelicet Vestia opidia: seu (ut alii legunt) oppia: materfamilias. s. honesta. & Cluuia (Apud alios legitur Eluuia non Cluuia) facula meretrix: noluissent dimittere ex animis. s. suis: beniuolentiam erga Romanos: quarũ s. mulierum: altera. s. materfamilias sacrificauit quotidie pro salute exercitus nostri. i. Romani: altera. s. meretrix non destitit subministrare militibus. i. stipendiariis Romanorum captis seu captiuis alimenta. s. corporis: urbe illa oppressa. i. ui capta: senatus restituit us. s. duabus mulieribus: & libertatem & bona: & asseuerauit se daturum libenter si petiissent. quid i. aliquid amplius praemii. Mirandum est (inquit author) Patres conscriptos uacasse. i. quasi curis caeteris uacuos intentos fuisse in tanto gaudio s. de recepta capua concepto: referre quod plus est: nedum. i. ne solum dicam prae se tulisse. i. quibusdam indiciis significasse: duabus foeminis humilibus. i. abiectae conditionis: gratiam. i. remunerationem.

## De Iuuẽtute Romana. Ca. CCCCLXXXV.

Vid illa quoq; iuuentute Romana gratius: que Quintio & Minutio cõsulibus ultro nomina sua militari sacramento obtulit: ut Tusculanis quorum fines equiculi occupauerant praesidiũ ferrent: quia paucis ante mensibus constantissime & fortissime imperium Romani populi defenderant. Ergo q̃d auditu nouum est: ne patrie grata uolũtas cessasse uideretur: exercitus seipse conscripsit.

Quid illa. Affert post gratitudinem senatus gratitudinem iuuentutis Ro. sub Quintio & Minutio consulibus erga tusculanos. Non autez gratitudinem Quintii & Minutii. Quocirca quia tituli saepissime inepti sunt liquet nõ ab authore aut quouis perito p̃positos: s; a sciolis duas primas lineas legisse subinde contentis. Emendauimus ergo tũ hic: tũ saepe alibi. Ordo ãt ẽ. Quid sup. est gratius illa quoq; iuuentute romana. i. multitudine iuuenũ romanorũ: q̃ obtulit ultro. i. non coacta: Quintio & minutio cõsulibus. i. quũ illi essent consules: militari sacramento. i. ascriptioni militiae iuste gerendae sub iuramẽto: noia. s. sua cõscribenda: ut ferrent praesidiuz i. auxiliũ: Tusculanis. s. populis uicinis romae: quorum fines. i. limites ditionis: Equicoli. i. populi illi uicini illis occupauerant: ideo autem obtulit nomina sua: quia Tusculani defenderãt paucis mensibus ante: cõstantissime & fortissime iperiũ populi Ro. s. cõtra seruos & Herdoniũ Capitoliũ occupãtes. Ergo q̃d nouũ est auditu. i. dũ auditur: ne grata uolũtas patriae uideretur cessasse: exercitus ipse conscripsit se.

## De Populo Romano. Ca. CCCCLXXXVI.

Agnum grati populi Romani specimen in Quinto Fabio maximo enituit. Nam quum quinq; consularibus salubriter reipub. admi/

nistratis decessisset certatim ęs contulit:quo maior ac speciosior eius funeris pompa duceretur. Eleuet aliquis præmia uirtutis quum animaduertat fortes uiros felicius sepeliri q̄ uiuere ignauos.

¶ Magnum specimen.i.approbamentum euidens po.Ro.grati.i.de gratitudine populi Ro.emicuit in Quinto Fabio maximo:non q̄ Quintus ille fuerit gratus:sed populus Ro.in eum.Nam cum.s.Fabius Maximus decessisset.i.mortuus esset:q inq3 consulatibus administratis salubriter reipu.i.cum salute reip.populus sup.Romanus:contulit æs.s.signatum: certatim.i.cum certamine:quis plus conferret:quo.i.ideo ut:aut quo ære: pompa funeris eius duceretur maior ac speciosior.Eleuet aliquis (figura ea iussio quæ prohibendi uim habet).i.ueniat aliquis qui imminuat.i.uilipendat præmia uirtutis.q.d.stulte acturum:quum animaduertat.i.consideret uiros fortes qualis erat Fabius maximus:sepeliri felicius q̄ ignauos uiuere.

factam esse uidebat:& Fabii prudentiam uiribus diminutam:misit igitur milites quosdā ad tumulum capiendum:qui medius erat inter utraq3 castra:magis lacessendæ pugnæ q̄ tumuli capiēdi gratia:nam locauerat alios insidiis.& conserto prælio quum utrinq3 totis uiribus certaretur:ex isidiis erti milites cū ingenti clamore:tantum terrorem intulere romanis:ut nec animus ad pugnam:nec ad fugam spes cuiq̄ superesset:tum Fabius audito pauentium clamore:non celerius inquit q̄ timui:depra hendit fortuna temeritatem:sed obiurgandi non est tempus: sed laborātibus succurrendi:ita instructa acie de uertice montis in hostes impetum fecit:suos ab effusa fuga reuocauit:aciem restituit:hostes profligauit:& uictoriam prope partam ex eorum manibus extorsit:ciues suos & imperatorē: partim a cæde:partim a captiuitate liberauit:pro cuius beneficii referenda gratia:Minutius Fabium parentem semper appellauit:exercitus cōmilitones:quorū opera seruati fuerant:patronos uocauerunt.Hannibalem quoq3 ex acie discedentem dixisse ferunt:tandem eam nubem quæ sederet in iugis montium solicitatam procellæ imbrem dedisse.Specimen:Experimentum.Contulit:scilicet populum Romanum ad honestandum & illustrandum eius funus:quod profecto magnum fuit gratitudinis signum:quem uiuū3 multis honoribus honestassent:eundem mortuum de se optime meritum sua impensa augendo funeris pompam ingenti gloria decorarent.Eleuet:Minuat:translatio sumpta a cumulo de quo quanto plus eleuaueris:tanto magis diminues:Persi9 non si quid turbida roma Eleuet:Accedes.Sunt qui dicant de duobus fabiis intelligi: maximo.s.& rutiliano: quorum uterq3 consul quinquies fuisse traditur:& alter bello punico secūdo:alter bello gallico:nam Rutilianus gallico bello collega fuit eius Decii:qui patris exemplum imitatus:deuouit se pro legionibus romanis:& in Rutilini funere uolunt populum Ro.æra contulisse ad honorem sepulturæ:ego uero de uno tantum & maximo Valerium sensisse arbitror.

De Minutio magistro equitum.
Capitulum.CCCCLXXXVII.

Fabio autem etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est aduersus dictatorē. Dictatori eni magister equitum Minutius scito plebis quod nunq̄ antea factum fuerat æquatus:partito exercitu separatim i Samnio cum Hānibale cōflixerat: ubi temere inito certamine pestiferum habiturus exitum subsidio Fabii cō seruatus:& ipse eum patrem appellauit:& a legionibus suis patronum salutari uoluit:ac deposito equalis imperii iugo magisterium equitum sicut par erat dictaturæ subiecit. Imprudentisq; uulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.

¶ Fabio autem. Affert etiam exemplum gratitudinis magistri equitum & legionum in eundem Fabium dicens. Autem pro sed:grata relata est cū3 summa gloria Fabio.s.maximo:etiam incolumi.i.adhuc uiuenti.Enim pro quia Minutius magister equitum æquatus dictatori.s.Fabio: scito plæbis.i.plæbiscito super hoc facto:quod nunq̄ factum fuerat antea.s.ut magister equitum æquaretur in potestate dictatori:conflixerat.s.Minutius cum Hannibale in Samnio.i.Samnitum territorio:separatim.s.a dictatore.i.sine eo:& eius copiis:& hoc exercitu partito.i.in duas partes diuiso:ubi.i.in quo conflictu aut loco:certamine inito temere.i.inconsulte: habiturus.i.qui habiturus fuisset exitum pestiferum.i.perniciosum: multis:conseruatus subsidio.i.auxilio accessorio fabii.s.dictatoris:&.i.simul ipse Minutius:appellauit eum.s.Fabium dictatorem:patrem.s.suum: & uoluit eum salutari a legionibus suis:patronum.i.donatorem libertatis: quum in seruitutem fuissent redigendæ.Pulchre autem distiguit ut pater

Abio etiam incolumi.Non solum inquit mortuo Fabio:sed etiam uiuo secundi punici belli tempore populus se gratum exhibuit. Cum enim dictator ille in Samnio contra hānibalem missus more suo bellum protraheret ne reip. statum in discrimen sisteret:Minutius magister equitū adolescens feruore quodam mentis prouectus:dixit Fabium producere bellum:quo in eo magistratu diutius permaneret :q̄ si sibi daretur potestas dimicādi se paulo post Hānibalem debellaturum asseuerauit: & q̄ uirtuti Fabii attribui debuerat:ipse Miutius ambitioni assignabat:uerba illa exercitus prio excepit:deinde ad senatum delata sunt:populus iam tædio affectus:q̄ Hannibal tamdiu in Italia uersaretur:magistrum equitu3 dictatori adæquauit:diuisis itaq3 exercitibus Minutius data occasione pugnam cum hānibale iniit:& cum in eo esset ut ipse cum suis deleretur:Fabius e monte speculatus infelicē rei euentum Minutium cum exercitu faucibus pœnorum eripuit: ferunt tum hæc uerba Hannibalem emisisse.Verebar equidem ne nebula illa rādiu plueret:postero die miutius supplex ad Fabium uenit:patrem illum appellauit:militesq3 suos patronu3 salutare coegit:se etiam sicuti dignum erat dictatori summisit:quæ res.pop.ro. gratissima fuit.Scito plæbis:Decreto plæbis qui facile in contraria inclinat.Pestiferum:Calamitosum exitiū. Deposito iugo:deposita paritate:nā ita uterq3 exercitum ducebat sicut duo boues iugū unum trahunt.Vulgi.Gratitudine enim sua refellit id quod plæbs temeritate fecerat: ut

Dictatori magister equitū æquaretur. Signi ficatione gratæ mentis.i.indicio gratitudinis.
Tam hercle probabiliter:sicut Minutius Fabium:sic.Qu.Terentius Culeo Scipionem Aphricanum superiorem patronum appellauit:cumq3 triumphantem secutus ē pileo capite imposito:omniq3 deinde uita ut dignum erat libertatis auctorem coluit:q deuicta Carthagine illum captiuum redemerit in triumphum uiuum duxerit & libertate donauerit:Li.in fine secundi punici belli.Carthaginenses inquit lōgas naues elephantos perfugas fugitiuos:captiuos captiuorum quattuor milia tradiderunt: inter quos Qu.Terentius Culeo senator fuit.Itē paulo infra.Secutus Scipionem triumphantem fuit pileo capiti imposito.Qu.Terenti9 Culeo omni deinde uita:ut dignum erat libertatis auctorem coluit Aphricanū.Inter paucos:quia pauci erant q ipsum dignitate adæquarent.Pileum capite gerens.Pileum gerere signum erat fuisse libertate donatum: significabat enim se uirtute Scipionis tempestatem seruitutis euasisse.

sit magistro equitum:qui illi uitam debebat:nam uero simile est eum occumbere maluisse q̄ capi:militibus autem patronus:qui illi libertate3 suā debebant:ac iugo.i.onere graui imperio.s.æquati:disposito(Quam rem argute declarat Oliuerius:docens ideo iugum ab authore uocatum: q quum æquatum esset illis imperium:æquatum etiam erat onus dirigendi & seruandi exercitus:sicut Bobus ad unum iugum alligatis.æquale incūbit onus aut propellendi aut trahendi carpenti:seu aratri)subiecit sicut par.i.æquum erat:dictaturæ magisterium equitum:& correxit significatione mentis gratæ.i.animi grati:errorem uulgi imprudentis uel qui iussērat.s.per imprudentiam imperiū illi æquari.

## De Terentio Culeone. Ca.CCCCLXXXVIII.

Tam Hercle probabiliter q̄ Quintus Terētius Culeo pretoria familia natus & interpaucos senatorii splēdidus ordinis:optimo exemplo Aphricani superioris currum triumphantis: quia captus a Carthaginensibus ab eo fuerat recuperatus: pileum capite gerens secutus est.Auctori enim libertatis suæ tanq̄ patrono accepti beneficii confessionem spectāte po.ro.reddidit.

Ascen.

Tam hercule.Affert gratitudinem Terentii Culeonis hominis senatorii ordinis in Aphricanum maiorem liberatore3 suum aut sui.Cuius(ut nunc multi opinantur)nominis similitudine decepti sunt qui Terentium comicum inducunt de se dicentē Romanis ducibus bellica præda fui:cum tamen illum aphrum prædicent:cum hic sit Romanus:& quod ad errorem facit:cum etiam comicus ille romanus conuincatur Ciceronis testimonio.Sed de hoc alibi.Ordo hic est.Hercule i.per Herculem aut hercule me ita iudicante ut uerum dico.Minutius sup.egit tam probabiliter ut.Qu.Terentius Culeo:natus familia prætoria.i.præturis functa:& splendidus interpaucos.q.d.inter primos ordinis senatorii:secutus ē optimo exemplo.s.gratitudinis:currum Aphricani.s.Scipionis superioris.i.maioris:triumphantis.s.de Carthagine:gerens pileum capite tanq̄ libertate donatus:quia captus a Carthaginēsibus & ita eorū seruus factus fuerat recuperatus.i.receptus ab eo.s.Scipione capta & tributaria iam facta carthagine:unde quasi postliminio in patriam libertatemq3 redibat:sed quia eam Scipioni acceptam tulit:tanq̄ libertus eius pileum accepit(de quo more & eius ratiōe hoc habeto.Bello captus iure belli capientis seruus erat sic dictus:q cum occidi posset seruatus est:deinceps autem domino seruiebat:nil præter uictum tenuem & amictum exiguum ab eo expectaturus:nec alio fere cooperimento capitis q̄ capillis utens:a quo cum libertate donaretur raso capite(quod Plautinus innuit seruus)ut ab ingenuis differret pileum accipiebat:mediam uidelicet iniens conditionem inter seruilem & ingenuam:nam libertinus factus poterat ob ingratitudinem in seruitutem reuocari:quam reuocationem non iniquam esse uidetur docere parabola dominica de seruo nequam cui omne debitum dimissum erat.Sed ad ordinem reuertor)Reddidit enim authori libertatis suæ uidelicet Scipioni confessionē beneficii accepti tanq̄ patrono:& id populo Romano spectante.

At Flaminii de Philippo.Philippus rex Macedoniæ secundo punico bello cum Carthaginensibus consensit:& bellum romanis intulit:ubi per uarios casus multa Romanorum ciuium capita cepit:quæ deinde Qu.Flaminii uirtute & felicitate recuperata eius triumphantis currum pileata sequi uoluerunt:qui quidem triumph9 non minus gloriosus ob superatos hostes q̄ liberatos ciues Flaminio fuisse uidetur. Geminum ex ea re decus.Duplicem laudem & gloriam Flaminius ex hac uictoria consecutus est:alteram q hostes superauit: alteram q ciues seruauit.

## De Romanis a Q.Flaminio liberatis: Capitulum .CCCCLXXXIX.

At Flaminii de Philippo rege triūphantis currum non unus sed duo milia ciuiū Ro.pileata comitata sunt.que is punicis bellis intercepta:& in græcia seruientia cura sua collecta in pristinū gradum restituerat.Geminū ex ea re imperatori decus: a quo simul & deuicti hostes:& conseruati ciues spectaculum patriæ præbuerunt:Illorum quoq; salus dupliciter omnibus accepta fuit:& quia tam multi:& quia tam grati exoptatum libertatis statum recuperauerant.

ASCENSIVS.

At.i.sed:non unus.s.dūtaxat: sed duo millia ciuium ro.comitata sunt pileata currum Flaminii triumphātis de Philippo rege.s.macedoniæ:quæ.s.duo millia ciuium:intercepta.idest per insidias aut dolo capta bellis punicis:id est Carthaginensibus: & seruientia in græcia:is.s.Fla.restituerat in pristinum gradum.i.libertatem priorem:collecta cura sua.s.Flaminii.Geminū decus sup.fuit imperatori ex ea re(sic oliuerius legit & non pauci alii:inuenit tamen sic scriptum Geminarunt ea impera

tori decus:ut sit ea.s.milia ciuium geminarunt.i.duplicauerunt imperatori decus)a quo.s.imperatore &.i. simul hostes deuicti:& ciues conseruati:præbuerunt patriæ.i.populo Romano:spectaculum.i.rem aspectu lætam. Et salus illorum s.ciuium liberatorum fuit quoq; accepta omnibus dupliciter.i.duabus de causis:& quia tam multi sup.erant:& quia tã grati(ut se tanq̃ libertos gererent liberatoris)recuperauerant exoptatum statum libertatis:quia mortalibus nihil dulcius.

## De Metello Pio Ca.CCCCXC.

Etellus uero pius ptinaci erga patrem exulem amore tã clarũ lachrymis q̃ alii uictoriis co gnomẽ assecutus:nõ dubitauit cõsul pro Quinto calidio pretore candidato supplicare populo.q tribunus plæbis legem,qua pater in ciuitatem restituere tur tulerat:quinetiam patronum eum domus & familiæ suæ semper dictitauit:Nec hac re de principatu quem proculdubio obtinebat quicq̃ decerpsit:quia non humili sed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam summittebat dignitatem.

¶Metellus uero pius pertinaci.i.perseueranti & infrangibili amore erga patrem.s.Metellum Numidicum exulem:assecutus ẽ tam clarum cognomen(dicere.n agnomen)lachrymis.s.pro patris reditu effusis:q̃.i.q̃uam clarum nomen alii sup.assecuti sunt uictoriis:non dubitauit consul.i.cuz esset consul supplicare populo pro Quinto calidio prætore candidato.i. petente in candido habitu præturam:ideo aut pro eo supplicauit:q ipse tribunus plæbis.i.cum esset tribunus plæbis tulerat legem qua pater.s.metelli pii:utpote Metellus numidicus restitueretur in ciuitatem.Quinetiam i.insuper dictitauit.i.dixit semper eum.s.hominem plæbeium Calidium: patronum domus & familiæ suæ.s.metelli.Nec decerpsit .i.detraxit aut diminuit:hac de re.i.propter hanc causam q hominem plæbeiuz sibi patronum dictitauit:quicq̃ de principatu scilicet senatorio:quem obtinebat proculdubio:quia submittebat eximiam dignitatem.s.domus suæ: maximo merito hominis inferioris longe:& id animo non humili.i. abiecto (unde animaduertat rudior lector humilitatem abiectionem cum ab humo deriuetur sonare:neq; honori dari sed uitio:nisi abusiue pro modestia accipiatur Qui abusus uocabuli tunc minor aut nullus est cũ ad deũ refertur:cui se humillimum gerere modestiæ ẽ)sed animo grato:qui laudandus est erga quemcunq; benemeritum.

## De.C.Mario Cap.CCCCXCI.

Am.C.quidem Marii nõ solum præcipuus: sed etiam prepotens gratæ mentis fuit:impetus:duas enim camertium cohortes mira uirtute uim cimbrorum sustinẽtes in ipsa acie aduersus cõditionem fœderis ciuitate donauit: Q đ quidem factũ: & uere & egregie excusauit:dicendo inter armorum strepitum uerba se iuris ciuilis exaudire non potuisse. Et sane id tempus tunc erat:quo magis defendere q̃ audire leges oportebat.

## De Lucio Sylla Cap.CCCCXCII.

Etellus uero pius: Hic eius Metelli filius fuit qui iugurtam primus dare terga coegit ut diximus in capitulo de disciplina militari.Numidicus dictus ẽ quiq; ut in ca.de cõstantia diximus maluit i exilium proficisci q̃ in saturnini leges iurare: filius ergo pius ideo cognominatus q exiliũ patris lachrymis prosecutus non prius destitit apud populuz & tribunos suppliciter agere ut pater reuocaretur in patriam: q̃ a Qu. calidio tribuno plæbis obtinuit ut lata lege restitueretur:quo beneficio ꝓuocatus ea gratitudine usus ẽ ut illum tanq̃ domus & familiæ suæ patronum multis bonis locupletauerit.& in petitione præturæ cum consul esset pro illo supplicare populo non erubuit: Solinus in ca.de homine:pietatis inquit documẽtum nobilius quidem in metellorum domo effulsit. fuerunt autem metelli uiri clarissimi quattuor : Macedonicus : Numidicus : Creticus & hic Pius qui aduersus sardonicum missus illum bello superauit.

Am.C.quidem Marii.De bello cimbrorum in capitulo de institutis non nihil tetigimus & in ca.de pudicitia latius dicturi sumus.In eo igitur bello Marius camertinorum strẽnua opera usus ita ut duarum cohortum uirtute uim hostium non solum sustinuerit uerum etiaz prostrauerit:& ingentem uictoriam comparauerit.illos post uictoriam in tantæ uirtutis præmium ciuitate donauit:contra fœderis conditiones quod dum deinde obiiceretur Mario sic defendere & expurgare solebat:ut diceret inter armorũ strepitus leges & iura non exaudiri.Vim cimbrorum.Cimbri ut dixi populi sunt germaniæ quos hodie flamingos dicimus Aduersus cõditiones.Quia fœdus erat ne camertini possent romana ciuitate donari.Et sane,ad id tẽpus: Significat maiorem fuisse belli terrorez q̃ legum obseruationem.

ASCENSIVS.

¶Nam quidem impetus mentis grate Caii Marii non solum fuit præcipuus sed etiam ꝑpotens.Enim pro quia ipse donauit ciuitate s.Romana aduersus.i.contra cõditiones fœderis.s.cum camertibus sic icti ut ciuitatem non peterent duas cohortes camertium sustinentes.i.qui sustinuerant mira uirtute uim.i. uiolentiam aut uirtutem cimbrorum in ipsa acie:Quod quidem factum Marius excusauit &.i.simul uere & egregie:dicendo se non potuisse exaudire uerba iuris ciuilis inter strepitum armorum.q.d.tunc potius promittendum & seruandum fuisse quod utilitas exposceret q̃ quod lex caueret.Et sane id.i.tale tẽpus tunc erat:quo oportebat magis defendere leges.s.cum urbe a cimbris:q̃ audire leges i.quid uerba legis caueret.

Marii uestigia ubiq;.L. Sylla certamine laudis subsequitur.Dictator eni privato Pópeio & caput adoperuit:& sella assurrexit:& equo descendit:eaq; se libenter facere in concione predicauit memor ab eo duodeuiginti annis nato:partes suas exercitu paterno adiutas.Multa insignia Pompeio:sed nescio an hoc qcq̃ admirabilius contigerit:qd magnitudine beneficii sui Syllam obliuisci coegit.

Marii uestigia ubiq;.L.Sylla.Pompeius Strabo magni pompeii pater bello ciuili quod gestum ẽ inter Marium & Syllam partes syllanas secutus est. a quo deinde Pompeius uix decimũoctauũ nactus annum tribus legionibus acceptis:tãtum ad uictoriam momenti Syllæ fuisse dicitur ut post id tempus semper illũ Sylla fuerit ueneratus.C.Marii uestigia:Quemadmodum Sylla cum Mario imperio certauit sic & de gratitudinis laude contendisse uideretur & illum pariter adæquasse.Nam cum occurrisset:Pompeio qui tres duces aduersæ partis subegerat ab ipso & eius exercitu imperator salutatus est:cum nondum annum secũdum & xx.nactus esset:nec dum in senatum admissus.Syllam Quasi seuerum & arrogãtem:emphasis est.

Caii.&c.Lucius Sylla subsequitur ubiq; uestigia Caii Marii certamine.i.contentione laudis.s.eiusdem rei.Enim pro quia ipse Sylla dictator.i.cum esset dictator perpetuus &.i.simul adoperuit.i.texit Pompeio priuato.i.nullo tunc magistratu fungenti caput:hoc ẽ cum Pompeius caput detegeret ipse illud adoperuit & assurrexit sup.ei sella.i.de sella curuli in qua sedebat:& descendit equo:si scilicet in equo fuit aduentante pópeio & prædicauit in concione se facere libenter ea:memor partes suas adiutas exercitu paterno.i.patris Pompeii:ab eo.s.pópeio nato annis duodeuiginti.i.octodecim.Multa(inquit author)insignia sup.contigerunt pompeio:sed nescio an quicq̃ contigerit pompeio admirabilius hoc.s.quod coegit Sillam obliuisci sui.i.suæ naturæ superbæ & ferocis:magnitudine.i.ob magnitudinem beneficii.s.ab eo accepti.

## De Libitinariis Ca.CCCCXCIII.

Sit aliquis in summo splendore etiã sordibus gratis locus.Marco cornuto prætore funus hirci & panse iussu senatus locante:qui tunc libitinam exercebant tum rerum suarum usum:tũ ministerium suum gratuitum polliciti sunt quia hi pro republica dimicantes occiderant:pseuerantiq; postulatione extuderunt:ut exequiarum apparatus sestertio nummum ipsis præbentibus addiceretur:quorum laudẽ adiecta lege conditio auget magis q̃ extenuat:quoniam quidem quæstum cõtempserunt nulli alii rei q̃ quæstui uiuentes.

Sit aliquis: Loquitur de gratitudine eorum qui non adeo nobiles fuere: sed humili loco nati & primo de pollinctorum gratitudine quasi usi sunt in hirciũ & pansam romanos consules qui bello ciuili quod aduersus.M.Antonium gerebatur: qui cæsaris interfectores Brutum & Cassium psequebatur:dum forte Mutinæ obsideretur fortiter dimicantes ceciderant:quorum funera non solum gratuito sepulturæ mandarunt uerum etiam adiecto sestertio illoruz exequias honorificentiores procurarunt Sordibus: scilicet hominibus sordidum ministerium exercentibus. Libitinam exercebant. Libitina mors dicitur:qui libitinam exercerent id est funeris officium pollinctores & uispilones appellantur.Extuderunt:quasi per uim eliciuerunt & extorserunt.

Libitina. Polinctores: Vispilones.

Ascen.

Sit &c.Ordo est:Aliquis locus sit etiã sordibus.i.sordidi & abiecti ministerii hominibus:gratis.i. dummodo fuerint grati comperti in summo splendore.i.inter splendidissimos homines unde etiam adducẽs exemplum dicit.Marco cornuto prætore locante.s.promissa mercede pollinctoribus seu libitinariis:iussu senatus:quia senatus id iusserat:funus hirtii & Pansæ interfectorum pro libertate publica: isup.qui exercebant tunc libitinam.i.ministerium sepeliendorum aut comburendorum cadauerum:polliciti sunt tum.i.simul usum rerum suarum:scilicet ad funus pertinentium:tum.i.etiam ministerium suum gratuitum.i.sine mercede:quia hi.s.Hirtius & Pansa occiderant dimicantes pro rep.& excuderunt.i. artificiose quasi excudendo obtinuerunt:aut extuderunt.i.importunis precibus extundendo extorserunt:postulatione perseuerant ut apparatus exequiarum addiceretur.s.ipsis.i.attribueretur:sestertio nummum.i.dipondio & semis cum multo pluris constare deberet:sed ipsis præbentibus.s.apparatum gratuitum in reliquis.hoc est uoluissent quidem penitus gratis facere funus:sed quia id non licebat:petebant ut sestertio idest prætio sestertii sibi addiceretur & reliqua facerent impensis suis.Alii intelligunt:adduceretur augeretur sestertio ipsis præbentibus sup.ipsum &c.Quorum.s.libitinariorum laudem adiecta lege.s. q̃ gratis non fieret funus conditio idest uilitas status eorum auget magis q̃ extenuat.Quoniam quidem ipsi nulli alii rei q̃ quæstui.i.lucro uiuentes.i.finem uitæ constituentes in nullo alio q̃ in lucello:contempserunt quæstum.

## Parasceue ad externa.

Pace cinerum suorum reges gentium exterarũ secundum hunc tam cõtemptum gregem referri se patientur qui aut non attingẽdus aut nõ nisi in ultima parte domesticorum exemplorum collo/

Pace cinerum suorum reges: Ne uideatur iniuriam facere regibus quorum exempla sequuntur quasi ab eis uerna; petit.dicit.n.cum in superioribus exẽplum posuerim:grati animi eorum qui libitinam exercebant:fortasse indignabuntur reges:q̃ tam sordido generi hominum eos subiciam:sed cur ita faciat rationem subiungit.

candus fuit. Sed dum honesti actus etiam si ab infimis sunt editi memoria non intercidant licet separatum locum obtineāt: ut nec his adiecti: nec illis ꝓlati uideant.

¶Pace &c. Parasceue est & transitus ad externa quæ cum sint nobilissimorū hominū ne uideatur inepta collatio purgat quodā modo talē continuationem dicens Reges gentium exterarum patientur pace cinerū suorum idest cū bona uenia a defunctis obtenta: se referri idest narrari: secundum idest statim post hunc tam contemptū gregē. s. pollinctorū: qui scilicet grex aut non fiet attigendus aut non nisi in ultima parte exemplorum domesticorū collocandus. Sed dū actus honesti etiā si sunt æditi ab infimis non intercidant memoria: licet idest licitū est ut sup. obtineant locum separatum: utpote medium in quē oratores quæ minimi sunt momenti conficere solent: ut sup. ipsi nec uideantur adiecti: his nobilibus domesticis: nec prælati illis. s. nobilibus externis.

aut inquit mihi prætermittendi fuerant: aut extremo domesticorū exēplorū loco ponēdi: sed prætermittendi nullo mō fuerant: ne uirtus etiā in infimis sua laude careat: ferant igitur æquo animo reges se polinctoribus subiungi. Pace cinerū: Sic dicere solemus cū aliquē in dicendo offendimus. Secundum post Seruius sulpitius in epistola de morte Marcelli uulnera accepisse: unum in stomacho: alterū in capite: secundū aurē idest post aurē q̄q̄ alii dicunt iuxta aurem. nam secundum interdum significat iuxta: Gregem polinctorum Actus: Recte factorum.

Externa De Dario. Cap. CCCCXCIIII.

DArius priuatæ adhuc fortunæ amiculo sylophontis samii delectatus curiosa contemplatione fecit: ultro sibi: & quidem a cupido daretur Cuius muneris q̄ grata æstimatio animo eius esset allapsa: regno potitus ostēdit: totam namq; urbem & insulam samiorum sylopōti fruendam tradidit. Non. n. precium rei æstimatum: sed occasio liberalitatis ē honorata: magisq; a quo donum proficisceretur q̄ ad quem promissum perueniret.

¶Darius adhuc fortunæ priuatæ idest nondum rex creatus sed ne regis quidem filius: delectatus amiculo idest indumento delicato (ab amiciendo) sylophontis siue ut alii scribunt Silosontis samii idest adolescentis: fecit idest effecit curiosa cōtemplatione. s. amiculi p quam samius ille intellexit q ipsum nimis habere cuperet: ut sup. daretur sibi ultro. i. priusq̄ apertis ipsum præcibus peteret: & quidē a cupido. s. dare: & ita auxit beneficiū: quia uoluntariū datorē diligunt & dii & homines. Cuius muneris q̄. i. q̄tū grata æstimatio esset allapsa animo eius. s. darii ostendit potitus i. postq̄ potitus erat regno. s. persarum. Namq; pro quia ipse tradidit Sylophonti siue ut dixi Silosonti urbē & insulā samiorū fruendā. i. ad delicias eius habendam. Non enim præciū rei est æstimatū idest appreciatum sup. a dario: sed occasio liberalitatis: quia tunc ille dedit cum talem remunerationem expectare non poterat: est honorata sup. ab eo & prouisum est magis a quo donum procisceretur: quia ab humili & paupere sed liberaliter dante: q̄ ad quem perueniret: quia ad eum qui postmodum rex euasit Posset etiam intelligi de dono darii: ut sit & magis prouisum est a dario a quo donum quod dabat proficisceretur quia a se qui rex erat: & tale donum dare poterat q̄ ad quem peruenit: quia ad uirum uix tali dono digni.

DArius priuatæ adhuc fortunæ Darius cū esset in priuata fortūa: uisō sylosontis: uel ut alii dicūt sylophontis Samii speciosō & isigni quodā idumēto mira eius pulchritudine delectatus uehemēter cōcupiuit: qđ ubi sylophō cognouit exutū puerū dono dedit Dario qui postea regno potitus gratissima memoria recopēsauit. nā sylophōtē samiorū urbi & isulæ pariter ꝓfecit. Stra. li. xiiii. Sylophon nō iquit priuatus relictus est is cū dario hystapis filio: uestem quā ferebat aliquādo largitus esset: Nā ille cū nōdū rex eēt eā magnopere cōcupiuerat: cū uero regnaret dono sylophonti tyrānidē dedit: qui acerbe iperauit qua pp urbs hominibus uiduata est: unde dictum est prouerbium. Sylophontis opera locus am plius ē. hic. autem frater fuit polycratis qui multos annos usq; ad ultimum fati sui diem sūma foelicitate usus est: de quo suo loco dicemus: quomodo autem Darius sit regnum consecutus dicitur in capitulo de uafre dictis & factis. Priuatæ adhuc fortunæ. Quia nōdum Rex erat. Non enim præcium non datū sed dantis animum compensauit.

De Mitridate. Cap. CCCCXCV.

MIthridates quoq; rex magnifice gratus apparuit: quoniam pro Leonico acerrio defensore salutis sue a Rhodiis nauali pugna: excepto omnes hostium captiuos permutauit: sanctius esse existimās ab inuisissimis circūueniri: q̄ benemerito gratiam nō referre.

¶Mithridates quoq; rex. s. pōti apparuit gratus magnifice. i. cū magnificētia. quoniā pmutauit. i. i pmutādo dedit oēs captiuos hostiū pro Leonico acerrimo defensore salutis suæ excepto idest per insidias capto a rhodiis sup. in pugna nauali. Existimans scilicet mithridates sanctius

MIthridates quoq;: Mithridates rex pōti amicū habuit Leonicum nomine sibi maxime fidum & in uariis casibus suæ salutis defensorem acerrimū: qui cum bello nauali captus esset a rhodiis captiuos omnes quos multos habebat Mithridates & nobiles pro eo solo permutare non dubitauit: ut gratum illi animum ostenderet. maluit enim in regni discrimine uersari quā ingratus aliqua ratione uideri. A rhodiis. Nā tpe quo asiam occupauit: &. M. plociū. &. C. apuleiū i uincula cōiecit oēsq; romāos i asiæ ptib9 iuētos trucidauit: rhodios quoq;

imasit a quibus aliquot naualibus praeliis su peratus est: & Leonicus iste amicus captus.

esse circumueniri: idest decipi in rerum aestimatione ab inuisissimis. Ubestibus. q̄ non referre gratiam benemerito.

De Attalo rege. Ca. CCCCXCVI.

Liberalis populus Romanus magnitudine muneris q̄ Attalo regi asiā dedit dono: sed Attalus etiam testamenti aequitate gratus qui eādem asiam populo Romano legauit. Itaq̄ nec huius munificētia: nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari potest quot āplissimae ciuitates: uel amice date uel pie redditę sunt.

Liberalis populus roma. uno codēq̄ exēplo de romanorum liberalitate & regis Attali gratitudine loquitur: uel potius solam regis gratitudinē cum romanae liberalitatis cōmemoratiōe percurrit: de qua supra in cap. de liberalitate dictū est: non fuit profecto ingratus rex Attalus: qui acceptā a populo romano prouinciā: eidē moriēs testamento legauit: in cuius aula cū stragul & uestes: tapetes: aliaq̄ multa regia ornamēta fuissent inuenta aulea fuerūt appellata: de hoc rege Horatius primo odarū libro & alibi mētionē facit. Itaq̄ nec huius magnificentia. Si quis tot uerbis laudare uoluerit utrāq̄ uidelicet & liberalitatē populi ro. & gratitudinem Attali regis quot ciuitates datae & redditae sunt dicendo uix sufficeret.

Liberalis sup. fuit populus Ro. magnitudine muneris q̄ idest quia dono dedit Attalo regi asiā. s. minorē sed attalus etiam gratus sup fuit i populū Romanū: aequitate testamenti: qui legauit idest testamento reliquit populo romano eandē asiā. Itaq̄ nec munificentia huius. s. populi Ro. nec animus illius. s. attali. tā. i. in tantū memor beneficii: potest laudari tot uerbis quot amplissimae ciuitates uel datae sūt amice. i. amicabiliter a populo Ro. ipsi attalo: uel redditae sunt pie idest pio & grato affectu: ab attalo eidē populo Ro.

De masinissa Rege. Cap. CCCCXCVII.

Caeterum nescio an precipuae masinissę regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertū. Beneficio eni Scipionis & persuasu regni modo liberius auctus memoriam inclyti muneris ad ultimum uitae finem lōga etiam a diis immortalibus senectute donatus constantissima fide perduxit. adeo ut eū nō solū Aphrica: sed ēt cūctae gētes scirēt amiciorē Corneliae familiae atq̄ urbi Romanae q̄ sibimet semp fuisse. Ille quum graui Carthaginensium bello premeretur ac uix tutelae suae iperii sufficeret: tamē Scipioni Aemyliano qa nepos Aphricani erat: bonam magnamq̄ partem numidici exercitus: quam Lucullo consuli a quo ad auxilia petenda missus fuerat: i hispaniam duceret: prōptissima mente tradidit: pręsentiq̄ periculo respectum pristini beneficii anteposuit.

Caeterum nescio an praeci. Satis cōstat masinissam numidarū regē uaria fortuna regno pulsum bel. pu. se. Aphricani superioris bñficio i regnū fuisse restitutū: & uicto Syphace Cirtha oppido & caeteris urbibus & agris qui regni fuerāt syphacis totius deniq̄ Numidiae iperio fuisse dōatū: cōsentiēte ac ēt approbante senatu: deinde cum post foedus cerneret illū auidiorē eē in iperio suo dilatādo legē ferri iussit: q̄ masinissae ab iperio Po. Ro. solutā libertatē tribueret: quo bñficio puocatus Masinissa unū i terris populū romanū pcipua fide: singulariq̄ beniuolētia ppetuo coluit & obseruauit: adeo ut hispano bello qd ipatore Lucullo gerebat: cum ipse quoq̄ tā graui & piculoso carthaginēsium bello pmeret: auxilia tñ Romāis petentibus miserit: eoq̄ ppēsius quo Aemylianus scipio ad ea petēda legat9 uenisset: nā maluit i regni & salutis suae discrimie uersari: q̄ Romāis & scipioi igratus aliq̄ ex pte uideri. fuerat eni cū familia Scipionū & hospilitatis & amicitiae sūmo iure cōiūctus: ut diximus: unde Ci. i sōno Scipiōis: Ita loquētē scipionē inducit: cū i aphricā uenissē. A. Manilio cōsule ad quartā legionē trib9 ut scitis: militū nihil mihi potius fuit: q̄ ut masinissā cōuenirē regem familiae nostrae iustis de causis amicissimum: ad quē cū ueni cōplexus me senex collachrimauit aliquātoq̄ post suspexit i coelū: & gratias ago inqt sūme sol uobisq̄ reliq caelites: q̄ anteq̄ ex hac uita migro cōspicio i regno meo & his tectis. P. cornelium Scipionē cuius ego noie ipso recreor. Itaq̄ nunq̄ ex aīo meo discedet illius optimi atq̄ iuictissimi uiri memoria & caetera. Idē aetate quā ad cētesimū excēderat ānū: & ualitudie pariter cōfectus: cū uideret se nō diutius superesse posse: Scipionem qui tum sub marco manilio in hispania militabat per litteras ab imperatore acciuit: ut in eius amplexu extremū spiritū suaq̄

Caeterum. idest sed: nescio idest dubito: cum uerisimile sit ut credam an pectus Masinissae regis. scilicet Numidiae populo Romano amicissimi fuerit refertum praecipue idest praeceteris pignoribus idest quasi foetibus aut fructibus grati animi. Enim pro quia: ipse auctus liberius. idest certius & uehementius paulo q̄ dicebat aut liberalius q̄ merebatur beneficio idest auxilio: & persuasu idest persuasione actiua (quia persuasit senatui aequum esse quod Masinissae regnum auctum tribueretur) Scipionis. s. aphricani maioris modo. i. mensura regni: pduxit constantissima fide. i. fidelitate memoriā iclyti mūeris sup. usq̄ ad ultimū finē uitae: sup. suae: dōatus etiā idest licet esset dōatus a diis imortalibus senectute lōga i. diu durante: perduxit inquā certis significationibus: adeo idest in tan

tam:ut nõ so'ũ Aphrica idest aphricani:sed etiam cunctæ gentes: scirent eum.s.Masinissam fuisse semper amiciorẽ idest magis fauentẽ aut q plura fecisset familiæ corneliæ in qua erat Scipio:atq3 urbi romanæ q̃ sibi met quia certe multa ut docet Cicero amici causa facimus q̃ nostra nun q̃ essemus facturi:de iis aut iudicat populus ut de summo bono non potest fieri quin in prius nobis optemus q̃ cæteris mortalibus. Probat autẽ quod asseruit affectibus gratitudinis eius subdens. Ille.s.Masinissa :cum: idest licet: premeretur graui bello carthaginẽsi.ac uix sufficeret tutelæ .i. ad defensionem imperii idest regni sui:tamen tradidit prompussima m en te Scipioni Aemyliano quia erat nepos aphricani.s. Scipionis maioris: bonam:idest fortẽ & excellentẽ ac magna partẽ exercitus numidici: quã s.partem:Aemylianus sup.duceret in hispaniam Lucullo consuli a quo s.Aemylianus missus fuerat ad petenda auxilia tradidit dico & antepo/ suit præsenti periculo in quo erat propter bellum cum Carthaginensibus respectum pristini beneficii:scilicet Scipionis & Po.Ro.

omnia reponeret. sic eni se scelicter meritum dicebat:cuius fatis præcurrentibus aduentũ Scipionis:ut uult Valerius.nã aliter sentit Cicero in libro de somno Scipionis:ut supra ui dimus:et testamẽto reliquit rerũ oium suarũ potestate & inter filios quos ad quattuor & quinquaginta habuisse dicitur diuidendi regni arbitrium ita legauit:ut quicqd ille statuisset imobile sanctumq3 foret :mandauit insuper liberis & uxori:ut Populum Romanũ & Scipionũ familiã perpetua fide & obseruãtia p sequeretur. Cætera nescio: Ac si diceret affir/ mo. Beneficio. Quia ductu & auspiciis Sci/ pionis in regnum restitutus. Persuasu. sic enim psuaserat senatui bene merito Masinissæ gratiam esse referendam. Longa senectute: quia ad centesimum peruenit annum.

¶ Ille quum graui bello Carthaginensium cuius dirimendi auctor Cato fuisse traditur quem senatus inter utrosq3 discep tatorem dederat. Scipioni:qui sub lucullo tum forte in hispania militabat:quo tempore prouocatus ad pugnam: hostem interemit. Nepos aphricani:scilicet superioris per adoptionem.

Aliud eiusdem. Ca.CCCCXCVIII.

Ille quum iam ætate deficiente magnas regni opes quatuor & quinquaginta filiorum nume rum relinquens in lectulo laberetur. Marcum Manilium qui procõsul aphricam obtinebat litteris ob secrauit:ut ad se Scipionẽ Aemylianũ sub eo tũc mili tantẽ mitteret:fœliciorẽ mortẽ suã futurã ratus:si i eõ plexu dextræ eius supremũ spiritũ:ac mãdata posuisset. ¶ Ille aduentum Scipionis fatis suis præcurrẽtibus hęc uxori liberisq; precepat:unum in terris populum ro.& unam in populo romano Scipionis domum nosse:inte gre omnia æmyliano reseruare:eum diuidendi regni ar bitrum haberent qd is statuisset perinde ut testamento cautum immutabile ac sanctum obtinerent. Tot tanta q; uariis rebus se masinissa infatigabili pietatis serie ad centesimum extendit annum.

¶ Fatis præcurrentibus idest præueniente morte dissenit a Cicerone:ut diximus.

ASCENSIVS

¶ Ille.s.idem Masinissa cũ ætate iam defici ente:laberetur.i.ad interitum tenderet i lectu lo.s.decubans:relinquens.i.relicturus iam iã q3:magnas opes.i.facultas regni:& numerũ filiorũ quattuor & qnquaginta.quod illic fie ri poterit:ubi tot uxores quot uolebant habe bant reges:obsecrauit litteris marcũ maniliũ qui procõsul .i. in prouincia cõsulari fungẽs potestate:obtinebat aphricam.s.prouincia3: ut mitteret ad se Scipionẽ Aemylianu3 q per adoptionẽ id cognomenti assumpserat:mili/ tantẽ tunc sub eo ratus mortẽ suã futurã feli ciorẽ:si posuisset idest deposuisset:in cõple/ xu dextræ eius.i.cõplectẽdo & tenẽdo dex/ tram eius:supremum spiritu3 scilicet uitæ: ac mandata idest cõmissa testamentaria.

¶ Ille (affert tertium amicitiæ testimoniu3) scilicet dictus Masinissa:præceperat uxori & liberis hæc.s.quæ dicentur.& hoc fatis suis præcurrentibus aduentum Scipionis.i. m ete accelerante priusq̃ Aemylianus aduenis set:præceperat idest in mandato reliquerat & admonuerat:unum idest solum populum Romanum:& unam idest solam domum Scipionis in populo Romano idest inter Romanos:nosse scilicet ultimam uoluntatem suam:& ut haberent eu3 scilicet Scipionẽ Aemylianũ:arbitrũ regni diuidendi scilicet inter liberos:& obt nerent idest haberent id quod is scilicet Aemylianus Scipio statuisset.s.de regni diuisione imutabile ac sanctum perinde ut idest ac si:cautum sup .fuisset a se te/ stamento idest in ultima uoluntate:Masinissa extendit se idest produxit uitam suam:tot & tam uariis rebus.ut.s.ex his i telligi possunt infatigabili serie idest continuata processione & ostensione :pietatis.i.pii affectus in populum Romanum domumq3 Scipionis.

Præfatio in titu.III.de ingratis.

His & horum similibus exemplis beneficentia generis hũani nutrit' atq; augetur;hæ sũt eius faces:hi stimuli:pp quos iuuãdi & emerendi

His & horum similibus. Laudat hoc loco gratitudinem:cuius officio dicit benignitatem beneficentiamq3 i ho minum pectoribus nutriri pariter & augeri. incitariq3 plurimum homines ad promerendum: contra uero ingratitudinem : omnem pietatis fontem exhauriri beneficentiæ & li/

beralitatis ardorem extinguit: humanam denique societatem facile dirimi. Quorum quoniam: quando quidem exempla cultae gratitudinis diximus: nunc neglectae dicamus: ut contrariis contraria magis elucescant.

ASCEN.

cupiditate flagrat. Et sane amplissimae & speciosissimae diuitiae sunt fœliciter erogatis beneficiis latae posse censeri: quorum quoniam religiosum cultum instituimus nunc neglectum suggillandi gratia: quo sit gratior referemus.

¶His & horum &c. Transitum munit ad narrationem de ingratis: ad quam haec est praefatio mixta tamen cum peroratione de gratis & gratitudinis laudibus: ad hoc enim proponuntur uirtutis exempla ut imitemur unde ea laudat: & uitiorum ut ea fugiamus quo circa eadem uituperat. Ordo est. Beneficentia generis humani nutritur idest conseruatur atque augetur his exemplis & similibus horum. Hae .i. huiusmodi gratitudinis significationes: sunt faces idest incentiua eius .s. beneficentiae: & hi stimuli sup. eius sunt: propter quos .s. stimulos genus humanum flagrat idest ardet cupiditate iuuandi .s. bene meritum: & emerendi .i. euidenter bene merendi de se mutuo. Et sane .i. certe: amplissimae & speciosissimae diuitiae sunt: posse idest si possunt aut quod possunt censeri .i. iudicari: latae idest collatae: beneficiis erogatis .i. impensis feliciter: quia apud gratos. Quorum .s. beneficiorum quoniam nos instituimus cultum religiosum idest anxie & sancte obseruatum nos referemus nunc idest deinceps cultum sup. neglectum: gratia .i. causa suggillandi .i. uituperandi & denigrandi: quo .i. ut sup. cultus religiose obseruatus sit gratior: quia uituperando uitia gratiores uidentur eis oppositae uirtutes.

## De senatu Romano in Romulum. Capitulum .CCCCXCIX.

VRbis nostrae parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia lacerauit: nec duxit nefas ei uitam adimere qui aeterum romano imperio spiritum ingenerauerat. Rude nimirum illud & ferox saeculum quo id conditoris sui cruore fœde maculatum: ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

¶Vrbis nostrae. Hoc est primum exemplum ingratorum quae ut de gratis fecit a senatu Romano auspicatur dicens. Senatus .s. Romanus: lacerauit in curia: parentem nostrae urbis; uidelicet Romulum collocatus ab eo .i. amplissimo gradu dignitatis: quia primores urbis eos fecerat. Nec duxit nephas adimere uitam ei qui ingenerauerat .i. quadam indole naturali qua maiores maiorum animos & facta insequuntur fustulerat: imperio Romano. Non tamen liberos reliquit: hanc autem caedem Romuli Liuius non tacet sed ambigue recitat li. i. eo quod senatui dedecorosa est: sed Romulo forsan debita: ut qui fratrem occiderat regni aemulum. Turpitudinem autem facti relteat author in tempestatem illam subiungens. Nimirum haud dubie saeculum illud sup. fuit rude & ferox quod maculatum cruore conditoris sui idest suae urbis & imperii: Ne quidem idest non etiam summa pietas posteritatis idest eorum qui post Romulum & eius aequales nati sunt: qui tam in deos quam in homines pientissimi habiti sunt: potest dissimulare idest per dissimulationem purgare: quod tamen multi conati sunt.

VRbis nostrae parentem senatus. De ingratitudine dicit populi ro. qui Romulum urbis suae conditorem dilacerauit: uariae sunt de Romuli morte sententiae apud
Mors romuli. scriptores. alii enim dicunt illum post multas res gestas praeclaraque facinora parta tam immortalitatis gloria raptum fuisse: & quod incredibile dictu e mediis ciuium oculis euanuisse nonis quintilibus: nullum prorsus mortis suae uestigium relinquentem: alii inter quos Liuius: dicunt illum a nimbis e media concione raptum cum ad recensendum exercitum in capream paludem conuenisset: ubi repente exorta tempestas cum tonitribus & ingenti uentorum fragore terram undique operuisset. Sol quoque ueluti nocte in tempesta penitus defecisset: atque eo spectaculo conuersis inter se patribus reliquam multitudinem aufugisse: sedata deinde procella ubi ex tam turbido die serena lux redit: regem nusquam apparuisse: famam deinde non obscure uulgatam regem illa a patribus infensis fuisse direptum: alii non in caprea palude: sed in uulcani templo dilaceratum tradunt: cum forte senatum coisset de republica consulturus: & ex patribus suam quemque regis partem in sinu clam abstulisse: ad cuius rei tam atrocis suspitionem ex hominum mentibus omnino tollendam curarunt patres: ut quidam Iulius proculus alba oriundus genere: opibus: & dignitate primarius inter omnes: tum etiam cum rege fide beniuolentia & affinitate coniunctus in concionem descenderet: & iureiurando affirmaret Romulum descendenti sibi in forum occurrisse: forma longe augustiorem humana: dixisseque in deorum se numerum esse translatum: & iussisse nunciare patribus populoque suo ut rem militarem diligentissime colerent: quia nullae opes tantae futurae essent: quae illorum armis resistere possent: se uero progeniem suam propitio munere sospitaturum esse perpetuo: cui uiro dicunt miram fidem traditam esse ob coniunctam cum rege affinitatem: tum etiam eius uiri probitatem & acceptum iusiurandum: & hoc modo depositam fuisse suspitionem: creditumque romulum deum esse quem quirinum appellantes perpetuo coluerunt. Rude: Excusat quodammodo Valerius populum Ro. qui tum rudis esset & ferox: quippe pastores & agrestes omnis prorsus humanitatis expertes.

HVnc ingratum lapsae mentis errorem: Consentanea pœni: quia conueniens fuit ut pœniteret. Virium Romanarum: Quot quantaque in populum Ro. beneficia Camillus contulerit in capitulo de moderatione abunde satis ostendimus. Eorum igitur

## In Camillum. Ca. D. i. CCCCC.

HVnc ingratum lapsae mentis errorem consentanea ciuitatis nostrae pœnitentia sequitur uirium romanarum

incrementum latissimum & tutela fortissima: furius camillus in urbe incolumitatem suam tueri non ualuit: cuius ipse salutem stabilierat & fœlicitatem auxerat. A Lucio. n. apuleio. tri. pl. tanq̃ depeculator ueiẽtãæ prędę reus factus: duris atq; ut ita dicam ferreis sententiis in exilium missus est. Et quidem eo tempore quo optimo iuuene filio spoliatus: solatiis magis alleuandus: q̃ cladibus onerãdus erat Sed immemor patria tanti uiri maximorum meritorum exequiis filii damnatiõem patris iunxit. At inquit ærario abesse. tri. pl. querebatur. xv. milia ęris (tanti nanq; pœna finita est) indignam summã pp quam populus Ro. tali principe careret.

¶ Hunc. &c. Ordo est. Pœnitentia idest facinus pœnitendum & q̃d pœnitentia insecuta est: nostræ ciuitatis. s. romanæ consentanea. i. conformis facto maiorum: sequitur hunc errorem ingratum idest per ingratitudinẽ mentis lapsæ. s. in peccatum. Hoc est (quantum itelligo) quia fœdissimũ erat scelus maiorum in Romulum: & natura peccati talis est ut nisi subito per pœnitentiam deleatur: ad aliud peccatum æque graue aut grauius trahat: Romani multo post lapsi sunt in consimile peccatum erga Camillum qui secundus urbis conditor est habitus: unde pœnitentia quodãmodo pro peccato hic accipitur: hoc est effectus pro causa: pœna pro commisso. nam nõ est pœnitẽtia nisi præcesserit peccatum. Probat aũt quod assumpsit dicens. Furius Camillus eius sup. latissimum incrementum uirium Romanarum: & tutela fortissima: nõ ualuit tueri idest protegere & tutam cõseruare: icolumitatem suam in urbe. s. roma: cuius salutẽ ipse stabilierat idest cõfirmauerat: & cuius felicitatẽ auxerat. Enim. i. quia: ipse factus reus idest accusatus A Lucio Apuleio Tribũo plæbis tanq̃ depeculator idest interceptor & defraudator ad peculium suum quod publicu; esset conuertens: prædæ ueientanæ idest ex ueiis ab eo captis partæ: missus est in exilium sententiis duris atq; ut ita dicam: ferreis. Et quidem eo tempore: quo ipse spoliatus. i. orbatus: optimo filio erat magis alleuãdus solatiis q̃ onerandus cladibus. Sed patria imemor maximorum meritorũ tanti uiri. iunxit exequiis filii damnationem patris. At. i. sed sup. patria se purgans inquit: Tribunus plæbis: uidelicet. L. Apuleius quærebatur quindecim millia æris abesse ærario idest fisco publico (namq; pœna tanti. s. æris: finita idest definita est) appositione indignam sũmam. i. quæ quindecim millia æris sunt sũma indigna propter quã populus Romanus careret tali principe. Et ita actũs sũma regatur a uerbo abesse quod potius dixero: q̃ ut subaudiatur o & sit o sũmam indignam.

## In Scipionem Africanum. Ca. DI.

Priore adhuc querela uibrante alia deinceps exurgit. Africanus superiot non solum contusam & confractam belli punici armis remp. sed pene iam exanguẽ atq; moriẽtem carthaginis dominam reddidit: Cuius clarissima opera iniuriis pẽsando uici ignobilis eum: ac desertę paludis accolã fecerunt. Eiusq; uoluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit: sepulchro suo inscribi iubendo igrata patria ne ossa quidem mea habes. Quid ista aut necessitate

imemor populus Ro. accusatum a. L. apuleio tri. ple. q̃ ueientanam prædam depeculatus esset: ingrate nimis ne dicam impie damnatum in exilium miserunt Intercurrente per eos dies adolescẽtis morte filii: hinc igitur publico hinc priuato incõmodo affectus ardeam in exilium profectus est: hic tanta in patriam pietate fuisse dicitur: ut captis ueiis eã magnam uel apud deos ex tanta fœlicitate inuidiam populus cõtraxisse uideretur iouem optimum maximum cæterosq; deos præcatus sit: ut siqua tantæ uictoriæ & fœlicitatis ultio Romanis deberetur eam totã in se unũ conuerterent Qua imprecatiõe facta dicitur graui casu in terram esse prolapsus: quod illi fuit certissimum futuræ damnationis & exilii prodigium Virium Ro. incrementũ. Quia capenates & phaliscos: adiecit imperio populi Roma. & quod omnium maximum fuit uirtutum suarum opus ueios urbem ea tempestate potẽtissimam & iperii Romani æmulam decem annos a Romanis obsessam eo tempore cepit quo difficilior obsidentibus q̃ obsessis erat obsidio. In urbe: quam seruauerat & ãplificauerat. Depeculator: plutarchus dicit illum accusatum fuisse de spoliorũ tyrãnorũ expilatione q̃ fama esset portas quasdam æneas ex hetruscis spoliis apud illum esse inuentas. Exilium: nam sua sponte ardeam profectus est anteq̃ de illo sententia ferretur. Et quidem eo tempore. Auget hanc ingratitudinem Valerius. q̃ eo tempore illum fuisse damnatum dicat: quo populus Romanus illum potius cõsolari debuerat de morte filii: dicitur cum excederet conuersus ad capitolium geminas tendẽs ad sydera palmas deos esse præcatus: ut quemadmodum innexius inuidia tantum eiiceretur: ita quoq; romani sui facti & ingratitudinis pœnitentia breui caperentur: & ipsius opera in conspectu mortalium conspectu indigerent. Camilliq; desyderio tenerẽtur in hoc Achillem imitatus aduersus ciues. Exequiis iniunxit. Quia uix filii exequias celebrauerat cum in exilium relegatus est. Quindecim milia æris: absens damnatus est. xv. assium milium: qui numerus ad argenti rationem conficit mille & quingẽtas dragmas. nam argenteus assis est: unde denarius dictus quasi dena æra. Adhuc: quasi dicat: nondum tacente. Vibrante: translatio sumpta a telo siue sagitta: quod cum missum fuerit uibratur: & anteq̃ uibrare desierit aliud telum mittitur.

Priore adhuc q̃rela: aphricãus superior. De ingratitudine sequitur populi Romani erga scipionem aphricanũ superiorem quam eo grauiorem ostẽdit: quo plura illius merita in rempublicam & maiora fuisse demonstrat: nam ideo scipionis laudes cõmemorat: ut indignitatem ipsam exaggeret & ingratitudinem quodãmodo detestetur. Fuit autẽ ut diximus accusatus: quod an

tiochea ēm prædā usurpasset: & a rege antiocho pecuniā accepisset ut cōditionib9 gratiosis & mo'libus pax cū eo populi Ro. sōic fieret. Carthaginis dominā: quia illā populo ro. tributariā fecit: Accolā: Habitatorē. Incola dicitur qui ea loca inhabitat: in quibus perdita patria sedē posuerit: quasi aduena & inquilinus: accola uero qui iuxta habitat quasi propinquius & uicinus: hic ergo linterni iuxta paludem reliquū suæ uitæ tempus consūpsit. Vici ignobilis: dissentit a Strabone Valerius non enim uicus: sed oppidum linternum dicit esse Strabo lib. v. in descriptione campaniæ: prope mare inquit post sinuessam linternū est oppidum. Vbi prioris cognomento Scipiōis aphricani sepulchrum iacet: ibi eniz ext. emā consumpsit ætatem omissis propter aliquorz simultatē reipu. negociis: Sepulchro suo iscribi iubendo: Sic enim testamento legauerat: ut sepulturæ suæ titulus ille inscriberetur: Ingrata patria ne ossa mea quidem habebis: de ingratitudine ista alii alia sentiunt ego uero nec maligna relatione insectandā: nec prorsus excusandam esse duco: neqz enim ciuitatem illam gratā unq̄ dicere ausim: quæ præstantissimi uiri simul & innocentissimi tāq̄ de se optime meriti negligenter adeo & abiecte tulerit ignominiam: ut seruatorē sui cedere ex urbe maluerit: q̄ paucorum furorem audaciamqz reprimere: nec tā uituperare: q̄ uituperanda censerē: si ad eā iniuriā inferendā tulisset manus: uerū senatus ut oēs auctores asseuerāt: tyberio graccho Scipiōibus opē fereti aduersus accusatores gratias egit & plebs relictis tribunis accusatoribus per oīa tēpla urbis aphricanū secuta facile declarauit q̄ta beniuolētia: q̄toqz honore dignū censeret scipionū nomē. Quid illud: q amplissimos illi & prope diuinos honores aliquādo detulisse fertur quos ille recipere non sustinuit cū eum perpetuum consulem: dictatoremqz creare uoluerint: cum statuas illi in comitio in rostris: in curia: in capitolio fieri decreuerint: nonne grati ai signa sunt ñ obscura: quod si ex talibus indiciis ciuium animi metiendi sunt: non tam ingrata ciuitas in abiicienda beneficiorum memoria q̄ in toleranda iniuria lenis mollisqz censenda erit. pauci enim fuere qui reliquis indignantibus tale facinus audiendum putarunt. sunt etiam qui putant nunq̄ Scipionem fuisse damnatum: sed gloriæ satietate captum constituisse procul a foro & ambitione quietam agere uitam. & hunc sibi locum quasi ad id aptum delegisse: cæterum illud uerisimilius est Scipionem: ut erat magni & sapientis animi homo inimicorum inuidiam facile contēnentem cedere ex urbe maluisse: q̄ intestinis discordiis ciuitatem euertere. Quid autem ista necessitate: quia inuitus de patria conquestus est. Vltiōe: quia hoc modo denegando patriæ suæ ossa de illa quodāmodo ultus esse uidetur: cum magna quidem modestia: qui nō armis: non bello: non deniqz ulla ui iniuriam uindicandā esse censuit: ut coriolanus: ut alcibiades: ut multi alii. q patria pulsi patriæ bellum intulerunt. De sepulchro tamen & exitu Scipionis uaria tradidere scriptores. Alii Romæ mortuum relatum fuisse scribunt: & ad fidem huius rei monumentum ad portam capenam ei factum: & tres statuas superlocatas fuerunt: quarum duæ. P. & L. Scipionum dicantur esse: tertia Ennii poetæ. huic sententiæ illud cice. suffragari uidetur. Carus inquit aphricano superiori fuit noster Ennius: & Pli. li. vii. naturalis histo. prior inquit aphricanus. Qu. Ennii statuā sepulchro suo imponi iussit clarūqz illud nomen: imo uero spolium ex tertia orbis parte raptum in cinere supremo cum poetæ tiulo legi. Alii auctores sunt inter quos & Valerius & ea uulgatior fama est: linterni aphricanum mortuum ibiqz sepultum ut supra diximus: monumentū ei factū ac statuā suppositā. quā nostra tēpestate disiectam Liuius se uidisse testatur: præterea apud caietā in marmoreo sepulchro æneaqz urna hæc inscripta reperiuntur. Deuicto hānibale & capta carthagine & aucto Imperio hoc cineres marmore lector habes. Cui non europa. non obstitit aphrica quondam Respice res hominum: q̄ breuis urna premit. periit autem Scipio. iiii. & l. suæ ætatis anno. Maiorem me hercle. Ille enim ratio cur maior fuerit uindicta.

indignius: aut querela iustius: aut ultione moderatius? Cineres ei suos negauit quam in cineres collabi nō fuerat passus. Igitur hanc unam scipionis uindictam ingrati animi urbs Ro. sensit: maiorem me hercle coriolani uiolentia. Ille enim metu patriam pulsauit: hic uerecundia. de qua ne queri quidem (tanta uere pietatis cōstantia) nisi post fata sustinuit.

¶ Priore qrela. s. de ingratitudine po. ro. uibrante. i. micante & sese ostentante: alia. s. quærela exurgit deinceps. Aphricanus supior. i. maior reddidit rēp. s. romanā non solū cōtusam & cōf. actam armis belli punici contra hānibalē gesti: sed pene. i. quasi iā morientē & exāguē: reddidit dico: dominā carthaginis: quia eā po. Ro. tributariā effecerat. Cuius. s. aphricani po. Ro. pensando. i. cōpensando & præmiando clarissima opa iniuriis: fecerunt eū accolā uici ignobilis ac paludis desertæ. s. iuxta linternum quo in exiliū abiit. Et tulit ad inferos nō tacitus. i. nō tacens acerbitatem eius exilii uolūtarii: iubēdo iscribi sepulchro suo: Ingrata pr̄ia. s. romana quidē: nō saltē habes ossa mea. Quid (inquit author) aut idignius sup. fuit ista necessitate. s. iuste quærēdi de patria: aut iustius ista quærela aut moderatius ista ultiōe: q. d. nihil. Quia negauit. s. patrie sue cineres suos: quā nō fuerat passus collabi i cineres cū hānibal libēter flāmas ei iniulisset. Igitur urbs roma sensit hāc unā uindictā. i. ultionē actiuā: sciprōis superioris ai igrati. s. po. Ro. (Miscet ergo gtōs: utpote actiuū cū passiuo. nā uindicta seu ultio Scipionis actiua est: ingrati ai passiua) sensit tamē me hercle. s. ita iudicāte ut qđ dico sentio: maiorē sup. uindictam uiolētia. s. q̄ fuerat uiolētia Coriolā. i. Martii. Enī pp qa ille. s. coriolanus: pulsauit. i. infestauit patriaz. s. romā metu: hic. s. Scipio pulsauit sup. eā uerecūdia: q̄ grauior est metu: qa metus cadit ēt in eū qui nō peccauit: uerecūdia non nisi in pcti sui conscīū. De qua. s. patria ne qdē. i. nō saltē qri. i. cōquari sustinuit idest ualuit aut uoluit nisi post fata idest mortē suā iubendo qđ dictū ē sepulchro suo inscribi. Tanta constantia uere pietatis sup. fuit in eo.

Alia passo: non minori fuit ingratitudine in fratrem eius. L. Scipionem: quem deuicto āntiocho: domita asia: & illustrato imperio depeculatus dānare & in carcerē mittere nō dubitauerit: cui iudicio tā impio: tamqz iniquo Tyberius Grac. Scip.

## In Scipionem Asiaticū. Ca. DII.

Alia passo: credo quæ fratri eius acciderunt solatio esse potuerunt cui rex Antiochus deuictus & asia ipio po. Ro. adiecta speciosimusqz

triũphus ut peculatus reus fieret:& in carcerem duci iuberetur causam prebuit.

¶ Talia passo. Subifert exẽplũ ingratitudinis eiusdẽ populi in luciũ Scipionẽ asiaticũ fratrẽ dicti Scipionis dicens. Ego credo sup.q̃ passo talia.s. Scipiõi superiori:ea q̃ acciderãt fratri eius.s. Lucio potuerunt ẽe solatio Iuxta quod dici solet:solatium est miseris sociũ habere in poenis:qd sane miserum est & praecipue in inferno:ubi secundũ Augustinũ non minus imo grauius ardebũt qui cũ multis ardebunt (Cui.s. Lucio asiatico fratri eius rex antiochus deuictus:& asia adiecta imperio po.Ro.& triumphus speciosissimus:ob quẽ debebat esse charus populo Romão) praebuit cãm.i.occasionẽ ut fieret reus peculatus.i.defraudatae reip.& iuberetur duci in carcerẽ:non tamen ductus est.uetante id Tyberio Graccho:ut prius dictum est.

## In Aphricanum posteriorem.Ca.DIII.

Nihilo uirtute minor posterior aphricanus:sed nec exitu quidem foelicior.duabus enim urbibus numãtia atq; Carthagine imperio Ro. imminentibus ex rerum natura depulsis raptorem spiritus domi inuenit:mortis punitorem in foro nõ reperit.

¶ Nihilo uirtute minor. Perstat more suo in eadẽ familia dicens. Aphricanus posterior (qui etiã minor dici solet non quidẽ uirtute ut hoc loco attestatur. Valerius sed tẽpore) nihilo.i.in nullo minor.i.inferior.s.q̃ superior aut q̃ Lucius Scipio:sed nec felicior quidẽ exitu.i.morte:Eni pro quia:duabus urbibus imminentibus idest insidiantibus & infestis Romano imperio:uidelicet Numantia in hispania:& Carthagine in aphrica:depulsis.i.ui deletis ex natura rerũ:inuenit domi.s.suae:raptorẽ spiritus.s.uitae suae & non reperit in foro punitorem mortis sup.suae.quia nemo a quo interfectus esset disquisiuit:nec quemq̃ ad supplicium expostulauit.

## In Scipionem Nasicam.Ca.DIIII.

Quis ignorat tantum laudis scipionem nasicam toga:quantum armis utrũq; aphricanum meruisse? Qui pestifera tyberii gracchi manu faucibus oppressam rẽp.strangulari passus non est:Sedis quoq; propter iniquissimam uirtutum suarum apud ciues aestimationem sub titulo legationis pgamum secessit. Et qd uitae superfuit:ibi sine ullo ingratae patrie desiderio peregit.

¶ Quis ignorat &c. Perseuerat (ut dixi) quãtũ põt in cõtinuãdis exemplis unius domus corneliae seu Scipionũ q̃ cũ eẽt optime merita de patria:iniqssimã recepit ab ea mercedẽ. Ordo ẽ. Quis ignorat Scipionem Nasicã:q optimus ciuiũ a senatu iudicatus ẽ meruisse tantũ laudis sup.i toga.i.urbe ubi toga induebãtur Romani quãtũ utrũq; aphricanũ.s. tã superiorẽ q̃ posteriorẽ armis.i.in re bellica:q.d.nemo q & illũ & hos nouit:utpote:qui nõ ẽ passus remp.oppressam faucibus.i.in faucibus aut habentẽ oppressas fauces suas:pestifera manu tyberii gracchi: strãgulari.i.suffocari & extingui ab ea. Sed.i.& nihilominus:quoq;.i.ẽt is.s. Nasica secessit.i.abiuit tanq̃ in exiliũ sub titulo legationis Pergamũ:ciuitatẽ illã asiae nobilissimã.propter iniquissimã aestimationẽ uirtutũ suaꝝ apd ciues. Et peregit ibi.s.pergami:sine ullo desyderio patriae ingratae:sup.id uitae:quod superfuit.i.reliquum ei fuit:quod quia paululum fuit:p partitionem apte locutus est.

inimicus rei in dignitate cõmotus non dissimulanter intercessit &.L.Scipionẽ e lictorum manibus eripuit. Siqs igiẽ quaeret ex aphricano:qualis fuerit populus Romanus erga fratrẽ eius:respõdebit nihilominus igrati q̃ in seipsum Credo potuerũt esse solatio:Hironice loquitur. Talia.s.documẽta ingratitudinis. Peculatus:accusatus:fuerat q asiaticã pdam usurpasset:ut in capitulo de fiducia diximus:ubi frater eius aphricanus prolatum librũ in quo totius pecuniae sũma cõtinebatur in conspectu populi discidit:affirmans se posse rationem reddere:sed nolle ne seipsum contumelia afficeret. fuerat enim ut diximus fratris legatus in asia.

Nihilo uirtute posterior: Hoc exemplum in capitulo de moderatione plixe satis narrauimus. Dicit aphricanum inferiorem & uirtute & fato parem fuisse superiori. Imminentibus:ingruentibus. Raptorẽ. Rñdit obiectioni:posset aliqs dicere nihil est quod ingratitudinis populum Romanum accuses:neq; enim Scipioni fecit iniuriam:sed innocens fuit non ita est inquit.nã in eo quod de eius morte nullaz in foro quaestionem habuit iniuriam Scipioni maximam fecit.nam passus est indignam & nefandam eius caedem inultã. Varia suspicati sunt homines de morte eius:alii.C.Carbonem:alii semproniam uxorem:ut supra diximus auctorem mortis fuisse crediderunt.

Quis ignorat: Hic iunioris Aphricani patruelis fuit:qui tertius populi iudicio optimus omnium iudicatus ẽ:quo tempore deorum mater Pesinunte romam aduecta est:cum nondum in urbe templum illi dedicatum esset:& ex oraculo apolinis ab omnium optimo suscipiẽda foret diu quaesitum est: quis:nam in urbe tanto titulo dignius haberetur. Ad hunc Scipionem summo omnium iudicium uentum est:qui tantum super numen priuato susciperet hospitio:donec illi publice templum constitueretur:hic quoq; Tyberii gracchi seditiosissimi hominis furores repressit.nam illum leges agrarias contra senatus auctoritatem:ut diximus:ferre molientem.& remp.uariis seditionibus euertentem:cum multitudine bonorum impetu facto subselliorum fragmentis occidit:multaq; alia in remp.merita contulit. illum tamen falso accusatum sub titulo legationis uoluntarium in asiam exiliũ sibi diligere coegerunt. Strangulari proprie dicitur gulam stringere. Passus non est:quia Gracchum occidit. Iniquam. Quia a tribunis agitabatur. Titulo legationis ut tutus iret.nam cum grauis plebi foret tyberii mors:iamq; uindicta aduersus interfectores & in primis nasicã pararetur. Sollicitus de salute nasicae senatus liberam sibi in asiam legationem decreuit. Nasica q̃q̃ maximo sacerdotio esset alligatus:

tũ italiã deseruit: & in asiã profectus: haud multo post circa pgamũ interiit. Pergamũ: ciuitaté asiæ. ẽ.n. pgamũ teste Stra. li. xiii. asiæ ciuitas iter acceoli ciuitates principatũ obtinés q̃ diu sub attalicis fortunata fuit: hanc pter fluit caicus per cãpum qui caicus appellatur.

IN eodẽ noie uersor. Hic. P. lentulus de gẽte cornelia fuit: de q̃ lẽtulus ille natus ẽ q cũ catilina in rẽp. cõiurauerat & a cicerone cõsule cũ aliis cõiuratis necari iussus ẽ. nã ea cã in coniurationẽ uenerat: qa se pricipẽ oium futurũ speraret: eo q oraculũ tribus e gente cornelia deberi remp. Romanam: & unũ ex his se tertiũ esse existimabat: sed est opinione deceptus. hic ergo lẽtulus de quo loquimur primus. C. Gracchi: & fuluii q per seditionẽ auentinũ cuz armata manu occupauerãt: impetũ furoresq; repræssit cõsule. L. opimio cui summa potestas a senatu data fuerat: ut caueret nequid detrimenti respu. caperet. Hic igitur pro repu. a tanta seditiõe libera id præmii recepit: ut paulopost sub specie legationis in exiliũ missus fuerit. In auentinum quo gracchus & fuluius eius collega: cũ cæteris cõiuratis se receperãt. Magnis uul. excep. cum gracchum de auentino monte quem cum armata multitudine occupauerat fortiter deturbasset illumq; ad pontem usq; subliciũ insectatus esset: donec suæ temeritatis pœnas dedisset ipse grauiter uulneratus est. Inuidia obtrectatione: inuidia est inter impares cum minor inuidet maiori: obtrectatio uero inter pares. Libera lega. Ut tuto posset ire quocunq; uellet. erat autẽ hæc honesta exilii conditio.

Quinq; igitur deinde. Concludit hoc exẽplum cum hac ingratæ ciuitatis nota: ut dicat in quinq; nobilissimos gentis Corneliæ uiros de se optime meritos ingratissimam extitisse.

HAla uero. Fames urbem inuaserat uel malignitate temporum q anni fuissent segetibus aduersi: uel negligentia plæbis: quæ concionum dulcedine capta: deserto agrorum cultu coluerat urbem (nam utrunq; traditur) spurius melius eques Ro. illis tpib9 prædiues rẽ utilẽ pessimo exẽplo: peiore consilio est aggressus: nã frumẽto priuata pecun a coẽpto largitiões frumẽti in populũ famæ laborantẽ facere instituit ut hoc munere plæbs sibi obnoxia facta honores demandaret: nec hoc contentus de regno cœpit agitare iamq; coniuratio parabatur: nam tela in eius domũ cõferri: cõcionesq; haberi & nõ dubia de regno consilia qd cũ senatui nũciatũ esset primo cõsules increpare: q eas largitiones coetusq; in priuata domo fieri pmitterẽt. Deinde dictatorẽ dicendum censuit creatus est. L. Qu. cincinnatus qui. C. Seruilium halã magistrũ equitũ dixit q missus a dictatore ad meliũ ut illum ad se deduceret cuz uenire recusasset: eum stricto gladio isecutus obtruncat: reuersus deinde a dictatore lau

## In Lentulum. Ca. DV.

IN eodem nomie uersor: necdum corneliæ gẽtis querelas exhausi. Nam Publius Lentulus clarissimus & amãtissimus reipublicæ ciuis cum in auentino Caii Gracchi nefarios conatus & aciẽ pia ac forti pugna magnis uulneribus exceptis fugasset prælii illius: quo leges: pacem libertatemq; in suo statu retinuerat. hanc mercedem tulit: ne in nostra quidem urbe moreretur. Siquidem inuidia & obtrectatione compulsus legatione a senatu libera impetrata: habitaq; concione qua a diis immortalibus petiit ne unq̃ ad ingratũ populum reuerteretur in siciliam profectus est: ibiq; perseueranter morando compotem se uoti fecit.

Quinq; igitur deinde cornelii totidem sunt notissima ingratæ patriæ exempla: atq; horum quidem secessus uoluntarii.

In eodẽ. Affert quintũ eiusdem familiæ exemplum dicens Ego uersor in eodẽ nomine. s. scipionũ aut gentis Corneliæ. Quia ego necdũ idest non adhuc exhausi idest euacuaui & expleui quærelas. s. iustas de ingratitudine patriæ gentis corneliæ idest quas gens cornelia de patria facere posset. Namq; Publius lentulus ciuis clarissimus & amantissimus resp. cum idest dispulisset in auentino. s. colle: in quem Gracchus & fuluius per seditionem secessionem fecerant nefarios conatus & aciem scilicet instructã aduersus patres conscriptos: & hoc magnis uulneribus exceptis idest acceptis euidenter scilicet ab ipso lentulo: pugna pia: quia pro salute resp. ac forti: quia contra maximam urbis partem: tulit idest reportauit hanc mercedem illius prælii quo retinuerat in suo statu: leges. pacem idest concordiam & libertatem scilicet Romanam. hanc dic . . . dem ne quidem idest ut ne saltem moreretur in nostra urbe: hoc est Roma. Siquidez idest quandoquidem ipse cõpulsus inuidia & obtrectatione. s. malignantium: legatione. i. profectione aut uoluntario exilio ad conseruandum honorẽ eius nomine legationis palliato: impetrato a senatu: & concione idest oratione ad populum conuocatum habita: qua idest in qua concione petit a diis imortalibus ne reuerteretur unq̃ ad populum ingratum: profectus ẽ in siciliam: & morando ibi perseueranter fecit se compotẽ uoti: quia nũq̃ deinde in patriam reuersus est. Igitur quinq; cornelii idest gentis corneliæ uiri. deinde idest continui: sunt totidem idest etiam quinq; exempla patriæ ingratæ Atq; quidem secessus idest abitiones in exilium horum. s. iã dictorũ sup. fuerunt uoluntarii: cum secus sit de eo quod sequitur.

## In Halam Seruilium. Cap. DVI.

HAla uero quum magister equitum spurium meliũ regnum affectantẽ occidisset custodite libertatis ciuiũ exilio suo pœnas pepẽdit.

Ceterum ut senatus populiq; mens in modum subitæ tempestatis concitata Leui querela prosequenda est: Ita singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindẽda sunt quia potentes consilii cum utrumq; ratione ppendere liceret: scelus pietati pretulerunt.

¶Hala uero &c.Ordo est:illi quidem in uoluntarium abierant exilium:
uero pro sed:hala.s.seruilius:quum ipse magister equitum(Male legunt
quidam magistrum:ut referatur ad melium quod nequa͞q uerum est:)di
ctus.s.a.L.Quintio Cincinato:occidisset(iussu tamen dictatoris) Spu
rium Melium ciuem potentem & ambitiosum:affectantem regnum.s.in
urbem tam liberam pependit exilio suo poenas libertatis ciuium custodi
tae.s.ab eo:hoc est pro custodia libertatis exilium recepit.¶Caeterum &c.
parasceue est ad singularis ingratitudinis exempla:ad quae transitum pa
rat.Ordo est caeterum.i.sed ut.i.quemadmodum mens senatus.i.patrum
conscriptorum qui multi erant & populi.s.Romani qui multo numero/
sior concitata.i.commota & agitata & a.d iram incitata: in modum tem
pestatis subitae.i.subito ortae est prosequenda.i.afficienda leui.i.facili &
modica querela:ita ingrata facta singulorum sunt proscindenda.i.digna
sunt quae proscindantur indignatione liberiore:& ita maiore Quia.s.sin
guli potentes consilii cum liceret eis perpendere aestimare.i.utrunq3 idest
utramq3 partem:tam piam q͞ impiam tam gratam q͞ ingratam:rationa/
li discretione aut calculo ualorum:praetulerunt pietati scelus.i.pro benefi
ctis iniuriam retulerunt.Sane ex hoc loco uidetur posse probari principa
tum unius esse meliorem q͞ plurium:quod quidem uerum est:si illi plures
boni non fuerint.Nam licet(quod dici solet plus uident oculi q͞ oculus ta
men in multitudine confusa:saepe pars maior meliorem superat: & ita li
cet bonorum exilium omnibus bonis displicuerit:tamen quia placuit ma
lis qui multo plures sunt & sententiae tales pluralitati uocum conceduntur
tur difficilius est multitudinem q͞ singulos qui a nullo coacti sunt recte iu
dicare:quo circa minus multitudo peccare q͞ singuli uideretur ideoq3 mul
titudini parcendum esse cautum est.

## De P.Sextilio Cap. DVII.

Quo.n.nimbo:qua procella uerborum impiu͞
sextilii caput obrui meretur q͞.L.caesare͞ a quo
tum studiose:tum etia͞ feliciter grauissimi cri/
minis reus defensus fuerat:Cinnanae proscriptionis tem
pore profugum praesidium suum in fundo tarquinensi
cladis conditione implorare:beneficii iura repetere co/
actum a sacris p fide mensae & altaribus nefa͞dorum pe/
natum auulsum truculento uictori iugulandum tradere
non exhorruit.Finge accusatore͞ eius fortuna publica i͞
supplicis nomen conuersum:tam luctuosam illam ope͞
genibus annixum orasse:crudeliter tamen repulsus uide
retur quum etiam quos iniuriae inuisos faciunt gratio/
sos miseriae reddant.Verum Sextilius non accusatore͞:
sed patronum saeuissime inimici uiolentiae suis manibus
obiecit:si metu mortis uita indignus:si praemii spe:mor
te dignissimus.

¶Quo enim nimbo &c.Inuehitur igitur in eos qui cum grati esse pos
sent & a nullo ad ingratitudinem impellerentur:igrati esse maluerunt. Et
primo in Publium Sextilium dicens,dico sup.eos qui sponte cum singuli
essent per ingratitudinem peccauerunt liberiore indignatione proscinden
dos.Enim pro quia:quo nimbo.i.ui(est enim uis uentorum admixtorum
aeri)& qua procella.i.ui(Est autem uis uentorum admixtorum aquae)
uerborum :caput Sextilii impium.s.in Lucium Caesarem. meretur obrui
q.d.maximo & maxima:q.i.eo q͞ non exhorruit tradere Lucium Caesa
rem scilicet oratorem:a quo ipse sextilius reus grauissimi criminis utpote
maiestatis postulatus:fuerat defensus tum id est simul studiose.i.diligen
datur q͞ rempubli.liberasset.uerum pauloporst
damnatum halam populus romanus i exiliu͞
ire coegit.Cicero in Catone maiore. Lucii
Quintii cincinati iussu magister equitum ser
uilius hala spurium regnum affectantem oc
cupatum interemit.Plinius de uiris illu. Qu.
cincinatus deposita dictatura ad agricultura͞
reuersus iterum post uiginti annos dictator
dictus spurium melium regnum affectantem
a seruilio hala magistro equitum occidi ius/
sit:domum eius solo adequauit: unde locus
aequimelium dicitur.¶Caeterum ut:Postq͞ de
publica ingratitudine dixit.transit ad priuata͞
& illam dicit maiori nota censendam q͞ i uul
go nulla sit peritia:sed in modum subitae tem
pestatis concitetur:singulis autem perpenden
di beneficii datam esse potestatem.Leui que
rela:quia imperitia obsistit uulgo ne possit ius
ab iniuria discernere:Proscindenda: dilacera͞
da onerand͞a conuiciis.Perpendere Examina
re.Scelus pietati: ingratitudinem gratitudini
praeposuerunt.

Vo nimbo.Qu.hic sextilius postula
tus fuerat maiestatis contra Syllam
Lucius caesar tunc orator eximius i
ea accusatione defendit.orta deinde inter ci
nam & carbonem consules seditione pestife
ra:pulsus ex urbe Cinna cum paulopost Ma
rio co͞iunctus urbem cepisset de inimicis gra
uiter ultus est:quorum alios in urbe trucida
uit:alios in tabella proscriptos exposuit inter
quos.L.Caesar orator qui Tarquinios he-
truriam fugiens ad sextilium ueterem clientu͞
suam diuertit.apud quem tutam salutem sua͞
fore sperabat cuius ipse salutem aliquando
protexisset.ne uero contra ingratissimus &
impius homo & patronum & hospitem pro
didit.Nimbo impetu.Qua procella quo tur
bine & est translatio sumpta a te͞pestate.Cri
minis reus:maiestatis contra syllam. hic est
Caesar cuius meminit Cicero in libro de ora
tore & illum introducit:de arte disputantem
Cinnanae proscriptionis.Nam post reditum
Marii Cinna collegae sui consulis.Cn.octa/
uii caput praecidi iussit:pari ratione.P.crassi
L.caesaris nobilissimorum hominum quorum
uirtus fuerat domi militiaeq3 cognita.Marci
quoq3 Antonii omnium eloque͞tissimi:quos
ego audiuerim.Luci caesaris in quo mihi ui
detur fuisse specimen humanitatis:salis. sua
uitatis leporis:haec Cicero in tusculanis:cin
na igitur iusserat inimicorum capita proferri
bi:quae impune poterant occidi.Repetere q͞
si debitum:Nefandorum penatum:pro ipsi 9
nefandi.Finge accusatorem. Exaggerat hoc
crimen Valerius si accusator inquit fuisset no͞
defensor & in ea fortuna genibus prouolu/
tus opem in tanta perturbatione suppliciter
implorasset:no͞ nisi crudeliter repelli posse ui
debatur:cum uero patronus & salutis defen
sor tam impie proditus fuerit: q͞ta ingratitu
dine q͞to odio prosequendus e͞:Si metu mor
tis uita indignus.Vtitur complexione:aut in

quis metu mortis prodidit patronum & hospitem suu3 sextilius:aut spe alicuius præmii cõsequendi:si metu mortis id fecit indignus est qui uiuat qui turpitudini honestatem uitæ cupiditate præponere non dubitauit: si spe præmii alicuius consequendi multo magis morte dignus fuisse uidetur.

ter & affectuose:tum.i.simul etiam feliciter:quia absolutus fuit:profugũ i.procul a conspectu hostis fugientem tempore proscriptionis Cinnanæ i.quam Cinna & Marius coniunctis copiis in Syllam uictores & urbis compotes effecti fecerant:coactum implorare.i plorãdo petere præsidiũ suum.i.a quo defendatur auxilium.aut forte munimentum & ut dicunt fortalitium:& in fundo Tarquinien.& ita in hetruria:conditione.i. propter conditionem cladis:quia non sua culpa sed cõmuni ciuium calamitate ta'la pateretur:& coactum repetere quia aliter non repeti:ssetiura beneficii.s.in Sextilium collati:non di:o exhorruit tradere uictori truculento:uidelicet Cinnæ iugulandum.i.in ea parte colli trucidandum:auulsum.i.ui abstractum sacris perfidæ mensæ:quia hospites dum primũ adueniebant ioui aliquid libaminis faciebant ut felicius & sanctius esset hospitium:& ab altaribus penatum nefandoru3.i.quos ipse Sextilius nefandus scelerauerat.Finge.i.per imaginationem licet falsam pone:sup.Lucium Cæsarem accusatorem qui tamen defensor erat aut reuera accusatorem.i.eum qui Sextilium accusauerat:conuersum.i.mutatum in nomen supplicis.i. supplicantis sextilio quem prius accusauerat.publica fortuna eius.i.eo q fortuna sic fit mutata:ut qui potiores fuerant uincente sylla & aliorum accusatores cogantur marianis dominantibus supplicare:annixum genibus.s.sextilii.i.prouolutum ad genua eius:orasse tam luctuosam illam opem q̃.s.Cæsar orauit:tamen.i.licet prius accusator & hostis:uideretur:tamen repulsus crudeliter:quum.i.quandoquidem(id autem melius quadrat q̃ ut legatur quinctiam)miseriæ reddant gratiosos.i.acceptabiles & tractabiles cum gratia & beniuolentia:etiam eos sup.quos iniuriæ.s.quas intulerunt faciunt inuisos. Verũ sextilius obiecit suis manibus sæuissimæ uiolentiæ inimici non accusatorem sed patronum.i.defensorem sui:si sup. id fecit metu mortis(quia in tabella proscriptorum ascribuntur generali clausula:omnes qui proscriptos celauerint preti xerint:aut quauis ope iuuerint)indignus sup.fuit uita:uñ Iuuenalis grauissime & sanctissime dixit Summum crede nefas animam præferre pudori Et propter uitam uiuendi perdere causas.Causæ autem uiuendi sunt ut sancte iuste & honeste operemur quæ deo & homini grata sint.si sup.Sextilius id fecit spe præmii.dignissimus sup.fuit morte.

Sed ut ad alium:Marcus Cicero Popilium lenate3 defendit paricidii:ut uult Plutarchus in uita Ciceronis. Octauianus cæsar pacem & fœdus cum Antonio & lepido fecit ita ut hi triumuiri rei cõstituendæ per quinquennium essent & suos quisq3 inimicos proscriberet:In qua proscriptiõe.cxxx.senatorum nomina fuerunt. reliqui fuerunt equestris ordinis uiri. ex plæbe pauci admodum : nam ad.ccc. ciues proscripti sunt.Inter hos igitur Lucius cæsar auunculus antonii:& paulus lepidus.M.lepidi frater & Cicero noster proscripti sunt:& a popilio lennate occisi dicitur octauianus diu ac multum restitisse ne Cicero in proscriptorum numero esset:adductus uerecundia q eum patre3 appellare cõsueuerat:& q eius ope ad id potentiæ peruenisset:sed uictus tandem obstinata nimis Antonii uoluntate:qui Cicerone3 præ cæteris unu3 deposcebat propter philippicas in eum scriptas:unde Iuuenalis. Antonii gladios potuit cõtẽnere si sic omnia dixisset.ergo cædere coactus est.Cicero ubi intellexit quæ facta erãt:una cum Qu.fratre ad brutum in macedoniam ire constituit. frater uero qui mœrore confectus non se satis uiatici sumpsisse putabat:domum reuersus : ut accepta pecunia ciceronem consequeretur : proditus a seruis una cum filio interfectus est.Cicero uero dum ad nauem in lectica defertur a satellitibus antonianis:quos popilius ille ducebat:quem ut diximus:Cicero in iudicio defenderat:in itinere interceptus ẽ: haud procul a portu caietæ qui popilio iugulum eius poscẽti cum barbam prius dextra diuulsisset:fortis & intrepidus porrexit:Iuuenalis tamen dicit non caput solum:sed etiam manum abscissam fuisse ciceroni. Dicit.n.in satyra.Omnibus in terris Ingenio manus ẽ & ceruix cæsa:nec unq̃ sanguine causidici ma-

## De Cn.Popilio Lenate Cap.DVIII.

Sed ut ad alium cõsentaneum huic ingrati animi actum transgrediar. M.Cic.Cneũ Popiliũ lẽatẽ picenæ regionis rogatu.M.cœlii nõ minore cura q̃ eloquentia defendit:eũq; causa admodum dubia fluctuãtẽ saluum ad penates suos remisit. hic Popilius postea nec re:nec uerbo a cicerõe lesus ultro Marcum Anto.rogauit ut ad illum proscriptum persequendum & iugulandum mitteretur.Impetratisq; detestabilis ministerii partibus:gaudio exultans Caietam cucurrit:& uirum omitto q amplissimæ dignitatis certe salubritatis eius auctorẽ studio præstantis officii priuatim sibi uenerandum iugulum præbere iussit ac protinus caput romãæ eloquentiæ:& pacis clarissimam dextrã per sũmum & securum ocium amputauit:eaq; sarcina tanq̃ opimis spoliis alacer in urbem reuersus est:Neq;.n.scelestum portanti onus succurrisse caput ferre:qđ pro capite eius quõdam porauerat. Inualide ad hoc monstrũ suggillandum littere:quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit alius Cicero non extat.

¶ Sed ut transgrediar ad alium actum ingrati animi:consentaneum.i.cõformem huic.s.iam dicto.Marcus Cicero defendit rogatu Marci Cœlii: Cneum popilium lenatem regionis picẽæ:non minore cura q̃ eloquentia & remisit eum fluctuantem.i.periclitatem more nauis aduersis fluctibus depræhensæ:causa admodum dubia.i.periculosa & incerta de absolutione ad suos penates saluum.i.indẽnẽ:hic.i.huiusmodi popilius qui tantũ Ciceroni debebat:postea nec re nec uerbo læsus a Cicerone.rogauit ultro i.non requisitus ab aliquo Marcum Anto.s.Triumuirum in quem Philippicas Cice.habuerat & scripserat ut mitteretur ad persequẽdum & iugu

lādū illū.s.Cice.proscriptum.s.ab antonio:annuente augusto:& partibus i.onere & munere:detestabilis ministerii impetratis.s.ab Antōio ipse exultans gaudio cucurrit Caietam.i.ad eam urbem litteralem italiæ: de qua uirg.in principio.vii. Tu quoq; littoribus nostris æneia nutrix Aeternuz moriens nomen Caieta dedisti. & iussit uirum.i.Ciceronem:omitto.i.taceo sup.q uir fuit amplissimæ dignitatis:quia consulatu sic functus ut parens patriæ primus sit appellatus:certe.i.saltem si non publico nomine uenerandum putarit:authorem salubritatis.i.salutis eius.s.Populi: uenerandum sibi priuatim studio præstantis officii.s.patrocinii præstiti in tam dubia causa per summuz & securum ocium & ita dedita opera caput Romanæ eloquentiæ & dextram clarissimam pacis.i.quæ i toga triumphū meruit: & plus ciuitati profecit q̄ quiuis armatus( Ideo autem dextram amputatam ad antonium attulit q ea philippicas scripserat: Antōius autem Caput & dextram pro rostris affigi iussit)& ipse popilius reuersus est in urbem alacer.i.lætus ea sarcina.s.capitis & dextræ Ciceronis:tanq̄ spoliis opimis.i.quæ dux duci detraxerit in iusto bello:& ioui feretrio ea retulerit:quod summæ gloriæ paucisq; datæ æstimabatur. Ideo autem alacer quia sine remorsu conscientiæ. Neq; eniz succurrit.i.per misericordiam in mentem uenit portanti onus scelestum.i.ipse scelestus( sed more suo epitheta confundit: ut in superiori capitulo penates nefandos dixit:pro hominis nefandi) se ierre illud caput quod perorauerat.i.orando uicerat quondam pro capite eius.s.popilii. Litteræ.i.omnes quæ tunc extabant sunt.( inquit author sup.inualidæ.i. insufficientes:ad suggillandum.i.infamia denigrandum hoc monstrum.i.monstruosum hominem:quoniam alius Cicero nō extat.i.nullus tam eloquens post Ciceronem inuentus est ut fuerat Cicero:qui possit deplorare satis digne. casum.i.cladem & ruinam Ciceronis.

duerunt rostra pusilli. Brutus uero audita Ciceronis morte.C. Antonium.Ma. Antonii fratrem quem captiuum habebat ciceroni filio ad uindictam concessit. Picenæ: Quæ regio marchiæ ē:picenus.n.ager a pico dictus. nā cum quidam in eam regionem aliunde uenisset:& uexillum gerens condendæ urbis locū peteret:in eius uexillo constitit picus:unde regio illa picena dicta est.M.Celii qui amantissimus Cic.erat Fluctantem:dubitantem & i magno periculo uersantem:translatio a naui quæ fluctibus agitatur. Sibi uenerandum Quia eum defenderat. Tanq̄ opimis spoliis Tanq̄ dux ducem cecidisset. Scelestuz onus hypalage est pro ipse scelestus.

## De Pompeio Magno. Cap. DIX.

Quo te tunc modo magne Pompei attingam nescio:nam & amplitudinē fortunæ tuæ.quæ quondam omnes terras & omnia maria fulgore suo occupauerat intueor & ruinam eius maiorem esse q̄ ut manu mea attentari debeat memini. Sed tamē nobis quoq; tacentibus Cnei Carbonis a quo admodū adolescens de paternis bonis in foro dimicās ptectus es:iussu tuo interempti mors animis hoim obseruabitur non sine aliqua reprehensione quia tam ingrato facto plus. L. syllæ uiribus q̄ propriæ idulsisti uerecūdiæ.

¶Quo te &c. Ordo est O magne pompei:ego nescio quomodo.i.forma taxandi ego attingam te:Nam: &.i.simul intueor.i.inspicio amplitudinez fortunæ tuæ:quæ occupauerat quondam fulgore suo omnes terras & omnia maria:& memini ruinam.i.casum eius per ingratitudinem ( nam de morte eius nihil ad hunc locum )esse maiorem:q̄ ut debeat attentari s.perscribi mea manu: Sed tamen nobis quoq; tacentibus.i.etiam si tacuerimus:mors Cnei Carbonis:a quo protectus es admodum.i. ualde adolescens:dimicans in foro.s.contentioso de bonis paternis & interempti iussu tuo:obseruabitur.i.repræsentabitur animis hominum:non sine.i.cum aliqua repræhensione:s.tui quia tu indulsisti tā ingrato facto plus uiribus syllæ q̄ propriæ uerecundiæ.

Quo te nūc modo. Pompeius Strabo magni pōpeii pater latino bello dux exercitus:præter alia oppida cepit & Asculū: atq; diripuit:deinde post aliquot annos eo mortuo pompe.accusatus est peculatus q ex ea præda sibi aliquid usurpasset pater:afferebant aliquos libellos qui missi fuerant domum strabonis.i eo iudicio a Cn. Carbone defensus est: & ipse pariter adeo perspicax:& præter ætatem promptus uisus est:ut inde gloriam gratiam : beniuolentiam q; multam reportaret:postea uero cum Sylla remp.occupasset pompeium aduersus carbonem qui classe siciliam occupauerat. cum exercitu misit:quem superatum cum se pompeio uictori supplex subiiceret: dicitur pompeius eum ingrate nimis & crudeliter tractasse:nam illum uictum produxit in mediū. & pro tribunali sedens damnauit: damnatum deinde ad necem pertractum interfici iussit. dicitur iste carbo cum ad necem duceretur ut ensem strictum sibi imminere uidit cupiditate ultæ commotum.locum & horam per breuem orasse tantisper dum exoneraret uētrē. de hoc carbone.Cic.in epistolis familiaribus li.ix.epistola quæ incipit tandem infamiæ:cognouimus inquit.Cn.Carbonem & fratrem eius scurram.quid his improbius: & paulopost :hoc qui a pompeio nostro interfectus est nemo improbior meo iudicio fuit. Quomodo:quo pacto mordeam & accusem te. Tam ingrato facto.nam si occidēdo carbonem tuas uires auxisses tolerandum esset.

## Externa. De Carthagineñ. Cap. DX.

At ne nostra confessis alienigināe urbes insultent:Carthaginenses hānibalem:qui pro illorum incolumitate & uictoria tot imperatores totq; exercitus nostros trucidauerat:quot gregarios milites hostiū si occidisset magnæ gloriæ foret.e cōspectu submouere in animum induxerunt.

At ne nostra. Conuenienter transit ad externa & rationem affert transitionis suæ ne.s.irrideantur ab externis populis si soli ingrati romani fuisse uideantur. Primum autem exemplum de Carthaginensibus qui aduersus hannibalem ingratissimi quidem extiterunt:nam cum tot uictoris

patriam illustrasset:tamen illum & romanis accusarunt tanq̃ uiolati foederis auctorem & in exilium ire coegerunt. Sunt etiam qui dicunt cum hannibal se in uicum suum recepisset:Carthaginenses sumptis armis eum petere uoluisse ad necem quod ubi intellexit hannibal confugit in asiam ad antiochum cui se tanto opere insinuauit:ut hospitaliter honorificeq; susceptus in omnibus publicis & priuatis consiliis adhiberetur:qui non prius desitit q̃ regem impulit ut romanis bellum inferret. Cice. in oratione .xiii. circa finem. Quis carthaginensium pluris fuit hannibale:consilio:uirtute:rebus gestis. qui unus cum po.ro.tot annos de imperio:de gloria decertauit:hunc sui ciues de ciuitate eiecerunt. Insultent: Nos per contumeliam irrideant. Tot imperatores. Vt Qu.Flaminium. Paulum Aemilium. M. Marcellũ. T. Gracchũ aliosq; complures.

¶ At.i.sed:ne urbes alienigenæ.i.ciuitates externæ:insultent.i. impetum irrisionis & illusionis faciant.nobis sup.confessis nostra.s.uitia ingratitudinis:dico sup.q' Carthaginenses induxerunt in animum.s.suum.i. sustinuerunt submouere e conspectu suo.i.agere in exilium:hannibalem.s.ducem suum.qui trucidauerat pro incolumitate & uictoria illorum.s.carthaginen.tot imperatores & tot exercitus nostros.i.Romanos: quot si occidisset gregarios.i.nulla excellentia præditos:milites hostium:foret idest esset magnæ gloriæ.

¶ Coriolanus (Cuius primum est inter pios in parentes exemplum) uir maximi animi & altissimi consilii:& optime meritus de rep.s. Romana prostratus ruina iniquissimæ damnationis scilicet factæ per furorem populi male instigati:confugit ad uolscos scilicet populos italiæ : infestos.i. hostes & uim inferentes tunc Romanis (Virtus autem existimatur ubiq3 scilicet terrarum magno prætio) Itaq3 idest & ita quia uirtus eius cognita fuit:ipse adeptus est breui:summum imperium ibi quo uenerat quæsitum idest ad quærendas latebras.s.exilii sui. Et euenit ut quem ciues scilicet Romani:noluerunt habere imperatorem salutarem pro se experirentur ducem pene pestiferum idest afferentem perniciem:aduersus se. Enim pro quia:exercitibus nostris fusis frequẽter scilicet a Volscis eius ductu:struxit idest muniuit & effecit: uolsco militi aditum idest accessum iuxta mœnia urbis scilicet Romæ:gradibus idest successibus uictoriarũ suarũ Quapropter populus ille.s.Romanus:fastiosus idest superbus & cõtemptor in æstimandis idest appretiandis bonis:qui non pepercerat reo idest accusato licet iniquæ:coactus est supplicare exuli idest iam exulante :sed ui in patriam reuer.o. Legati missi ad deprecandum eum idest flectendũ eum præcibus:nihil profecerunt:deinde sacerdotes missi cum ĩfulis idest ornatu sacerdotali præsertim in capite:redierunt æquæ idest equaliter sine effectu: Senatus stupebat idest hebetabatur cogitando & non inueniẽdo exitum mali:populus trepidabat præ timore:uiri pariter & mulieres lamentabantur exitium scilicet urbis iminens idest instans aut appropinquans urbi. Tunc ueturia mater Coriolani trahens secum Volumniam uxorem eius scilicet Coriolani & liberos scilicet utriusq3:petiit castra uolscorum .quam scilicet matrem suam:ubi idest quando filius aspexit petiit complexum matris propere idest festinanter:ut amens idest raptus impatienti charitate in eã. Illa scilicet mater eius Veturia:uersa idest mutata ex precibus in iram ait:sine.i.permitte aut desine complexum meum petere ut sciam priusq̄ accipiam complexum scilicet:uum an ueneri ad hostem an ad filium:& ne idest an sim captiua in castris tuis an mater. Vita longa & senecta infelix traxit me in hoc.i.ad hanc calamitatem ut uiderem te exulem deinde ut uiderem te hostem: Potuisti idest induxisti in animum tuum populari idest ut populeris:hanc terram quæ genuit & aluit te? Nisi ego genuissem sup.te.i.si sterilis fuissem (quasi dicat beatæ steriles &c.) Roma. q.d. patria tua præclarissima non oppugnaretur & ipsa addidit insuper idest præter hæc multa scilicet alia similia complorando:quibus & fletibus uxoris & paruulorum.s.cõmunium:Coriolanus motus:complexus matrem inquit:tu expugnasti. Potest hic duplex esse intellectus:alter ut prius dicat ad matrem:tu o mater expugnasti & pro idest uicisti:deinde conuertens sermonem per apostrophem ad patriam dicat o patria:ego admonitus &c. Alter ut complectendo matrem conuertat totum sermonem ad patriam & dicat:o patria tu expugnasti & uicisti sup.me quia ego admonitus p̄cibus huius cuius utero ego conceptus sum dono idest remitto ibi q̄uis inuisæ merito mihi:iram meam.& continuo postq̄ sic locutus est liberauit agrum Romanum armis hostilibus. Ergo pietas scilicet in matrem :uacuefecit idest uacuum fecit & intentum sibi totum pectus scilicet Coriolani refertum dolore iniuriæ acceptæ scilicet ab ingrato populo:& spe uictoriæ potiundæ.i.obtinendæ de igratis:quæ iam in foribus uidebatur esse:& uerecundia ministerii.s.cœpti & uolscis promissi:detractãdi.i.recusandi perficere:& metu mortis:quam irati uolsci ipsi inferre poterant & secundum plurimos etiam intulerunt:& aspectus unius.i.solius parentis idest matris:mutauit bellum atrox:pace salutari:quia uolsci tali duce destituti:aut eo interfecto: pacem fecerunt.

## De superiore aphricano. Ca.DXX.

Adem pietas uiribus suis inflãmatum. Aphricanum superiorem: Vix dum annos pubertatis ingressum ad opem patri in acie ferendã uirili robore armauit:Cõsulẽ eni apud Ticinũ fluuium aduersis auspiciis cũ hãnibale pugnãtẽ saucium grauiter itercessu suo seruauit:neq3 illũ aut ætatis ĩfirmitas aut militiæ tyrociniũ.aut infœlicis prælii etiã ueterano

Adem pietas. Hoc fuit secundo punico bello:quo tempore hannibal ex alpibus descendit:obuiam habuit Gn. Scipionem superioris affricani patrem:qui cum iam cõmissa pugna in magno discrimine uersaretur q̄ in prima acie parum caute dimicans uenisset in uitæ discrimen cum hannibale.tum filius eius qui postea aphricanus dictus est:sei ter patrẽ & hostem iniecit: & ictũ excipiens i

bellatori ptimescēdus exitus: iterpellare ualuit quo minus duplici gloria cōspicuus coronā impatore simul & patre ex ipa morte rapto mereretur. Auribus ista tā præclara exēpla Ro. ciuitas accepit: illa uidit oculis.

¶ Eadem pietas. Docet consimilē pietatē sed in patrem fuisse Scipioni aphricano maiori dicens. Pietas eadem idest consimilis: sed tamen in patrē armauit aphricanū superiorē idest maiorē inflāmatū uiribus suis: ingressum uix dum. i. uix tunc adhuc annos pubertatis: quæ fere a decimo quarto anno incipiunt masculis: armauit dico: robore uirili ad ferendam opem patri: in acie idest in conflictu acierum aduersarum. Enim pro quia: ipse Scipio seruauit intercessu suo scilicet patrem suum: consulem pugnantem apud Ticinum fluuium cum hannibale: auspiciis aduersis idest contrariis quia uincebatur: unde addit: sauciū idest uulneratū grauiter. Neq3 aut ifirmitas ætatis: aut tyrocinium idest nouitiatus in re militari: aut exitus infelicis prælii: ptimescendus idest dignus qui sit perfecto timori etiā bellatori ueterano: ualuit interpellare idest intercedendo impedire: quo minus idest ut non: conspicuus idest euidenter spectabilis duplici gloria: mereretur coronam. s. ciuicam imperatore simul & patre. q. d. q idē pater eius erat: rapto idest erepto ex ipsa morte quæ scilicet illi imminebat. Romana ciuitas accepit auribus idest intellexit audiē do ista exempla. s. iam dicta: tam præclara illa. s. quæ sequuntur ipsa. s. ciuitas uidit oculis.

manibus hostis patrem liberauit. erat tum Scipio admodum adolescēs qui primum dedit in hoc bello suæ futuræ amplitudinis indicium patrem medio iam ex hoste recepto Aphricanum qui postea aphricanus dictus est Intercessu suo interpositione sua qui se medium inter patrem & hostem immisit. Neq3 illū: Hæc omnia deterrere potera ut adolescentem: sed ea dicit ut rem magis exaggeret: & maiorem in Scipione uirtutem fuisse demonstret. Gloria. Quia imperatorem liberauerat & patrem Coronam. scilicet ciuicam quæ dabatur his qui ciues seruassent a morte: erat autem quærna ut supra auribus ista. Quia extra urbem gesta sunt: illa uero in urbe. Ista scilicet coriolani & Scipionis. Ista q̄ sequuntur.

## De Lucio Malio torquato. Ca. DXXI.

LVcio Manlio torquato diem ad populum Pōponius tri. ple. dixerat q̄ occasione benefaciēdi belli inductus obtinendi legitimum impii tempus excessisset: q̄q3 filium optimæ indolis iuuenem rustico opere grauatum publicis usibus subtraheret. Id postq̄ manlius adolescēs cognouit. ptinus urbē petiit: & se i pōponii domū pria luce direxit: qui ęstimās in hoc eū uenisse: ut patris cria a quo plus iusto aspe tractabatur deferret: excedere oēs iussit cubiculo quo licentius remotis arbitris indiciū perageret: nactus occasionem oportunā pposito suo: iuuenis gladiū quē tectū attulerat distrinxit: tribunūq3 minis ac terrore cōpulsum iurare coegit a patris eius accusatiōe recessurum: eoq3 effectum est ne torquatus cām diceret. Commendabilis est pietas quę mansuetis parentibus prestatur: sed Manlius quo horridiorem patrem habuit hoc periculo eius laudabilius subuenit: qui ad eum diligendum pręter naturalē amorē nullo idulgētiæ blādimēto iuitatus fuerat.

¶ Lucio &c. ordo est Pōponius tribunus plæbis dixerat. i. assignauerat Lucio Mālio Torquato diē ad populū: q. i. qa ipe iductus occasiōe bñ faciēdi belli. i. opportune pugnādi cū hoste (Quæsitus enī q̄re bellum sic pduceret: rñdit quo melius pugnaret opportunitatē nactus) excessisset tps legitimū obtinēdi iperii. i. qa diutius fuisset i impio q̄ lex patiebat: qa ultra sex mēses. q̄q3. i. & q. i. qa subtraheret usibus publicis. i. reip. ut pote bellicis filiū. s. Māliū: iuuenē optimæ idolis: grauatū ope rustico. i. agri culturæ: Postq̄ Mālius. s. filius adolescēs: quē iā iuuenē dixerat: uñ i cōfinio utriusq3 ætatis fuisse dicef: cognouit id. s. patri diē dictū eē. petiit ptinus urbē: & direxit se pria luce. i. pricipio diei: i domū Pōponii. s. tribūi plæbis: q. s. Pōponi9 existimās eū. s. Māliū iuniorē uenisse i hoc. i. ad hoc ut deferret. i. idicaret p delationē occulta cria patris: a quo. s. patre i ipse tractabat. s. i ope rustico faciēdo: aspe. i. duriter: plus iusto. i. quā iustū eēt iussit oēs. s. qui aderāt: excedere. i. egredi cubiculo; quo. i. ut manlius sup. perageret indiciū. n. i. delationem paternorum criminū (ut sperabat) licētī

LVcio manlio torquato Cice. officiorū libro ultimo. Lanquit Manlio auli filio cū dictator fuisset. M. Pōponius tri. pl. diem dixit quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset: criminabatur etiam q. T. Filiū qui postea torquatus ab omnibus appellatus ē relegasset: & ruri habitare iussisset: quod cum audisset adolescēs filius negociū exhiberi patri accurrisse romā & pria luce pōponii domū uenisse cui cū eēt nūciatū: q illū iratū allaturū ad se aliqd cōtra patrem arbitraretur: surrexit e lectulo: remotisq3 arbitris ad se adolescentem iussit uenire: at ille ut ingressus est confestim gladium distrinxit iurauitq3 se statim illum i terfecturum nisi iusiurandum sibi dedisset se patrem missum esse facturum iurauit hoc terrore coactus. pomponius rem ad populum detulit docuit cur sibi a causa desistere necesse foret. Manlium missum fecit tantum tēporibus illis iusiurandum ualebat: atq3 hic T. Manlius is est qui ad anienem galli quem ab eo prouocatus occiderat torque detracto cognomen inuenit cuius tertio consulatu latini aduersarii fusi & fugati: magnus uir i primis & qui nuper indulgens in patrem idem acerbus & seuerus in filium. Quod occasione benefaciendi belli. Nam cum in fine magistratus sui uideret hostes non multos post dies debellatum iri posse: si uidelicet in dictatura permaneret: aliter hostes respiraturos nō dubitauit sibi dictaturam sine populi & senatus auctoritate prorogare. cum igitur audisset filius patrem huius criminis accusatum: atq3 etiam ei crimini dari malā filii tractationem memor nō iniuriæ: sed pietatis diluculo ad tribunum uenit opinantem sibi aliquid noui consilii afferre ad criminationem male de se meriti patris hac spe summotis arbitr

tibus solus admissus stricto raptī supra ca put gladio tremebundum in re subita & fer rei acie micantis impetuosi adolescentis uiri bus ferociaq; perterritum iurare compulit se a patris accusatiōe destiturum. Tempus im perii: quod erat sex mensium Iudiciū perage ret iudicando patris crimina. Cōmendabilis pietas. Intendit hanc pietatis laudem filiis dandam: qui parentibus humanis & indulgen tibus pietatem praestant: quanto maiori lau de dignus censendus est Manlius qui patrem durum & inclementem expertus in eum pi us esse uoluit?

Anc pietatem aemulatus. Cn. Car bo. M. Cottae patrem accusauit pe culatus & repetundarum: qua qui dem accusatione damnatus est. Cotta ue ro ubi per aetatem potuit: ultus est patris in iuriam: nam quo die sumpsit uirilem to gam in capitolio: more maiorum in forum descendit: Carbonem accusauit: quod trium uir cum Fuluio &. Cn. Graccho diuidendis agris seditionem creasset: quod cum exerci tu a Cimbris in Illyrico fusus fuisset: quod prouinciam ipsam expilasset: a qua quidem accusatione non prius destitit quā Carbonē damnari fecit. Quo togam. Quae quarto decimo anno sumebatur deposita praetexta. Auspicatus: iam optimis auspiciis adolescen tiae & ingenii sui facinus egregium testatus est Cn. carbonem accusando: qua causa pa tris est ultus iniuriam.

Pud Caium quoq; Flaminium. Ca ius Flaminius legem ferebat de gal lico agro uiritim diuidendo: cui ro gationi patres quum non aliter se resistere posse uiderent consuluerunt habendum esse militum delectum. Ille nihilominus terri tus rostra ascendit legem laturus contra sena tus auctoritatem: quod quum uideret eius pater: quāuis priuatus esset: ei tamen manus iniecit: & de rostris descendere iussit: cui quā primum cum silentio paruit: magna profe cto patris reuerentia a filio data: ut quod se natus auctoritas: quod militum delectus: quod mortis periculum non potuit: sola pa tris pietas effecit. Diuidēdo agro: ut coloniae in agrum Gallicum mitterentur: erat autem Gallia cisalpina: agrum uero: sunt qui ue lint fuisse Placentinum: Priuato imperio: pri uati patris: hoc est sine magistratu. Minimo quidem murmure. Nec etiam concio quae huius legis cupida uenerat: ne murmur qui dem emisit: sed hanc pietatem tacita com probauit.

Agna sunt haec. Appius Claudius sallasos gētē alpinā domuit s3 ñ is de quo loqt Vale. nā alter fuit cogno mēto audax caeci fr. q cōsul ad Mamertinos

us. i. interfectatius: arbitris. i. testibus remotis. Iuuenis. s. Manlius: nactus occasionem opportunam suo proposito idest ei rei quam proposuerat fa cere: distrinxit idest denudauit aut e uagina traxit gladium quē attulerat tectum: & coegit tribunum cōpulsum minis. s. ultionis in futurū: ac terro re. s. necis praesentis si abnegasset: iurare sup. ipsum recessurum sup. esse. i. destiturū ab accusatione patris eius. s. manlii: & eo idest per id factum fi lii effectum est ne Torquatus. s. pater diceret causam: quia tribunus ut iurauerat fecit (in quo illud mirabile q cum uiolentū iuramentū nullum sit: id seruauerit: nisi minis territum diceret) Pietas (inquit author) quae praestatur parentibus mansuetis idest mitibus & indulgentibus i liberos: est cōmendabilis: sed manlius. s. Iunior: quo. i. quanto horridiorem. i. aspe riorem & rigidiorem patrem habuit: hoc. i. tāto laudabilius subuenit pe riculo eius. alii legunt ei: ut sit subuenit ei in periculo: qui scilicet manlius Iunior nullo blandimento fuerat inuitatus ad diligendum eum. s. patrem suum tam asperum: praeter amorem naturalem.

De. M. Cotta. Ca. DXXII.

Anc pietatem aemulatus. M. Cotta eo ipo die quo togam sumpsit uirilem protinus ut e ca pitolio descendit. Cn. carbonem a quo pater eius damnatus fuerat postulauit: pertractūq; reū iudicio afflixit: & igeniū & adolescētiā pclaro ope auspicatus.

¶ Hanc &c. Marcus Cotta aemulatus. i. imitatus: hanc pietatē. s. Manlii i patrē suū: postulauit. i. in ius uocauit eo ipso die: quo sūpsit togā uirilē. i. decimoquarto aetatis suae anno: prius autē nō licuisset: ut. i. postq̄ descen dit e capitolio ubi togā illā sūpserat: Cneū Carbonē a quo pater eius fue rat dānatus: & afflixit iudicio. i. ad condēnationē perduxit: reū. s. Carbo nē ptractum. s. in ius: auspicatus. i. feliciter incipiēs: opere pclaro: qa pio & magnifico & ingeniū. i. specimen ingenii & adolescentia: quā egressus pueritia iam tum inierat.

De. C. Flaminio. Ca. DXXIII.

Pud. C. quoq; Flaminium auctoritas patria aeque potens fuit. Nam quum trib. plaebis legē de gallico agro uiritim diuidendo inuito & repugnante senatus promulgasset: precibus minisq; eius acerrime resistens ac ne exercitu quidem aduersus se cō scripto si in eadē sententia perseueraret absterritus post q̄ pro rostris ei legem iam referenti pater manū iniecit: priuato fractus imperio descendit e rostris ne minimo qdem murmure destitutae concionis reprachensus.

¶ Apud &c. Auctoritas patria. i. paterna fuit aeque potens: quoq3. i. etiā apud Caiū Flaminiū. Nā cū sup. ipse Caius Flaminius tribunus plaebis p mulgasset inuito & repugnante senatu: legē de agro gallico. i. i Gallia ita lis uicina: acqsito: diuidendo uiritim. i. per singulos uiros: aequis portioni bus: resistens acerrime praecibus & minis eius. s. senatus: ac ne quidē ab sterritus exercitu conscripto. s. a senatu aduersus se si perseueraret in eadē sententia. i. si uellet legē executioni mandare: postq̄ pater iniecit manū ei referenti. i. iterū recitanti aut ferenti legē pro rostris. i. ante rostra: ubi edi cta publica fiebant. i. postq̄ pater iniiciēdo manū eū ab incepto retraxis set: ipse fractus iperio priuato. i. patris nullū magistratū gerentis: descen dit e rostris: nequidē. i. nō etiā: minimo murmure concionis. i. potius popu li conuocati & astantis: reprachensus. i. correptus: unde laudandus etiam populus: qui id paternae pietati concessit.

De Claudia uirgine uestali. Ca. DXXIIII.

Agna sūt haec uirilis pietatis opa: sed nescio an his oib9 ualēti9 & aiosius claudiae uestalis uirgis

factum: quę quum patrem suum triumphantem e curru uiolenta tribuni pl. manu detrahi animaduertisset: mira celeritate utrisq; interponendo se: amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in capitolium: alterum filia in æde Vestæ duxit: nec discerni potuit utri plus laudis tribueretur; cui uictoria: an cui pietas comes aderat.

¶ Magna &c. Hæc. s. iā dicta: sunt magna exēpla pietatis uirilis: sed nescio an factum Claudiæ uirginis uestalis. i. deæ uestæ consecratæ: sit ualētius & animosius his omnibus: quæ cū animaduertisset (quia etiaʒ uestales obuiā processerant triūphanti) patrem. s. suū triūphantem detrahi e curru. s. triūphali: uiolenta manu tribuni plæbis: ipsa interponendo se mira celeritate utrisq;. s. patri & tribuno: depulit. s. ab iniuria paterna: potestatē amplissimam uidelicet tribunitiā: accensam. s. in patrem: inimicitiis. Igitur pater sup. eius duxit alterū triumphum in capitolium: quia nō erat impeditus amplius: & filia. s. Claudia: duxit alterum triumphum in ædē s. sacram uestæ: nec potuit discerni: utri. s. duorum: hoc est an patri cui uictoria aderat comes. i. comitatrix: an filię cui pietas aderat comes: plus laudis tribueretur idest tribui deberet.

Transitus ad exemplum pietatis filiæ in matrē: cum ipso exemplo. Ca. DXXV.

IGnoscite uetustissimi foci: ueniāq; æterni date ignes: si a uestro sacratissimo templo ad necessarium magis minusq; speciosum urbis locū contextus operis nostri progressus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ: nullis sordibus pretium caræ pietatis uilescit: quinetiam eo certius quo miserius experimētum habet. ¶ Sanguinis igenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triūuiro in carcere necandam tradidit: quam receptam is qui custodiæ ꝑerat: misericordia motus non protinus strangulauit: aditum quoq; ad eam filiæ: sed diligenter excussæ: ne quid cibi inferret dedit: existimās futurum ut inedia consumeretur. Quum autem iam dies plures intercederent: secum ipse quęrens: quid nam esset ꝙ tādiu sustentaretur curiosius obseruata filia animaduertit illam exerto ubere famem matris lactis sui subsidio lenientem. Quę tā admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triūuirum: a triumuiro ad prętorem a prætore ad consulū iudicium prolata remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo non penetrat aut quid non excogitat pietas? quæ in carcere seruandæ genitricis nouam rationem inuenit? Quid. n. tam inusitatum: quid tam inauditum q̄ matrem uberibus natæ alitam esse: Putauerit aliquis hoc contra rerum naturam factum: nisi diligere parentes prima naturæ lex esset.

liberandos missus quorū arcē Carthaginēsi. & Hiero siracusanus obsidebant: primo ad explorādos hostes fretū piscatoria naue traiecit: & cū duce Carthagineñ. egit ut ꝓsidiū arce deduceret: Regīū igressus (ut capitulo de fortitudie diximus) qnq; remē hostium copiis pedestribus cepit: cā legionē in Siciliam traduxit: Carthaginēses expulit: Hieronē apud Siracusas ꝓlio uictū in deditionem accepit: eo ꝓlio territus romanorū amicitiam petiit: eisdēq; postea fidelissimus fuit: cū igitur ꝓpius iste de quo Valerius loquitur deuictis hostibus triūpharet cōtra tribunorū uoluntatē: q summis uiribus intercesserant: ꝙ dicerent uictoriā illā nō fuisse tantā ut triūphū mereret: iniectis manibus e curru trahere nitebātur: quod ubi Claudia eius filia sēsit: nullo fœminco pudore deterrita: se inter patrem & tribunū mira celeritate coniecit: & a patre uiolētū tribunū repulit: fecitq; ut pater cū dignitate triūpharet. Ci. in oratiōe ꝓ Cælio: nō uirgo illa uestalis inqt Claudia: quæ patrem cōplexa triūphantē ab inimico tribuno plæbis de curru trahi passa nō ē. Sed nescio. Ac si diceret nō affirmo Claudiæ: nā gens Claudia fuit pla bi semp inuisa. Q̃ræ quū patreʒ. Suetonius de. xii. Cæsaribus dicit fratrē fuisse: nō patrē. Dicit eni: uirgo uestalis fratrē iniussu populi triūphantē ascenso simul curru usq; in capitoliū prosecuta ē: ne uetare aut intercedere phas cuiq̄ tribunorum esset.

IGnoscite uetustissimi foci: qa post exēplū uirginis uestalis nobilissimæ fœminæ dicturus est de pietate uirginis ignobilis: ueniā petit a dea: cuius ꝓllatiōnæ rationē statim subiungit quia q̄uis sit ignobilis: uirtus tamē quā uia est laudem meretur: hæc matrē adulterii damnatā a triūuiris in carcerem coniectam: ut consumeretur inedia: impetrato a custodibus aditu: quotidie sub specie salutationis adibat: prius tamen diligēter excussa: ne quid cibi inferret ad matrem: uberibusq; suis (nā puerpera erat) ultro matri exhibitis: lacte sustentabat: quod ubi animaduerterunt custodes admiratione cōmoti: rem ad iudices detulerunt: & illi ad consules: qui tantæ pietatis exemplo: ei præmium constituerunt: pœnæ remissionem & matris incolumitatem. Plynius de naturali historia libro. vii. Pietatis inquit exēpla infinita quideʒ toto orbe extitere: sed Romæ unū cui comparari cuncta nō possint: humilis in plæbe & ideo ignobilis puerpa supplicii causa carcere inclusa matre: quum impetrasset aditum a ianitore: semper excussa nequid inferret cibi: depræhēsa est uberibus suis alēs eā. quo miraculo: matri salus dōata: filiæ pietate est ambe ꝑpetuis alimentis: & locus ille eidē cōsecratus est deæ. C. Quītio. M. Attilio consulibus tēplo pietatis extructo i illius carceris sede: ubi nūc marcelli theatrū ē Solinus in ca. de Omine. pietatis inqt documentū nobilius qdē in Metellorū domo effulsit:

sed eminentissimum in plæbea puerpera re peritur humilis hæc atq; ideo famæ obscurioris: cū ad patrē q supplicii causa claustris penalibus continebatur ægre obtinuisset ingressum exqsita prius sæpius a ianitoribus ne forte parenti cibū administraret alere eam uberibus suis depræhensa est: q̄ res & locu; & factū consecrauit: nā qui morti destinabatur donatus est filiæ in memoriā tanti præconii reseruatus & locus dicatus suo numini pietatis sacellum fuit. Exerto ubere: Nudata māma. Virg. Exertæ cingula māmæ. O ignoscite foci & æterni ignes. Qui ut diximus æternus ignis seruabatur a uestalibus ī templo deæ Vestæ: ut a Numa fuerat institutū. Ad necessariū urbis locū. Carcerē dicitur . ubi magis necessariū q̄ honestū: ubi seruētur nocentes. Nulla enī acerbitate fortunæ. nam etsi fortuna in sordida conditione multos nasci uoluerit uirtus tñ si qua fuet ī his: nulla debet sordidate uilescere: aut sua laude & p̄mio carere: quinetiā eo maius illis debetur p̄

Triūuiri ciū quo difficilius emerserint. Triūuiro: erat triūuiri iudices capitales: q de nocētibus supplicia sumebāt: & in carcere more maiorum: hos Veneti dominos nocturnos appellant. Quo nō penetrat. Laudat uim pietatis: quā inuenerit noua quædā: unde se ostendere & patefacere uoluerit: sicut de filia de qua qd magis inauditū dici potest: q̄ filiā lac matri præbere: cū contra fieri soleat. Nisi diligere. Nā cū habeant esse a parentibus filii lex iubet ut eos ament & obseruent.

Ignoscite &c. Transitū facit ad humiliora exēpla cum depræcatione dicens. O foci. s. uestæ: uetustissimi: quia a troia traducti: & in qbus ignis æternus fouebatur: ignoscite: & uos æterni ignes: date ueniā si cōtextus operis nostri fuerit progressus a templo uestro sacratissimo: ad locum magis necessariū & minus speciosum: utpote ad carcerē publicū sine quo uix uiui posset: præ maleficorū multitudine: unde magis necessarius sed minus speciosus est: uerūtamen quod in eo præclare factū est: propterea uilipendi non debet. enim pro quia: pretium caræ pietatis: nulla idest nō ulla: non uilescit. i. non fit uile: ulla acerbitate fortunæ: & nullis. i. nō ullis sordibus. i. uilitate eorum qui eā exercent: quin etiā. i. insuper: sup. pretium pietatis est eo. i. tanto certius: quo. i. quanto miserius habet experimentū i. obiectum: hoc p̄fatus narrat rē dicens. Prætor. s. urbanus: tradidit triūuiro idest executori iustitiæ: necandā in carcere (quia turpe uidebatur publicū sumi de muliere suppliciū: nisi uestalis sit: quæ tamē uiua obruebatur) mulierē ingenui sanguinis: dānatā crimine capitali: utpote adulterio: aut ut alii putant ueneficio: apud tribunal suū: hoc est prætoris. Quam s. mulierē receptā. s. in carcerē: is qui præerat custodiæ. s. carceris: aut ipsi carceri: motus misericordia: non strangulauit protinus idest statim ut eam accepit: & dedit quoq; aditū idest accessum ad eā: filiæ sup. eius: sed excussæ idest exploratæ diligenter ne quid cibi. i. alimenti inferret. s. in carcerem: existimans futurū: & sup. ipsa condēnata: consumeretur. i. periret inedia: & nihil edendo. Quū autē plures dies iā intercederent idest a tēpore quo eā receperat: ipse. s. custos quærens. i. inquirens secū quidnā esset qd sustētaretur tādiu: filia obseruata. i. postq̄ obseruauit idest explorauit filiā quid ageret ī carcere: curiosius. i. cū maiore cura & diligentia: animaduertit. i. deprachendit illā. s. filiā: lenientē. i. sedātē famē matris. s. suæ: subsidio lactis sui: & hoc ubere exerto. i. e sinu tracto (ab ex & sero fit exero: quia parit. s. post. x.) Quæ nouitas tā admirabilis spectaculi prolata ab ipso s. custode carceris: ad triūuirū: a triumuiro ad prætorem: a prætore ad iudiciū consulū: impetrauit mulieri uidelicet matri: remissionē pœnæ. s. capitalis. Quo. i. ad quē locum: pietas non penetrat: q. d. ad nullum non: hoc est ad omnem penetrat: cū etiā in carcerē penetret: aut quid non excogitat idest quod mortis remediū non exquirit: q. d. nullum non. i. omne excogitat: utpote quæ inuenit rationem idest uiam nouam. i. admirabilem & insolitam: genitricis seruandæ in carcere. Quid enim sup. est tam inusitatum: quid tam inauditum: q̄ matrem esse alitā; uberibus natæ. i. filiæ: q. d. nihil. Aliquis putauerit hoc factum esse contra naturam rerum: nisi prima lex naturæ: imo etiam prima in secunda tabula diuinæ legis: esset diligere parentes: aut nisi diligere parentes esset prima lex naturæ.

IDem prædicatū. Quid dixi de hac puella quæ matrem lacte nutriuit: nonne hoc idem prædicatur de alia quæ patrem suum dampnatum Cimona nomine eodem sibi genere & modo nutriuit & ita sensim transit ad externa. Hunc autem errorem hinc manasse arbitror: quod discrepent inter se auctores: ut Plyn. Solinus patrem a filia nutritum fuisse dicant: quoniam duas fuisse dicit Valerius eodē genere pietatis usas: ut altera patrem senem: altera matrē utrunq; damnatum lacte nutrierint. Cimona uirum græcum: sed non eum qui carcerem sponte subiuit: ut Miltiades eius pater sepulturæ mandaretur: de quo in sequenti exemplo dicturus est. Hærent ac stupent. Siquis ī quit uideret picturam filiæ senem patre; uberibus lactantis atq; illum tanq̄ alumnum a filiæ collo pendentem præ admiratione stupesceret: quodammodo. Liniamentis. Quia ex liniamentis pictura consistit. Quid necesse est: Ut conditionem antiqui casus præsentis spectaculi admiratione renouet cum litteris tradita esse uideant homines.

## Externa.
## De pietate filiæ erga patrem. Ca. DXXVI.

IDem prędicatum de pietate eius existimetur: quę patrem suum Cimona consimili fortuna affectum: pariq; custodię traditum: iam ultimę senectutis uelut infantem pectori suo admotum aluit. Hærent ac stupent hominum oculi quum huius facti pictam imaginem uident: casusq; antiqui conditionem prę̄sentis spectaculi admiratione renouant in illis mutis membrorum liniamentis uiua ac spirantia corpora intueri credentes: quod necesse est: animo quoq; euenire aliquanto efficaciore pictura litterarum: uetera pro recentibus admonito recordari.

Idem prædicatum existimentur de pietate eius. s. filiæ apud athenieñ. (unde ad externa trāsit) quæ aluit patrem suum Cimona. s. nomine: affe

cum consimili fortuna.i.ob crimen condemnatum & traditum pari cu/stodiae:entem sup.aut existentem:iam ultimae senectutis:admotuq; pecto ri suo uelut infantem. Oculi hominum quum uident imaginem huius fa cti pictam:haerent ac stupent:& renouant admiratione prius spectaculi: conditionem antiqui casus:credentes sup.se tueri in illis mutis liniamen/tis membrorum:corpora uiua ac spirantia:quod.i.quam rem(Oliuerius tamen legit quid per interrogationem uim negandi habentem necesse.i. operaepretium & utile est euenire quoq;.i.etiam animo:pictura litterarū i.scriptura efficaciore.s.ad pathos mouendum aliquanto:q̄ sup. pictura liniamentorum:admonito.s.animo recordari.i. ut recordetur : uetera pro recentibus.i.tanq̄ sint recentia.

## De Cimone erga patrem.Ca.D.XXVII.

Ec te quidem Cimon silentio inuoluam:q pa trí tuo sepulturam uoluntariis uinculis emere non dubitasti. Nam & si maximo tibi postea: & ciui & duci euadere contigit:plus tamen aliquāto lau dis in carcere q̄ in curia assecutus es. Caeterae enim uir/tutes admirationis tantummodo multum:pietas uero etiam amoris plurimum meretur.

¶Nec o Cimon athenień.inuoluam quidem.i.certe:aut etiam te.i. pieta tem tuam silentio:qui non dubitasti emere patri tuo.s. in carcere defun/cto:sepulturam:uinculis uoluntariis.i.subeundo uincula, quibus ille liga tus fuerat Nam etsi.i.q̄q̄ contigit.i.datum est tibi euadere post ea maxio & ciui & duci:tamen tu assecutus es plus laudis aliquanto in carcere q̄ ī curia.s.atheniensium.Caeterae enim uirtutes.s.tuae merentur.sup.tantum modo multum admirationis:pietas uero meretur etiam plurimum amo/ris.i.ut te omnes plurimum ament.

## De quibusdā fratribus hispanis Ca.D.XXVIII.

Os quoq; fratres memoria cōplectar:quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem ad/modum humiles in hispania nati pro paren/tum alimentis spiritum erogando specioso exitu uitę ī claruistis. Duodecim enim milia nūmum quę post mor tem uestram his darentur a filiis Patietis pacti estis ut eorum patris interfectorem Epastum gentis suę tyran/num occideretis:nec ausi solum isigne facinus estis:sed etiam strennuo ac forti exitu claruistis. Eisdem.n.ma/nibus Patietis ultionem:Epasti pœnam:genitoribus nu trimenta:uobis gloriosa fata peperistis. itaq; tumulis etiam nunc uiuitis quia parentum senectutem tueri:q̄ uestram expectare satius esse duxistis.

¶Vos quoq;.O fratres.s.hispani.quorum animus fuit nobilior origine. (nam quibus parentibus geniti sint:nescitur)ego complectar memoria i.memorabo:quoq;.i.etiam uos Siquidem.i.quoniam uos nati in hispa nia ad nodum humiles.i.humilibus & modicis parentibus : inclaruistis i.multum clari effecti estis erogando.i.impartiendo:specioso exitu uitae: spiritum.s.uitalem pro alimentis parentum.i.ut derelinqueretis quibus pa

Ec te quidem Cimon.pro patre uin cula subiit:hic Miltiadis filius(ut ī capitulo de ingratitudie diximus) duro admodum initio usus est adolescentiae: nam quum pater eius litem aestimataq; popu lo soluere non potuisset:ob eamq; causam uinculis publicis decessisset : Cimon eadem custodia tenebatur:ut pater sepulturae man daretur:neq; legibus Atheniēsium emitti po terat:nisi pecuniaq; qua pater mulctatus erat soluisset:quam Calleas quidam non tam ge nerosus q̄ pecuniosus pro eo soluit: impetra to sororis eius Helphinaces matrimōio. Mil tiades autem damnatus ē hac de causa:post Arthaphernem & Dathim regis praefectos Miltiadis auspicio:terra mariq; uictos: clas sem septuaginta nauium eidem dederunt: ut insulas quae insulae barbaros iuuerant bello persequeretur:quo imperio plaerasq; ad offi cium redire coegit:nonnullas ui expugnauit Ex his Pharon insulam : hanc tunc opibus elatam:quum oratione reconciliare non pos set:copias e nauibus eduxit:urbem operibus clausit:omniq; commeatu priuauit : deinde uineis ac testudinibus constitutis : propius muris accessit:quum iam in eo esset ut oppi do potiretur:procul incontinenti : lucus: qui ex insula conspiciebatur:nescio quo casu no cturno tempore incensus ē:cuius flamma ut ab oppidanis & oppugnatoribus est uisa : utriq; uenit in opinionē signum a classiariis regis datum quo factum est ut pharii a dedi tione deterrerentur : & Miltiades timens ne classis regia aduentaret incensis operibus quae statuerat cū totidem nauibus atq; erat profectus athenas magna cum offensione ci uium suorum rediret accusatus est ergo pro ditionis q cū Pharum expugnare posset:a rege corruptus infectis rebus recessisset: eo tempore aeger erat uulneribus quae in oppu gnando oppido acceperat itaq; quoniam ip se per se dicere non posset:uerba fecit frater eius Sagoras causa cognita capite absolutus pecunia mulctatus est:eaq; lis quinquaginta talentis aestimata est q̄tus in classe sumptus factus erat:hanc pecuniam q in praesentia soluere non posset in uincula publica conie/ctus est:ibiq; diem suum obiit supraemum. Iustinus tamen dicit illum peculatus fuisse damnatum Cymon inquit miltiadem patrē ob crimen peculatus in carcerem coniectum ibiq; defunctum translatis in se uinculis ad sepulturam redemit.Caeterae uirtutes: Reli/quae uirtutes laudem cum admiratione pie/tas uero non solum admirationem sed amo rem quoq; meretur.

Os quoq; fratres:duo quidem fra tres patrem habebant senem & ex trema laborantem inopia forte acci dit ut Epastus tyrānus hispaniae Patietem quendam hispanum iniuste occiderit: filii er go huius patietis iniustaq; patris mortē aegre ferentes ultionem quaerebant . conuenerunt

igitur cum adolescentibus istis in.xii. Millia nummum si epastum tyrannum occiderent illi conditionem acceperunt hac lege ut pecuniam patri suo extrema inopia laboráti: post peractum opus redderent. quod etiam factũ est. nam & tyrannum occiderunt & patrem inopia liberarunt & qui pecuniam exhibuerunt iniustam patris mortem uendicarunt: & hoc modo duplex pietas fuisse depræhenditur. Quorum animus nobilior. Quia hispaniæ aut humili genere nati & adeo obscuri ut eorum nomina sint omnibus ignota. Erogando spiritum: Quia id fieri non poterat sine discrimine uitæ. Erogando: Exhibẽdo: tradendo Inclaruistis. Valde claruistis nam in auget hoc loco. Nummum pro nummorum. Patietis nomen proprium est uiri qui a tyranno crudeliter & iniuste fuerat occisus. Epastum Nomen illius tyranni in quem coniurarunt.

rentes uestri alerentur. Enim pro quia: uos estis pacti idest stipulati: & pacto constituistis duodecim millia nummum. i. nummorum: a filus Patietis i. principis hispani crudeliter interempti ab Epasto tyranno. quæ. s. xii. millia nummum: darentur his. s. parentibus uestris: post mortem uestram (quia nõ erat uerosimile pacta cæde tyranni quin a stippatoribus & satellitibus eius occiderentur) pacti dico estis ut occideretis Epastum interfectorem patris eorum. s. filiorum Patietis tyrannum gentis suæ. i. qui patriam suam per tyrannidem occupauerat: nec solum ausi estis facinus insigne: sed etiam claruistis strẽuo ac forti exitu. i. effectu. Enim. i. quia uos peperistis eisdem siue iisdem manibus quia una & eadem opera: ultionẽ Patietis: quia eius interfectorem interfecistis: Pœnam. i. iustum suppliciũ Epasti. i. quod Epastus meruerat: genitoribus. i. parentibus uestris nutrimenta: & sup. uobis fata gloriosa. i. gloriosam mortem. Itaqȝ. i. & ita uos uiuetis etiam nunc. i. ad hoc usqȝ tempus tumilis. i. monumentis quia duxistis esse satius: tueri. i. sustentare aut protegere senectutam parentum s. uestrorum q̃ expectare uestrã. s. senectam.

## De Cleobi & Bytone & de Amphinomo. & Anapo fratribus Cap. DXXIX.

Notiora sunt fratrum paria cleobis & Byton Amphinomus & Anapus. Illi quia ad sacra iunonis peragenda matrem uexerunt: Hi q patrem & matrem humeris per medios ignes ætnæ portarunt: Sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit. Nec ego argiuã detracto laudẽ aut ætnæi montis gloriam inuoluerim: uerum obscuriori propter ignorantiã pietati notitiæ lumen admoueo. Sicut scythis etiam libenter pietatis testimonium reddo.

Notiora sunt fratrum. Duo exempla coniuncte dicit per comparationem ut ostendat superius exemplum multo maioris fuisse laudis q̃ hoc. nam illi se plane morituros sciebant: hi uero non eo proposito fuere. Exempla autem eiusmodi sunt. Cleobis & Byton matrem habuere iunonis

Cleobis Byton sacerdotem: mos autem erat ut extra urbem ad eius templum quod. xxx. stadiis ut quidã dicunt inde distabat sacerdos ñ pedibus iter: sed curru ueheretur: sed cum absumptis graui pestilentia iumentis uehi non posset: hi filii matris pietate & religione pariter moti: collum subiecere iugo: & matrem ad templum ceruice traxerunt: illa deinde peractis sacrificiis petiit a iunone: ut filiis daret quod optimum esset: quandoquidem tanta usi essent humanitate & pietate: illi ergo postero die inuenti sunt mortui: & creditum ẽ mortem optimum bonum esse. reliqui uero. s.

Amphinomus Amphinomus & Anaphus cum etiam in Sicilia & uehementiorem flammam ætna mons forte q̃dam effudisset: ut uicina loca corriperentur igne & cum aliter euadere non possent nisi p incendia transirent: erant quidem de parente solliciti quem comitem secum habebant tandem illum humeris susceperunt & per medios ignes traiecerunt: de quibus Solinus ita refert. Inter catinam & syracusas: certum est de illustrium fratrum memoria: quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant: si catinenses audiamus: anapus fuit & amphinomus: si quod malunt syracusæ emantiam putabimus & critonem catinensis cum regio causaȝ dedit facto inquam se cum incẽdia ætnæ ꝓtulissent iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flammas illæsi ignibus horũ memoriam ita posteritas uenerata est ut sepulchri locus nominaretur campus piorum. Notiora: hæc duo fratrum paria: de quibus dicturus sum notiora quidem sunt: sed superio

Notiora sunt &c. Ordo ẽ Cleobis & Bytõ argiui illi Amphinomus & Anapus siculi (Sunt qui legunt anaphas sed minus scite ut opinor: nam Anapus illic fluuius ẽ) sunt paria fratrũ notiora. i. celebratiora per litteras: q̃ prædicti hispani q tñ insignius opus ediderũt. Illi. s. prius dicti: uidelicet cleobis & Byton: quia uexerunt matrem. s. suam sacerdotẽ cum iumenta deessent: ad peragẽda sacra iunonis. s. argiuæ: hi. i. posterius dicti uidelicet Amphinomus & Anapus q. i. q a portarunt humeris. s. suis: patrẽ & matrem. i. utrũqȝ parẽtẽ p medios ignes ætnæ. s. montis in sicilia p petuo ardore flagrare soliti. Sed. i. licet nobiliora sũt paria fratrũ: neutris. s. nec argiuis illis nec siculis fuit ꝓpositũ expirare ꝓ spiritu parentũ (argiui autem mortui sunt non ex proposito suo sed præcibus matris rogantis id eis a deo dari quod eis saluberrimum norit itaqȝ ꝓxia nocte extincti sũt. uñ in sententiam tractum felicissimum esse q̃ citissime aboleri) Nec ego detracto. i. diminuo laudem argiuam. i. non inficias eo quin argiui illi Cleobis & Byton pietate sua egregiam laudem meruerint: aut inuoluerim. i. nolim inuoluisse gloriam ætnæi montis. i. quẽ Amphinomus & Anapus portando parentes p ætnæas flãmas meruerunt: uerum ego admoueo lumen notitiæ. i. claritatem & nobilitatem pietati. s. fratrum hispanorum: obscuriori propter ignorantiam quia pauci de eis scripserunt cum tamen eorum pietas multo clarius appareat: nam manifeste pro parentibus mori decreuerunt: An tamen consulte in dubio est. Nam uideri possunt ẽt salua uita sua parentes alere potuisse: nisi dicamus sub tyranno nulli artificio tutam esse mercedem: & ob id etiam in tyrannum armatos ut eo sublato liberius & cõmodius uiuendi cunctis sit facultas: admoueo inquã pietati obscuriori lumen sicut reddo etiam libẽter scythis. s. populis testimonium pietatis unde addit.

Scythæ ra longe laudabiliora. Nec ego argiua: q̃uis superius exemplum clarius eẽ dixerim: tamẽ non diminuo laudeȝ græcorũ: nam cleobis & byton argiui fuere. Sicut scythis: Scythæ populi septentrionales de quibus multa Iustinus elegãter scrip

fit. nam gentem illam dicit omnium antiquissimam nulla libidinum cupiditate uexatam: quippe quae aurum & argentum non minus aspernatur q̃ alii concupiscunt. non domos illis nec certas sedes esse per incultas solitudines: cum armentis & gregibus quibus se suosq; alunt semper uagari plaustrisq; uehi: apud quos nullum scelus furto grauius: laneum usum ignorant: ferinis tantum pellibus utentes fortissimos uiros eos esse constat qui alienas gentes saepius subegerunt. ipsi uero perpetuo ab alieno imperio uel intacti mansere de quibus Herodotus multo plura sed illud in primis memoria dignũ: q uel inuicti q cum cambyses persarum rex illis bellum inferre cuperet id prius consilio facere uoluit: itaq; legatos tanq̃ exploratores cum muneribus misit. munera uero fuerunt: arcus sagittae: uasculuz uini: panes & aureum monile: introducti cum legationem exposuissent & munera obtulissent: & rex scytharum arcum primo intendi iussisset: in partes fregit qui tendebat: panes deinde cum gustasset quaesiuit ex eis quod cibi genus esset qui cum respondissent quo cõiter omnes uescerentur: e terraq; nasci: interrogauit quot annos uitam producerent: responderunt ad octogesimum paucos: ad centesimum nullos uel certe rarissimos tum ille non mirum est inquit. nam eo genere alimenti uescuntur homines uestri ut mirũ uideatur eos posse tam longe uitam producere. deinde cum uinum gustasset mirifice probauit. idq; temperamentum alterius cibi esse dixit ubi uero monile uidit: minatur inquit mihi catenas: & quia ferrum non habent scythae: sed ex auro omnia fabricabant: duxit eos ad carcerem ubi cathenae erant cum collariis quae ad similitudinem monilium sunt: quod ad cibum pertinet: duxit eos ad mensam solis ubi carnes semper coctae & lac appositum erat: ut quicunq; uellet ibi uitã sustentaret: solis appellant quia solem unicum deum esse credunt: & die reparatum dicunt quod nocte consumptum fuerit. Erat aute m mensa quam cum legati uidissent: tum rex melioribus inquit uescimur cibis qui ad centum & uiginti annos facile peruenimus. deinde arcum unum e suis eis tradi iussit quem ad cambysem regem deferrent: ac suis uerbis nunciarent ut cum arcum tendere posset: & sagittam emittere tum demum sibi bellum inferret. Cambyses ubi ea audiuit quae legati renunciarunt: & arcum intendere coepit cum nec ipse nec quisq̃ suorum flectere aut intendere posset cognitus hinc scytharum uiribus omne inferendi belli consilium deposuit: quod uero ad hunc locum pertinet: scythae praeter caetera illud diligentissime seruant: ut sepulchra parentum quae uoluerunt habere cõmunia intacta inuiolataq; permaneant quae non minus uenerantur q̃ sacra deorum. Mẽsa solis

## De scythis Cap. DXXX.

DArio enim totis regni sui uiribus in eorum regionibus subinde impetum facienti paulatim cedentes ad ultimas iam solitudines peruenerant: interrogati deinde ab eo per legatos quem fugiẽdi finem aut quod initium pugnandi facturi essent: respõderunt se nec urbes ullas: nec agros cultos pro quibus dimicarent habere: caeterum quum ad parentum suorũ monumenta uenissent sciturum quemadmodum scythę praeliari solerent. Quo quidem uno tam pio dicto immanis: & barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Pria igitur & optima rerum natura pietatis est magistra: que nullo uocis ministerio nullo usu litterarum ĩdigẽs: propriis ac tacitis uiribus charitatem parentum liberorum pectoribus infundit. Quid ergo doctrina proficitur? ut politiora sed non ut meliora fiant igenia: quoniamquidem solida uirtus nascitur magis q̃ fingitur. Quis. n. plaustris uagos & siluarũ latebris corpora sua tegentes in modum ferarum laniatu pecudum uiuentes sic Dario respondere docuit?

CVm igitur Darius armatis septingẽtis milibus hominum aduersus scythas duxisset exercitum. illi autez se in loca tuta recepissent legatos misit darius qui nunciarent: ut sibi pugnandi copiam facerent: illi responderunt non facturos nisi necessitate compulsos: necessitatem autem intelligebant si ad uiolanda parentũ sepulchra uenissent: tunc intellecturum Darium an scirent auderentq; scythae cũ hoste pugnare. Darius igitur eo duxit exercitum: quod ubi senserunt scythae tanto impetu irruerunt in hostes ut caesis amplius octoginta milibus hostium Darius trepidus domum refugerit. Quo quidem dicto tam pio: hoc inquit tam pio responso scythae: tametsi barbari & crudelissimi esse dicantur: se tamen piissimos & humanissimos significarunt. Optima rerum natura inquit docet sine ullis litterarum studiis colere pietatem. Quid igitur do. quando quidem igitur natura nos instituit sine ullis praeceptis colere pietates doctrina nõ meliora: sed exornatiora facit ingenia nostra. Optima re. natura naturans est. Quandoquidem: nam plato uult una cum hominibus nasci uirtutem. Solida uirtus naturalis pietas.

¶Dario enim. Ordo est Reddo libenter scythis testimonium pietatis: enim pro quia ipsi cedentes. i. locum dantes paulatim dario persarum regi facienti subinde. s. aliquando aut per interualla impetum. i. uiolentum incursum in regionibus eorum. s. scytharum: totis uiribus regni sui. i. darii peruenerãt iam ad ultimas solitudinẽs: deinde ipsi interrogati. s. per legatos: ab eo. s. dario quem finem fugiendi aut quod initium pugnandi ipsi facturi essent: responderunt se nec habere ullas urbes nec sup. ullos agros cultos (quia lacte & sanguĩe equino uictitant) pro quibus dimicarent: caeterum cum. s. scythae fugiendo & hostes persequendo uenissent ad monumentuz i. sepulchra parentum. i. maiorum suorum tunc sup. darium sciturum. s. per experientiam: quemadmoduz. i. quomodo: scythae solerent praeliari: Quo quidem uno dicto. i. responso tam pio: gẽs immanis & barbara: redemit. i. purgauit se: ab omni crimine feritatis. Igitur quia scythae solam naturam secuti: tam pii fuerunt: natura rerum est prima & optima magistra pietatis quae nullo. i. non ullo: non indigens ullo ministerio uocis. s. adhibendae praedicando. aut alioqui docendo: & nullo usu litterarum: infundit pectoribus liberorum: charitatem. i. praecipuam dilectionem parentum: uiribus propriis ac ta Ascen.

Valerius maximus

eis neq; id est uocibus neq; litteris, insinuatis sed pectoribus inscriptis: Ergo si ita est q sine doctrina pietas inuenitur: quid.i.in quo: proficitur.i.profectus fit doctrina: Responsio: ut ingenia fiant politiora.s.per doctrinam: sed non ut fiant meliora quoniam quidem.i.quandoquidem uirtus solida.i.firma & integra nascitur (quod tamen post corruptam natu ram credibile non est: quinimmo solida uirtus a deo datur sed συντηρησισ synteresis.i.ps animæ quæ semper ad uersatur uitiis omnium inscripta est pectoribus: in qua uidentur uirtutis solidæ seminaria: unde quidam ut hoc loco Va lerius plus naturæ q̃ arti tribuerunt ad uirtutis præstantiam quam tamen deo acceptam ferre multo iustius debemus: qa sine eo boni nihil possumus unde etiam author non uult penitus a natura esse sed plus q̃ ab arte) Solida tuquam uirtus: nascitur magis.i.plus aut potius q̃ fingitur opera disciplinæ (.non ergo penitus nasci dicit) Quis enim docuit uagos.i. uagari solitos plaustris.i.uehiculis cum fixas non habeant domos: & tegentes corpora sua latebris syluarum & uiuen tes laniatu pecudum.i.dilacerando pecudes crudas dentibus suis in modum ferarum respondere: sic.i.tam pie dario regi respondet cum sequentis exempli illatione.

## De filio Crœsi Cap.DXXXI.

Illa nimirum que etiam Crœsi filium loquē di usu defectum ad protegendam patris ico lumitatem ministerio uocis instruxit. Captis n.a Cyro sardibus quum unus e numero psarum igna rus uiri in cædem eius concitato impetu ferretur: uelut oblitus quid sibi nascenti fortuna denegasset: ne crœsū regem occideret proclamādo: pene iam impressum mu cronem iugulo reuocauit: ita qui ad id tempus mutus sibi uixerat: saluti parentis uocalis factus est.

Illa nimirum. Ordo est. Nimirum.i.tempe aut sine eo q mirum uidea tur: illa uidelicet natura docuit scythas sic respondere quæ etiam instru xit.filium crœsi: defectum.i.destitutum usu loquendi.i.mutum a natuita te in ea usq; tempora instruxit dico.i.ornauit & habilem fecit ministerio uocis.i.illi subito præbitæ ad protegendam incolumitatem.i. salutem & uitam patris.s.crœsi (Vt illud transeunter dicam: defectus in passiua uo ce uidetur qui sine sua culpa aut opera a debito per naturam opere deficit In actiua autem uoce: qui sua sponte munus suum deserit) Enim pro qa: Sardibus urbe asiæ & regia Crœsi captis a Cyro persarum rege: quum unus e numero persarum ignarus uiri.i.non sciens eum quem occidere pa raret esse Crœsum regem: ferretur concitato impetu.in cædem eius.s.crœ si: tunc sup.filius crœsi: uelut.i.tanq̃ oblitus sup.esset: quid natura negas set sibi nascenti hoc est q natura mutus esset proclamando ne occideret crœsum regem.reuocauit.i.retrahi fecit.mucronem iam pene impressum iugulo.s.crœsi. Ita.i.& aliis sup.qui uixerat sibi.i.q̃tum ad utilitatem pro priam mutus.sup.usq; ad id tempus: factus est uocibus.i.uoce & loque la utens saluti.i.ad salutem parentis.i.patris sui crœsi.

Illa nimirum: Duo fuerunt Crœsi lidorum regis filii quorum alter nul la arte custodiri potuit quin ferro ne caretur: ut ostendimus in ca.de somnus alter natus eligans diuq; mutus educatus: ui timo ris paternæ necis uocalis euasit. Captis.n.sar dibus a cyro. Cum ab eo edictum esset: ne quis crœsum occideret & forte quidam igna rus stricto ense in cædem eius irrueret filius nomine Atys: qui ad id tempus ut dixi mutus extiterat: ubi uidit periculum patris in hunc modum clamauit: ω ανφρωποσ μηκτει νετονκροισ ονο homo ne interficias Crœ sum: & ita liberatus est ab instanti morte pa ter: q̃q̃ alii aliter tradant: ut solinus in ca.de omine cum inquit olympiade octaua & q̃ dragesima uictor cyrus intrasset sardis asiæ oppidu; ubi tunc crœsus latebat Atys filius regis mutus ad id usq; temporis in uocē eru pit ui timoris. exclamasse.n. dicitur parce pa tri meo cyre & te hominem uel casibus no stris disce. dicitur crœsus appollinem consu luisse de filio futurus ne unq̃ uocalis eēt: cui sic apollo respondit. o crœse demens genere Lidius multorum rex ne uelis in regia domo uocem audire clamātis filii. hoc.n. multo me lius est ipsum sine uoce esse. nam loquetur in die qui tibi erit infœlix. Aul.gel.li.v.cap.viii. huius rei meminit. & utitur auctoritate hero doti. Captis a cyro sardibus: De expugnatio ne huius urbis Frōtinus.li.iiii.ca.viii.sic bre uiter Cyrus rex persarum incluso sardibus crœso: q̃ præruptus mons nullum aditum p̄ bebat ad mœnia malos exæquantes altitudi ne iugi subtexit quibus simulacra hominum armata persici habitus imposuerat noctuq; eos monti admouit: tum prima luce ex altera parte muros aggressus est ubi orto iam sole simulachra illa armatorum referentia habitum refulserunt. Oppidani captam urbem a tergo credentes & ab hoc in fugam dilapsi uictoriam hostibus concesserunt. Captis sardibus. Sardis tantum pluraliter declinatur & accu satiuum & uocatiuum in is mittit: ut uult Priscia.li.vi.unde dixit Soli.cum intrasset sardis & fuit oppidum asiæ & regia crœsi lidorum regis unde Hor.in.x.epistola. Quid cum clina samos quid crœsi regia sardis. Defectum priuatum. Ni mirum: certe & cum superiori refertur hoc modo scilicet quis docuit sic scythas respondere illa nimirum. Quid denegas set.s.eloquium.

## De quodam iuuene dicto plutone. Capitulum.DXXXII.

Eadem charitas italico bello pinensē iuuenem cui plutoni erat cognomē tanto animi corpo risq; robore armauit: ut quum obsessæ urbis suæ claustris præsideret: & Romanus imperator patrem

Eadem chari. Hoc fuit Italico bello hoc est sociali cuius originem dixi mus. Itaq; aduersus latinos missi sunt Pompeius Stra. & sylla duces quorum legatus Mamercus erat qui uicit italos cum sylloue popedio eorum duce: sed cum obside retur pina oppidu; nec expugnari posset Ro manus imperator pinensem captiuum Pluto nis patrem qui portis præsidebat in filii con spectum adduci iussit: minitatusq; est ni ho

eius captiuum in conſpectu ipſius conſtitutum diſtri/ctis militum gladiis circũdediſſet:occiſurum ſe mini/tãs niſi irruptioni ſuę iter præbuiſſet:ſolus e manibus ſe nem rapuerit:duplici pietate memorandus.q; & patris ſeruator nec patriæ fuit proditor.

ſtes reſeratis portis intromitteret patrem oc ciſurum:filius incertus quid ageret: patri ne an patriæ magis conſuleret:denią; deſpera/tione quadam ductus in hoſtes qui patrem uinctum tenebant impetum fecit:eos diſſipa uit:patrem liberauit:& patriæ charitatem ſer uauit.Diſtrictis:Nudatis.

¶Eadem.i.conſimilis in patrem charitas armauit bello italico.i.ſociali:iuuenem pinenſem.i.pinæ oppidi italiæ cui plu toni erat cognomen:tanto robore animi & corporis:ut quum præſideret clauſtris.ſ.portarum:urbis ſuæ.ſ.pinæ obſeſſæ.ſ.ab Romanis:& imperator Romanus circũdediſſet gladiis militum diſtrictis.i.nudatis:patrem eius.ſ.plutonis: captiuum.i.iam tum captum:conſtitutum in conſpectu eius.ſ.Plutonis:minitans ſe occiſurum.ſ.patrem eius niſi.ſ.filius præberet iter irruptioni ſuæ.i.qua in urbem irrumpere poſſet:rapuerit ſolus ſenem.ſ.patrem e manibus.ſ.tot militum:memorandus.i.dignus qui memoretur & memoria colatur:duplici pietate:q.i.quia ipſe fuit &.i.ſimul:ſeruator.i.cõſeruator:(uulgo diceretur ſaluator quod uocabulum non eſt idoneorum uſu:licet ſaluum facere dicant) patris:nec fuit proditor patriæ Quia facile patrem recepiſſet ſi patriam prodere & ingreſſum hoſti facere uoluiſſet.ſed neutrũ fecit:& utrũq; ſeruauit. Aſcen.

De pietate erga fratres. Titu. V.

Hanc charitatem proximus fraternæ beniuolẽtiæ gradus excipit:nam ut merito primũ amoris uinculum ducitur plurima & maxima beneficia a cepiſſe:ita proximum iudicari debet ſimul ac cepiſſe.Quã copioſe enim ſuauitatis illa recordatio e? in eodem domicilio anteq̃ naſceretur habitaui:iiſdem incunabulis infantię tempora peregi:eoſdem appellaui parentes:eadem pro me uota excubuerunt:parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi:Chara e uxor.dulces liberi: iocũdi amici:accepti affines:ſed poſtea cognitis nulla beniuolentia accedere debet:q̃ priorẽ exhauriat.

De pietate erga fratres.
Capitulum.V.

Hanc pietatem:dicturus de pietate erga fratres eam multis ratiõibus laudat.Hanc pietatem ſcilicet filiorum in parentes.Proximus:Secundus.nã primus pietatis gradus eſt filiorum in parentes.Secũdus fratrum inter ſe.Tertius parentum in filios:de quo paulopoſt dicturus eſt.Beneficia primum eſſe a parentibus habemus.deinde uictum & ueſtitum.Ita proxi.Ita fratres exiſtimare debent ea ſimul accepiſſe.In eodem do.In quo.ſ.& frater hoc eſt in uẽtre matris. Imaginibus Quia eedem imagines me clarũ fecere.Chara eſt uxor:Per comparationem oſtendit fraternam charitatem maximã eſſe. Priorem.ſ.fraternam. Exhauriat : Euacuet: prior charitas extingui non debet alia ſuperueniente.

¶Hanc &c'.Eſt præfatio in exempla pietatis in fratres:quam proximam paternæ pietati argumentis conuincere contendit.Ordo eſt.Gradus beniuolentiæ fraternæ.i.quam frater exhibuit aut exhibet fratri:excipit proximus hanc charitatem ſcilicet in parentes.Nam ut.i.quemadmodum accepiſſe.ſ.a parentibus:plurima & maxima beneficia:ducit.i.a ſtimatur primum uinculum amoris:ita accepiſſe ſimul.ſ.cum altero.ſ.plurima & maxima beneficia debet iudicari proximũ ſcilicet a primo:uinculum amoris.id autem faciunt fratres ſub unis parentibus:ergo proxima a parentum charitate eſt fratrum charitas.Enim pro quia:q̃.i.o q̃tum:aut q̃ putas copioſæ ſuauitatis eſt illa recordatio: qua ſcilicet quis recordatur & repetit in animo ſuo.Ego habitaui in eodem domicilio.i.eodem utero materno in quo ipſe poſtea:ante q̃ naſceretur(poſſet fortaſſis etiam dici contra.ut ſi minor natu dicat:Ego habitaui in eodem domicilio cum poſt illum naſceret aut natus eſſem:ſed quia maioris natu eſt conferre opem in minorem:ideo ſic agit tanq̃ maior ſecum reputet) ego peregi tempora infantiæ in iiſdem incunabulis:in quibus.ſ.ille poſtea:ego appellaui eoſdem parentes.ſ.quos ille eadem uota ſ.parentum:excubuerunt.i.uigilauerunt pro me.i.pro ſalute mea:ego traxi ex imaginibus.i.ſtemmatis maiorum : parem gloriam ſup.cum illo:hoc eſt cum fratre:q.d.maxime copioſæ ſuauitatis eſt recordatio talis.Nam uxor eſt chara:liberi ſunt dulces.amici ſunt iocundi:affines ſunt accepti:ſed nulla beniuolentia debet accedere.i.addi cognitis poſtea:ut tã dictis uxori liberis.amicis & affinibus:quæ exhauriat.i.euacuet & abſumat priorem.ſ.charitatem:quæ eſt in fratrem paulopoſt nos natum. Aſcen.

De Scipione maiore.Ca.DXXXIII.

Atq; hæc teſte Scipione Aphricano loquor:q tametſi arctiſſima familiaritate Lęlio iunctus erat:attamen ſenatum ſupplex orauit:ne pro/uinciæ ſors fratri ſuo erepta ad eum transferretur:lega/tumq; ſe.L.Scipioni I aſiam iturum promiſit:& maior natu minori:& fortiſſimus & belli gloria excellens lau

Atq; hæc teſte Scipione.Hannibal deuictis carthaginenſibus cum ad rupti fœderis pœnas depoſceretur a Romanis ad Antiochum regem confugit: & illum ad inferendum Romanis bellum induxit:ut diximus quo tempore cõſules erãt L.Scipio &.C.lælius quorum uterq; prouinciam aſiam ſibi decerni uehementer exoptabat cuius gratia:non parua inter eos uidebatur futura contentio:ſed res ad arbitrium ſenatus reiecta fuit quæ ſtudia patrum erexit:

senatoresq; dubios reddidit de tantis uiris iudicia facturos: uerum tamẽ apud patres maior lælii gratia: maiorq; erat existimatio: & propterea senatus ad eum inclinare negociũ q; deferre plæ uidebatur quod ubi sensit sci pro fratris pietate motus ab eo deprecatus est illam ignominiam. nam & in senatu fratrem laudauit uirum fortem & sapientem. & cum illo se iturum legatum in prouinciam ultro professus est: qua uoce omnem patrum dubitationem de fratre & demandandæ prouinciæ cunctationem excussit. nam frequenti senatu decretum est. ut. L. Scipio in græciã aduersus ætholos: deinde in asiam aduersus antiochum cum scipione fratre transiret: quẽ Hannibali uicto & pro antiocho in acie dimicanti uictorem opponeret. quis igitur. P. Scipionis pietatem non iure miretur: quam non solum a prima adolescentia Cornelio patri: ut supra diximus sed deinde quoq;. L. fratri id ætatis hisq; rebus egregiam præstitit: & q̃.i erat aphricanus & maior natu: & qui hannibalem uicerat: qui de pœnis triumphauerat: q omnes suæ ætatis imperatores belli gloria & uirtute ante ibat imperio tamẽ minoris natu se sponte submisit: ut is in honore obtinendæ prouinciæ gratioso collegæ preferretur: ex quo bello frater ipsius consilio & opera usus maximam gloriam in patriam reportauit. Arcta familiaritate: Adeo ut inter pauca illa amicorum paria quæ tantopere admiratur antiquitas Scipionem & Lælium Cicero dicat esse connumerandos. Sors. s. asiæ prouinciæ contra regem antiochum. Maior natu: Aphricanus. Minori. Asiatico. Laudis inopi. s. fratri. Nondum asiatico. Quia nondum debellauerat asiam. Alterum. s. cognomen aphricani ex aphrica domita: Alterum dedit. s. asiatici: quia eius consilio & intercessione asia deuicta est. Maior: Quia maior erat minister q̃ frater cum imperio.

dis inopi: & qd̃ super omnia est nondum asiatico iam aphricanus. Itaq; clarissimorum cognominum alterum sumpsit: alterum dedit. triumphiq; prætextam huius excepit: illius tradidit: ministerio aliquanto maior q̃ frater imperio.

¶ Atq; ego loquor hæc teste id est attestante id Scipione aphricão. s. maiore: qui tameti. i. q̃q̃ iunctus erat Lælio familiaritate arctissima (quia cum eo nobile par amicorum constituit) attamen orauit supplex senatũ: ne sors prouinciæ. i. asiæ: erepta fratri suo. s. Lucio: trãs feretur ad eum. s. Lælium: & promisit se iturum in asiam legatum Lucio Scipioni. s. fratri suo: & i. simul sup. promisit se iturum legatum: cũs autem cum esset maior natu: minori. s. natu. i. iuniori: & fortissimus & excellens gloria laudis: inopi laudis. s. fratri quia nihil adhuc gloriosum gesserat: & quod est super omnia: ipse iam Aphricanus. i. ab Aphrica deuicta sic dictus: repete promisit se iterum legatum fratri nondum asiatico. i. qui nondum ab asia deuicta sic dicendus erat. Itaq;. i. & ita: ipse sumpsit alterum duorum cognominum (dicerem agnominum) clarissimorum uidelicet aphricani & asiatici: alterum dico uidelicet aphricanum sumpsit sibi: & dedit. s. fratri alterum uidelicet asiaticum: & excepit. i. eminenter induit prætextam. i. triumphalẽ uestem: huius. s. aphricani triumphi: & tradidit. s. fratri prætextã illius. s. asiatici triumphi: existens sup. maior aliquanto: ministerio. i. fungens officio legati qui minister erat imperatoris seu consulis i bello: q̃ frater imperio. i. fungens in perio totius exercitus: quia ad consequendam eam uictoriam plus ualuit nomen legati: q̃ imperium consulis.

De Marco Fabio erga fratrem.
Capitulum. DXXXIIII.

Marcus uero Fabius consul inclyta pugna hetruscis & ueientibus superatis delatum sibi summo senatus populiq; studio triumphum ducere non sustinuit: quia eo prælio. Q. Fabius frater eius consularis fortissime dimicans occiderat. Quantã in eo pectore pietatem fraternæ charitatis habitasse existimemus propter quam tantus amplissimi honoris fulgor extingui potuit?

¶ Marcus uero Fabius consul: Etruscis & Veientibus superatis nobili pugna: non sustinuit. i. non est passus: ducere triumphum delatum. i. præstitum & oblatum sibi summo studio senatus & populi. s. Romani: q Quintus Fabius frater eius. consularis. s. uir. i. qui aliquando consul fuerat: occiderat. i. occubuerat eo prælio dimicans. i. pugnans fortissime. Quantam pietatem fraternæ charitatis existimemus. i. iudicare debemus habitasse in eo pectore. s. Marci Fabii: propter quam. s. pietatem: tantus fulgor amplissimi honoris qualis est triumphus potuit extingui: q. d. haud dubie maximam.

Marcus uero Fabius. Liuius ab urbe condita cum. M. Fabi. consul aduersus ethruscos qui tunc agros Ro. inuaserant: duxisset exercitũ & præsertim contra ueientes & ianiculos eos ingenti prælio cum magna eorum strage: superauit: sed non fuit Ro. incruenta uictoria. nam multi ex clarissimis uiris in ea pugna ceciderũt: iter quos alter consul & Qu. Fabius consulis frater q cum inter confertissimos hostes fortiter dimicaret: uulneratus pugna excessit: & paulopost expirauit: cum igitur triumphus a senatu delatus esset consuli ob res magnifice gestas: ille amissi fratris grauissimo dolore cõfectus triumphum suscipere recusauit: q̃q̃ tanta dignitas ab omnibus expeti consueuerit Quã tam: quasi dicat mirabilem. Fulgor scilicet triumphi.

Hoc exẽplo: germania debellata erat a Druso Tyberii Neronis fratre qui germanicus dictus est: qui paulopost equo super crus eius delapso trigesimo die uitam cum morte commutauit. Nero qui ticinum ad uisendos parentes liuiam & octauium uenerat & modo ligurum uictore prouincia redierat: a fratre grauiter laborante p nuncios accitus: ad eum tanta celeritate peruenit ut uix credi posset: nam breuissimo temporis spacio: utpote die ac nocte ducenta mi

De Tyberio Cæsare. Ca. DXXXV.

Hoc exemplo uetustas: illo sæculum nostrum or

natum est:cui contingit fraternũ iugũ Claudiæ prius nunc & iuliæ gentis intueri decus.tantum enim amorem princeps parensq; noster insitum animo fratris Drusi habuit:ut cum Ticini quo uictor hostium ad cõplectendos parentes uenerat:graui illum & periculosa ualitudine in germania fluctuare cognouisset:protinus inde metu attonitus erumperet.Iter quoq; q̃ rapidum & præceps uelut uno spiritu corripuerit:eo patet q̧ alpes Rhenũq; transgressus die ac nocte mutato subinde equo ducentis milibus passuum per modo deuictam barbariam Antabagio duce solo comite contentus euasit:sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum mortaliumq; frequentia defectum sanctissimum pietatis numen & dii fautores eximiarum uirtutum & fidissimus Romani imperii custos Iuppiter comitatus est.Drusus quoq; q̃q̃ fato iam suo q̃ illius officio propior erat:uigore spiritus & corporis uiribus collapsus:eoipso tamẽ quo uita & mors distinguitur momento legiones cum insignibus suis fratri obuiam procedere iussit:& ut imperator salutaretur præcepit:dextera ĩ parte prætorium ei statui:& consulare & imperatorium nomen obtinere uolens:eodemq; tempore & fraternæ maiestati cessit & uita excessit.

¶Hoc exemplo &c.Vetustas.i.prisca ætas aut uetustum sæculum:ornatum est hoc exemplo.s.Fabii iam dicti:sæculum nostrum.i.præsentis æui est ornatum illo scilicet exemplo quod dicturus est.cui.s.sæculo nostro contingit intueri fraternum iugum.i.iugationem & parem societatẽ:gentis claudiæ prius.i.qui fratres.s.Tyberius Nero & Drusus Germanicus ante adoptionem factaʒ ab Augusto erant de domo claudia:& nũc contigit intueri:& id est etiam decus gentis iuliæ:in quam per adoptionẽ asciti erant.Enim pro quia:princeps & parens noster.i.urbis nostræ:uidelicet Romæ:hoc est Tyberius cæsar.habuit tantum amorem drusi fratris insitum.s.a natura animo.s.suo:ut quum ipse tyberius cognouisset ticini.i.in ea urbe ad Ticinum flu.quæ nunc papia dicitur:quo.i.ad quam urbem:ipse uictor hostium.s.ligurum.uenerat ad complectendos parentes.s.Augustum uitricum & Liuiam matrem cum inquam cognouisset ticini:illum.s.fratrem suum drusum:fluctuare.i.inter uitam & morteʒ ancipitem uersari:ualitudine:graui & periculosa:quam ex lapsu de equo cõtraxerat:erumperet.i.ut exiliret protinus inde.i.e ticino:attonitus metu s.de ualitudine fratris:& q̃.i.q̃tum rapidum & præceps iter corripuerit uelut uno.i.continuo spiritu:patet eo.i.ex eo q̧ ipse transgressus alpes.i.montes illos altissimos italiam in ea parte a germania dirimentes:die ac nocte.i.irrequieto cursu:equo mutato subinde.i.per interualla euasit ducentis milibus passuum per barbariam.i.barbaram Germanorum:ut ipse interpretatur terram:deuictam.s.a druso modo.i.paulo ante.contẽtus solo Antabagio duce.s.itineris:comite.i.comitante:unde quia uiam indicauit dux erat:quia minor eo cui uiam monstrauit comes dicendus erat:sed sanctissimum numen pietatis.s.in fratrem sup.comitatum est:& dii fautores.i.adiutores eximiarum uirtutum:sup.comitati sunt & iuppiter custos fidissimus imperii romani:comitatus est tunc eum.s.tyberium principem:implicatum maximo labore & periculo:& defectum.i.destitutum frequentia.i.a multitudine:mortalium.s.hominum.Drusus quoq; q̃q̃ erat iam propior.i.uicinior:fato suo.i.morti uicinæ q̃ officio illius.i.in illum hoc est in fratrem suum tyberium exhibendo:utpote collapsus uigore spiritus & uiribus corpo

lia passuum alpes rhenũq; transgressus uno tantum comite locorum perito contendisse dicitur:qui cum extinctum fratrem inuenisset:corpus eius Romam uehi curauit:& in tumulo.C.Cæsaris sepultus est:in cuius funere laudes ab Augusto cæsare eius uitrico amplissimæ datæ sunt.Pli.lib.vii.naturalis historiæ:nuper inquit Fonteio & Vipsano consu.annos nouem genitum pŭerum a meridie ad uesperum septuaginta quinq; milia passuum cucurrisse:cuius rei admiratio ita demum solita perueniret si quis cogitet recte ac die longissimum iter uehiculis tribus Tyberium emensum festinãtem ad Drusum fratrem ægrotantem in germania. In ea fuerũt ducenta milia passuum:de puero Solinus aliter tradit:confecisse tantum quadraginta quinq; milia passuum quod uidetur uerisimilius Suetonius in uita Tyberii:Tyberius inqt Drusum fratrem in germania amisit:cuius corpus pedibus toto itinere præ̃cediẽs Romam usq; peruexit Liuius lib.ultimo.Drusus ex fractura equo sup crus eius collapso xxx.die q̃ id acciderat mortuus est.corpus a Nerone fratre qui nuncio ualitudinis euocatus raptim accurrerat Romam reuectum & in.C.Iulii tumulo conditum:laudatus a cæsare Augusto uitrico:& supremis illius funeribus plures honores dedit. Claudiæ:prius:Nam utrũq; genus a Claudia gente traxerant:paternum a Tyberio Nerone:maternum ab Apio pulchro:qui ambo cæci Apii filii fuerunt teste Suetonio Ergo cum Liuiaʒ Drusullam Neronis & Drusi matrem Augustus cæsar duxisset uxorem & eius precibus sibi Drusum & Tyberium adoptasset:i gẽtem Iuliam per adoptionem uenerunt sed prius de gente Claudia nati ex Tyberio Neróe Appii Claudii cæci filio:& ex Liuia Appii pulchri filia.Ut cum Ticini Fluminis:qui præterlabitur papiam.nascitur ex lacu lacio teste Strabone in fine quarti libri.Graui & periculosa:quia super crus eius ut diximus delapsus fuerat equus.Fluctuare.in dubio eẽ. Ducentis milibus.In die & nocte:ut qui iã uolunt tantum itineris confecisse uidetur prope incredibile.Modo deuictam:pauloãte deuicta barbaries erat a Romãis ergo adhuc illis erat infensa & inuisa:duce.s.itineris.Periculo:Quia barbariem modo uictam transiit More suo:Tyberio adulat Valerius cuʒ dicat:q̧ numen pietatis:cælestesq; omnes & Iuppiter omnipotens illi semper in latere affuissent:cumq; incolumem conseruassent:ut esset qui Romanum imperium pie sancteq; regeret.Defectum:destitutũ.Pietatis numen Cuius offõ fungebat.Proprio fato suo:ppiqor morti suæ q̃ fris officiũ susciperet:sʒ añ ei9aduẽtũ expirauit.Vigore spũs:Quia tñe eã hæc iuberet in exigua spe spm̃ trahebat.

Valerius maximus

ris:tamen iussit eo ipo momento quo uita & mors distinguitur.i.in extremo uitae suae:legiones procedere obuiam fratri cum insignibus suis:& praecepit.s.legionibus ut sup. Tyberius salutaretur.s.ab eis:imperator:uolens praetoriu; i.est habitaculum praetoris hoc est eius q̄uis militibus diceret uidelicet imperatoris:statui.i.constitui ei Tyberio in dextera parte:& uolens eum sup.obtinere nomen &.i.simul consulare & imperatorium:& eodem tempore cessit.id est locum assignauit maiestati fraternae:quem imperatorem constitui uoluit:& excessit uita.i.mortuus est.Quibus uerbis non tam defuncti laudat in fratrem pietatem:nec rursus uiui in defunctum:quam iustum Tyberii in imperium successorem probare contendit:ex eo ꝙ omnibus militum suffragium fraterno iusso electus sit.

His scio equidem:excusat se Valerius ꝙ proximum exemplum Druso & Tyberio non cõueniat.nam exemplum Drusi & Tyberii compara.i.posset & pollucis & castoris pietati.dicit ergo sequens pietatis exemplum cum Drusi Tyberiiq; pietate nulla in re cõferri posse uidetur cum castoris tantum & pollucis pietate comparari merito possit.incongrue igitur subiungitur:sed aeque ferant Drusus & Tyberius necesse est:quia non fuit praetermittendum: q̄uis humilis conditionis hominis: Nam & posteris gratissimum erit:& ipsis quoq; druso & tyberio imperatoribus clarissimis periucundū Exemplum castoris & pollucis Nota est fabula:ꝙ alter immortalis mortalem fratrem suae immortalitatis uoluit esse participem.Vnde Virgilius Si fratrem pollux alterna morte redemit.Itaq; reditq; uiam toties.quod ideo fingitur:ut inquit seruius : q̄a sunt duae stellae quarum una cadente : altera oritur.Is namq; Quo tempore bella ciuilia gesta sunt inter pompeium & sertorium forte ita accidit ut duorum fratrum alter pompeium alter sequeretur sertorium eo forte animo ut alter alteri faueret in uictoria:& sic eorum conditio non omnino misera foret : sed aliter fortuna tulit:nam conserta pugna alter alterum ignorans occidit. quod cum inter spoliandum cognouisset se fratrem occidisse fortuna grauiter incusata & corpore i castra delato rogoq; super impositum seipsum trāsfixo pectore cõmunibus flammis cremandū iniecit. Abbreuiator li.LXXIX.L.Cornelius Cinna cum perniciosas leges proferret pulsus urbe.a.Cn.Octauio collega cum sertorio tri . ple.imperioq; abrogato corruptum Apii Claudii exercitum in potestatem suam redegit.& bellum urbi ītulit:accersito.C. mario cum aliis exulibus ex aphrica:in quo bello duo fratres alter ex pompeii exercitu alter ex cinnae ignorantes concurrerunt:& cu; uictor mortuum spoliaret agnito fratre ingēti lamentatione edita rogo ei extructo ipse supra rogum se transfodit:& eodem igne consumptus est:aut ergo Valerius dissentit a liuio aut duo fuerunt exempla similia:alter in exercitu Cinnae:alter Sertorii: aut quod melius est quia coniuncti fuerunt Cinna & Sertorius:ut nihil intersit. utrum Cinnam dicat an Sertorium.Multum ac diu:Multū ad quātitatem:diu ad tempus refertur.nam & multa in deos conuitia.& longo tempore iactauit:possumus aliquid facere multum & non diu:uerbigratia.si legerem chartam unā ab ortu solis usq; ad occasum:diu quidem lege

De quodam milite Cnei pompei.
Ca.DXXXVI.

His scio equidem nullum aliud q̄ Castoris & pollucis specimen consanguineae charitatis conuenienter adiici posse:sed omnis memoriae clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratū si militis summa erga fratrem suum pietas huic uoluminis parti adhaeserit.Is namq; in castris.Cn.pompei stipendia perageus:quum Sertorianum militem acrius sibi in aciem instantem cominus interemisset iacētēq; spoliaret:ut fratrem germanum esse cognouit multum ac diu conuitio deos ob donum impię uictoriae insecutus prope castra transtulit:& pretiosa ueste opertum rogo imposuit:ac deinde subiecta face protinus eodē gladio quo illum interemerat pectus suum transuerberauit seq; super corpus fratris prostratum communibus flammis cremandum tradidit.Licebat ignorantiae beneficio innocenti uiuere:sed ut sua potius pietate q̄ aliena uenia uteretur comes fraternae neci non defuit.

His scio &c.transit ad humilius exemplum cum deprecatione ne sibi uitio detur:& cum obtestatione dissimilitudinis : unde adulatione solita Tiberium & drusum castori & polluci inter deos relatis comparādos cēset dicens.Equidem.i.ego certe:scio:nullum aliud specimen.i. speciosum approbamentum charitatis consanguineae.i.eodem sanguine genitorum q̄ castoris & pollucis posse adiici conuenienter.i.decenter his.i.ia; dictis principibus Romanis Tyberio & Druso:sed profecto.i.reuera ingratū non erit principibus clarissimis omnis memoriae.i.quos omnium memoria complectitur:hoc est quorū extat memoria:hoc est Tyberii & Drusi:si summa pietas militis.s.pompeiani erga fratrem suum adhaeserit.i.annexa sit:huic parti uoluminis.Dixit summam pietatem militis in fratrem namq; is.s.miles peragens stipendia.i.aere merens:in castris Cnei pōpei.s.magni quum interemisset cominus.i. coniunctis manibus pugnantem militem sertorianum.i.sub sertorio stipendia facientem: instantem sibi in aciem.i.aut oculorum aut belli sed de belli acie diceret:in acie acrius idest multum strennue:& spoliaret iacentem.i.prostratum:ut.i.postq̄ cognouit eum esse fratrem germanum:insecutus multum ac diu deos cõuicio.i.execratione:ob donum impiae uictoriae ꝙ.s.ut fit in bellis ciuilibus:fratrem interemisset uictor eius:transtulit sup.cadauer eius prope castra:& impo suit rogo opertum.i.tectum preciosa ueste:ac deinde face subiecta ut cremaretur:transuerberauit protinus eodē gladio quo interemerat illū.s.fratrē suū:pectus suū.i.propriū:& tradidit sese prostratū super corpus fratris:cremandū cõibus flāmis.licebat.i.licitū erat ipsi ignoranti uiuere beneficio ignorantiae:quia ignorans fratrē esse eū interemerat: sed ut uteretur potius sua pietate q̄ uenia.i.ignorantia aliena non defuit comes fraternae neci:quia statim fratris neci suā subiecit.

rem:sed non multum:nam tanto spacio decē atq3 eo plures legi possent. Licebat ignorantiae. Excusat q ignorans fecerit.ut fratris pietatem exaggeret.

## De pietate erga patriam. Ti. VI.

Rctissimi sanguinis uinculis pietas satisfecit. Restat nunc ut patriae exhibeatur cuius maiestati:etiam illa quae deorum numinibus aequatur auctoritas parentū uires suas subiecit. fraterna quoq3 charitas equo animo ac libenter cedit:summa quidem cum ratione:quia euersa domo iterdum reipu. statns manere potest:urbis ruina penates omnes secū trahat necesse est. Verum quid attinet uerbis ista cōplecti: quorum tanta uis est ut aliqui salutis suae impendio testati sint?

De pietate erga patriam.

Rctissimi sanguinis uinculis. De pietate dicturus erga patria3 laudat eā per comparationem & probat hanc caeteris praeferendam:quia omnia inseruata patria seruantur:nam euersa familia in qua patres & filii continentur stare potest patria: sed euersa patria domus & familia stare non potest. Sanguinis uinculis. Filiorum in parentibus & huic patriae pietati caedit parentum simul & fraterna pietas. Illa quae deorum numinibus aequatur. Paterna pietas quae adaequatur diuinae pietati:patriae cogitur cedere. Impendio:damno.

¶ Arctissimi &c. Praefatio est i exempla pietatis in patria3 quam docet magis necessariam q̄ in parentes aut fratres:ideoq3 Cicero attestatur q omnium charitates una in se complectatur.uultq3:ubi pater patriam per tyrannidem occupaturus esset:aut tyranno aut hosti traditurus:nec a filio quouis pacto ab incoepto consilio reuocari posset filium potius per indicium patris patriae cōsulere debere:q̄ cū salute patris patriae libertatem amittere. Primum huius loci uerbum quidam habent arctissimis:q̄d q̄dē magis quadret cū ablatiuo uinculis:sed quia is syllaba ter continue posita sibilū pariat alii legūt & ita scriptum reperi. arctissimi ut sit ordo. Pietas.i.narratio de pietate:aut pietas ipa:satisfecit.s.i supioribus exēplis:uinculis arctissimi sanguinis:ut parentū & liberorū inter quos ē primū uinculū: & fratrū iter se quorū docuit eē pximū. Restat nūc ut sup. pietas exhibeatur patriae.i.ut afferamus exēpla eorū q i patriā suā pii fuere:cuius.s.patriae:maiestati:ētilla auctoritas parētum:quae aequatur numinibus.i.diuinis potentiis deorū:(nō tñ ex aequo. Nā l3 parētibus scdm deos debeat honor:ñ tñ aequalis:qa si parētes qppiā cōtra dei mādata iusserint surda aure trāseūdi sint:imo pie monēdi se iniquae iubere q de9 uetuerit:aut cōtra uetare qd deus iusserit:uerū i hoc qppiā simile ē q deos uenerationis gratia ēt patres uocauit gentilitas :ut nos deū oīum creatorē patrē appellamus: Suntq3 parētes cū deo i gñatione liberorū coopatores:qa uirtus diuina ad oēm opationē cōcurrit:& aias rōnales sola creat) subiecit uires suas:qa uult ut plus patriae q̄ sibi tribuat:cuius .s. patriae maiestati:charitas quoq3 fraterna cedit:aequo animo ac libenter:quidem.i.& certe cum summa ratione:quia domo euersa status reip.potest interdum manere:& sup.necesse est ut:ruina urbis.s.i q̄ ē resp.trahat secū oēs penates.i. domos priuatas. Verū.i.sed qd attinet.i.ad rē facit:cōplecti ista.i.istas res uerbis.i.docere pfiae salutē parētū saluti pferendam:t quorū.i.quarū rerū:tanta uis ē:ut aliq.i.nō pauci. Sic eni iterdū accipitur.ut Est aliqd sese unius dñm fecisse lacertae.i. ñ pu3 s3 mltū.alioq dice: potuisset qdā testati sint sup.ea:ipēdio.i.ipēsiōe salutis.i.uitae suae: q̄ carior eē posset q̄ pertū.

## De Bruto primo consule. Ca. DXXXVII.

Rutus consul primus cum Arunte Tarquinii superbi filio regno pulsi in acie ita equo concurrit ut pariter illatis hastis. uterq; mortifero uulnere ictus exanimis prosterneret. Merito obiecerit populo romano libertatem suam magno stetisse.

¶ Brutus scilicet Iunius primus consul:concurrit equo in acie idest in conflictu : cum Arunte filio Tarquinii superbi pulsi regno scilicet Romanae urbis (ob superbiam & lucretiae per filium eius uiolationem) ita idest tali modo ut hastis illatis pariter.i.pari impetu:uterq3 ictus.s.ab altero:uulnere mortifero:prosterneretur exanimis.i.anima spoliatus aut iam iā spoliandus. Brutus sup.obiecerit merito populo romano libertatem suā:hoc est populi romani:stetisse sup.sibi magno.scilicet praetio : quia uitae suae impendio.

Brutus cōsul: haec historia supius ptransitū annotata fuit.nam cū ppter lucretiae stuprum reges urbe brutus eiecisset illi primum fraude in patriam redire tentarunt qui ubi obstructum sibi fraudis iter intellexerūt ad apertā uim & hetruscorū auxilia confugerunt quibus freti magno cu3 exercitu in fines Ro. irrupere. Profectus est igitur obuiam brutus quem cum aruns regis filius eum consularibus fulgentē insignibus conspexisset acerrimo dolore & praecepti regni memoria excitus & impulsus equo calcaribus ad acto ruit in consulem:quod ille aduertens non minori animo in hostem fert.tantoq3 impetu & tam nulla sui protegendi sed sola hostis feriendi cogitatione concursu3 est ut alternis confixi hastis ambo pariter collaberentur superq3 occisum sua manu Arūtem ipse mutuo uulnere Brutus expirauit: & ut fieri utar uerbo quasi consul adulterum (ut ille ait) seu uerius adulteri fratrem regno pulsum: uita quoq3 pelleret: & cum ad inferos seqret:funus osuli rebus oib9 pclar::s3 nulla re magis q̄ qd eū matronae oēs:ut parentē āno itegro luxerūt. Merito.iure inqt dixerit Valerius maximus.

rim magno libertatis sibi constitisse quia au/
ctorem libertatis amisit.

C Vm autem in. C. genitio. & L. Aemy
lio consu. forum medium Ro. siue
motu terrae seu q̄ ui alia dicitur spe/
cu uasto in immensam altitudinem fuisse col
lapsum: neq̃ eam uoraginem coniectu terrae
cum pro se quisq̃ congereret expleri potuis/
se prius q̄ deum monitu quaeri coeptum quo
plurimum po. ro. posset: id uates canebant in
ticiendum remp. Ro. perpetuam esse uellent:
tum. M. Curtium iuuenem bello egregium ca
stigasse ferunt dubitantes: an ullum maius
Romanum bonum esset q̄ arma uirosq̃: si/
lentio deinde facto: templa deorum immor
talium quae foro imminebant capitoliumq̃
intuentem: & manus nunc in coelum: nunc in
patentes terrae hiatus ad deos manes porri/
gentem se deuouisse: equo deinde q̄ pote/
rat ornatissimo insidentem armatum se in
specum imisisse: donaq̃ ac fruges super eũ
a multitudine congestas: lacumq̃ Curtium
non ab antiquo illo. T. Tatii milite Curtio
metio: sed ab hoc appellatum. Illud profun/
dum: in illam uoraginem. Magna postea: Ex
tollit hanc rem: multa inquit praeclara exem
pla cõmemorari possent in foro edita: nullũ
tamen cum Curtii fato conferendum. Multa
postea multa praeterea egregia facinora i fo
ro edita fuere: nullum tamẽ Genitii facto cõ
parandum. Subsideret: inclinata esset. Admo
tis: appropinquatis & subditis calcaribus. de
hoc curtio Petrar. Vnde ego uos moneo no/
bis uirtute uel armis Nil melius tribuisse de
os: haec summa profecto. Haec uere Roma
na bona & si summa reposcunt: Arma uirum
q̃ dabo: sic Curtium loquentem inducit Pe
trarcha. Liuius quoq̃ nullum magis roma/
num bonum censet q̄ arma uirosq̃.

G Enitio Cippo. Hoc exemplum prae
cedenti dicit esse consimile: & ꝓbat
nam cippus iste cum per portã quae
randuscula dicitur. egressurus esset in tran/
seundo exorta sunt cornua tantae magnitudi
nis: ut regredi non posset consulto oraculo:
cognouit se futurum regem: si reuerteretur in
urbem maluit in exilium uoluntarium profi
cisci q̄ patriam suam libertate priuari: Veluti
cornua: bene ueluti cornua: quia non re uera
cornua fuerant: sed propter daemonum illu/
siones cornua esse uidebantur de q̃bus Oui
dius. Cornuaq̃ auratis miram referẽtia for
mam: Postibus insculpunt longum mansura
per aeuum. Solidam: Veram & non adum/
bratam.

## De Curtio Roãno equite. Ca. DXXXVIII.

C Vm aũt in mediam partem fori uasto ac re/
pẽtino hiatu terra subsideret: responsumq; eẽt
ea re tantummodo cõpleri qua populus Ro.
plurium ualeret. Curtius & animi & generis nobilissimi
adolescens interpretatus urbem nostram uirtute armisq;
pręcipue excellere: militaribus insignibus ornatus equũ
conscendit: eumq; uehementer admotis calcaribus prae
cipitem in illud profundum egit: super quem uniuersi
ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt: conti/
nuoq; terra pristinum habitum recuperauit. magna po/
stea decora in foro romano fulserunt: nullum tñ hodie
pietate curtii erga patriam clarius obseruatur exemplũ:
Cui principatum glorię obtinenti consimile factum sub
nectam.

¶ Cũ aũt terra subsideret. i. ad imũ tẽderet & abissũ faceret: in mediã p/
tẽ fori. s. Romãi: hiatu. i. apertura & uoragine ac specu uasto. i. ualde ãple
ita ut ipleri neqret: ac repẽtino. i. subito orto: & ita magis horrẽdo: ne tõl
quũ urbis absorberet: & nisuz eẽt. s. a uatibus sup. hiatũ illũ posse cõple
ri tãtũmodo. i. dũtaxat ea re: qua populus romanus ualeret plurimũ: Cur
tius adolescẽs & ai & generis nobilissimi (Sũt q nobilissimus legãt: sed
isolita fieret cõstructio: nõ eni dicit nobilissimus ai sed aio) iterpraetatus
urbẽ nostrã. s. Romã: excellere ꝓcipue uirtute & armis. i. armatorũ eqtũ:
ornatus isignibus militaribus: cõscẽdit equũ: & egit. i. ut ipulit secũ i illud
ꝓfundũ: cũ. s. equũ ꝓcipitẽ. i. in caput cadẽtẽ: & hoc calcaribus admotis
uehemẽter aut sint ablatiui istrumẽtales: egit cũ ꝓcipitẽ calcaribus &c.
Sup quẽ. s. Curtiũ uniuersi ciues iniecerũt certatim. i. quasi cũ certamie qs
primus aut plurimũ iniiceret: fruges gratia honoris: & cõtinuo terra recu
pauit pristinũ habitũ. i. piorẽ dispositionẽ qa specus ille ptim oppletus:
& ptiz coitiõe terrae clausus ẽ: magna decora. i. ornamẽta: ut statuae eque
stres fulserit postea i foro Romão: tñ nullũ exẽplũ obseruat. i. ueneratur
hodie clarius pietate Curtii erga patriã: Cui. s. Curtio aut Curtii exẽplo:
obtinenti principatum gloriae: ego subnectam factum consimile idest cõ
similis charitatis in patriam.

## De Genitio cippo pretore. Ca. DXXXIX.

G E nitio cippo praetori paludato portam egre/
dienti noui & inauditi generis prodigium in
cidit. Namq; in capite eius subito ueluti cor
nua emerserunt. respõsumq; est eũ regem fore si in urbẽ
reuertisset. Qd̄ ne accideret uoluntarium ac perpetuũ
sibimet indixit exilium: Dignam pietatem: quę qd̄ ad so
lidam gloriam attinet septem regibus praeferatur: cuius
testandae rei gratia capitis effigies aerea portę qua excel
serat inclusa est: dictaq; Rãdusculana q̃ olim randa
ara dicebatur.

¶ Genitio &c. Ordo est. Prodigium noui & inauditi generis incidit Geni
tio Cippo: sic cognominato: pretori scilicet ro. paludato. s. ueste impera/
toris proficiscentis in bellum ornato: egredienti portam scilicet urbis quae deinde randusculanã dicta est. Namq̃ super res
quaedam ueluti cornua: emerserunt idest exciterunt: subito in capite eius: responsumq̃ est scilicet a uatibus aut oraculis
deorum: de significatione prodigii interrogatorum: eum fore idest futurum esse regem: si reuertisset in urbem. Quod ne
accideret. idest ne rex fieret: & ita libertatem patriae opprimeret: ipse indixit sibi exilium uoluntarium ac per/

petuum. Dignā id est o dignam: aut dignam sup. censeo pietatem q̃ quod .i. quantum pertinet ad solidam .i. synceram & ueram gloriam praeferatur septem regibus .i. quotquot romae regnarant. Cuius rei testandae .i. attestandae & testificādae grata: effigies capitis aerea .i. ex aere facta: inclusa est portae qua .s. Genitius excesserat: & dicta est .s. porta rādusculana: q̃ quia ara dicebatur olim randa.

## De Aelio praetore. Ca. DXL.

Genitius huius laudis successionem tradidit aelio praetori: cui ius dicenti: quum in capite picus consedisset aruspexq; affirmasset cōseruato eo tore domus ipsius statum foelicissimum: reip. miserrimum: occiso in contrarium utrumq; cessurum: e uestigio picum morsu suo in conspectu senatus necauit: decem & septem militum familiam eximię fortitudinis uiros cannensi praelio amisit: respu. procedente tempore ad summum fastigium imperii excessit. Hęc nimirū exempla Sylla & marius & cinna tāq̃ stulta irriserunt.

¶ Genitius .s. Cippus de quo proximo loco dictum est: tradidit successionē huius laudis .s. fugiendi regni Aelio praetori cui dicenti ius .i. iudicāti populo: cū picus .s. auis in tutela martis credita consedisset .i. quietē cepisset in capite & aruspex affirmasset: eo .s. pico conseruato: statū domus ipsius felicissimū & sup. statum resp. miserrimum: & sup. eo occiso. utrūq; cessurum in contrarium .i. statum ipsius fore infelicissimum & resp. felicissimum: necauit e uestigio idest statim ubi stetit non mutato uestigio: picum morsu suo: in conspectu senatus: & sup. amisit deinde in praelio cannensi cum Hannibale cōmisso familiam decem & septem militum appositorie: uiros eximiae fortitudinis: & sup. post illam cladem: Resp. excessit tempore procedente .i. successum temporis: ad sūmum fastigiū .i. culmen imperii. Nimirū idest haud dubiae: Sylla & Marius & Cinna: qui postea remp. oppresserunt & ciues Romanos proscripserunt irriserunt haec exempla tanq̃ stulta. Addidisset: ut Cicero. Caesarem: sed propter tyberium qui illi successit omisit.

Genitius laudis. Nec hoc paruū fuit erga patriam pietatis indiciū: cum Aelius praetor non modo suā: sz uniuersae familiae & generis incolumitatem patriae saluti postposuit: qui maluit picum q̃ sibi ius dicenti in uertice conscenderat eo fato ut capto & occiso eius domus grauissimam perniciē. respublica uero non paruam consecutura esset foelicitatē: necare eū exitio suo q̃ eū conseruare cū respu. detrimento. Picus est species auis quae rostro arbores pforat. Frontī. lib. iiii. cap. y. Aelius inquit praetor Vrbanus cū ei ius dicenti picus in capite consedisset & aruspices respōdissent: dimissa aue hostiū suorumq; uictoriā fore: necata Po. Ro. superiorem: auem occidit: qua nostro exercitu uincente: ipse cū. xiiii. aelus ex eadem familia in plio occisus est: hunc quidem nō aeliū: sed laeliū fuisse: & laelios nō aelios perisse credunt. Decem & septem. Frontinus dicit tātū modo. xiiii. fuisse. Vtrūq; scilicet & sibi male & respu. bñ cessurū. Respub. Quia Aphricanus postea Carthaginem Po. Ro. tributariā fecit. Sylla marius & cinna. Hi enim imperii auidi fuerunt: unde caesar cum audisset Syllam deposuisse dictaturam priuatus: ut altum dormiret. Sylla inquit nesciuit litteras.

## De publico decio. Cap. DXLI.

Publius decius qui consulatum in familiā suā primus intulit cum latio bello romanam aciē inclinatam pene iam & prostratam uideret. caput suum pro salute reip. deuouit ac protinus cōcitato equo in medium hostium agmē patriae salutē sibi mortem petens irrupit: factaq; ingenti strage plurimis telis obrutus supercorruit: ex cuius uulneribus & sanguine insperata uictoria emersit.

¶ Publius decius q primus itulit cōsulatū in familiā suā cū uideret bello latino .i. qd cū latinis gerebat aciē Romanā iā pene inclinatā ac pstratā: deuouit .s. uoto & solēnibus uerbis addici fecit inferis caput suū & ita uitā suā: p salute reip. ac protinus .i. illico facta deuotione: equo concitato irrupit in mediū agmē hostiū petens patriae salutē & sibi mortē: & ingenti strage .s. hostium facta .s. illa irruptione priusq̃ caderet obrutus plurimis telis supercorruit .s. super stragem a se factam & uim telorum in se immissam Ex cuius uulneribus & sanguine: emersit .i. exorta est uictoria insperata scilicet prius.

Publius Decius: Tres fuere Decii q pro repu. se deuouere: teste Cicerone: ut supra dixi in ca. de somniis. pater bello latino & gallico: filius bello hetrusco nepos bello pyrrhi quod gessit pro tarētinis sed de patre tantum & filio Valerius mentionem facit. Cice. autem li. i. tuscula. qstio. dicit enim si mors timeretur non cum latinis pater Decius decertans cū hetruscis filius cuz pyrrho nepos hostiū telis obiecisset. Idem li. ii. de finibus cum bonorum & malorū: pari ratione in lib. de natura deorum & de diuinatione. Caput idest uitam deuouit de forma deuotionis etiam alibi locuti sumus.

## De filio publii decii Cap. DXLII.

Vnicum talis imperatoris specimen esset nisi animo suo respondentem filium generasset. Is nāq;

Vnicum talis imperii specimē De patre huius Decii in ca. de somniis dictum est. Nunc de filio cui cōsul cū Qu. Fabio collega aduersus gallos samnitesq; profecti cum ad clusium duxisset exercitum ibiq; diu incerto marte pugnatū esset: eadem uia qua pater uictoriam romanis peperit: nam fabius dextrum cornu aduersus samnites. Decius sinistrum aduersus gallos: quorum prima praelia plus quam uirorum: postrema minus quam foeminarum erant fortetenebant: in id tempus igitur quo uinci solebat hostis quā integerrimas uires pottuit militi suo fabius seruauit. Decius ue-

ro & ætate & uigore animi ferocior quantũcunq; uiriũ habuit primo certamine effudit: & quia lentior uidebatur pedestris pugna equitatum pugnã consciuit: & ipse iuuenũ turmæ imixtus proceres iuuentutis in hostem aut secum impetum faciant: cõ: duplicẽ illorum gloriã fore: si ab leuo cornu & ab equite uictoria incipiat: bis auerterũt gallicum equitatũ: sed nouum pugnæ genus cõterruit romãos: hessedis carrisq; superstans armatus hostis ingenti sonitu equorũ rotarumq; uenit: insolitis eius tumultus Romanorũ terruit equos ita uictore rem equitum ueluti lymphaticus pauor dissipat. Decius ubi suos terga dantes uidit: primo reuocare frustra conatus: deinde ubi nulla ratione perculsos sustinere posse uidit: patrem deciũ nomine cõpellans quid ultra moror inquit familiare fatũ datũ nostro generi: ut luendis periculis publicis piacula simus: iã ego me cũ hostiũ legiones mactãdas telluri ac diis manibus dabo: hæc locutus a sacerdote solẽni deuotiõis imprecatõe facta in confertissimos hostes subditis calcaribus equo incurrit ubi magna prius hostiũ cæde facta gloriose cæsus tandem occubuit cuius mors non ut aliis terrori sed audaciæ romanis fuit qui restaurata pugna paulo ante uictores gallos insecuti ad uigintiquinq; millia ceciderũt & octomilia ceperũt. Aeque strẽnua Aequaliter forti. Itaq; dignosci arduum. Siquis diligentius cogitare uoluerit utrũ mors an uita deciorũ reip. magis profuerit nõ facile dignosci poterit: nã uiuẽtes decii non passi sunt patriam superari. morientes uero spectosam uictoriã: illi pepererunt. Vtilius qa multas sunt consecuti uictorias Amiserit qa patriam saluarunt se pro illa deuouendo.

Non ẽ extinctus: Post cãnẽsem cladẽ: cũ ad quattuor millia hoim canusiũ cõfugissent ne oino errantes sine duce forẽt: i perii sũmã ad. P. Scipionẽ admodum adolescẽtẽ sũmo cõsensu deferunt: cui de sũma rerũ inter paucos cõsultãti nũciat nequicquã illũ cõsultare pditã spẽ esse despatã cõplorataq; rẽp. nobiles iuuenes quosdã quorũ principẽ. L. cæciliũ Metellum mare ac naues spectare: ut deserta italia ad regnũ aliqd cõfugiãt: quod malũ pter q̃ q atrox super tot clades etiã nouũ: cum stupore ac miraculo turbidos defecisse & q aderant cõsiliũ aduocandum censebant: negat cõsilii rem esse Scipio iuuenis fatalis dux illius belli audendum atq; agẽdũ nõ cõsultãdũ in tãto malo ait: irẽt secũ extẽplo armati q rẽp. saluã esse uelit pgit ire sequẽtibus paucis ubi res agebatur: & cũ iuuenũ de qbus allatũ fuerat cõcilium inuenisset stricto sup eorũ capita gladio ex mei ai sniã inqt iuro q ego rẽp. non deseram nec aliũ ciuẽ romanũ deserere patiar: si sciẽs fallo tũ me iuppiter optimus maximus domum familiãtẽq; meã ut leo pessimus afficiat: in hæc uerba iurent omnes expostulo: qui non iurarit in se hunc gladium strictum esse sci-

in quarto consulatu patris exemplum secutus deuotione simili: æque strẽnua pugna: consentaneo exitu labentes pditasq; uires urbis nostræ correxit. Itaq; dignosci arduum est utrum rõana ciuitas decios utilius habuerit duces an amiserit: quoniam uita eorum ne uinceretur obstitit. mors fecit ut uinceret.

Volcũ talis iperatoris specimen. Mirabili artificio atq; inuentione connectitur exẽpla inuento semper nouo contextus filo: Ordo autẽ est. Specimen idest spectabile approbamentũ charitatis in patriã: talis iperatoris scilicet decii: esset unicũ idest singulare: nisi generasset filiũ respondentem animo suo idest eiusdem charitatis in patriam: Constat tamen nepotẽ eorum æmulũ fuisse tertiũ qui se pro patria deuouit. Nãq; is scilicet filius secutus in quarto consulatu suo exemplũ patris: correxit idest instaurauit & ad pristinum robur direxit: uires urbis nostræ hoc est militum Romanorũ labentes & perditas deuotione idest addictione sui per uotũ & uerba solẽnia: morti & inferis: simili scilicet deuotiõe paternæ pugna æquæ strennua ut erat paterna: & sup. exitu. s. fine uitæ æque sup. consentaneo (quod genus uirtutis Martyres pro religione christiana obiuerunt & qa eo animo unusquisq; fidelium in christum & fidẽ seu persuasionem de eo esse debet: ut se pro eo & ea morte deuoueat inde effectum puto q primitiuæ ecclesiæ proceres se christo deuotos dicerent: sicut apud Iuue. accipitur uocabulum. Quod ni tibi deditus essem deuotusq; cliens &c. Sequentes autem uim uocabuli non plane accipientes deuotionẽ pro itima affectione accipiebant effectum pro causa: nam illa charitas & intimus amor deuotos facit. Non est ergo ineptum nec barbarũ uocabulũ: sed nõ recte intellectũ saltẽ a cõpluribus: sicut indulgentia: quæ est inclinatio uehemens aut in rem aut in personam: unde qui uino aut somno aut ueneri inhiat: illi indulgere dicitur: & qui nimia facilitate liberis ignoscit & eorũ desyderia sequatur eis indulgere dicitur atq; ita mollis illa educatio liberorum & facilitas ad ueniam & quæcunq; nimia in eos affectio seu inclinatio indulgentia dicitur. Et quia dũ nobis ignoscit deus pro modica cõtritione & pœnitentia culpamq; clementer remittitur quodãmodo indulget christianæ pietatis professores indulgentiam pro remissione illa facili & ut ita dicam indulgenti acceperunt: non tam inepte q̃ ab ineptioribus taxantur: sed hæc sint transeunter annotata) Itaq; idest & ita arduum. i. difficile est: sicut ardua scandere autem expugnare. dignosci idest discerni utrum Romana ciuitas habuerit utilius decios duces an amiserit. Quoniam uita eorum obstiut ne scilicet ciuitas Romana uinceretur: & mors eorum effecit ut sup. ipsa uinceret: facta deuotione in qua quanta fuerit dæmonum illusio pulchre edocet Sabellicus in Rapsodia sua hunc locum recitans.

## De Scipione Aphri. super. Cap. DXLII.

Non est extinctus pro repu. superior Scipio Africanus: sed admirabili uirtute ne resp. extingueretur prouidit. Siquidem cum afflicta cãnensi clade urbs nostra nihil aliud q̃ præda uictoris esse hannibalis uideretur: Ideoq; reliquiæ prostrati exercitus deserendæ italiæ: auctore Quinto Metello consiliũ agitarent: tribunus militum admodum iuuenis stricto gladio mortem: unicuiq; minando: iurare omnes nunq̃ se relicturos patriam coegit: pietatemq; non solum ipse plenissimam exhibuit: sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

¶Non est &c.Miro gradu progreditur ut uachementiorē charitate prio rem mutasse sciatur dicens Scipio aphricanus superior non est extictus i.occisus pro reip.s.Romana sed prouidit.i.cauit admirabili uirtute scili cet sua:ne respubli.extingueretur.s.ab hānibale.Siquidem cum urbs no stra.s.Roma afflicta clade cānensi.i.apud cānas uicu3 apuliæ accepta ni hil aliud uideretur esse q̄ præda Hannibalis uictoris:& ideo reliqe exer citus prostrati.i.quæ supererant cladi agitarent Quito Metello authore: consilium italiæ deserendæ:Scipio sup.tribunus.i.illum admodum iuue nis coegit minitando gladio stricto.i.euaginato:unicuiq3.s.qui de patria deserenda consentiret aut ulterius ageret:mortem.i.necem presentē3: ɩ m nes iurare se nunq̄ relicturos patriam & ipse non solum exhibuit scilicet patriæ pietatem plenissimam:sed etiam reuocauit.s.pietatem patriæ:ab/ euntem ex pectoribus aliorum.

## De publicanis atq3 aliis. Ca.DXLIIII.

Brutus gloria par Romulo. cuius exemplum primum est iunii bruti q̄ filios duos uirgis cedi & securi percuti iussit: q̄ cum illis senserant qui tarquinios reges ab ipso paucis ante diebus exactos in regnum restituere parabant: nã paulo post libertatem a populo partam: id quod minime timebatur per doluz & proditionẽ ẽ propemodum amissa. aliquot enim adolescẽtes nobili genere nati: quorum in regno libido solutior fuerat assueti more regio uiuere grauiter ferentes æquato iure omnium libertatem aliorum in suam uertisse seruitutem: de restituendis regibus consilia quærebant: interea legati a regibus superueniunt sine mẽtione reditus: bona tantum repetentes: cum quibus de recipiendis clam nocte regibus in urbem colloquuntur hi adolescentes uitelliis aquiliisq; fratribus primo commissa res fuit uitelliorum soror consuli nupta bruto erat:

ad palum.i.stipitem:percuti securi.i.decollari.& ita Brutus exuit patrem idest paternum affectum:ut ageret:consulem.i.ut debite fungeretur offi cio consulari:& maluit uiuere orbus idest sine liberis:q̄ deesse uindictæ publicæ.

tamq; ex eo matrimonio adolescentes erant liberi Titus Tiberiusq;:eosq; in societatem consilii auunculi assumunt litteræ de re tãta legatis dãtur ad reges fidei pignus quæ ma nifestum facinus fecerunt:nam indicata re p uitelliorum seruum qui exceperat eorum consilia compræhensis legatis litterarum cura in primis habita est ne interceder ent:proditores capti:sumptumq; supplicium conspectius:q poenæ capiundæ ministerium patri de liberis consulatus imposuit:& qui spectator erat amouendus:eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit:stabant ad palum deligati no bilissimi iuuenes :sed a cæteris uelut ab ignotis capitibus consulis liberi omnium in se conuerterunt oculos : miserebatq; non poenæ magis homines q̄ sceleris:quo poenam meriti essent illos eo potissimum anno quo patriam liberatam:patrem liberatorem:consulatum ortum ex domo iunia:patres plebemq; quicquid hominum deorumq; romanorum esset indu xisse animum:ut superbo quodam regi tum infesto exuli proderent:itaq; missi lictores ad sumendum supplicium nuda tos uirgis cædunt:securiq; feriunt:cum inter omnes ipse pater uultusq; & os eius spectaculo esset eminente primo ani mo inter publicæ poenæ ministerium secundum poenam nocentium:ut in utranq; partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset.Filios suos Titum & liberium.Reducentes:Reducere uolentes.Vir.Quos ego sum totiens iam dedignata maritos:Non qui essent mariti sed qui esse uolebant.Exuit patrem:deposuit amorem & affectum paternum.Vt consu lem ageret:Quia consulatus administratio exigebat ut supplicium de his sumeret qui libertatem opprimere uoluerant.

## De Sp.Cassio. Ca.DLVI.

HVius æmulatus exemplum Cassius filium q tribunus ple.agrariam legem primus tulerat: multisq; aliis reb9 populariter animos homi num amore sui deuictos tenebat:postq̄ illam potestatẽ deposuit:adhibito propinquorum & amicorum consi lio affectati regni crimine domi damnauit. Verberibus q; affectũ necari iussit:& peculiũ eius Ceteri cõsecrauit.

HVius æmulatus:Spurius cassius in agraria largitione ambitiosus in so cios fuerat:unde ipso consule cũ pro culo uirginio lex agraria primum promulga ta fuit:nunq̄ deinde sine maximis motibus exagitata ager hernicus ademptus hoc au ctore inter latinos plebemq; diuisus.adiectũ q; huic muneri aliquantum agri qui a patri bus possidebatur hac largitione suspectus sa n senatui populoq; coepit esse:q periculo sas libertati opes strueret & ideo ciuibus iam uilior factus:ut alio munere sibi reconcilia ret ciuium animos iubere pro siculo frumen to pecuniam acceptam retribui populo. Id uero non secus q̄ presentem mercedem regni aspernata plebs est:hunc ergo ubi magistra tu abiit damnatum necatumq; constat.sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant eum cognita domi causa uerberasse ac necas se:peculiumq; filii ceteri consecrasse:signum inde factum esse & inscriptum:ex cassia fa milia datum.Inuenio apud quosdam aucto res :idq; propius fidei est a quæstoribus Ce sone fabio:& L.Valerio diem dictam per duellionis damnatum populi iudicio:direptas publicæ ædes quam sentẽtiam sequitur dio ny.Alicarnaseus:quia dicit:q si pater iudex fuisset & punitor:neq; domos dirutas:neq; bona publicata:quia romani ni hil esset possessorum proprium patribus uiuentibus & id pecuniæ & corpora filiorum:cum de eis uolunt disponere tra duntur patribus.Addidit præterea agitatum etiam fuisse de interficiendis filiis Cassii sed crudelem nimis uisam eam sen tentiam.Peculium scilicet castrense:quod alienari poterat quia ad patrem non pertinebat.

¶Huius &c.Cassius.s.Spurius:æmulatus:exemplũ huius.s.Bruti :dã nauit domi.s.suæ crimine regni affectati & hoc propinquorum & amico rum consilio adhibito:filium.s.suum:qui tribunus plæbis.i. cũ fuisset tri bunus plæbis:tulerat primus(nam postea multi conati sunt eam ferre) le gem agrariam.i.de agro quem populus Romanus bello acquisierat æqs portionibus diuidendo:& tenebat animos hominum deuinctos.i. obno xios amore sui:multis aliis rebus populariter sup.factis.i.in fauorem aut gratiam populi damnauit dico:postq̄ deposuit illam potestatem : scilicet tribunitiam:& iussit eum affectum uerberibus.i.cæsum:necari.i. percuti securi:& consecrauit.i.tanq̄ sacrum addixit Cereri peculium eius.i.quod proprium & extra patriam potestatem utpote castrense possederat.

## De Manlio torquato. Ca.DLVII.

TItus autem Manlius torquatus propter egre gia multa rarę dignitatis iuris quoq; ciuilis & sacrorum pontificalium peritissimus:in consi mili facto nec consilio quidem necessariorum indigere se credidit.Nam cum ad senatum Macedonia de filio eius decio Syliano:qui eam prouinciã obtinuerat que relas per legatos retulisset.a.P.C.petiit:ne quid ante de ea re statuerent:q̄ ipse macedonii filiiq; sui causam in spexisset:summo deinde tum amplissimi ordinis:tum

TItus autem Manlius.Cum macedo num legati Romam conquæstum ue nissent:de Iulio Sillano prætore q acceptis pecuniis prouinciam spoliasset & se natus de querelis eorum uellet cognoscere: Titus Manlius torquatus Sillani pater pe tiit impetrauitq; ut sibi huiusmodi cognitio mandaretur:& domi cognita causa filiũ dã nauit abdicauitq;:ac ne funeri quidem eius cum suspendio uitam finiuisset uoluit interes se:sedensq; domi potestatem consultantibus ex instituto fecit.hanc historiam Cicero per transitum tangit li.ui.de finibus bonorum & malorũ.Raræ dignitatis quæ raris homini bus contigit ut omnibus reip.muneribus per functus esset.Amplissimi ordinis senatorii:

etiam eorum qui questum uenerant consensu:cognitione suscepta domi consedit. Solusq; utriq; parti per totũ biduum uacauit:ac tertio die plenissime diligentissime q; auditis testibus ita pronunciauit:cum syllanum filiũ meum pecuniam accepisse a sociis probatum sit mihi:& rep.eum & domo mea indignum iudico:protinusq; e conspectu meo abire iubeo Tam tristi patris sententia percussus syllanus lucem ulterius intueri non sustinuit: suspendioq; se proxima nocte cõsumpsit. Peregerat iam torquatus seueri & religiosi iudicis partes:satisfactum erat reip.habebat ultionem macedonia.potuit tam uerecundo obitu filii patris inflecti rigor At ille neq; adolescentis exequiis interfuit & cũ maxime funus eius duceretur:consulere se uolentibus uacuas aures accõmodauit. Videbat enim se in illo atrio consedisse:in quo illius imperiosi torquati seueritate conspicua imago posita erat Prudentissimoq; uir succurrebat effigies maiorum cum titulis suis:iccirco in prima parte ædium poni solere ut eorum uirtutes posteri non solum legerent: sed etiam imitarentur.

peregerat torquatus:Exaggerat. hanc seueritatem Valerius.satis inquit fuerat damnasse filium:& abdicatum a se coegisse laqueo uitã finire.seueritas hæc magna:sed illa maior:q nec funeri quidem uoluerit interesse & omnibusq; illum eo die consultantibus uacauerit.Illius imperiosi torquati.Quia ut diximus in ca.de disciplina militari filium qui cõtra eius præceptum cum hoste cõflixerat & uictoriam ex illo reportauerat uirgis cædi & securi percuti iussit.Imago posita:in atriis.solebant ueteres maiorum suorum: qui gloria & rebus gestis claruissent imagines collocare:Iuuenalis.Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria:nobilitas sola est atq; unica uirtus maiorum igitur suorũ imaginibus sæpe ad uirtutes & rerum gerendarum gloriam incendebantur:ut illorum imitatione clariores fierent.

¶Titus autem Manlius Torquatus existens sup.uir raræ.i.excellentis dignitatis: propter multa egregia.i.excellentia facta & dicta.s.eius:peritissimus quoq; iuris ciuilis & sacrorum pontificalium.i.quæ ad ius pontificium pertinebant ac pertinent:nec quidem.i. non saltem credidit se indigere consilio necessariorum.i.consanguineorum & affinium: in facto consimili.s.de damnatione filii. Nam quum Macedonia.i.prouincia illa quæ paulo ante regnum fuerat:retulisset per legatos ad senatum querelas de filio eius.s.Titi Manlii Decio Syllano.s. appellator petiit.s.Manlius pater:a patribus conscriptis nequid statuerent de ea re anteq̃ ipse inspexisset causã macedonum & filii sui:hoc est illorum accusationem & huius purgationem.deide cognitione.i.inquisitione de iure utriusq; partis: suscepta s.a Tito patre:summo consensu tum.i.simul:amplissimi ordinis:uidelicet senatorii:tum etiam eorum qui uenerant questum.i.ad querendum de filio eius:hoc est legatorum macedoniæ:consedit domi & uacauit.i.ut dicunt audientiam dedit solus.i.cum solus esset:utriq; parti per totum biduum:ac pronunciauit tertio die testibus auditis plenissime & diligentissime:ita.i.in hanc formam uerborum.Cum probatum.s.testibus:sit mihi Syllanum filium meum accepisse pecunias a sociis:ego iudico eum indignum & rep.& domo mea:& iubeo sup.eum abire protinus e conspectu meo.Syllanus percussus.i.attonitus tam tristi sententia patris:non sustinuit.i.non ualuit:intueri ulterius lucem.i.diutius uiuere:& consumpsit i.peremit se suspendio nocte proxima. Torquatus peregerat.i.plene egerat & defleuerat iam partes.i.debitum officium iudicis seueri.i.sequentis uerum:& religiosi.i.anxiæ seruantis iusiurandum quo iudices obligari solent:& satisfactũ erat reip.& macedonia habebat ultionem:& rigor.i.rigiditas patris poterat inflecti.i.mitigari obitu filii uerecundo.i. q obierat præ uerecundia:at.i.sed:ille.s.seuerissimus pater:neq; interfuit exequiis adolescentis: & cum funus eius duceretur maxime.i.præcipue:aut præcipua pompa:tunc sup.quia iureconsultus erat:accõmodauit uolentibus consulere.i.consilium petere se aures suas uacuas.i.nullo negocio occupatas (Videbitur fortassis nostrorum dũtaxat institutorum gnaris nouum hominem qui se suspenderit solemniter ad rogum aut sepulturam efferri:sed norit huiusmodi gloriosum fuisse apud Romanos illos ethnicos morte a se sibi illata dedecus aut euitare aut finire:de qua re longe sanctius nunc Romana constituit ecclesia.Affert autem causam cur tam rigidus perstiterit Torquatus dicens) Videbat enim se consedisse in illo atrio s.priscorum Torquatorum:in quo imago illius torquati imperiosi (qui.s.imperator ac consul filium securi percutere iussit:q contra interminationem suam ac imperium in absentia sua in hostem egressus etiam feliciter pugnam commisisset: & ita miro compendio illius quoq; seueritatem in filium pertractat) erat posita conspicua.i.euidẽti seueritate: Et succurrebat uiro prudentissimo:effigies maiorum suorum (meo iudicio uacat suorum:nam generalis est sententia) cum titulis suis.i.suorum præclarorum gestorum:solere poni in prima parte ædium iccirco.i.ad eum finem:ut posteri nõ solum legerent sed etiam imitarentur uirtutes eorum.

## De Marco scauro. Ca.DLVIII.

Marcus uero scaurus lumen ac decus patriæ: cum apud athesim flumen impetu cimbrorũ romani equites pulsi deserto consule catulo pauidi urbem repeterent:consternationis eorum partici

Marcus uero scaurus.Cimbri germanorum populi:qui lingua gallica latrones dicuntur teste festo:nunc uero nos flamingos dicimus:cum in italiam superatis alpibus descendere tentarent.Qu.catulum proconsul.qui fauces alpium obsederat & pulsus ad flumen athesim castellũ editum insederat reliqueratq;:ab alpibus fuderunt atq; fugarunt & explicata uirtute sua

fugientem proconsulem exercitumq; perse/cuti in italiam traiecerunt uinctis deinde catulli. & C. Marii exercitibus praelio uicti sunt ab eis: in quo praelio caesa traduntur hominum centum quadraginta milia: capta. lx. in ea igitur pugna: quae apud athesim: cum cimbris commissa fuit equites romani cimbrorum impetu pulsi catulum proconsulem deseruerunt & urbem pauidi repetierunt. Inter fugientes erat & filius Marci Scauri: qui ubi accepit fugientem aduentare illi obuiam misit qui nunciaret se libentius occursurum ossibus eius in acie caesi: q ipsum tam turpiter fugientem admissurum quo audito filius prae dolore sibi mortem consciuit. Consternationis: perturbationis & formidinis. Aut habendus Si probus. Aut spernendus. Si uilis.

pi filio suo misit qui dicerent: se libentius in acie eius interfecti ossibus occursurum: q ipsum tam deformis fugae reum uisurum: Itaq; siquid modo reliquum in pectore uerecundiae superesset conspectum degenerati patris uitaturum. Recordatione enim iuuentae suae qualis. M. scauro aut habendus aut spernendus esset filius admonebatur: quo nuncio accepto iuuenis coactus est fortius aduersus semetipsum gladio uti: q aduersus hostes usus fuerat.

Marcus uero scaurus lumen ac decus patriae: cu equites Romani pulsi impetu cimbrorum apud Athesim flumen repeterent pauidi urbem. s. Romam: & hoc catulo consule deserto: misit sup. nuntios qui dicerent filio suo participi. i. consorti consternationis eorum. i. qui ob consimilem consternationem cum aliis fugerat: se. s. scaurum patrem occursurum libentius ossibus eius. s. filii interfecti in acie. i. fortiter dimicando: q uisurum ipsum reum tam deformis fugae. Itaq; sup. dicere iussit: si modo quid. i. aliquid reliquum uerecundiae: i. pudoris: superesset in pectore. s. filii: filium sup. uitaturum esse: conspectum patris degenerati. i. per degenerationem filii uilioris effecti. Enim pro quia: filius admonebatur recordatione. i. per recordationem iuuentae suae. i. disciplinae quam a patre in iuuenta accepit: qualis filius esset aut habendus: quia fortis & probus: aut spernendus: quia meticulosus & improbus aut degener Quo nuncio accepto iuuenis coactus e uti gladio fortius aduersus semetipsum q usus fuerat aduersus hostes: quia in se gladium conuertit sese occidendo: quem ab hostibus auerterat fugiendo.

NEc minus animose Salustius bello catilinario: fuere iquit complures q ad catilinam abinitio profecti sunt. in his erat fuluius senatoris hominis filius quem retractum ex itinere parens necari iussit. Ingenio & litteris & forma. Significat illum & animi & corporis dotibus a natura fuisse donatum: quibus patri carior esse potuerit Licuit donec potuisset pater filium in carcere inclusum retinere dum catilinae furor extingueretur: quod si fecisset non seueri sed cauti nomen fuisset assecutus.

## De Aulo Fuluio. Ca. DLIX.

NEc minus animose aulus fuluius uir senatorii ordinis euntem filium i aciem retraxit q scaurus e prelio fugientem increpauit: Nã iuuenẽ ingenio & litteris & forma inter aequales nitentem prauo cõsilio amiciciam Catilinae secutum inq; castra eius temerario impetu ruentem in medio itinere abstractum supplicio mortis affecit: praefatus non se Catilinae illũ aduersus patriam: sed patriae aduersus Catilinam genuisse. Licuisset donec ciuilis belli rabies preteriret inclusũ arcere. Verum illud cauti patris narraretur opus: hoc seueri refertur.

ASCENSIVS.

Nec Aulus Fuluius uir senatorii ordinis retraxit minus animose filium euntem in aciẽ. s. coniuratorum in patriam: q scaurus increpauit filium fugientem e praelio. Nam affecit supplicio mortis iuuenem. s. filium suum nitẽtem. i. fulgentem inter aequales. i. coetaneos suos ingenio & litteris & forma: secutu; prauo consilio amicitiam Catilinae. s. principis coniurationis: & ruentem temerario impetu: in castra eius. s. Catilinae: abstractum. s. ab incepto medio itinere. Praefatus. i. praelocutus anteq eum supplicio mortis afficeret: se non genuisse illum. s. filium suum Catilinae aduersus patriam: sed patriae aduersus Catilinam. Licuisset. i. licitum fuisset: arcere. i. constringere & prohibere ab exercitu Catilinae: inclusum carcere: donec rabies ciuilis belli praeteriret. Verum illud opus. s. tenentis tantisper: dum rabies belli sedaretur filium in carcere narraretur opus patris cauti. i. callidi & prouidi: hoc. s. quod fecit filium occidendo: refertur. i. recitatur opus sup. patris seueri.

De moderatione parentum. Ti. ix.

SEd ut hanc patrum inquit seueritas dura nimia & aspera est aliqua moderatione leuienda eorum qui mites fuerunt: & ita ad ea. de moderatione patrum hac breui praefatione transit. Claementiae mixtura. Translatio sumpta ab aqua quae ualidiori infusa uino: illud mitius reddit.

## De parentum moderatione aduersus susceptos liberos. Ti. IX.

SEd ut hanc incitatam & asperam seueritatẽ mitiores relatu patrum mores claementiae suę mixtura temperent: exactae poenae concessa uenia iungatur.

¶ Sed ut &c. Breuis est præfatio in narrationem de moderatione parentum aduersus susceptos liberos: in qua dicenda dictis quodāmodo comparat: quocirca quidam superiori annexam habēt hāc partē: quā malui segregare. Ordo autē eius est. Sed ut mores patrum mitiores. i. leniores & minus aspcti: relatu. i. dum referuntur: aut ad referēdum temperēt: mixtura dæ nemitæ suæ: hanc incitatam. i. impetuosam & asperam seueritatem s. patrum: de qua iam locutus est: uenia concessa. s. a parentibus iungatur poenæ exactæ. i. nimis exquisitæ: hoc est narretur post eam.

## De Lucio Gellio. Ca.DLX.

LVcius Gellius omnibus honoribus ad cēsuram usq; defunctus: cum crimina grauissima de filio in nouercam commissum stuprum: & parricidium cogitatum propemodum explorata haberet: non tamen ad uindictam procurrit continuo: sed pene uniuerso senatu adhibito in consilium expositis suspicionibus defendendi se adolescenti potestatem fecit. Inspectaq; diligentissime causa absoluit eum tum consilii: tum etiam sententia sua: q̄ si impetu iræ abstractus sæuire festinasset: admisisset magis scelus q̄ uindicasset.

LVcius Gellius omnibus honoribus. Gel. cum pro explorato haberet filium rem habuisse cum nouerca & circa de nece patris consilia tractasse: non ad sumendum de filio suppliciū statim ira percitus cucurrit: sed consulto senatu filio dicendæ causæ potestatem fecit qui purgatis q̄ sibi obiiciebantur: & cognita diligentissime causa tanq̄ innocens absolutus est: nam hunc Cicero defendit cuius adhuc extat oratio. Ad censuram defūctus: tot honores & magistratus habuerat: ut ad censuram uenire potuerit. Inspecta causa: considerata examinata causa. Quod si impetu. Laudat huius patris maturitatē: qui noluerit temere in filium animaduertere: sed causam prius diligenter cognoscere: naz si nimia ira pcitus filium occidisset: scelus potius cōmisisset. q̄ suam iniuriam uindicasset.

ASCENSIVS.

¶ LVcius Gellius defunctus. i. per ordinem functus oībus honoribus. i. magistratib⁹ ad quos p gradus ascēdebatur: usq; ad cēsurā: ita ut nihil ei restaret expetendū: pter cēsurā: cū haberet crimina grauissima. i. criminationes grauissimoꝝ sceleꝝ de filio: uidelicet stuprū cōmissum in nouercā & parricidiū cogitatū. i. aio cōceptū ut liberius patre occiso nouerca abuteretur: haberet dico ea crimina ppemodū. i. quasi explorata. i. cōperta: nō tamē pcurrit cōtinuo ad uindictā: sed pene uniuerso senatu adhibito in cōsiliū: & sup. suspitionibus. s. de scelere filii expositis. fecit adolescenti. s. filio ptātē defendēdi se. & eā diligētissime ispecta absoluit eū. s. ab oī suspitiōe & punitione tanq̄ innocentē: tū. i. simul snia. i. iudicio cōsilii. s. adhibiti: hoc est fere uniuersi senatus: tū ēt snia sua. i. pprio iudicio. Quod si ipse Lucius abstractus. s. ab usu rōnis: impetu iræ: festinasset sæuire. s. in filiū: ipse admisisset magis scelus: qa innocentem ob suspitionem licet uehementem occidisset: q̄ uindicasset: quia nullum erat.

## De Quinto Hortensio Ca.DLXI.

QVinti autem Hortensii qui suis temporibus ornamentum romanæ eloquentiæ fuit: admirabilis in filio patientia extitit. Quum enim eo usq; impietatem eius suspectam: & nequitiam inuisam haberet: ut Messalam suæ sororis filium hæredem habiturus: ambitus reum defendens iudicibus diceret: si illū damnassent: nil sibi præter osculum nepotum ī quibus acquiesceret superfuturum: hac scilicet sententia: quam etiam editæ orationi inseruit filiū potius in tormēto animi q̄ in uoluptatibus reponens: tamen ne naturæ ordinē cōfunderet nō nepotes. sed filiū hęredē reliq̄t: moderate usus affectibus suis: qa & uiuus moribus eius uerū testimōniū: & mortu⁹ sanguini honorē debitū reddidit.

QVinti autem Hortensii. De hoc diximus in ca. de his qui a patribus degenerauerūt: cū filiū & impietatis nomine suspectū: quippe qui de patris nece cogitasse diceretur: & neq̄tia pditū haberet ut illū: merito inuisum odio prosequeretur: adeo ut cū Messala sororis filius ambitus reus factus eēt: illū defendēs Hortensius diceret si illū dānassent iudices: nō habiturū p̄ter osculū nepotū in qbus conq̄esceret: qbus uerbis īnuebat se nō aliū filiū habere p̄ter Messalā: quē hæredē suū fore iā aio cōstituerat: hac tn̄ in filiū moderatione usus est: ut moriēs ei bona reliquerit. R. eum Messalā. Tormentus: molestiis & solicitudinibus: quē nulli filii faceret mentionē in cōsolatione in his quæ sibi molesta erant eū reponebat. Quam ī uoluptatibus. Quia nullā de filio habiturus esset uoluptatē: ppter eius turpissimā uitā. Naturæ ordinē confunderet. Exhæredando filium & substituendo nepotes heredes.

¶ Quinti &c. Ordo est. Autem idest sed: patientia Quinti Hortensii qui fuit suis tpibus ornamētū eloquentiæ romanæ extitit admirabilis in filio. Quum enim ipse hortensius haberet impietatem eius. s. filii sui suspectam: & nequitiam. i. libidinem eius inuisam: eousq; ut habiturus Messalam filium sororis suæ hæredem: defendens. s. Messalā reū ambitus. i. petiti magistratus p largitionē aut alias malas artes crie: diceret iudicibus: si. s. iudices dānassent illū. s. messalam nil superfuturum. s. esse idest reliquum fore sibi præter osculum nepotū. i. liberorū filii: in qbus acq̄esceret. i. animū contentū haberet s. reponens. i. collocās hac sentētia quā etiā inseruit orationi editæ. s. a se: filiū potius in tormēto. i. cruciatu animi q̄ in uoluptatibus: tamē ne confunderet ordinē naturæ quo filii patribus succedūt: nō reliquit nepotes sup. hæredes proximos sed filium hæredem: usus affectibus suis moderate: quia & uiuus reddidit uerum testimonium moribus eius. s. filii sui: testatus eos sibi maxime displicere: & mortuus reddidit sanguini. i. satu suo genito honorem debitum.

Idem fecit. Fuluius Flaccus primus omnium transalpinos Ligures bello domuit: missus in auxilium Massilien sibus aduersus Fallanios Gallos qui populabantur fines massiliensium cum diu muti tu nq; clauderent saltus deciates. Mox ubi eburi ntes: incognitas tandem latebras eorum ignibus sepsit Fuluius: in plana Bebius deduxit: posthumius ita exarmauit: ut uix reliquerit ferrum quo terra coleretur. Hic igitur Fuluius qui Ligures domuit: Ambrachiā dedit: cephalloniam & Iacinthum subegit: filium habuit tantae impietatis atq; nequitiae ut caedem ipsi machinari non dubitauerit: quod ubi intellexit Fuluius senatus auxilium implorauit: senatus filium comprahendi: & per triumuiros inquisitioni adhiberi iussit: quem in crimine deprahensum in patris potestate n qui de illo meritas poenas exigeret tradi uoluit: pater eamoderatione usus est: ut non modo filium non notauerit: sed illum etiam decedens haeredem reliquerit. Per triū uirum: Triumuiri praeerant rebus capitalibus. Tetriore: crudeliore.

Magnorum uirorum. Post illustrium uirorum exempla: dicit se de patre quodam dicturum: cuius nomē propter ignobilitatē ad posteros non peruenit: qui nimia & prope incredibili mā suetudine & moderatiōe in filiū usus fuisse uidetur: cū enī satis exploratū hēret pari sibi necis insidias a filio nullo modo sibi psuadere poterat: tantum sceleris & īpietatis in uerū filiū cadere posse. Itaq; uxorē in secretū adducit eā suppliciter orat: ne se tāto tpe celet qd suspicabatur: aperiat nunc demū ex se filiū hunc cōceperit: an ex alio subditiuū habeat: quae cū iureiurādo affirmasset: ex eo uere natum esse: tum filium in desertū locuz adduxit: gladium quem secū attulerat nudatum tradidit: iugulum praebuit dicens: non tibi ueneno: non latrone: non alia ui ad meam necem opus est: en tibi iugulum aperio: si plus q̄ uelles tibi superesse uideor: quibus uerbis correptus filius uim magnam paternae pietatis pectore concepit: ut qui antea patris mortem quaereret eius postea uitam incredibiliter desideraret: ab eoq; excogitati parricidii ueniam peteret: ac praecaretur ne suus amor in illum uilior esse uideretur: quod a poenitentia ortus esset. Ignoti patris: Pro ignobilis patris cuius nomē ignoratur. Inducere animum: sibi persuadere. Verum sanguinem: Filium ex suo sanguine natum. Asseueratione: perseueranti affirmatione. Seductam uxorem: Aliquo modo deceptā uxorem. Subiecisset: si filius suus subditiuus esset: quales multae steriles habere consueuerant. Nō paulatim: sed magno impetu. Magna admiratio: quod qui parricidium excogitabat: tam subito animi motu omnem exuerit crudelitatem. Exupera me: interfice me o pater. Solitudinem sanguine meliorem. Ostendit

## De Fuluio. Ca.DLXII.

Idem fecit clari generis magneq; dignitatis uir Fuluius: sed in filio aliquanto tetriore: nā cum auxilium senatus implorasset: ut suspectus in parricidio: & ob id latens per triumuirum conquereretur ac iussu Patrum. C. cōprahensus esset non solum eum non notauit: sed etiam decedēs dominum omnium esse uoluit: quem genuerat haeredem istituens: nō quem fuerat expertus.

Idem fecit. Fuluius. s. Flaccus: uir clari generis & magnae dignitatis: fecit idem. i. consimile illi quod Hortensius fecerat: sed fecit sup. id in filio tetriore. i. turpiore aut diriore aliquanto: nam cum implorasset auxilium senatus: ut. s. filius suspectus in parricidio. i. q ipsum Fuluium patrem suuz occidere pararet: & latens. i. occultans sese ob id: cōquereretur p triūuirū cuius erat criminis conuictos in carcerem trahere: & supplicium de eis sumere ac. s. filius esset comprahensus. i. captus iussu patrum conscriptorū Fuluius sup. non solum non notauit. s. infamia filium: sed etiam decedens i. moriens: hoc est postea cum moreretur: uoluit esse dominum omnium s. rerum suarum: instituens haeredem quem genuerat. i. habendo respectū q eum genuerat: aut eo q eum genuerat: & non quem fuerat expertus. i. non habendo respectum q eum expertus fuerat in se parricidiū parasse.

## De quodam patre ignoto. Ca.DLXIII.

Magnorum etiam uirorum claementibus actis ignoti patris nouae atq; inusitatae rationis cō silium adiiciam: qui eum a filio necti sibi insidias comperisset: nec inducere animum posset ut uerū sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet. Seductam uxorem suspicans suppliciter rogauit: ne se ulterius celaret: siue illū adolescentem subiecisset siue ex alio concepisset: asseueratione deinde eius & iureiurando se nil tale debere suspicari persuasus in locum desertum filio perducto gladium quem secum occultum attulerat tradidit: ac iugulum feriendum praebuit: nec ueneno: nec latrone ei ad peragendum parricidium esse affirmans. Quo facto non paulatim sed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit: Continuoq; abiecto gladio: tu inquit pater uiue: et si tam obsequens es ut hoc p̄cari filio permittas: me quoq; exupera. Sed tamen quaeso ne meus erga te amor eo sit uilior q a poenitentia: oritur. Solitudinem sanguine meliorem: pacatioresq; penatibus syluas: & alimentis blandius ferrum: ac mortis oblatę q̄ datae uitae felicius beneficium.

Magnorū &c. Subiungit exēplū ignoti patris: quod externorū uice fungi potest dicens. Ego adiiciam claementibus actis. s. priuatis in filios (Ex hoc autem authore puto Vallam motum ut acta potius q̄ actus apostolorum se dicere uelle scripserit) consilium patris ignoti idest obscuri: aut

n illius nominis: nouae: atq; pro & inusitatae rationis. Qui. s. pater cũ cõperisset insidias necti. i. strui sibi a filio: nec posset inducere in animum. i. & non posset sibi persuadere: ut crederet uerũ sanguinem. s. uere a se genitum progressum sup. esse ad hoc sceleris. s. in patrem si uerus eẽt. Ipse suspicans. i. ex adultero conceptum: rogauit suppliciter uxorem seductã. i. seorsum ab arbitris ductam: hoc est in locũ secretũ: ne celaret se ulterius: siue subiecisset. i. aduenticiũ pro uero sibi sub oculos iecisset: illũ adolescẽtem, idest q tũc adolescens erat: cũ hoc supplicaret siue concepisset sup. eũ ex alio: deinde ipse persuasus: asseueratione. i. affirmatione ueri & iureiurando eius. s. uxoris: ipsum sup. nil tale debere suspicari: tradidit filio perducto in locum desertum. i. solitudinem (Est autem exemplũ spectatae breuitatis: in narrando) gladium quem attulerat secum occultum idest absconditum sub ueste: ac praebuit iugulũ feriendũ affirmans nec opus esse ei ueneno: nec latrone. i. grassatore & obsessore uiarum: aut malo satellite: qui latro quasi latero a latere dictus est: ad peragendũ parricidiũ. Quo facto. s. patris: cogitatio recta. i. iusta existimatio de pietate patri debita: occupauit. i. inuasit: pectus iuuenis (more suo: quem adolescentẽ uocauit etiam iuuenem dicit) non paulatim. i. successiue: sed magno impetu: & continuo gladio abiecto inquit: tu pater uiue: & si es tam obsequens. i. tam sequens uotum filii: ut patiaris hoc praecari filio. i. filio ut praecari passiue significet: exupera scilicet in uita: quoq; i. etiam me. i. uiue diutius q̃ ego uicturus sum. q. d. propter patrimonium struxi tibi insidias: at nunc uelim te etiam post me uicturum & nunq̃ id possideam. Sed tamen quaeso ne amor meus erga te sit eo uilior: q oritur a poenitentia. Speciosa depraecatio: qua quilibet ad deũ p poenitẽtiam cõuersus uti potest: unde modeste exclamat author subiicendo o: ut sit. O solitudinem (uel uideris aut iudico aut quid simile solitudinem) meliorem sanguine idest naturali inclinatione: quia qui prius per naturam patrem non obseruauit: nũc propter ea quae in solitudine acciderũt eum amare incipit: & sup. o syluas pacatiores idest magis conciliatiuas pacis: penatibus. s. paternis: & ferrum idest gladium a patre oblatum: blandius idest efficaciorem ad conciliandam beniuolentiam: alimentis. s. a patre benigne praebitis: ac beneficiũ mortis. i. paternae oblatae, s. filio porrigendo iugulũ: felicius. i. meliorẽ exitũ sortitũ: q̃ uitae datae filio per generationem.

## Qui obitum liberorum aequo animo tolerauerũt. TI.X.

Commemoratis patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt. Referamus q mortes aequo animo tolerarunt.

¶ Cõmemoratis &c. Parasceue est ac praefatio ad sequẽns caput: ad sequens capitulum. Ordo autem patet.

### De horatio puluillo. Ca.DLXIIII.

Horatius puluillus cum in capitolio ioui optimo maximo ędem pontifex dedicaret: interq; nuncupationem solemnium uerborũ postem tenens mortuum esse filium suũ audisset: neq; manum a poste remouit: ne tanti templi dedicationem interrumperet: neq; uultum a pu. religione ad priuatũ dolorem flexit: ne patris magis q̃ pontificis partes egisse uideretur.

¶ Horatius Puluillus cum ipse pontifex dedicaret Ioui optimo maximo idest summo deorum bonorum. secundum gentilium fidem: aedem. i. phanum in capitolio. i. arce tarpeia: & tenens postem. i. partem ligneam aedis: inter nuncupationem. i. prolationem solennium uerborum: ad consecrationem. s. pertinentiũ: & q mutare nephas erat: audisset filium suũ esse mortuum neq; remouit manũ a poste: ne interrũperet dedicationẽ tanti templi: neq; flexit uultũ a publica religione quae exigebat ut uultum haberet cum grauitate hilarem in re tam festiua ad dolorem priuatum. s. de morte filii: ne uideretur egisse magis partes. i. munia aut officia patris q̃ pontificis: imo solum dixisse fertur cadauer esto: aut efferatur.

### De Aemylio paulo. Ca.DLV.

Clarum exẽplũ: nec minus tamẽ illustre: quod sequitur: Aemylius Paulus nunc felicissimi: nũc miserrimi patris clarissima repręsentatio:

De obitu filior. Ti.X.

Horatius Puluillus: Horatio puluillo & Valerio publicola consulibus dedicata erat in capitolio Iouis aedes: sortiti sunt inter se consules uter dedicaret. illo tamen sorte euenit Valerius ad ueiens bellum profectus aegrius q̃ dignum erat tulerũt Valerii necessarii dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. Id omnibus modis impedire conati postq̃ alia frustra tentata erãt: postẽ iam tenenti consuli foedum inter praecationẽ deum nuntium incutiunt mortuum eius filiũ esse: funestamq; familiam: dedicare cuz templum non posse non crediderit factum an tãtum roboris animo fuerit: nec traditur certũ nec facilis est interpraetatio. nihil aliud ad eũ nuntium a proposito uersus: q̃ ut cadauer efferri iuberet: tenens postem praecationem pagit & dedicat templum. Inter nuncupationem solẽnium uerborum. Verbis nominatim exprimendis: nam ab initio suae deductionis daemones illi & humani generis praeuaricatores hanc opinionem induxerant: ut se deos facerent Mortuum esse filium. Hanc uocem ab amicis publicolae iactatam ferunt: ut Horatium a dedicando templo auerterẽt: quod aegre ferebant ei sortem obtigisse dedicandi. Dedicationem interrumperet: Hoc quoq; seruat nostra religio: ut si orationem intermiseris non ualet: & praecipue dum formalia dicuntur: ut uerbi gratia in baptismate: si dixeris: ego te extingue candelam illam: & postea baptizo: nihil ualet.

Aemylius Paulus. L. Aemylius Paulus: eius Pauli filiũ q apud Cannas cecidit: primo consulatu quẽ ut inqt Plynius de uiris illustribus: post tres repulsas adeptus erat: de Liguribus triũphauit. Iterum

consul Persen Philippi filium & Macedoniæ regem apud Samothracas uictū cepit & uictū fleuit: & sibi assidere iussit: ac demum in triūphū duxit: hic igitur cū filiorū prole fœlix esse uideretur: quippe qui egregiæ indolis eximiæq; uirtutis quattuor haberet: cum duos in alienas familias p adoptionē trāstulisset: alterū. s. in corneliā: qui Scipio æmilianus dictus est alterū in fabiā: reliquorū orbitate paulo post uisus est miser & infœlix: nā intra paucos dies amisit utrūq; : alterum uidelicet quarto die ante triumphum macedonicum: alterum tertio post triumphum quorum iacturā tā æquo animo tulisse fertur: ut progressus ad populum in concione fortunæ gratias egerit: deosq; pcatus fuerit ut siquid diri reipub. immineret sua eēt calamitate decasum uel ut alii tradunt hanc præcationē fecit anteq̄ ad bellū proficisceretur: q si diis populi romani fœlicitas nimia esse uideret: quapropter aduersi aliquid instaret reip. suæ id totū in se suāq; familiā conuerterent: prior ipsi publica q̄ priuata charitas fuit. Nunc felicissimi: turba filiorū quos quattuor habebat. Nunc miserrimi: illorum orbitate: quos intra breuissimū tēpus amisit Post tertium diem : Tertio die post triumphum Hanc adiiciēdo clausulam. Claudendo orationem his uerbis: nam clausula est finis orationis. Maximo prouentu maximo successu: nam prouinciam totam macedoniam consilio & armis subegerat: regem persam ceperat & in triumphū duxerat. Iouem optimum : Optimum iouem dicebant antiqui: quia bonorum datorem esse uolebant. Annuendo: Consentiendo : in alienis lucti. In funeribus externis.

ex quattuor filiis formæ insignis : egregiæ indolis : duos iure adoptionis in corneliam fabiamq; gentem translatos sibi ipse denegauit : duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit: Itaq; qui ad donādos usq; liberos abundauerat. in orbitate subito destitutus est. Quem casum quo robore animi sustinuerit: oratione quam de rebus a se gestis apud populum habuit: hanc adiiciendo clausulam nulli ambiguum reliquit. Cū in maximo prouentu fœlicitatis uestræ quirites: timerē ne quid mali fortuna moliretur: iouem optimum maximum iunonemq; reginam & mineruam precatus sum. ut si aduersi quid populo ro. immineret totum ī meam domū cōuerteretur. Quapropter bn̄ habet se res. annuēdo. n. uotis meis. id egerunt: ut uos potius meum casum doleatis: q̄ ego uestrum ingemiscerem. Uno etiam nunc domestico exemplo adiecto in alienis luctibus orationi meæ uagari permittam.

¶ Clarum exēplū sup. est quod dictū est. nec tamen id quod sequitur est sup. minus illustre. Paulus Aemilius macedonicus. s. agnominatus: cens sup. clarissima. i. euidentissima repræsentatio. q. d. speculum: nunc. i. uno tēpore patris felicissimi: & nunc. i. paulopost patris miserrimi : denegauit ipse idest sua sponte sibi duos sup. filios ex quattuor filiis insignis. i. præstātis formæ sup. & indolis egregiæ. i. non uulgaris (quos dū habuit felicissimus pater dicierat.) translatos iure adoptionis in gentem corneliam & fabiam: & fortuna. i. mors inopina: abstulit duos: & ita cū nullū haberet & prius tot & tam bonos ac spectatos habuerit īfelicissimus pater dici meruit. Quorum scilicet duorū filiorū quos fortuna abstulit alter præcessit funere suo idest pompa funebri sibi dum ad rogum aut sepulturā efferretur instructo: triumphum patris ante quartum diem idest quarto die ante q̄ pater triumpharet elatus est: alter idest reliquus duorū conspectus in triumphali curru scilicet patris expirauit post diem tertium idest tertio die post triumphum patris Itaq;. i. & ita: ipse sup. qui abundauerat scilicet liberis: usq; ad donandos liberos: quia duos ī alienam familiam per adoptionem dederat: destitutus est. i. derelictus a filiis subito in orbitate idest priuatione liberorum. Quem casum scilicet orbitatis quo. i. quanto robore. i. uirtute animi substinuerit reliquit nulli ambiguum: oratione quam habuit apud populum de rebus gestis a se: adiiciendo hanc clausulam idest particulam aut sententiam cæteris dictis. O quirites cū ego timerem in maximo prouentu felicitatis uestræ (hoc autem dicto significat prudentiam suam qui in rei9 tam lætis acerbū aliquem timebat casum. Nam fortūa nulli est perpetuo bona: unde laudat Seneca philippi macedonum regis prudentiam: qui cū uno die tris lætissimos accepisset nūcios : deos præcatus ut pro tantis bonis modicū inferrent supplicū) cū itaq; timerem (inquit) ne fortuna moliretur quid mali: præcatus sum iouem optimum maximum iunonemq; reginam & mineruam q tres in capitolio colebantur & magni dii habebantur: ut si quid aduersi immineret populo romano ul sup. totū conuerteretur in domū meam: non dicit conuerterent: quasi non a diis illis sed aut a fortūa aut ab hominibus mala inferrentur Quapropter res se bene habet: nam sup. dii annuendo uotis meis egerūt id ut uos doleatis potius casum meū idest orbitatis meæ q̄ ego ingemiscerem: uestrū scilicet casum. Ego permittam idest concedam orationi meæ uagari in luctibus alienis idest externarum gentium: uno etiam idest adhuc exemplo domestico adiecto scilicet superioribus ante externa.

Rex sacrorum

Quintus Martius rex. Hic rex appellabat: qa sacrificiorū rex esset. nā post exactos reges: cū quædam publica sacra per ipsos reges factitata fuissent: ne ubi uspiā desideriū regū esset regem sacrificulū creāt: at sacerdotiū pōtifici subiicere ne additus nomini honos aliqd libertati: cuius tunc prima erat cura officeret & ne sacra illa desererent q̄

## De Quinto Martio Rege cap. DLXVI.

Quintus martius rex supioris catonis ī cōsulatu collega : filiū sūmæ pietatis: magnæ spei: & quæ nō parua calamitatis accessio fuit unicum amisit: cūq; se obitu eius subrutum & euersum ui

deret:ita dolor me: altitudine cõsilii coercuit:ut a rogo iuuenis protinus curiã peteret:senatumq; quem eo die lege habere oportebat euocaret:qui nisi fortiter mœrorem ferre scisset unius diei lucem inter calamitosum patrem & strennuum consulem neutra in parte cessante officio partiri potuisset.

¶ Quintus Martiusrex.s.dictus q sacrificulorum rex esset:collega Catonis superioris idest maioris in cõsulatu:amisit filium summæ pietatis s.in patrem:magnæ spei.i.futuræ uirtutis & quæ accessio fuit idest & q res fuit additio & augmentatio calamitatis non parua imo magna amisit filium unicum(unde etiam grauem luctum scriptura sancta significare uolens lugentis unicũ proponit)cũq;.i.& quũ uideret se subrutum & euersum: & quod.i.modo uictũ dolore:obitu.i.propter obitũ eius coercuit dolorẽ altitudine consilii ita ut peteret curiã protinus a rogo iuuenis idest quo filii cadauer urendũ curauerat:& euocaret.i. e domibus priuatis expressa uoce in curiam uocaret:senatum quem oportebat habere eo die lege.i.per legem aut ex lege.Qui nisi scisset ferre .i. pati mœrorem fortiter: potuisset partiri.i.diuidere aut distinguere lucem unius diei inter patrem calamitosum.i.diem quo funus filius peregerat:& consulem strẽnuum.i. diem quo consulis partes exequeretur officio cessante in neutra parte. licet utrũq; non fecisset uno die.

## Externa.De Pericle. Ca.DLXVII.

Rinceps atheniensiũ pericles intra quatriduũ duobus mirificis adolescentibus filiis spoliatus:his in ipsis diebus & uultu pristinum habitum retinente:& oratione nulla ex parte infractiore cõcionatus est.ille uero caput quoq; solito more coronatũ gerere sustinuit:ut nihil ex ueteri ritu propter domesticum uulnus detraheret.Non sine causa igitur tãti roboris animus ad olympii iouis cognomen ascendit.

¶ Princeps &c.Primum est externorum exemplum.Ordo autem est Pericles princeps Atheniẽ.spoliatus.i.orbatus intra quatriduum .i.spacium quattuor dierum(Signent hanc locutionem imperiti latini sermonis: qui cum debeant dicere intra duos menses infra duos menses dicũt)duobus filiis adolescentibus mirificis.i.mira facientibus aut ut uero simile erat mira facturis : aut mira naturæ industria & dei dono factis(nã in ficus tã actionẽ q passionẽ iportant)concionatus est.i.sermonem habuit ad populum his ipsis diebus.i.quibus ille spoliabatur &.i.simul:uultu retinẽte suum habitum.i.dispositionem pristinam:& oratione nulla.i.non ulla nõ infractiore.i.debilius ꝓlata ulla ex parte.Vero pro sed ille.s.talia passus: unde emphasim habet uox ille:sustinuit idest potis fuit gerere caput coronatum more solito ita sup.ut nihil detraheret idest diminueret ex ueterem ritu.s.publico:propter uulnus domesticum.Igitur quia tam uiriliter humanos casus superauit:animus sup.eius:tanti roboris idest soliditatis in uirtute ascendit non sine causa idest merito ad cognomen iouis olympii: ita ut iuppiter olympius uulgo diceretur.

## De Xenophonte. Cap.DLXVII.

Enophon autem quod ad socraticam disciplina attinet primus a platone fœlicis ac beatæ facundiæ:cum solenne sacrificium perageret

a regibus fieri cõsueuerãt:& ut regii nois q romanis fuit semper inuisum leniretur:asperitas uisq; pariter minueret:sacrificulũ hoc est regulũ sacrorũ appellarũt:hic ergo ux unicũ filiũ ad sepulturã comitatus fuerat cũ redit i senatũ:ad ea pagẽda quæ reip.necessaria forent.Qui nisi fortiter mœrorẽ:non potuisset inqt uniũ diẽ & filio & reipu.cõmunicare nisi didicisset fortiter ferre dolorẽ. Calamitosum parẽtẽ:prosequendo funus filii.Strennuũ cõsulẽ.Vocãdo senatũ in curiã:possent & alia multa romanorũ exẽpla qui filiorũ mortẽ fortiter sapienterq; tulerunt in mediũ ꝓferri :nisi multũ uideretur domesticis exẽplis imorari.Nam fabius maximus & cato nõ fuerunt huius laudis exptes quos Cice.li. iiii. epistola:laudando commemorat. Cornelia quoq; gracchorũ mater filiorũ cædẽ non fœmineo & impatienti dolore sed supra q de fœmina credi possit fortiter tulisse dicitur.

Rinceps atheniensium pericles coronatus incedebat & iuppiter olympius appellabatur tãtã licẽtiæ habuit uir ille tantũ apud populũ gratiæ:nec miruz: nam lacedæmonii agrorum populationibus fracti:quas periclis & sophoclis ductu passi fuerãt:in annos triginta pacẽ pepigerunt: rupto deinde intra quindecim annos fœdere cũ cõtemptu deorũ hoim q; fines atticos populantur:& ne præda potiusq pugnam expetisse uiderẽtur hostes ad prœlium prouocãt : sed athenienses consilio periclis ducis sapientissimi populationis iniuriã differũt in tẽpus ultionis superuacuam q; pugnã existẽtes cũ ulcisci hostem sine periculo possent deinde interiectis diebus naues cõscẽdunt & nihil sẽtientibus lacedæmoniis totam spartẽ depredantur:multaq; plura auferunt q amiserant prorsus ut in comparatione damnorũ longe plus fuerit ultio q iniuria:clara quidem hæc periclis expeditio habita : sed multo clarior priuatio patrimonii:qua contentus fuit. huius enim agros in populatione intactos reliquerat hostes sperantes se illi acquirere posse aut periculum ex inuidia: aut proditionis suspitione infamiam:q ante prospiciens pericles &. futurum populo prædixerat:& ad inuidiæ impetum declinandum agros in ipsos dono reip.dederat: atq; ita unde periculum quæsitum fuerat ibi maximam gloriam inuenit non minorem uero ex iactura filiorũ duorum quos diebus quattuor amisit quorum desiderium tã fortiter tulit ut coronatus more solito ad populum constanti uoce concionatus fuerit Olympii iouis cognomen. Nã uirtute sua meruit appellari iuppiter olympius.Res enim maximas gessit & humanos casus uirtute inferiores duxit. Pericles

Enophontis autem.Xenophon philosophus & dux insignis fuit grylli atheniẽsis filius:homo uerecũdus & speciosius supra q dici possit moratusq; & Xenophon

probus: atq; omnibus gratus: socratis discipulus & platonis æmulus teste Gel. qui lib. viii. cap. iii. & dicit q xenophon Plato socraticæ amœnitatis lumina certari æmularíq; inter se existimati sunt. hic primus omnium philo. scripsit historiã. fuit enim ut diximus dux strenuus. ex ultimis babiloniæ finibus exercitum reduxit incolumẽ asperis & difficillimis itineribus per infestissimas gẽtes & barbaras. huic igitur sacrificanti cum nunciatum esset: alterum ex filiis maiorem natu in acie cecidisse: nihil motus sacrificare perseuerauit: coronam tantum deposuit: quam cognito mortis genere q. s. fortiter pugnando filius occubuisset: capiti reposuit: plus ex uirtute filii delectationis q̄ ex morte doloris cõcepisse significans. Proximus a platone: secundus a platone. constat enim in Socratica disciplina primum laudis locum obtinuisse platonem. secundum uero xenophontem. Plato eloquentia superior: xenophon grauitate melior: qui & ipse multa sermonis suauitate polluit: tanta inter se æmulatione certarunt: ut cũ uterq; multa scripserit: neuter tamen alterius mentionem faciat in operibus suis præceptorem tantum in dialogis disputantem introducunt. Apud mantineam. Nota est historia quomodo auxiliantibus atheniẽsibus thebani duce Epaminunda bellum indixere lacedæmoniis & apud leuctras & mantineam in capitu. de fortitudine diximus feliciter pugnatum est. attamen uictoria apud mantineã parta non omnino fuit incruenta. multi ex uictoribus cecidere inter quos dux ipse epaminundas & xenophontis filius de quo nunc diximus.

e duobus filiis maiorem natu nomine Syllũ apud mãtineam prœlio cecidisse cognouit: nec ideo institutum deorum cultum omittendum putauit: Sed tantummodo coronam deponere contẽtus fuit quam ipse pcũctatus quonammodo occidisset: ut audiuit fortissime pugnantem interiisse: capiti reposuit. numina quibus sacrificabat testatus maiorem se ex uirtute filii uoluptatem q̄ ex morte amaritudinem sentire: Alius remouisset hostiam. abiecisset altaria lachrymis respersa thura deiecisset. Xenophontis cor pia religione immobile stetit & animus in consilio prudentiæ stabilis mansit: ac dolori succumbere ipsa clade q̄ nunciata erat tristius duxit.

Xenophon autem facundiæ felicis ac beatæ Proximus. i. secundus a Platone. i. post platonem primæ facundiæ: quod idest quantum aut quæ res attinet ad disciplinam socraticam cuius præcipuus imitator plato proximus xenophon: cum perageret. s. athenis sacrificium solemne cognouit e duobus filiis maiorem natu idest seniorem cecidisse. i. mortem oppetiisse prælio idest in conflictu apud Mantineam cum thebanis aduersus lacedæmonios nec putauit ideo. i. propter mortem filii: cultum deorum institutum idest inceptum: omittendum sup. esse. Sed fuit contentus deponere tantũmodo coronam qua coronatus sacra obibat: quam. s. coronam: ipse percunctatus. i. postq̄ interrogauerat quonãmodo occidisset: ut idest postq̄ audiuit sup. filium interiisse pugnantem fortissime reposuit capiti idest in caput suum: testatus. idest in testimonium ueritatis aduocans: numina quibus sacrificabat sentire maiorem uoluptatem. s. honestam animi ex uirtute idest fortitudine filii qui ita ceciderat q̄ amaritudinem. s. doloris ex morte. s. eius Alius. s. mortem filii cognoscens: remouisset hostiam s. diis offerendam abiecisset altaria. i. ornatum eorum: deiecisset thura respersa lachrymis. Cor xenophontis stetit imobile. idest non motum sup. a pia religione & animus sup. eius mansit stabilis in consilio prudentiæ: ac

duxit idest iudicauit tristius sup. esse peius & magis dolendum succumbere dolori. i. uinci a dolore: ipsa clade idest q̄ esset ipsa clades. s. filii: q̄ erat nunciata.

Anaxagoras

Nec anaxagoras. Hic clacemenius fuit egisibilo patre nat9 anaximenis auditor philosophus suo tempore inclytus. nam gloria opibus: & animo clarissim9: qui patrimonium omne suis sponte concessit & se ad rerum naturam speculandam conferens rem omnem priuatam & publicã neglexerat: eratq; xx. annorum a transitu xersis: uixitq; lxxii. hic cuidam dicenti: q non patriæ sibi cura esset imo inquit summo mihi patriæ cura est & digitum extendebat in cælum: ut illam ueram patriam esse ostenderet: item alteri filii mortem nuncianti respondit: sciebam illum ex me natum esse mortalem pari ratiõe Cice. in quæstio. tusculanis hunc dicit cuidam interroganti an uellet ante obitum in patriam reportari: respondisse non id esse necesse quod undiq; ad inferos tantũdem uix esset: hic accusatus: quod solem candentem: laminam diceret quasi salsos deos coleret ab atheniensibus in carcere ueneno necatus est. Supprimendus. Tacendus: Has

## De Anaxagora Cap. DLXVIII.

Nec anaxagoras quidem supprimendus est: audita nãq; morte filii nihil inquit mihi inexpectatum: aut nouum nuncias. Ego. n. illum ex me natum sciebam eẽ mortalem. Has uoces utilissimis præceptis imbuta uirtus mittit. quas siquis efficaciter auribus pcepit non ignorabit ita liberos esse procreandos ut meminerit iis a rerũ natura & accipiendi spũs & reddendi eodem momento temporis legẽ dici: atq; ut mori neminem solere qui non uixerit: ita nec uiuere aliquẽ quidem posse: qui non sit moriturus.

Nec qdẽ anaxagoras ẽ supprimẽdus. s. suppressa uoce aut silo tacendus: aut ptereũdus: nãq; audita morte filii: inquit. s. ei qui nũciabat: tu nihil. i. non aliquid: non nuncias mihi aliquid inexpectatum. s. quod nõ expectaram prius aut nouũ. Enim pro qa ego sciebam illũ. s. filiũ natum ex

me.s.uiro mortali esse mortalem. Virtus.s.naturalis( nam eius naturam supra docuit optimam magistram )imbuta idest a teneris annis instituta & quasi instincta: utilissimis praeceptis mittit.i.emittit huiusmodi uoces.i. quales uiri prudentes iam dicti emiserunt: quas.s.uoces siquis perceperit auribus efficaciter.i.cum efficacia non ignorabit liberos esse procreãdos ita ut meminerit legem & idest simul accipiendi spiritus.s.uitalis & reddẽdi dici.iis.s.liberis eodem momento temporis a natura rerum.i. parente: quia eodem momento quo uiuere incipiunt: desinere uiuere possent. Atq; uoces. Laudat hanc animi constãtiam & fortitudinem cum in aliis tum in philosoq; his cognitam qui optimis praeceptis imbuti sapienter omnes casus ferebant. sapientius respondebant de filiorum morte quaesiti quia intelligerent a natura uitae simul & interitus legẽ esse datam. meminerit ut.i. quemadmodum neminem solere mori qui non uixerit: ita nec quidem.i.non etiam aliquem posse uiuere q non sit moriturus. Quod & scriptura sancta confirmat. Nam statutum est omnibus semel mori.

## De Pudicitia Ti.I.

Nde te uirorum pariter ac foeminarũ precipuum firmamentum pudicicia inuocem: tu.n. prisca religione consecratos focos Vestae incolis: tu capitolinae iunonis puluinaribus icubas: tu palatii columẽ augustos penates sanctissimumq; iuliç genialẽ torum assidua statione celebras. Tuo praesidio puerilis aetatis insignia mũita sũt. Tui nũinis respectu sincerus iuuentae flos permanet: te custode matronalis stola censetur. Ades igitur & cognosce quae fieri ipsa uoluisti.

¶Vnde &c. In huius sexti procemio de pudicitia locuturus eã; more suo extollit dicens cum admiratione. O pudicitia praecipuum firmamentũ .i. corroboramentum ad fugam uitiorum & complexum uirtutum: pariter uirorum ac foeminarum: unde.i.e quo sacello: inuocem.i. inuocare debeã te? q.d. nescio. Enim pro quia: tu incolis focos uestae.s.deae consecratos religione prisca.i.prioris saeculi? q.d. antiquissima. & tu incubas puluinaribus.i.lectisterniis iunonis capitolinae: & tu celebras columẽ palatii: uidelicet penates Augustos.i.augurio consecratos: utpote imperatorum Romanorum: & sanctissimum torum genialem.i. quo liberis generandis opera datur: Iuliae.s.uxoris tyberii cuius turpitudinem adulatione tegere parat: aut certe cum de ea uirtute quam non habet laudat: tacite ut eam acquirat admonet. Ingenuus enim uultus rubore perfunditur dum imeritas audit de se laudes: celebras dicit assidua statione: bene statione: quasi illic non portum aut perpetuam sedem: sed stationem dũtaxat habere uocatur. Insignia puerilis aetatis sunt munita tuo praesidio. & flos iuuentae.i. iuuenilis aetatis permanet syncerus.i. integer & inuiolatus respectu tui numinis. Stola matronalis cẽsetur scilicet digna quae pudicis tribuatur: te custode.i. custodiẽte. Igitur ades.i. adsis hoc ẽ aduenias huc o pudicitia: & cognosce.s. per sequentia exempla sup. ea quae tu uoluisti fieri quae.i. tuo praesidio aut numine & influ facta sunt.

## Liber, VI. De pudicitia Cap.I.

Nde te. Liber sextus: cuius capitulũ primũ est de pudicitia quã laudando facit auditores attentos. ordo autẽ est o pudicitia unde te inuocem &c. Firmamẽtum quia pudicitia confirmat decus foeminarũ. Prisca religione: quia ab ascanio morẽ seruandi ignis aeterni accepere ro.nã uestales perpetuã uirginitatẽ seruabant Tu capitolinae.i. matrimoniũ seruas incolumẽ: nam iuno dicebatur praeesse coniugiis. Vir. Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curae. Rursus & pronuba iuno. Tu palatii columẽ. hic aperta nimis uisitur adulatione: cum iuliam dicat fuisse pudicam: quã ĩpudicissimã fuisse cõstat: adeo ut cum similes patruo filios procrearet omnesq; admirarentur quaerentibus ex ea multis quid ita filios patrui similes produceret cum se multis subiiceret: respondere solitã dicunt: nauis sũ nisi plena uectorem non admitto: de hac Iuuenalis cum tot abortiuis foecundã iulia uuluam solueret: & patruo similes effunderet offas. fuit autem Iulia Augusti caesaris filia: & uxor Tyberii. Augustos Caesarianos: Tui numinis: respectu flos. Reuera ita est nam si duo iuuenes aequalis formae fuerint: quorũ alter pudicus: alter impudicus extiterit: pudicus ille pulchritudinis florem diutius seruabit impudicus uero primo quoq; tempore denigrescet: quia libido corpus eneruat: & defectum reddit atq; deforme. Matronalis stola. Matrisfamilias uestis: nam matrona dicitur principis & senatorii hominis uxor non autem plebeia. Stola: Vestis quae conuenit foeminis sicut toga uiris. Igitur quando quidem es adeo preciosa.

## De lucretia. Ca.DLXIX.

Vx Romanae pudicitiç Lucretia: cuius uirilis animus maligno errore fortunç muliebre corpus sortitus ẽ: a sexto Tarquinii regis superbi filio per uim stuprum pati coacta cum grauissimis uerbis iniuriam suam consilio necessariorum deplorasset: ferro se q̃d ueste tectum attulerat interemit: causamq; tã animoso interitu imperium consulare pro regio permutandi po.ro. prebuit. atq; hanc illatam iniuriã nõ tulit.

Vx romanae: Orta in castris inter potentes adolescentes contẽtione quadam de uxorum pudicitia: cum suã quisq; laudaret: collatinus qui cum his erat non uerbis opus esse dixit id breui sciri posse qualis unaquaeq; foret: si sumptis equis inuiserent eas: id demum spectatissimum unicuiq; fore quod inopinato uiri aduentu occurrit: probato consilio citatis eqs oẽs aduolat romã: inde collatiã ubi lucretiã haud q̃q̃ ut regias nurus: quas in conuiuio luxuq; cũ aeq̃libus uiderant tempus terentes: sed deditam

lanae inter lugubrãtes ancillas in maedio aedi
um sedentem inueniunt: muliebris certaminis
laus penes lucretiam fuit. Inuitatis comiti-
bus omnibus a marito: sextũ Tarquiniũ ma
la ubi do lucretiae stuprandae capit cũ forma:
tũ spectata castitas incitat. paucis diebus in-
teriectis postq̃ redierunt in castra sextus tar-
quinius inscio collatino cũ comite uno colla-
tiam uenit. ubi exceptus benigne ab ignaris
consilii: cum post coenam in hospitale cubicu
lum ductus esset amore ardẽs postq̃ satis tu
ta circa sopitiq; omnes uidebãtur. stricto gla
dio ad dormientem lucretiam uenit sinistra-
q; manu mulieris pectore oppresso tace lu-
cretia inquit Sextus Tarquinius sum: ferrũ
in manu est: morieris si emiseris uocem: cũ pa
uida e somno mulier prope mortem iminen-
tem uideret tũ Tarquinius fateri amorẽ ora
re: miscere praecibus minas: uersare in omnes
partes muliebrẽ animũ: ubi obstinatam uide
bat: & ne mortis quidem metu inclinari addi
dit ad metũ dedecus cũ mortua iugulatũ ser
uũ nudũ positurũ ait: ut in sordido adulterio necata dicatur quo terrore cũ uicisset obstinatam pudicitiam uelut uictrix li
bido: profectusq; inde Tarquinius ferox expugnato decore mu lebri esset: Lucretia moesta tanto malo accitis q̃ primũ
patre utroq;: qui cum singulis amicis ueniant in cubiculo sedens lachrymabunda: quaerenti uiro satin saluae res eẽnt: mi
nime inquit: quid enim salui mulieri esse potest amissa pudicitia? uestigia uiri alieni collatine in lecto sunt tuo: caeterũ cor
pus est tantum uiolatum: animus insons: mors testis: sed date dexteras fidemq; haud impũe adultero fore. Sextus ẽ Tar
quinius: qui hostis pro hospite priori nocte armatus mihi sibiq;: si uos uiri estis pestiferum hinc abstulit gaudiũ: dant
ordine omnes fidem: consolantur aegram animi: auertendo noxam a coacta in auctorem delicti mentem peccare non cor
pus: & unde consilium abfuerit: culpam abesse: uos inquit uideritis: quid illi debeatur: ego me & si peccato absoluo: sup
plicio non liberor: nec ulla deinde impudica lucretiae exemplo uiuet cultrum: quem sub ueste abditum habebat in cor defi-
git. prolapsaq; in uulnus moribunda cecidit. Dionysius in hac historia multum dissentit a Liuio. non enim contentionẽ
de uxoribus inter potentes in castris adolescentes ortam: nec sextum tarquinium ad id ipsum stuprandae lucretiae gratia
collatiam uenisse: uelut furiosa quadam libidine agitatum: ut tradit Liuius: sed a patre collatiam missum ad quaedam il
lic regia negocia peragenda: hospitio deinde a lucretia benigne susceptum: quippe regis filium: & uiri cognatũ. erat autẽ
ex gente Tarquinia collatinus: ingressum nocte cubiculum extorsisse ab obstinata lucretia stupri necessitatem: quae ne
infamis moreretur. corpus eius libidini subiecit. orta deinde luce: cum ille abiisset: lucretiam dicit sumpto uehiculo romã
ad patrem properasse: & ad eius genua prouolutam suppliciter: rogasse: ut quoscunq; posset amicos & cognatos q̃ pri-
mum euocaret quibus accitis rem omnem exposuisse sibi deinde mortem intulisse quo facto Valeriũ in castra missũ nũ
cium ad collatinum: qui re audita cum Iunio bruto romam uenisse: & de eiiciendis regibus consilium iniisse dicitur. Erro
re fortunae: Videtur errasse fortuna quae tam uirilem animum foemineo corpore incluserit: ac si diceret si ei forte uirile cor
pus contigisset multo maiora facturus fuisset: in concilio necessariorum: uiri collatini patris tricipitini: publii Valerii: &
Iunii bruti. Causam permutandi imperium: Quia propter huius stuprum exacti sunt reges: annui magistratus & consu
lare imperium factum: mutatusq; est reipublicae status. De lucretia beatus Augustinus si adultera: cur laudatur: si pudica
cur occiditur?

¶ Dux Romanae pudicitiae lucretia: aut quia prima cuius pudicitia explo
rata: quũ ante consules fuerit: aut quia praecipua (diuus tamen Augu. de ciui
tate dei conuincit eã nõ uere fuisse pudicã: quia pluris famã q̃ pudicitiã fe
cit: potuit enĩ pudica interfici: licet id uulgus ignoret: at deus & cõscientia
sciat: quod satis sit. ideoq; merito illi Susannã praefert in pudicitiae cõserua
tione. Quintiliã docet nõ prudẽter nec laudabiliter seipsam interemisse: nã
si se interemit quod se adulterã sensit: eo quod animũ quoq; corruptã hẽbat im
merito laudatur ut pudica: sin pudica mãserit: cur occiditur? adde quod etiã
si pudica & sua culpa adultera facta esset: nõ tamẽ se occidere decenter
poterat sed aliter gentibus persuasum) Caius. s. Lucretiae animus uirilis:
sortitus ẽ maligno errore fortunae corpus muliebrae: quia cũ uiriliter egerit:
uirile corpus habere meruerit: coacta pati stuprũ per uim quã tamẽ mor
te uitare potuit: A sexto (Sunt qui Aruntẽ dicãt) filio Tarquinii regis. s. ro
manorũ: superbi. s. noie & re: quũ. i. postq̃ deplorasset grauissimis uerbis
iniuriã suã. i. sibi illatã (unde passiue accipitur: quasi pro sui: corã conci
lio. i. coetu necessariorũ: ut collatino & bruto &c. interemit ferro quod at-
tulerat tectum ueste: hoc autem est principale uerbũ: cui oĩa supponũtur
ut sit lucretia dux &c. coacta &c. quũ deplorasset &c. interemit &c. & p̃
buit tã animoso interitu. populo romano causam permutandi. i. mutando
accipiendi imperium consulare pro regio. s. imperio: atq; s. populus roma
nus non tulit hanc iniuriam illatam.

## De uirginio uiro plebeio. Ca. DLXX.

Virginius plebei generis: sed patricii uir spiri-
tus: ne probro contaminaretur domus sua p-
prio sanguini non pepcit: nam cũ appius clau
dius decemuir filiae eius uirginis stuprum potestatis ui
ribus fretus pertinacius expeteret: deductam in forum
puellam occidit: pudicaeq; interẽptor q̃ corruptae pater
esse maluit.

Virginius plebei: Fuit post aliquot an
nos par in urbe nefas a libidine or-
tum: haud minus foedo euentu: q̃
quod per stuprum caedemq; lucretiae urbe
regnoq; tarquinios expulerat. cum enim a
consulibus ad decem uiros translatum esset
imperium ex decem uiris unum apium clau-
dium plebeiae uirginis stuprandae libido ue-
lut rabies quaedam incessit: haec lucii cuius-
dam uirginii filia: & licinio tribunitio uiro de
sponsata erat: quam apius amore insaniens:
praecio ac praece speq; pellicere adortus: post
q̃ omnia pudore septa inuenit: ad crude-
lem superbamq; uim animum conuertit. M.
Claudio clienti negocium dedit: ut uirgi-
nem in seruitutem assereret: neq; cederet:

¶ Virginius uir generis plaebei: sed spiritus. i. animi patricii. i. patricio san
guine digni: ne domus sua contaminaretur probro idest dedecore stupri

illati filiæ Ab Appio claudio.non pepercit proprio sanguini:quia cultro lanii.i.carnificis ab eius scamno arrepto uirginiam filiam interemit. Naz cum appius Claudius decemuir.i.unus ex decem uiris qui ut leges alla tas in debitam formam redigerent consulari fungebantur potestate: nec eam deponere:uolebant:expeteret pertinacius:quia primum precibus & pollicitis:deinde minis:& demum fraude grassatus:stupruz filiæ eius uir ginis:fretus.i.confisus:uiribus potestatis.s.decemuiratus:occidit puellā deductam in forum:& assertam in seruitutem a Marco Claudio(ut Oli uerius recitat) & maluit esse interemptor sup.filiæ pudicæ: q̄ pater cor ruptæ.i.stupratæ licet per uiz:in qua re etiam errauit:quia uera pudicitia in animo consistit. secundum libertatem poscentibus uindictas ut uirgini in forum ad litterarum ludum ue nienti manum iniecit:suam seruaz e serua na tam appellans:cōcursu amicorum ad clamo rem nutricis quiritium fidem implorantis fa cto liberatur:in ius tamen rapitur: ad Appii q; tribunal perducitur qui ex eo composito puellam Marco claudio poscenti & seruam asserenti suam adiudicauit: interea.P. numi torius puellæ auus & sponsus icilius interue niunt.puellam a ui magis q̄ a iudicio tuētur iamq; graui seditione orta certamen instare uidebatur:tum appius libertatis uindicias indicēsumq; puellæ in sequentem diem datis sponsoribus pronunciat. Interea pater perpropere accitur e castris qui audito filiæ periculo acceptoq; commeatu ad urbem properat:filiæ ad tēpus adest nam cum Appius sequenti die in tribunal ascendisset:puellæq; uindicias secundum seruitutem decreuisset:tanta quidez uis amentiæ uerius q̄ amoris eius mentem praeuenerat.tum uirginius in Appium manus intentas Icilio inquit Appi non tibi filiam despondi:& ad nuptias:non ad explendam tui corporis libidinem educaui:placet ne pecudum ferarum:q; ritu promiscue in concubitus ruere:non passuros hoc ciues Romanos spero.cumq; iam ui ageretur in puellam: iamq; decē uiri potentiæ resisti non posset uirginius ubi nihil usq̄ uidit auxiliū pœnitentiam simulans quæso inquit Appi:primū igno sce patrio dolori:si quid inclementius in te sum inuectus:deinde sinas hic coram uirgine nutricem percunctari quid hoc rei sit:ut si falso dictus pater sum æquiori hinc animo discedam data uenia:seducit filiam ac nutricem prope cloacinam ad tabernas:quibus tunc nouis erat nomen:atq; ibi ab lanio cultro arrepto hoc te inquit uno quo possum filia in liber tatem uendico:pectus deinde puellæ transfixit:& spectans ad tribunal. Te inquit Appi tuumq; caput hoc sanguine cō secro:deinde se in castra proripuit.hinc seditione factaq; plæbis secessione a patribus coacti sunt decemuiri se abdicare magistratu:creataq; est tribunitia potestas.& reddita plæbi sumptum quoq; est de decemuiris supplicium per tribunos plæbis.hoc autem factum fuit anno.LX.post libertatem inceptam:teste Cice.li.de fi.bo.& mal.Probro:stupro atq; fla gitio.De hac uirginia a patre cæsa: Seneca in tragœdia quæ dicitur Octauia sic breuiter tradit:utiq; tuos sunt bene ma nes uirgo dextera cæsa parentis:ut seruitium petere graue:& improba ferret præmia uictrix dira libido.

## De pontio aufidiano.Ca.DLXXI.

Nec alio robore animi præditus fuit pontius aufidianus eques Romanus qui postq̄ com perit filiæ suæ uirgintatem a pedaggo prodi tam fannio saturnio non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio etiam ipsam puellam necauit.ita ne turpes eius nuptias celebraret acerbas exequias duxit.

Nec alio robore:Fannius Saturnius pōtii pedagogus eius filiam per do lum uitiauerat pōtius id ubi cogno uit & pedagogum & filiam pari pœna mul ctauit.nam utrunq; necauit:maluitq; acer bum filiæ funus prosequi q̄ turpes eius nu ptias celebrare.Sceleratum seruum:perfiduz pedagogum qui filiæ uitium intulerat.

Ascen. ¶Nec.i.& non:& Pōtius Aufidianus eques Romanus fuit præditus.i.præcæteris a deo & natura donatus:non alio.i. eodem robore animi quo.s.uirginius qui postq̄ comperit uir ginitatem filiæ suæ:proditam.i.prostitutam & iniquo pretio uenditam fannio Saturnio a pedagogo.i.eius ductore in lu dum litterarum(Oliuerius intelligit faunium saturnium esse pedagogum.ut sic dicat proditam.i.uulgatam:ego quia se parat interponendo proditam credam Saturnium esse diuitis & ciuis Romani qui eius pudiciciam a pedagogo emerat nomen )non contentus affecisse supplicio seruum sceleratum.s.pedagogum illum:necauit etiam ipsam puellam:& ita du xit acerbas exequias:ne celebraret turpes nuptias eius scilicet cum corruptore:quia potuisset Saturnium cogere quam uitiarat ducere.

## De publio .Meuio.Ca.DLXXII.

Quid publius Meuius q̄ seuerum pudiciciæ cu stodem egit?In libertum namq; gratum ad modum sibi:animaduertit:quia cum nubilis iam ętatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat:præser tim cum nō libidine sed errore lapsus uideri posset.Cę terū amaritudine pœnæ:teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni ęstimauit. Eiq; tam tristi exemplo præcepit.ut non solum uirginitatem illibatam:sed etiam oscula ad uirum sincera perferret.

Quid.P.Meuius:meuius acer pudici ciæ custos:libertum quem unice di ligebat:propter illatū uel errore uel malicia filiæ iam nubili osculum: nulla erro ris habita ratione occidit:Voluit ut ī ea æta te disceret filia tam rigido exemplo castitatē esse seruandam:adeo ut non solum corpus ī tactum.sed oscula quoq; illabata perferret ad uirum.Errore ductus:Quod in teneris an nis eam osculari fortasse solitus fuisse:ea nūc consuetudine deceptus simplex osculuz puel læ dedisset.Illibatam uirginitatem intactam & inuiolatam.uidelicet integram.

Ascen. ¶Quid publius Meuius:sup.egit:q̄.i.q̄tum seuerum custodem pudiciciæ egit.q.d.maxi

me feuerum. Quia animaduertit in libertum admodum grat um.i.morte eum puniuit: qa cognouerat eum dedisse osculum filiæ suæ ætatis iam nubilis: præsertim cum libertus ille posset uideri lapsus.i.peccasse: non libidi ne quia casta possunt esse oscula: sed errore familiæ consuetudinis: putando etiam nubilē posse osculari quam paruulam osculatus fue rat. Cæterum id est sed: pater sup. æstimauit magni disciplinam castitatis ingenerari sensi bus puellæ annis adhuc teneris: amaritudine pœnæ.s.capitalis: & præcepit ei.s. filiæ suæ tam tristi.i.seuero exēplo ut perferret ad ui rum non solum uirginitatem illibatam .i. in tactam: sed etiam oscula sincera.i. pura aut incorrupta.

QVintus Fabius seruilianus: Hic om nibus honoribus emeritis in censura seuerissimus: hic cum suspectam ha beret filii pudiciciam illum occidit: deinde ru bore quodam confusus q tam flagitiosum fi lium habuisset: ex urbe discedens uolunta rium sibi exilium induxit: ita ut post hoc fa ctum: amicorum conspectum fugiens in ur bem redire noluerit. Splendidissime: cū sum ma laude & gloria. Consummatis: Emeritis: nam omnibus honoribus perfunct9 fuerat.

DIcerem censorium. Attilius philiscus a pueritia seruus: ab hero coactus est fieri meritorius: & facere in tene ra ætate ex corpore quæstum: postea uero in libertatem assertus cum uxorem duxisset & ex ea filiam suscepisset: ubi primuz cognouit stuprum admisisse: eam occidit: mirum profe cto q qui fuisset turpitudini semper assue tus turpitudinem in filia non pateretur. Quā sanctam igitur: Intendit argumentum si mini stris libidinis inquit: tam seueri uiolatæ pudi citiæ extiterunt: quales cæteros fuisse exisu mabimus. Institores sibi. Viles libidinis nego ciatores: qualis fuerat phylifcus.

## De.Qu.Fa.Ma.Seruiliano.ca.DLXXIII.

QVintus uero Fabius maximus seruilianus: ho noribus quos splendidissime gesserat censu ræ grauitate consummatis: exegit pœnas a fi lio dubię castitatis & punito pependit: uoluntario seces su conspectum patrię uitando.

Quintus uero fabius maximus Seruilianus honoribus.i. magistrati bus omnibus: quos gesserat.s.per ordinem: splendidissime.i.cum summa laude consummatis.i.completis & emeritis quia altius ascendere non po terat: grauitate dictaturæ exegit pœnas a filio: castitatis dubiæ.i. quia ru mor erat eum amisisse pudiciciam & muliebria passum. & pependit.i. per soluit sup. pœnas: punito.s.filio uitando conspectum patriæ.i.urbis Ro mæ: successu uoluntario.i.exilio.sponte assumpto: aut fuga potius a con spectu ciuium.

## De Publio Attilio philisco.ca.DLXXIIII.

DIcerem censorium uirum nimis acerbum exti tisse: nisi publium attilium philiscum in pueri tia corpore quæstū a domino facere coactū: tam seuerum postea patrem cernerem. Filiam enim suā eo q stupri se crimine coinquinauerat interemit. Quā sanctam igitur in ciuitate nostra pudiciciam existima re debemus: in qua etiam in institores libidinis tam se ueros eius iudices euasisse animaduertimus?

Dicerem uirum Censorium.s.Fabium Seruilianum: extitisse nimis acer bum: nisi cernerem Publium Attilium philiscum: coactum a domino.s.le none: facere quæstum.i.esse scortum meritorium: corpore.s.suo: in pueri tia anteq̄ pubesceret (unde merito in Romāis dicit apostolus q tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum in eum qui est contra naturam. Similiter autez & mascu li &c.) postea.s.q̄ libertate donatus fuerat: patrem tam seuerum. Enim pro quia: ipse interemit filiam suam eo q coinquinauerat se crimine stu pri. Quā.i.q̄tum sanctam igitur debemus existimare pudiciciam fuisse i ciuitate nostra: hoc est Romana: in qua animaduertimus etiam institores libidinis.i.conciliatores & patronos ac negociatores & quæstum ex ea facere solitos: ut fecerat philiscus euasisse.s.effe ctos esse tandem tam seueros iudices.i.censores & uindices eius? q.d. nimirum sanctissimam Cum tamen ex eodem fon te minime sanctam illis fuisse argumentari liceat. quippe ubi masculi impune de corpore suo quæstum fecerant. Sed au thor diceret aliud turpitudinem professis licere: aliud legitimum thorum professos ac professuros professurasq3 decere.

SEquitur excellētis nominis. M. Clau dius Marcellus: hic ille Marcellus ē qui cæso uirodomaro gallorum du ce opima spolia reportauit: qui primum han nibalem apud nolam uinci posse docuit. qui syracusas in sicilia munitissimam urbem ex pugnauit: qui multa atq3 præclara pro repu blica gessit. cum igitur comperisset. C. scanti nium capitolinum tri.ple. de stupro compel lasse filium suum adolescētulum egregia for ma: sed pudicicia atq3 modestia magis inge nuum: diem illi dixit ad populum: nam puer cum se resistendo scelerato tribuno nihil pro ficere posse uideret: rem ad patrem detulit. Accusatus igitur tribunus beneficio magistra tus se primum tueri conatus est: cum diceret

## De.M.claudio Marcello ædili curuli & filio eius Cap.DLXXIIII.

SEquitur excellentis nominis ac memorabilis facti exēplum. M. Claudius marcellus ędilis curulis: C. scātinio capitolino tribūo pl. diem ad populum dixit q filium suum de stupro appellasset eoq3 asseuerante se cogi non posse: ut adesset: quia sacro sanctam potestatem haberet: & ob id tribunitium auxi lium implorante: totum collegium tribunorum negauit se itercedere quo minus pudiciciæ quæstio peragerctur:

citatus itaq; scantinius reus uno teste qui tentatus erat damnatus est. constat iuuenem productum in rostra: defixo in terram uultu perseueranter tacuisse: uerecūdoq; silentio plurimum in ultionem suam ualuisse.

cogi nō posse q tribunitiam potestatem haberet tribunorumq; auxilium iplorauit: quorum nullo intercedente damnatus in illo iudicio nullus est testis adhibitus praeter ipsum adolescentem qui productus & a iudicibus interrogatus cum ingenuo pudore deterritus non auderet obscoenissimam rem id care uultum in terra defixum tacitus perseueranter tenuit quod ubi uiderunt iudices nihil ulterius inquirendum esse extimantes scantinium dānauerunt. Sacrosanctam potestatem tribunitiam potestatem quae sacrosancta ideo dicebatur: quia lex erat qui tribunum uiolasset eius caput sacrum foret. Vno te: puero ipso marcelli filio. In ultionem suam in tribuni damnationem.

¶ Sepultum exemplum.i.quod iam dicam est exemplum nominis excellētis: quia in magnum uirum animaduersum est: ac facti memorabilis.i.digni memoria: Claudius Marcellus aedilis curulis: dixit Caio Scantinio capitolino.s.cognomento: tribuno plebis.s.officio: diem ad populum.i. ut se purgaret si posset coram populo: q appellasset.i.sollicitasset filium suum uidelicet marcelli: de stupro.s.illi inferendo: & eo.scilicet Scantinio asseuerante se non posse cogi ut adesset.s.ad causae dictionem: quia haberet potestatem sacrosanctam: uidelicet tribunitiam: & implorante ob id auxiliū tribunitium.i.a contribunis suis praesidium: totum collegium tribunorum negauit se intercedere quo minus: i. ut non ut quaestio.i.inquisitio: pudiciciae.i.de pudicicia uiolata aut sollicitata: perageretur.i.usq; ad sententiam ultimam ageretur: Itaq; scantinius citatus reus i.defensurus se damnatus est uno teste qui erat tentatus licet nihil dixerat pro pudore: quia ipse filius nihil dixit. nam constat iuuenem deductum in rostra: ubi uerba ad populum haberi solebant tacuisse perseueranter: uultu defixo in terram: & ualuisse plurimum in ultionem suam.i.quam pater de se fecit: silentio uerecundo: quia qui tacet consentire uidetur. unde etiam uirgo illa in eunucho Terentiana eplorando & tacendo uitium sibi illatum indicabat.

## De Metello celere. Ca. DLXXV.

Metellus quoq; celer stuprosae mentis acer punitor extitit. Cn. sergio sillo promissorū matrisfamiliae numorum gratia: diem ad populum dicendo eūq; hoc uno crimine damnādo. Non enī factum tunc sed animus in quaestione deductus ē: plusq; uoluisse peccare nocuit: q̄ non peccasse profuit.

Metellus quoq; Cn. sergius nummos matrifamilias promiserat tentans illius animum precione mota sibi morem gereret matrona rem detulit ad magistratum ille Sergium q pecuniaq; promisisset foeminam corrupturus iudicio damnauit. non enim factum sed uoluntas punita est: nam q semel animo suo moechatus fuerit peccauit. Stuprosae mentis libidinosae uoluntatis. Sed animus. Videbant enim illi non defuisse uoluntatem sed facultatem. reum igitur fecit illum uoluntas: non peccatum: plusq; illi nocuit uoluisse peccare: q̄ profuit non peccasse: uel non potuisse.

¶ Metellus quoq; celer extitit acer punitor mentis.i.affectionis stuprosae i.stupri inferendi plenae: dicendo Cneo Sergio Sillo diem ad populū gratia nummorum promissorum.s.ab eo matrifamiliae: & damnando eum hoc uno crimine. Enim pro quia: factum non est sup. deductum in quaestione.i.inquisitione atq; examine: sed animus est deductus: & uoluisset peccare: promittendo.s. nummos: plus nocuit: q̄ non peccasse.s.actu ipso profuit. Non enim non peccat in legem diuinam q̄uis forte secus sit de humana qui animum peccandi habet.

## De Tito Veturio filio Vetu. ca. DLXXVI.

Concionis haec. illa curiae grauitas. Titus ueturius: filius eius ueturii qui in consulatu suo samnitibus ob turpiter ictum foedus deditus fuerat: quum propter domesticam ruinam & graue aes alienum celio plocio nexum se dare adolescentulus admodum coactus esset: seruilibus ab eo uerberibus: quia stuprum pati noluerat affectus: querelam ad consules detulit: a quibus hac de re certior factus senatus plocium in carcerem duci iussit. In qualicunq; enim statu positam Romano sanguini pudiciciam tutam esse uoluit.

Concionis haec illa curiae. T. Veturius filius eius. Cum propter longuz & difficile bellum samnitium saepius tributum ciuitati esset imperatum: exhausta tandem ciuitas aere a foeneratoribus sumere cogebatur: qui uero grauiori aere astricti foenus soluere non poterāt nexi foeneratoribus dabantur: quibus tanto tempore seruirēt: donec debitum omne persoluissent. Inter hos igitur datus ē ille ueturius nobilis adolescēs consularis uiri filius quem Caius plocius foenerator cui nexus datus fuerat cum ui stuprare uoluisset ac pertinacissime recusasset eum uerberibus mulctauit: sceleratus hō q eius libidini obtemperare noluisset. hic igitur adolescens uere nobilis in forum proripuit plocium accusauit: quem senatus damnatum in carcerem coniici iussit. In hac istoria Valerius dissentit a Liuio. non enim Veturium: sed publium quendam nexum datum: nec. C. plocio: sed. L. papyrio foeneratori fuisse dicit. Idq; factum esse ante deditionem caudinā.

¶ Concionis &c. haec grauitas.s.iam dicta: sup. est aut fuit concionis.i. totius populi ad quem superioribus dies dicta fuit: illa.s. quae sequitur fuit sup. grauitas curiae.i. ipsius senatus. Titus Veturius filius eius Veturii qui fuerat deditus.i.in potestatem datus samnitibus in consulatu suo

Mutatum enim dicit esse ius ob unius foene ratoris libidinem & crudelitatem insignem. L.papyrius is fuit cui cum senatusconsulto publius ob aes alienum paternum nexus datus esset quae forma aetasq3 misericordiam elicere poterant ad libidinem & contumeliā animum accenderunt:ut florem aetatis eius fructum adueniticium crederet datum:primo pellicere adolescentem sermone incesto est conatus:deinde postq̃ aspernabantur flagitium aures:minis territare atq3 identidem admonere fortunae suae:postremo cum igenuitatis magis q̃ praesentis conditionis memorem uideret:nudari iubet uerberaq3 afferri:quibus laceratus iuuenis cum se in publicum proripuisset:libidinem crudelitatemq3 conquerens foeneratoris ingens uis hominum cum aetatis miseratione atq3 indignitate iniuriae accensa suae conditionis liberumq3 suorum respectu in forum atq3 inde agmine facto ad curiam cōcurrit.Et cum consules tumultu repentino coacti senatum uocarent.Introeuntibus in curiam patribus laceratum uirgis tergum procumbentis ad singulorum pedes ostendebant.Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens uinculum fidei iussiq3 consules ferre ad populum:ne quis nisi qui noxiam meruisset:donec poenam lueret:in compedibus aut ī neruo teneretur pecuniae creditae bona debitoris non corpus obnoxium esset.Itaq3 nexu soluti cautumq3 in posterum ne necterentur.Ob turpiter ictum foedus.Nota est historia quomodo apud furculas caudinas clausi & obsessi fuere Ro.a samnitibus.T.Veturio:Caluino:& Spurio posthumio consulibus:& sub iugum missi icto foedere cum hostibus quod populus Ro.non probauit nec accepit:Sed auctores foederis turpis deditionis dedendos hostibus censuit:ut populus religione solueretur.Domesticam ruinam:Quia res familiaris perierat pater grandi aere alieno astrictus erat:quod cū soluere non posset filius foeneratori in seruitutem dari passus est:q̃diu debitum seruitute persolueret.

i.cum esset consul:ob foedus ictū turpiter.i.cum summa ignominia exercitus Romani ad furcas caudinas sub iugum missi:cum ipse adolescentulus admodum.i.ualde.i.in prima parte adolescentiae:coactus esset dare Celio plocio se nexum.i.in uincula:ut ī compedibus opus faceret ipsi creditori:propter ruinam domesticam & graue aes alienum.i.debitum cōtractum ex aere alieno:affectus ab eo scilicet plocio uerberibus seruilibus.i.seruo dignis aut inferri suetis:quia noluerat pati stuprum:detulit querelā ad consules:a quibus.s.consulibus:senatus factus certior.i.edoctus de hac re.s.de turpi saeuitia plocii:iussit plocium duci in carcerem.Enim pro quia:senatus uoluit pudiciciam esse tutam sanguini Romano positam ī qualicūq3 statu.q.d.etiam in compedibus habito.

Caius Fescenninus:Fescenninus triumuir Cornelium strenuum militez qui multa pro repub.fortiter gesserat in uincula coniecerat:q cum ingenuo adolescēte stuprum commisisset:ille factum non negabat:sed facti excusationem afferebat:q ille adolescens publice quaestum ex corpore facere consueuisset:idq3 datis sponsoribus se probaturum affirmabat:& propterea non id sibi fraudi esse debere.Imploratoq3 frustra tribunorum auxilio quia nemo itercedere uoluit:in carcere mori coactus est.Triumuir:triumuiri primo libris tantum sybillinis praefuerunt postea creati sunt in deducendis colonis:postremo in sumendis suppliciis de damnatis & tantum dicebantur triumuiri rerum capitalium.Cōmercium:consuetudinem proprie cōmercium dicitur commutatio mercis:ponitur tamen pro cōmutatione cuiuscunq3 rei:ut cōmercium litterarum cōmercium linguae.Liuius de numa loquens quo linguae cōmercio dixit & pro consuetudine ut hoc loco Domesticas delitias:Ut pro rebus bene gestis concederet domi turpiter uiuere ut supra dixit quid prodem foris esse strenuum si domi male uixeris?

## De Caio Fescenino triumuiro.Ca.CLXXVII.

Et quid mirum si hoc uniuersi.P.C.cēsuerūt:Caius fescenninus triumuir.C.Cornelium fortissimae militiae stipendia emeritum uirtutisq3 nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum:q cum ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset publicis onerauit uinculis:a quo appellati tribuni:cum de stupro nihil negaret:sed sponsionem se facere paratum diceret:q adolescens ille palam atq3 aperte corpore questum factitasset:intercessionem suā ponere noluerunt.Itaq3 cornelius ī carcere mori coactus est.Non putarunt enim tribuni ple.remp.nostram cum fortibus uiris pacisci oportere:ut externis periculis domesticas delitias emerent.

¶Et quid mirum.Clausula est continuatiua:& ita ad utrunq3 exemplū pertinens:sed potius ad sequens:sicut & illa Concionis hoc &c.Ordo ē.Et quid mirum sup.est:si uniuersi Patres Conscripti censuerunt hoc.s.pudiciciam Romanam in quocunq3 statu debere esse tutā:q.d.nihil.Qui etiam unum uirum id censuisse constet:Nam Caius &c.(Occurrit nunc quod de ingratitudine dictum est:facilius ignoscendum ingratitudini totius ciuitatis q̃ singulorum:quocirca uidetur admirabilius totum senatum id censuisse q̃ singulos:nam si totus ita censuit:uidetur consequens esse ut singuli ita censuisse dicantur.sed non continuo si unus aut alter:ergo omnes.Quocirca sciemus difficilius esse interdum unum recte iudicare q̃ multitudinē:quia unius iudicium facile subuerti potest:multorū non potest:dūmodo illi multi sapientes sint quocirca in iudicio patrum conscriptorū licet unus & alter non recte senserit:quia potioris partis praeualet sententia:totus tamen ordo recte iudicare facillime potest:in multitudine autē plebis ubi pauci sunt boni & recte sentientes:facilius est totā concionē errare:quia plures meliores uincunt q̃ singulos extra concionē:unde in capitulo de ingratitudine potius multitudini ingratae q̃ singulis ignoscendū censuit).Nam igitur:Caius fescenninus triūuir capitolinus(Multi textus hoc ultimū nō habent:quod agnomen est ponendū uidetur ante triūuir:sine epitheton post triūuir:ut sit triūuir capitolinus id est ad inspiciendos libros sybillinos creatus:uerū hic coniiciendi in carcerē munus habuisse uidetur)onerauit cathenis publicis Caiu3 Corneliū emeritū id est usq3 ad remissionē meritū aut euidenter meritū:stipendia.i.aera:fortissimae militiae.& donatum ab imperatoribus quater nomine.i.ratione & titulo uirtutis:honore primipili.i.antesignani:aut qui primū pilum

ferret: q eo habuisset cōmercium.i.consuetudinem aut conuentionem & pactum stupri: cum adolescentulo ingenuo. A quo.s.Caio Cornelio: tribuni appellati.i.contra triūuirī uiolentiā: ne.s.pateretur ciuē romanū in uincula coniici: cū ipse ni hil negaret de stupro.i.fateretur se stuprū cōmisisse: sed diceret se paratū facere sponsionē.i.cautionē ad cē dānū reponē dū si in probatione defecerit q adolescens ille factitasset quaestū.i.lucrū turpe corpore.s.suo libidini.exposito: ac prosti tuto palā atq3 aperte: & ita uinceret nullā illi a se iniuriā factā: tribuni noluerunt ponere intercessionē suā.i.noluerūt ei9 incarcerationē ipedire authoritate sua: Nā licet quaestū facienti iniurius non fuerit: Romano tñ sanguini contumeliā in tulit Itaq3.i.& ita cornelius coactus est mori in carcere. Enim pro quia tribuni plebis non putauerunt remp.nostrā.i.roma nā oportere pacisci.i.pactū facere cum uiris fortibus qualis erat cornelius iste: ut.s.uiri fortes emerent delicias domesti cas.i.turpem uoluptatē ac libidinē cū ingenuis dū dōi essent: periculis externis: quae obirent dū belli essent: hoc est nolue runt tale pactū facere ut permitterent eos qui fortiter foris egerint molliter ac turpiter dōi uiuant.

De Tribuno plebis siue populo Ro. Capitulum.DLXXVIII.

Libidinosi centurionis supplicium marci lectorii mergi tribuni militaris aeq̄ foedus exitus sequitur. Cui comminius tribunus ple. diem ad populum dixit q cornicularium suum stupri causa appellasset. Nec sustinuit eius rei sentētiam Lectorius sed ipse ante iudicii tempus se fuga prius subtraxit: deinde etiam morte se puniuit. Naturę modum expleuerat: fato tamen functus uniuersae plebis sentētia crimine impudiciciae damnatus est. Signa illum militaria sacratae aquilae. & certissima romāi imperii custos seuera castrorum disciplina usq; ad inferos persecuta est. Quoniā cuius uirtutis magister esse debuerat: sanctitatis corruptor tentabat existere.

Libidinosi centurionis: Hic notat cornicularium significare eū qui in cornu militares excubias facit: ut quidam uolunt: sed falluntur sine dubio. nā accensus nomen erat ordinis & promotionis in militia ut nunc dicitur princeps uel cōmentariensis aut cornicularius. Asconius ita refert Accensi dicebantur attributi decurionibus hoc est ministri eorum quasi ad censum additi: quos nunc cōmentarienses & cornicularios appellant. Sed quia huius rei rationē nullā afferit: sunt qui censent cōmentarienses dictos q cōminiscerentur hoc est fingerent aliquid: quia tanq̄ ministri erant: cornicularios autē eo q una cum suis decurionibus in cornibus acierum statuebantur. Centurionis: Fescenini: de quo supra diximus. — Corniculanus

Ascen.

Libidinosi &c. Ordo est. Exitus aeque foedus uidelicet Marci lectorii Mergi tribūi militaris sequitur suppliciū centurionis libidinosi: uidelicet Caii Cornelii in carcere extincti (non ut Oliuerius dicit Fescenini: qui licet supplicium intulit: atq3 ita forte dici posset supplicium eius actiuum: tamen quia non fuit libidinosus sed punitor libidinis unde de pudicicia eius exemplum super.9 allatū: exponendū est passiue de supplicio ut dixi.C.Cornelii: qui & primipilus & centurio fuit) ens sup. aeque foedus.i. turpis ut exitus Cornelii: Cui.s.lectorio: Comminius tribunus plebis dixit diē ad populū q appellasset.i.interpellasset aut sollicitasset cornicularium suū.i.cōmentariensem militē: causa stupri Nec lectorius sustinuit.i.potis fuit expectare sententiam eius rei.i.litis aut accusationis: sed ipse.i.sua sponte subtraxit se prius fuga ante tempus iudicii: deinde puniuit se et morte. Lectorius sup. expleuerat modū.i.mēsurā naturae.i.quantū per naturā in eum saeuiri permittebatur: quia usq3 ad mortem: tamen ipse functus fato.i.mortuus: damnatus est crimine impudiciciae sententia plaebis uniuersae. Et si dicas qd illa defuncto obfuit? dicit Signa militaria: utpote aquilae sacratae.s.ioui: & seuera disciplina castrorū.i.in castris exerceri solita: certissima custos imperii Romani: persecuta est illum usque ad inferos. quia iam uita defunctū. Quoniam ipse tentabat existere corruptor sup. eius uirtutis uidelicet cornicularii sui: cuius debuerat esse magister idest doctor uerbo & exemplo.

De.C.Mario.Cap.DLXXIX.

Hoc monuit.C.marium imperatorem: tū cū Clusium sororis suae filium tribunum militum: a celio plocio manipulario milite iure cęsum pronunciauit: quia eum de stupro compellare ausus fuerat.

Hoc.s.exemplum seuerae ultionis in impudicum monuit Caium Mariū imperatorem tum quum pronuntiauit Clusium filium sororis suae & sup. tribunū militum: caesum iure a Coelio plocio milite manipulario: quia ausus fuerat compellare.i.sollicitare eum de stupro.

Hoc monuit.C.Marium. Hoc igitur in uita Marii. Cicero quoq3 in oratione pro milone: huius exempli mētionem facit. Cum Clusius.C.plocium stuprare uoluisset tantae obscoenitatis: ira cōmotus plocius clusium occidit. Ductus est in iudicium plocius: tum praetor erat Marius: qui clusium nepotem suum iure caesum pronunciauit. Plutarchus dicit marii nepotē.C.Lucium fuisse nominatum adolescentem uero Trebonium quem marius cognita causa nō solum absoluit: sed admiratione uirtutis insuper coronauit: tanq̄ pulcherrimum illis temporibus facinus edidisset. Cicero in milloniana. Pudiciciam inquit cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu.C.Marii: propinquus eius iperatoris iterfectus ē ab eo cui uim afferebat: facere eni pb9 adolescēs piculose q̄ ppeti turpiter maluit: atq3 hūc ille summus uir scelere solutū periculo liberauit. Manipulario: Qui sub eodem manipulo cum aliis militabat.

## De impudiciciæ propria authoritate uindicibus. Ca.DLXXX

SEd ut eos quoq; qui in uindicanda pudicicia dolore suo pro publica lege usi sunt stri/ctim percurrã Sempronius musca. C.gallum deprehensum in adulterio flagellis cecidit. C.Meuius. L.Octauiũ similiter dephẽsum neruis contudit Carbo actineus a bibieno: item Pontius a.P.Cernio deprahensi castrati sunt. Cn.etiam furius broccum quem deprahenderat familiæ stuprandum obiecit: quibus iræ suæ indulsisse fraudi non fuit.

SEd ut eos: Nonnullos per transitũ tangit: qui ira percitri suo dolore usi sunt pro lege: In adulterio: Scilicet cum uxore. Neruis. Vt arbitror melius q̃ pernis. Stuprandum obiecit: Hic scelus scelere uindicauit. Fraudi non fuit.i.pœnæ a præcedente quod sequitur.

Ascen. ¶ Sed ut percurram strictim.i.paucis uerbis quoq;.i.etiam eos qui usi sunt dolore suo.i.uehementi zelo: pro lege publica.i.loco legis publicæ: in pudicicia uindicanda.i.ulciscẽdo eos qui pudiciciam uiolarit. Sempronius Musca (alii habent musica) cecidit flagellis Caium Gallum depræhensum in adulterio s.cum uxore Sempronii. Caius Meuius contudit neruis.i.chordis ex neruis autem ut alii legunt pernis.i.ossibus pernarum: Lucium Octauium deprahensum similiter.s.in adulterio: Carbo actienus item pontius deprahensi.s.in adulterio: castrati sunt Carbo supple castratus a Bibieno & pontius a Publio Cernio: alii habent. Tritio. Cneus etiam furius obiecit Broccum quem deprahenderat.s.in adulterio uxoris stuprandum familiæ (unde horatius in primo sermonum. Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos Hunc perminxerunt calones: quinetiam illud accidit: ut quidam testes caudamq; salacem Demeteret ferro &c. ubi tangit fere omnes quos hic author. Naz & cæsos flagellis dicit & stupratos cum dicit Hunc perminxerunt: & castratos illic caudãq; salacem.i.penem aut mentulam demeteret ferro &c. Quibus.s.q deprehensos propria auctoritate puniuerunt non fuit fraudi.i.damno aut detrimento: indulsisse.i.nimium paruisse iræ suæ unde leges permittunt deprahensos in adulterio subito illo calore occidi.

## Externa de hippo fœmina græca Ca. DLXXXI.

ATq; ut domesticis externa subnectam: græca fœmina nomine hippo cum hostiũ classe esset excepta: in mare se ut pudiciciam morte tueretur abiecit: cuius corpus erechtheo littori appulsum proxima undis humus sepulturæ mandatum ad hoc tem/pus tumulo contegit: sanctitatis uero gloriam æternæ traditam memoriæ græcia laudibus suis celebrando quottidie florentiorem effecit:

ATq; ut externis: Hippo græca mulier quibus parentibus incertum est: forma præcellens capta a nautis cũ pudiciciam suam periclitari sensisset noctu se præcipitem dedit in undas: moriq; pudica q̃ impudica uiuere maluit cadauer cuius electũ ab undis græci in erythreo littore haud procul ab undis sepulchro cõdiderunt & ad hãc usq; ætatez eius sanctitas & pudicicia æterna memoria celebrat. Erythreo mari rubro: nam ɛʀᴜφρον rubrum dicitur. Aeternæ tradita memoriæ: Quia in historiis celebrat.

Ascen. ¶ Atq; ut subnectam domesticis.i.Romanis exemplis externa.s.exempla: Fœmina græca nomine hippo cum esset excepta.i.capta classe hostium: abiecit se in mare ut tueretur.i.seruaret morte pudiciciam Cuius corpus appulsum littori erechtheo.i.ad litus erechtheum: Oliuerius legit erythreo.i.maris rubri: quo an appelli potuit uiderit ipse: humus proxima undis.i.littoralis ora: contegit tumulo mandatum sepulturæ sup. usq; ad hoc tempus. uero pro sed græcia effecit gloriam sanctitatis traditam æternæ memoriæ florentiorem quotidie celebrando sup. eã laudibus suis.

## De Orgiagontis Reguli uxore. Ca.DLXXXII.

VEhementius hoc: Illud cõsideratius exemplũ pudicitię. Exercitu & copiis gallogræcorum. a.Cn.Manilio consule in olympo monte ex parte deletis: ex parte captis: Orgiagontis reguli uxor miræ pũlchrytudinis a centurione cui custodienda tradita erat stuprum pati coacta: postq̃ uentum est in eum locum: in quem consulis iussu centurio misso nuncio necessarios mulieris precium quo eam redimerent afferre iusserat: aurum expendente centurione & in eius pondus animo oculisq; intento: gallogræcis lingua gentis

VEhementius hoc: Gallogræci reliquiæ fuerunt exercitus Brẽni ducis qui cum debellata græcia in orientẽ duceret exercitum in media asia consedit: & permixta lingua utraq; gallica & græca gallogræci appellati sunt: hi autem dicebantur inter auxilia reges antiochi fuisse: & Cn.Manlius affirmauit a se uictos esse. nam ut lingua mixti mollioris sunt: ita quoq; molliores facti & ide uicti & fugati: sed Orgiagontis uxor capta & cuidam centurioni tradita i custodiam cum propter eximiam pulchritudinẽ per uim eam stuprasset occasione ultionis expectata uiolentiam suam fortiter ulta est. Frontinus Orgiagõtis inquit regis uxor a cẽturione stuprum passa memorabili custodiã euasit reuulsumq; militis caput ad maritum

suę imperauit:ut eum occiderent:interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad coniugem uenit:ab iectoqꝫ ante pedes eius & iniurię & ultionis suę ordinē exposuit :Huius fœię quid aliud quisꝗ q̃ corpus in potestatem hostium uenisse dicat? Nāqꝫ animus neqꝫ uinci nec pudicitia capi potuit.

¶Vehementius hoc.i.hoc.s.iam dictum exemplum pudiciciae.s. mulieris graecae sup.fuit uehementius:illud.s.quod iam dicetur:sup.fuit exemplum pudiciciae cōsideratius.i.temperantiore animo factum.Copiis.i.exercitibus gallo graecorum.i.illorum populorum e gallis ortorum & in graeciae parte quam Brēno duce olim inuaserant regnantium deletis ex parte & captis ex parte a Caeo Manlio consule.s.Romano in olympo monte.Vxor orgiagontis seu oriagontis ut sit uiri nomen.nam aliter dicā oriagontis uxor reguli.s.gallo graecorum mirae pulchritudinis coacta pati stuprum a centurione.s.Romano cui tradita erat custodienda:postq̄ uentum est.s.ab ea & a centurione:in eum locum in quem centurio iussu.i.ex mādato consulis.s.manlii:iusserat nuncio misso.i.per nuncium ad hoc missum necessarios.i.proximos sanguine:mulieris:afferre pretium quo redimerent eam centurione expendente.i.pendendo exquirente pondus auri & intento animo & oculis in.i.ad pondus auri quod allatum erat.mulier sup.imperauit lingua gentis suae:gallograecis ut occiderent eum.s. centurionem·deinde ipsa retinens manibus caput interfecti.s.centurionis abscisum.s.a gallograecis uenit ad coniugem:id est maritum suum:& supple capite abiecto ante pedes eius scilicet mariti exposuit id est declarauit ordinem.i.seriem & omnem processum &.i.simul iniuriae suae quam passa erat:& ultionis suae quam in centurionem fecerat Qui propterea iniurię erat qꝫ custodiae suae datam & pretio statuto redimendam uiolauerat. Quid aliud huius foeminae quisꝗ dicat.i. dicere merito possit uenisse in potestatem hostium:q̄ corpus:q.d.nihil Namqꝫ animus neqꝫ potuit uinci nec pudicitia sup.eius potuit capi:aut potius utrūqꝫ referatur ad animus iuxta regulam uallae quia praeponitur sequentibus particula neqꝫ geminata:ut pudicicia sit ablatiui casus sic:nec animus potuit capi.i. priuari pudicicia sicut oculis capti:qui usu eorum priuati sunt dicuntur.

## De uxoribus theutonicorum Cap.DLXXXIII.

THeutonicorum uero cōiuges Marium uictorē orarunt:ut ab eo uirginibus uestalibus donao mitterentur affirmantes q̄ se atqꝫ illas uirilis concubitus exptes futuras eaqꝫ re non impetrata:laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt.Dii melius qꝫ hunc animum uiris earum in acie non dederūt. Nam si mulierum suarum uirtutem imitari uoluissent in certa theutonicae uictoriae tropheą reddidissent.

¶Theutonicorū.Ordo est.Vero.i.sed·coniuges.i.uxores theutonicorū s.interēptorū a Mario orarunt Mariū uictorē:ut mitterentur ab eo dono uirginibus uestalibus.s.Romā affirmantes se futuras expertes cōcubitus uirilis aequae.s.diligenter ac illas.s.uestales:& ea re.i.petitione honestissimā non impetrata (Miserunt.n.legatum ad Marium ut salua pudicicia si non in patriam redire:saltem sine uestae claustra includi liceret:Marius autem superbe respondit uictoris esse praescribere legem aut cōditionē deditionis uictis )eripuerunt sibi nocte pxima:spiritū.i.anhelitū: laqueis: qa strāgulauerūt primū filias iniuriae magis obnoxias:deīde sibi matres aut laqueo aut gladio uitam pcluserunt.Dii sup.fecerūt(inquit author) melius.i.benignius cū Romano imperio qꝫ non dederunt hunc idest huiusmodi

suum detulit.Pli.de uiris illu.inter captiuas inquit uxor regis Oriagontis centurioni cuidā in custodia data est:a quo ui stuprata.de iniuria tacuit & post impetrata redemptione marito adulterum interficiendum tradidit. Vehementius:hoc.s.dictum exemplum quia sequentis exempli mulier mori noluit:Consideratius quia expectauit occasionem ut dicitur In eū locū:Locus deputatus fuerat quo eius necessarii ad redimendā uenirent Huius foeminae quid aliud:Si quis diligenter inspexerit q̄to animi robore ulta sit pudiciciam suā oriagontis facile intelligeret corpus nō animum capi nec pudicitiam uiolari potuisse.

Iam illa non solum fortis: sed etiam urbana libertas. Senectutis ultimae quędam syracusis omnibus dionysii tyranni exitium propter nimiam morum acerbitatem & intolerabilia onera uotis expetentibus: sola quotidie matutino tempore deos ut incolumis ac sibi superstes esset orabat. Quod ubi is cognouit non debitam sibi admiratus beniuolentiam: accersiuit eam & quid ita hoc: aut quo suo merito face/ret interrogauit. Tum illa: certa inquit est ratio propositi mei: Puella enim cũ grauem tyrannũ haberemus carere eo cupiebam: quo interfecto aliquanto tetrior arcẽ occupauit: eius quoq; finiri dominationem magni aestimabã: tertium te importuniorem superioribus habere coepimus rectorem. Itaq; timẽs si tu fueris absumptus deterior in locum tuum succedat: caput meum pro tua salute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

Ascen.

¶ Iam (continuatiua: ut saepe dixi: particula est) illa libertas. s. quã dicturus est. (Et signãdam in hoc authore pronomen ille significari quod dicendũ ac futurũ est: per id qd iam dictũ & quasi in manibus est Et reuera p̃nomen ille ex natura sua significat longius posi/tum. i. aut prius dictum aut posterius dicendũ: cũ hic praesens notet) nõ solũ sup. fuit: fortis: sed ẽt urbana. Quaedã sup. mulier aut foemina: ultimae. i. supremae senectutis orabat sola syracusis idest apud syracusas omnibus expetentibus uo/tis idest per uota idest cum omnes alii expeterent nisi forte sit syracusis pro syracusanis expetentibus oibus uotis: exitiũ i. mortẽ: dionysii tyrãni: propter nimiam acerbitatẽ morũ & intolerabilia onera: quae. s. suis imponebat: orabat dico sola quotidie tempore matutino: quod ad praeces maxime idoneum omnis aetas & natio semper iudicauit: deos ut sup. Dio/nysius esset incolumis & superstes sibi. s. anui oranti. Quod idest quam rem ubi. i. postq̃ is scilicet Dionysius cognouit: admiratus beniuolentiam. s. mulieris: non debitam sibi: accersiuit idest uocatam uenire fecit ad se: eam scilicet anũ: & interrogauit quid ita. i. cur faceret hoc idest ita praecaretur: aut quo merito suo scilicet tyranni. Tum idest tunc: illa. s. anus: inquit idest respondit. ratio propositi mei est certa idest firma & euidens. Enim pro quia ego puella idest cum essem puel/la: cum nos scilicet syracusani haberemus tyrannum grauem idest molestum & intolerabilem: cupiebam carere eo: quo interfecto: tyrannus sup. nouus: tetrior idest crudelior eo aliquanto: occupauit arcem scilicet syracusanam idest ut dicunt fortalitium. quod qui habebat: ciuitatem subiectam sibi tenebat: ego aestimabam magni idest magno praetio aut magni esse praetii: dominationem idest tyrannidem eius finiri; nos coepimus scilicet post mortem patris tui: habere te rectorem importuniorem idest petulantiorem ac minus conuenientem libertati nostrae: superioribus idest priori/bus duobus. Itaq; idest & ita: ego timens: si tu fueris absumptus ut sup. aut ne: deterior idest minus bonus: aut

(hoc loco) peior: succedat in locum tuum: deuoueo.i. diis uoueo: caput meum.i. salutem meam pro salute tua. Dionysius qui litteratus erat & non infaceto ingenio: erubuit punire audaciam tam facetam.

De Theodoro Cyreneo. Ca. DXCVIII.

INter has & theodorum cyreneum quasi animosi spiritus coniugiū esse potuit: uirtute par: sed felicitate dissimile. Is enim Lysimacho regi mortem sibi minitanti: enim uero inquit: magnifica res tibi contigit: qua Cantharidis uim assecutus es. Cūq; hoc dicto accensus: cruci eum affigi iussisset: terribilis hęc (ait) si purpuratis tuis: mea quidem nihil interest humi an sublime putrescam.

¶ Inter has &c. Pulchro contextu more suo progreditur author dicēs. Coniugium quasi animosi spiritus potuit esse iter has.s. proxime dictas mulieres: & Theodorum Cyreneum: coniugium (dicit) par uirtute: sed sup. dissimile felicitate.s. exitus: quia superiores absolutæ sunt: Theodorus ultimum supplicium fuit. Enim pro quia. Is.s. Theodorus: inquit Lysimacho minitanti sibi.s. theodoro mortem. Enimuero.i. profecto (& est ironicos dictum) res magnifica contigit tibi quia assecutus es: uim.i. uiolentiam potentiam necandorum hominum: Cantharidis.i. minimi illi9 uermiculi sed ueneuati: remedium tamen ut quidam uolunt in aliis habentis qui in ficubus delitescere solet. Cum.q;.i. & cum: tyrānus accensus hoc dicto iussisset eum.s. Theodorum: affigi cruci.i. ad crucez: ait: hæc.s. crux aut mors in cruce: terribilis sit purpuratis tuis.i. aulicis tuis purpura indutis: alii legunt si: ut sit ordo: hæc crux sup. sit terribilis si sup. inferatur purpuratis tuis: quidem.i. certe: ut de aliis nihil dicam: nihil interest mea.i. ad utilitatem aut uoluntatem meam: an putrescam humi an sublime: aut (ut potius legam) sublimi.i. in alto & supra limum terræ edito loco. Ideo autem potius dicam: quia aduerbia in tempore a tertiæ declinationis nominibus i t exeunt. & si dicas aduerbium esse: dicaz aduerbia a nobis facta si formam declinationi aptam habent declinatiōem recipere: unde a mani (secundum Seruium) dixit Plautus.

INter has: Lysimachus rex macedoniæ Theodoro philosopho minitabatur mortem: theodorus respondit regem habere uim Cantharidis: qa quo animo fuerit affectus ita facile homini mortem infert: quibus uerbis incensus rex cum illum cruci affigi iussisset. tuis inquit amicis sit mora ista terribilis. nihil autem mea interest in terra: an in aere putrescam: hoc idem refert Cice. li.i. tusculanarum quæstionum. dicit enim quid cireneum theodorum philosophum nō ignobilem: nonne miramur cui cum Lysimachus rerum potitus crucem minitaretur istis quæso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis Theodori quidem nihil iterest humi ne an sublime putrescat. Coniugiuz copulatio quædam animorum quia pares anim os habuisse uidētur: sed nō pares exitus Cāthari dis: cantharis uermis est perexiguus similis aragnæ niger atq; terrenus: qui eius dicitur esse naturæ: ut in quo affectu quempiā momorderit in eo semper persistat usq; ad mortem: ut si ridentem momorderit ille ridēs moriatur. Purpuratis. Famulis tuis: nam purpurati sunt primores ciuitatis qui purpura induti regibus assistere solent. Sublime: in aere sublatus. Cātharis.

De seueritate. Titu. III.

ARmet se duritia pectus necesse est dum horridæ ac tristis seueritatis acta narrantur: ut omni mitiore cogitatione seposita: rebus auditu asperis uacet. Ita enim districtæ & inexorabiles uindictæ & uaria pœnarum genera in medium procurrent. Vtilia quidem legum munimenta: sed minime in placido & quieto paginarum numero reponenda.

De seueritate. Ca. III.

ARmet se duricia pectus. Hac breui præfatione ostendit more suo quibus de rebus i hoc cap. dicturus sit de seueritate hominum qua i suos pariter & alienos usi sunt: ut leges seruentur. status confirmentur. est enim seueritas medium iter crudelitatem & animorum remissionem ut nec iniuste quicq̄ faciat: nec ulla ratione a uero deduci possit: unde & se. eritas dicta est quasi sequens uerum: seuerus enim est qui nec p̄ce: nec præcio nec gratia moueri potest a recto. est igitur seueritas rigidissima norma iustitiæ: q̄ sublata tollentur & leges hoc ē euertentur. est igitur diligentissime seruanda. Districtæ. Rigidæ. Inexorabiles. Que præcib9 uinci non possunt. Seueritas

¶ Armet &c. Locuturus de seueritate & rigore iustitiæ facetam præponit præfationez Ascen. dicens. Necesse ē sup. ut pectus: armet se duritia: dum idest donec acta horridæ idest asperæ & tristis seueritatis narrantur: ut uacet rebus asperis auditu omni cogitatione mitiore seposita idest seclusa: & seorsum posita. Enim pro quia uindictæ ita idest & tam insigniter districtæ idest rigidæ & arctæ: & inexorabiles & uaria genera pœnarum procurrent idest afferentur in medium idest ad conspectum legentium, quidem idest certe utilia munimenta idest utiles protectiones legum: sed minime.i. nequaq̄ reponenda in placido & quieto numero paginarum idest scripturarum. Sunt autem paginæ a pangendo dictæ: quasi compactæ chartæ aut tabellæ in quibus scriptitabatur. Sane hac præfatione more suo (quem etiam poetæ obseruant) author futuræ narrationis præscribit qualitatem.

## De seueritate senatus Romani. In Manlium Capitolinũ Ca.DXCIX.

MAnlius unde gallos depulerat:inde præcipitatus est:quia fortiter defensam libertatem nepharie opprimere conatus fuerat:cuius iustæ ultionis nimirum hæc prefatio fuit:Manlius eras mihi cum præcipites agebas senones:postq̃ imitari cœpisti unus factus es ex senonibus:Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est.propter illum enim lege sanciri placuit:nequis patricius in arce:aut in capitolio habitaret Qui domum eo loci habuerat ubi nunc ædem monetæ uidemus.

¶Manlius scilicet capitolinus (Et est primum exemplum) præcipitatus est inde:uidelicet de rupe seu arce tarpeia:seu capitolio : unde depulerat gallos scilicet Senones iam capta reliqua urbe ideo autem præcipitatus est:quia conatus fuerat opprimere nepharie:libertatem.i.publicã:defensam.s.contra gallos fortiter.Cuius ultionis iustæ hæc.i.huiusmodi præfatio fuit nimirum.i.ut facile est creditu.Tu (inquit resp.) eras mihi Manlius.id est ciuis charus:cum agebas.i.deturbabas:senones.s. gallos præcipites.i.capite fere anteriore cadentes:postq̃ tu cœpisti imitari.s.senones hoc est inuadere libertatem Romanam tu factus es mihi.i. reputaris: unus ex senonibus.Nota.i.signum infamiæ:inserta est memoriæ æternæ supplicio.i.de supplicio aut propter supplicium huius.s.manlii placuit ei s.patribus conscriptis sanciri.i.sancte cauere lege.s.lata:propter illum uidelicet manlium:nequis patricius habitaret in arce.s.tarpeia aut in capitolio. Qui scilicet manlius habuerat domum eo loci ubi nos uidemus nunc ædem.i.phanum monete scilicet Iunonis a monendo de gallorum aduentu dictæ.

MAnlius unde. Capta urbe a gallis cum capitolium obsideretur:nocte quadam galli per aduersam partem capitolii ad summum prope modum euaserant prodit clangore anserum.M.Manlii opera e rupe deiecti sunt:hic postea seditiosus fact9 in urbe:cum aduersus patres plebis animos uariis contentionibus incitaret dictatoris ad ipsum creati iussu coniectus in carcerẽ paulopost a plebe liberatur:quæ magna ex parte ueste mutata barba capilloq; prolixo obuersata in uestibulo carceris refracturum se carcerem minitabatur inq̃ primum educeretur Manlius:quo facto non seditio finita.sed dux seditionis intolerabilior:datus: qui cum obstrictos ære alieno liberaret:noxos solueret:uenit in suspitionem affectati regni quare dies illi dicta est.a tribunis & dãnatus de saxo tarpeio deiectus:locusq; ille in uno homine & eximiæ gloriæ monumentu3 & pœnæ ultimæ fuit addictæ mortuo notæ fuit: altera publica quæ cum domus eius fuisset ubi nunc ædes atq; officia monetæ : est latũ ad populum est ne quis patricius in arce:aut capitolio habitaret:gentilitia altera:ꝙ gentis manliæ decreto cautũ ẽ:ne quis.M.mali9 uocaret.Pli.de uiris illu. Mãlius inq̃t ob defẽsum capitoliũ capitolius dictus.xvi.annoru3 uoluntarium militem se obtulit triginta septẽ militaribus donis a suis ducibus ornatus uiginti tres cicatrices in corpore habuit capta urbe in capitolium fugiendi auctor fuit:quadam nocte clangore anseris excitatus gallos ascendentes deiecit. patronus a ciuibus appellatus & frater donatus.domum etiam in capitolio e publico accepit:qua superbia elatus cum a senatu consumpsisse gallicos thesauros argueretur & aditos propria pecunia liberaret.regni affectati accusatus in carcerem coniectus populi consensu liberatus est:rursus cum in eade3 culpa & grauius perseueraret reus factus:& ob conspectum capitolii ampliatus:alio deinde loco damnatus de saxo tarpeio præcipitatus est:domus diruta bona publicata gentilitas eius manlii cognomine iurauit ne quis postea capitolinus uocaretur:Pli.quoq; maior li.septimo naturalis historiæ per transitum huius meminit historiæ.Nota infamia æternæ memoriæ.Monetæ Iunonis monetæ:templum fuit in capitolio structum in ara ubi Manlii domus fuerat:dicta moneta: ꝙ ibi uox numinis audita foret monentis aduentare gallos.Ouidius fastorum li.vi.arce quoq; in summa Iunoni tẽpla monetæ ex uoto memorant facta Camille tuo: Ante domus Manli fuerat qui gallica quondam A capitolino repulit arma Ioui.Quã bene dii magni pugna cecidisset in illa:Defensor solii iuppiter alte tui Vixit ut occideret damnatus crimine regni:Hunc illi titulum longa senecta dabat.

## In Spurium Cassium. Ca.DC.

PAr indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit:cui plus suspitio concupitæ dominationis nocuit:q̃ tres magnifici consulatus:ac duo speciosissimi triumphi profuerunt.Senatus enim populusq; romanus non cõtentus capitali cũ supplicio afficere:interempto' domum superiecit:ut pe natum quoq; strage puniretur.In solo autem ædem telluris fecit.Itaq; quod prius domicilium potentissimi uiri fuerat nunc religiosæ seueritatis monumentum est,

PAr indignatio:De spurio cassio satis supra in ca.de patrum seueritate dictum est:qui affectati regni crimine damnatus capitis supplicio affectus est: nec senatus hac poena contentus illius ædes & dirui iussit & in area telluris templum ædificari.Non illi tres consulatus non duo speciosissimi triumphi:profuerunt quominus etia3 post morte3 hac nota signaretur:ut ædes amplissimi uiri in religionis usum conuerterẽtur Erupit.i.Quasi per uim egressa ẽ.Triũphi: Bis de samnitibus triumphauit.

Ascen. ¶Par.i.æqualis idignatiõ ciuitatis erupit aduersus Spurium Cassium:cui suspicio dominationis.i.tyrãnidos concupitæ nocuit plus q̃ tres magnifici consulatus:& duo speciosis

## In Spurium Melium. Ca.DCI.

Adem ausum Spurium Melium consimili exitu patria mulctauit. Area uero domus ei⁹ quo iustitia supplicii notior ad posteros perueniret æquimelii appellationem traxit.

¶Eadem &c.Ordo est.Patria mulctauit.i.puniuit consimili exitu.s.uitæ Spuri.um melium ausum eadem.i.dominationem attentare. Vero.i. sed: area.i.spaciolum domus eius.i.ubi steterat domus eius:traxit appellatione Aeqmelii.i.æquoris seu planiciei factæ ex domo melii solo æq̄ta:quo i.ideo ut:iustitia.i.seueritas supplicii:perueniret notior ad posteros.

simul triumphis profuerunt.Senatus enim populusq3 Romanus non cōtentus afficere eū supplicio capitali.i.illi uitā3 adimere: superte cit:intercempto domum.i.domus dirutionem: ut puniretur quoq3.i.etiam strage.i.euersione aut destructione penatum.i.larium:autem: p sed:senatus sup.populusq3 Romanus fecit in solo.i.fundo ubi steterat domus eius:ædē i.fanum uestæ.Itaq3.i.& ita id quod fuerat prius domicilium uiri potentissimi: uidelicet Spurii Cassii:est nunc monumentum.i. perpetuum testimonium seueritatis.i.rigoris iustitiæ te igiose.i.anxiæ obseruati.

Adem ausum Spurium: Qui credo spurium Melium pestifera largitiōe regnum affectantem occidit Seruilius hala diximus incapitulo de ingratitudine:tunc cincinatus dictator hac seueritate usus est ut bona Melii quæstoris q̄ primum uendere iusserit & in publicum redigere:ædes solo adequare:q ut perpetuum rei monumentum esset: locum uoluit æquimelium appellari.&.L.Minutius boue aurata donatus est.Eadem ausum Melium Pli.de uiris illustribus. L. quintius cincinatus inquit dictator dictus Spurium Melium regnum affectantem a Seruilio Hala magistro equitum occidi iussit:domum eius solo adæquauit:unde locus æquimelium dicitur.Ci.quoq3 in Catone maiore.L.Quintii Cincinati dictatoris iussu:magister equitum C.Seruilius Hala Spurium:regnum appetentem occupatum interemit. Aequimelii i.area domus melii solo adæquatæ.Ciues qui libertatem opprimere studebant.

## In Flaccum & Saturninum. Ca.DCII.

Vantum ergo odii aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent parietum ac tectorum i quibus uersati fuerant ruinis testabantur:ideoq3 &.M.Flacci:&.L. Saturnini seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis:penates ab imis fundamentis eruti sunt.Cæterum Flacciana area cum diu penatibus uacua mansisset:a.Q.Catulo Cimbricis spoliis adornata est.

¶Quātum &c.Paucis tangit consimilem seueritatem in marcum Flaccum & Lucium Saturninum regni affectatores dicens.Ergo antiqui idest prisci Romani testabantur.i.ostendebant quantum odii haberent insitum animis.s.suis:aduersus hostes.i.inuasores libertatis.s.Romanæ:ruinis.i. dirutionibus & euersionibus parietum ac tectorum in quibus.s. hostes libertatis fuerānt uersati.Ideoq3.i.& ideo:corporibus Marci Flacci & Lucii Saturnini:ciuium seditiosissimorum:trucidatis.i.truculenter iterfectis penates sup.eorum.i.ædes & lares:eruti.i.euersi sunt:ab imis fundamentis.Cæterum area Flacciana.i.in qua steterat domus Flacci:cum mansisset diu uacua idest nullo ædificio aut ornamento occupata. adornata est a Quinto catulo:spoliis Cimbricis.i.ex manubiis spoliorum Cimbris detractorum.

Hostes li.Ideoq3 &.M.Flacci.Horum seditio diuersis temporibus fuit: & suo loco notata.nam. C. gracchus Tiberii frater tribunusp!. eloquentior fratre:post aliquot perniciosas leges:quū Auentinum cum armata multitudine occupasset:a L.Opimio consule e senatusconsulto ad arma uocato populo:pulsus & occisus est: & cum eo Fuluius consul eiusdem furoris socius:& ut ait Florus insultatū3 quoq3 ē mortui reliquiis:& illud sacrosanctum tribūi caput percussoribus auro pensatum: haud ita multo post.C.Apuleius Saturninus adiuuante.C.Mario & per milites Annio competitore tribunatus occiso:tribunus per uim creatus:non minus uiolenter tribunatum gessit q̄ petierat.Nam ut inquit Plynius de uiris illustribus.L.Apuleius Saturninus tribunusplæbis seditiosus:ut gratiam Marianorum militum pararet: legem tulit:ut Veteranis agri iugera in Aphrica diuiderentur:intercedentē Bebium collegam facta per populum lapidatione summouit Glauciæ pretori q is eo die quo ipse concionem habebat:ius dicendo partem populi aduocasset:sellam cōfidit:ut magis popularis uideretur quēdam libertini ordinis subornauit:q se Tyberii gracchi filiū fingeret:ad hoc testimoniū Sēprōia inducta:nec p̄cibus:nec minis adduci potuit ut dedecus familiæ cognosceret.Saturninus Saturninus [margin: Saturnina] Aulo Mumio cōpetitore iterfecto:tribunusplæbis refectus: Siciliā: Achaiā: Macedoniā:nouis colonis destinauit: & aurū dolo an scelere Cepiōis partū ad emptionē agrorū cōuertit:aq̄ & igni interdixit ei q leges in suas non iurasset:huic legi multi nobiles abrogantes qui tonuisset clamauit:iam iquit nisi quiescitis:grādinabit.Metellus Numidicus exulare q̄ iurare maluit.Saturninus tertio tribunusplæbis refectus:ut satellitem suum Glauciam prætorem faceret: Mumiu3 competitorem eius in campo Martio necandum curauit.Marius senatusconsulto quo censeretur:ne quid detrimēti respublica caperet armata manu Saturninum & Glauciam in Capitolium profectos:obsedit:maximoq3 questu incisis fistulis in deditionem accepit:nec deditis fides est seruata:Glauciæ fracta ceruix:Apuleius quum in curiam fugisset:lapidibus & tegulis desuper interfectus:caput eius Rubrius quidam senator per conuiuia in ludibrium circuntulit.Cicero in oratione pro Rubrio.A Quinto catulo.Nam Quintus Catulus una cum Mario Cimbros deuicerat.post uictoriam in area Flacciana tropheum statuit.& hostium spolia suspendit.

Viguit i nostra ciuitate. De gracchis seditiosissimis uiris in capitulo de somniis diximus. qui rempublicam perniciosis legibus perturbantes; uariis temporibus caesi fuerunt. Alter a Scipione Nasica: alter ab Lucio Opimio consule. Fuerunt autem genere & opibus nobiles filii tyberii gracchi uiri patricii & reip. amantissimi nati ex Cornelia superioris Scipionis filia: ergo ex patre Gracchorum erant: ex matre ex gente cornelia: sed illis nec summa patris auctoritas: nec Scipionis gloria profuit: quominus honore sepulturae carerent Spes amplissima Quia de his adhuc pueris spes maxima fuerat in urbe non degeneraturos a patre. Nepotibus Aphricani: Quia ut dixi Corneliae filii fuerunt: quae superioris aphricani filia fuerat. De robore: Robor locus erat in carcere: unde maleficiorum genus praecipitabatur. ideo de robore praecipitari dicebantur quia ante robur certis artibus includebantur: ibiq; per aliquot dies seruati: atq; inde postea depromti praecipitabantur.

Idem sibi licere. Spurius Cassius ut pote uir callidus egit cum tribunis plebis ne subrogarentur magistratus ut respu. magistratibus orbata facilius opprimeretur: sed huic tam nefariae consultationi restitit unus ex tribunis: qui sumpto supplicio de Cassio collegas omnes suos tam impii facinoris auctores uiuos cremari iussit: quanta esset tribunitia potestas in urbe romana: licet multis in locis & auctoribus cognosci possit: non minus tamen ex hoc exemplo cum uno intercedente caeteri resistere nō possent: quod & Plutarchus in uita Gracchorum testatur. Dicit enim: est autem tribunorum plaebis maxima in prohibendo potestas: uno eis prohibente nihil alii etiam si complures sint efficere possunt: ergo Minutius tribunus plaebis non sibi minus potestatis sumpsit in damnandis plectendisq; collegis: q̄ senatus populusq; Romanus in puniendis commemoratis ciuibus. Ecce quomodo plus potuit unus resistens q̄ caeteri uolentes. Sciendum est non licuisse tribunum plaebis per diem integrum abesse roma. Non subrogatis magistratibus Quia comitia impedire nitebantur ne consules caeteriq; magistratibus substituerentur. Libertas cōmunis. i. respub. libertatis adhuc custos. ¶ Diximus de seueritate quae libertatem romanam & defendit & ulta est. Nūc dicendum est de ea quae uirorum disciplinam in urbe continuit. Aeque grauis: Non minus seuera fuit quae in seruanda reipub. auctoritate morumq; disciplina adhibita est.

Marcum enim Claudiū. Marcus claudius bellum gessit in corsis turpiter: Sardinia uero & Corsica īsulae sunt inter Siciliam & Hispaniam: gentilia facti nt Sardos & Corsos: hoc gestū fuit primo punico bello passus est cladem mancino simile

## In Tyberium & Caium Gracchos. Capitulum. DCIII.

Viguit in nostra ciuitate Tyberii & Caii Gracchorū summa nobilitas: ac spes amplissima: sed quia statum ciuitatis conati erant conuellere: insepulta cadauera iacuerunt: supremusq; humanae conditionis honos filiis gracchi & nepotibus aphricani defuit: quinetiam familiares eorum ne quis reipub. inimicis amicus esse uellet: de robore praecipitati sunt.

¶ Viguit &c. Ordo est. Summa nobilitas ac spes amplissima Tyberii & Caii Gracchorum: uiguit in ciuitate nostra. s. romana: sed quia conati erant conuellere. i. labefactare per seditionem & legis agrariae promulgationem: statum. i. tranquillitatem & incolumitatem ciuitatis. s. romanae: iacuerunt eorum corp. cadauera insepulta: & supremus. i. ultimus honos cōditionis humanae: utpote sepulturae: qui fit nihil sentientibus: unde etiam hostibus concedi solet: quia odium cum uita finiri debet: defuit filiis gracchi. s. Tiberii optimi & clarissimi ciuis: & nepotibus aphricani: quia filii fuerunt Corneliae filiae superioris aphricani. Quinetiam. i. insuper familiares eorum. s. gracchorum: nequis uellet esse amicus inimicis reipu. praecipitati sunt de robore. i. praecipitio illo in carcere: ut Oliuerius recitat: cum sint qui dicant de robore animi. i. uerit animi sui Robor gracchis impendere: sed priorem amplectar explanationem: cum dicendo quinetiam auctor seueritatem senatus per familiarium poenam augere uideatur.

## De. P. Mutio trib. plae. Ca. DCIIII.

Idem sibi licere tam. P. Mutius tribu. plae. q̄ senatus & populus Romanus credidit: qui oēs collegas suos qui duce Spurio Cassio id egerāt ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium uocaretur: uiuos cremauit. Nihil profecto hac seueritate fidentius. Vnus enim tribunus eam poenam nouem collegis inferre ausus est: quam nouem tribuni ab uno collega exigere exhorruissent.

¶ Idem &c. recitat seueritatem unius tribuni plae. dicens: Tam Publius Mutius tribunus plaebis q̄ senatus & populus romanus credidit idem. i. eandem seueritatem in puniendo licere. i. licitum esse sibi: qui. s. Mutius cremauit uiuos omnes collegas suos. i. reliquos tribunos plaebis: qui Spurio Cassio duce. i. principali authore: egerant id ut magistratibus non surrogatis. i. non suffectis seu constitutis in locum: magistratu defunctorum: libertas cōis uocaretur in dubium: quia non esset qui uolentem libertatē inuadere resisteret. Profecto nihil sup. est fidentius. i. confidentius aut fiducialius hac seueritate. s. Mutii. Enim pro quia unus tribunus. s. plaebis ausus est inferre eam poenā. s. cōbustionis nouē collegis. i. cōtribunis: quā ipsi nouē tribūi exhorruissent exigere ab uno collega: intellige nisi i libertatem peccasset. Nam caeteris paribus non minus nouem q̄ uni licuisset.

## De senatu in. M. Clodium. Cap. DCV.

Libertatis adhuc custos & uindex seueritas: sed pro dignitate etiam ac p disciplina aeque grauis. Marcum enim clodium senatus corsis: qa

turpem cum his pacem fecerat:dedidit:quem ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit. Semel læsa maiestate imperii:quot modis iræ ptinax uindex? Factum eius rescidit:libertatem ademit:spiritum extinxit:corpus contumelia carceris:& detestanda gemoniarum scalarum nota fœdauit. Atq; hic quidem senatus animaduersionem meruerat.

¶Libertatis &c. Seueritas.s.iustitiæ fuit adhuc.i.ad hunc usq; locum in omnibus exemplis:custos & uindex libertatis:sed sup.fuit æque grauis etiam pro dignitate ac pro disciplina.sup.seruanda.Enim pro quia:senatus dedidit.i.ad uoluntatem de eo faciendam dedit:corsis.i.populis corsicæ regionis inter Italiam & Hispaniam:Marcum clodium : quia fecerat turpem pacem cu in hostibus.quem.s.clodium : non acceptum ab hostibus(quia uoluerunt fœdus seruatum:non eius qui ipsum percusserat necem) senatus iussit necari in publica custodia.Et ita maiestate imperii semel læsa:quot modis sup.fuit:uindex pertinax iræ.s.suæ in clodiu;. q.d. pluribus modis uindictam sumpsit.Nam primo rescidit.i .irritum fecit pactum eius.s.clodii:deinde ademit ei libertatem:quia in seruitutem aut necem eum miserat:tum extinxit spiritum.s.in carcere:& fœdauit.i.deturpauit corpus.s.extincti spiritus:contumelia.i.ignominia carceris: & detestanda nota.s.ignominiæ scalarum gemoniarum unde præcipitabantur regni affectores ambitus conuicti.Atq;(clausula est continuatiua quæ sequenti annecti posset)hic.s.clodius:meruerat quidem.s.turpem pacem faciendo:animaduersionem.i.iustam licet seueram punitionem senatus.

¶ cui deditus esset nec receptus ab hominibus post capitis suppliciu; unco tractus ad gemonias scalas. Libertate:Dedendo cu hostibus. Spiritu;:In carcere mori cogendo. Gemoniarum scalaru:locus est præceps ad quem per scalas descendebatur:sed qui læsisset maiestate; unco trahebatur ad eas scalas:dictæ sunt aute; Gemoniæ scalæ a Gemonio quodam auctore:de his scalis Suetonius in morte Tyberii:ubi dixit adeo lætatu; fuisse populum eius morte:q multi uncum & gemonias cadaueri minarentur:uel certe ut alii dicunt duobus modis sumebatur supplicium de nocentibus:aut enim ad palum nudis corporibus alligati:uirgis ad mortem usq; cædebantur:plæru;q; securi feriebantur aut ad scalas gemonias unco trahebantur: hoc est in proprio gutturi unco producebantur in harenam:ubi postea pendentium crura frangebantur:& postmodum subiecto igni ardebant quod genus supplicii tetigit Iuuenalis:Qui stantes ardent:& fixo gutture fumant. Læsa maiestate Non satis inquit uisum est senatui M.Claudium uno tantum afficere supplicio quis semel tamen populi romani maiestatem læsisset:nam uariis modis de eo sumptum est supplicium. Læsa propter fœdus turpiter ictum cum hostibus. Factum eius rescidit. Quia irritum fœdus esse iussit & pacem non probauit. Libertatem:Quia uinctum ad hostes remisit. Corpus ignominiæ:quia in carcere consumptus est.

In Ca.Cornelium Scipionem.Ca.DCVI.

CN.autem Cornelius Scipio Hispali filius prius q mereri posset expertus est:nam cum ei Hispania prouincia sorte obuenisset:ne illuc iret decreuit:adiecta causa q recte facere nesciret. itaq; cornelius propter uitæ inhonestum actum sine ullo prouinciali ministerio tantumnon repetundarum lege damnatus est.

CNeus autem cornelius. Hic quum ineptissimus esset & flagitiosam duxisset adolescentiam: senatus eum in prouinciam quæ ipsi forte obtigerat:ire prohibuit:q tantæ ministrationi minime uideretur idoneus:quippe qui nullum unq de se sertuitutis specimen edidisset : sed turpiter semp uixisset:& propterea quasi repetudaru damnatus est:in ca.de his qui a patribus degenerarunt. Tantumnon .i.ferme damnatus:græca est enim constructio cum non administrationem prouinciæ suscepisset.

¶Cneus autem Cornelius Scipio filius hispali:expertus e.s. animaduersionem senatus:de qua in superiori clausula:cui hæc annexa est : locutus est:prius q posset mereri sup.eam. Nam cum hispania prouincia obuenisset:sorte.s.ducta:cum collega:ei scilicet Cornelio Scipioni:senatus supple decreuit.id est decreto cauit:ne iret illuc.scilicet in Hispaniam:causa.s.decreti adiecta:q.s. Scipio ille nesciret facere recte. Itaq;.i.& ita cornelius damnatus est propter inhonestum actum uitæ:tantumnon .i.ferme:aut hoc solo dempto q non repetundarum.s.damnatus est:quia sine ullo ministerio prouinciali: & ideo quia in prouinciam ire non licuit:eam spoliare non potuit:quocirca repetundaru reus agi non potuit:& hic uerior est expositio q ut dicamus repetundarum damnatum aut quasi dánatum fuisse:cu; quasi per iocum dicat author:hoc solum boni assecutum q repetundarum damnatus non sit.

In Caium Vatienum. Ca.DCVII.

ET in.C.quidem Vatieno qui sinistræ manus digitos ne bello italico militaret absciderat:seueritas senatus cessauit:Publicatis eni bonis eius:ipsum æternis uinculis puniendum censuit:effecit q ut quem honeste spiritum in acie profundere noluerat:turpiter in cathenis consumeret.

ET in.C.Vatieno. De Italico bello sæpius dictum est quod cum sociis latini nominis gestum est.C.ergo Vatienus ne cogeretur ad hanc militiam proficisci:sinistræ manus pollicem:ne arma sustinere posset abscidit:quod ubi senatus resciuit:illum perpetuis uinculis damnauit:& eius bona publicauit.

¶Ne in caium quidem &c.Ordo est. Neq; dem.i.non etiam:aut non saltem cum exigua uideri possit culpa:seueritas senatus cessauit Ascen.

in Caio Vatieno:qui ne militaret bello itali co absciderat digitos sinistræ manus: cēsuit enim ipsum puniendum æternis uinculis;bonis.i.diuitiis eius publicatis.i.in fiscum publicum redactis:& senatus sup.effecit:ut Vatienus consumeret turpiter in cathenis spiritum.s.uitalem quem noluerat profundere in acie:timore enim mortis se inhabilem ad bellum fecerat.

ID factum.Curius cui dentato cognomen erat:quum delectum haberet aduersus Pyrrhum.quem in Italia in e Sicilia reuersum iterum uicit & Italia pepulit:eius qui citatus non responderat bona subhastauit:nam Pyrrhus ut sæpe diximus:a Tarentinis accitus aduersus romanos;quum post aliquot clades ultro citroq; datas & acceptas:fuisset inuitatus a siculis ad regnum Siciliæ : quod cum petebatur a Carthagineñ cum exercitu traiecit in Siciliā spe potiunde prouinciæ sed quum res aliter cessisset q̄ ille sperauerat:redit in Italiam:tūc consul erat hic Marcus curius dentatus:qui coactus subitum habere delectum:& quum citati iuniores nomina dare recusarent : forte educendos omnes esse duxit:quare quum Poliam tribum in Vrnam coniecisset:adolescēs hic de quo loquitur primus eductus & citatus cum tacuisset:eius bona ut diximus hastæ subiecit:& ipsum pariter adolescentē cū bonis omnibus uendidit:dicens non opus eē reip.tali ciue:qui suis magistratibus parere recuset.Omnibus tribubus Quæ.xxxv.fuerant de tribu Polia:ut diximus supra libr.ii. M.Curius:is dentati cognomen habuit.Poliæ:Nomen tribus.

AEque tenax.Domitius Siciliæ prætor erat:& edictum fecerat ne quis telum gereret:quia prouincia illa frequentia latronum uexaretur:forte accidit ut pastor immensæ magnitudinis aprum occiderit:& illum imperatori deferendum curauit:quo uiso prætor domitius pastorem ad se iussit acciri cognitoq; aprū uenabulo fuisse interfectum:pastorem cruci iussit affigi q̄ te suum nonseruasset edictum Hoc aliquis: diffiniret seueritatem esse eius qui sequitur uerum:aliquis uero seuitiam : & id est quod dixit finem Hoc aliquis:Factum inquit domitii ita positum inter seueritatem atq; sæuitiam ut in utranq; partem trahi possit.nam si hoc persona priuata fecisset sæuitia existimanda foret.Sed quia ratio publicæ maiestatis Romanæ & imperii non patitur eum in puniendo uideri nimis asperum:seueritas est appellanda Vtroq; in utranq; partem : Segniorem.Tardiorem : Egit se.scilicet seueritas.

## De.M.curio consule. Ca.DCVIII.

ID factum imitatus.M.curius consul:quū delectum subito educere coactus esset:& iuniorum nemo respondisset:coniectis in sortē omnibus tribubus:Poliæq; quæ proxima exierat primum nomen urna extractum citari iussit:neq; eo respondēte bona adolescentis hastæ subiecit.Quod ut illi nuntiatum est:ad consulum tribunal cucurrit collegiumq; tribunorum appellauit.Tunc.M.curius præfatus nō opus esse eo ciue:reip.qui parere nesciret:& bona eius & ipsum uendidit.

Id &c.M.Curius consul imitatus id factum .s.seuerum senatus cum coactus esset propter tumultum bellicum educere.s.in bellum : subito delectum.i.milites per delectum conscripsisset:& nemo iuniorum respondisset.i.nomen suum ad militiam dedisset:omnibus tribubus coniectis in sortem.i.in urnam ad sortiendum de eis:iussit primum nomen poliæ.s.tribus quæ exierat proxima.i.prima:quia urna mota & sorte ducta proxima erat extrahenti.hoc est summa in urna:extractum.s.a puero aliquo aut rerum ignaro:urna.i.uasculum in quod sortes.i.singularum tribuum nomina æqualibus tabellis aut chartis inscripta coniecta erant : citari.i.nominatim ad dandum nomen uocari:neq; eo.i. & eo non respondente subiecit hastæ.i.sectioni aut auctioni seu publicæ uenditioni bona adolescentis.Quod ut.i.postq̄ nuntiatum est illi.s.adolescenti:cucurrit ad tribunal consulum:& appellauit collegium tribunorum.s.contra uiolentiā consulis.Tunc.M.Curius præfatus non opus esse eo ciue:qui parere nesciret:uendidit:&.i.simul:ipsum:& bona eius.

## De L.Domitio prætore.Ca.DCCIX.

NEque tenax ppositi.L.Domitius:nam cū Siciliam pretor rōanus regeret:& ad eum eximiæ magnitudinis aper allatus esset:adduci ad se pastorem cuius manu occisus erat iussit.Interrogatūq; qua ui eam bestiam confecisset postq̄ comperit usum uenabulo crucifixit:quia ipse ad exturbanda latrocinia quibus prouincia uastabatur ne quis telum haberet edixerat.Hoc aliquis in fine seueritatis & sæuitiæ ponēdū dixerit.disputatione.n.utroq; flecti potest.Cæterum ratio publici imperii prætorem nimis asperum existimari non patitur:Sic se in uiris puniendis seueritas exercuit:sed ne in fœminis quidem supplicio afficiendis segniorem se egit:

Aeque &c.Lucius domitius sup.fuit æque tenax.s. executor ppositi. Nam cum ipse prætor Romanus regeret siciliam:& aper.i.porcus siluester eximiæ magnitudinis allatus esset ad eum:iussit pastorem cuius manu occisus erat adduci ad se:& crucifixit interrogatum qua ui confecisset.i.interemisset eam bestiam.s.tam ingentem postq̄ comperit eum usum uenabulo.i.cuspide uenatoria:crucifixit inquam:quia ipse.s.prætor edixerat.i.publico edicto uetuerat ad latrocinia quibus prouincia.s.sicilia uastabatur exturbanda.i.ui pellenda:ne quis haberet telum.i.arma inuasiua:quibus a longe præsertim inuadere possent.Aliquis dixerit.i.dicere possit:hoc.s.factum domitii:ponendum sup.esse in fine.i.confinio seueritatis & seuitiæ:enim pro quia ipsum potest flecti disputatione.i.argumē

ratione philosophica aut probabili utraqz id est ad utrãqz scilicet tam ad sanctitatem q̃ ad seueritatem: Caeteruz.i.sed: ratio publici imperii quo tunc fungebatur: & quia non ad sui uindictam sed ad publicam utilitatem tale exemplum prodidit: non patitur existimari.i.iudicari nimis asperum. Seueritas exercuit se sic in uiris puniendis: sed ne quidem.i.non etiã egit.i.gessit se segniorem.i.pigriorem in foeminis afficiendis supplicio: quibus uerbis parasceuẽ facit ad sequentia.

## De Horatio in sororem Ca.DCX.

HOratius post proelium trium curiatium con ditione pugnæ omnium albanorũ uictor cũ ex illa clarissima acie domum repẽs sororem suam uirginem curiatii sponsi mortem profusius q̃ illa ætas debebat flentem uidisset gladio quo patriæ rẽ be ne gesserat interemit: parum pudicas ratus lachrymas quæ prepropo amori dabantur Quem hoc nomine reũ apud populum actum pater defendit. Ita paulo propen sior animus puellæ ad memoriam futuri uiri fratrem ferocem uindicem & uindictæ tam rigidum assensorem patrem habuit.

¶ Horatius.s.unus ex trigeminis Romanis qui cum totidẽ Curiatiis al banis certamẽ inierant ut oliuerius ex liuii lib.i.recitat: uictor omnium albanorum: post proelium trium curiatium: pro curiatiorum: conditione id est ex conditione pugnæ quia ea conditione certamen inierant ut utra pars trigeminorum fratrum uicerit: ei reliqua pars tota pareret: cum repetens domum ex illa clarissima acie qua unus tris interfecerat & patriæ liberta tem pepererat: uidisset sororem suam uirginem flentem profusius.i. abun dantius q̃ illa.s.puellaris ætas debebat.i.flere mortem Curiatii.s. unus e tribus: sponsi.sup.sui: quia illi desponsata erat: sed non decebat tam profuse sponsum flere: cum uirgo esset: nec ueneris mores nec dulcia pignora nos cens interemit sup.eam gladio: quo bene gesserat rem patriæ: quia eius li bertatem conseruauerat: & albanum populum eidem subiecerat: ratus la chrymas parum pudicas quæ dabantur amori præpropero.i. nimis festi no & nondum maturo: Quem.s.Horatium reum hoc nomie.i.hac ratio ne cædis sororiæ: pater defendit apud populuz. Ita.i.& sic animus puellæ propensior idest procliuior & inclinatior paulo.i.modico.s.quam decebat ad memoriam futuri uiri habuit fratrem ferocem uindicem: & patrem tã rigidum assensorem.n.i. approbatorem uindictæ.s.factæ per fratrem. Ve rumtamen de patre facile existimari potest eum non sponte assensum q̃a si uiua adhuc fuisset nunquam assensum præbuisset: ut propter pias licet importunas lachrymas occideretur: uerum ui coactum ne penitus orbus relinqueretur: quam causam etiam præcipuam populo obiecit ut filio par ceret: qui amissis duobus fratribus & interfecta sorore unicus supererat.

## In bacchanalium conta minatrices. Ca. DCXI.

COnsimili seueritate senatus postea usus Spu rio Posthumio Albino & Quito Marco Phi lippo consulibus mandauit ut de his quæ sa/ cris bacchanalium incestu usæ fuerant inquirerent. a q/ bus cum multę essent damnatæ in omnes cognatas in tra domos animaduerterunt: atq; patens opprobrii de/ formitas seueritate supplicii emendata est quia quantũ ruboris ciuitati nostræ mulieres turpiter se gerẽdo icus serant tantum laudis grauiter punitæ attulerunt.

HOratius post. Tulius hostilius cum C. Ciutlio albanorum rege bellum gessit in cuius mortui locum mætius suffectius substitutus est dictator. cum igitur duce Ciutlio acies utrinqz constitissent instru ctæ placuit ut utrinqz deligerentur tergemi ni fratres quorum utra pars uicisset ei altera pareret quo facto horatius Romanus cæsis duobus fratribus suis curiatios ipse omnes interfecit. Cũ redisset ouans trigemina spolia p̃ se gerẽs soror uirgo q̃ desponsata uni ex cu riatiis fuerat illi obuiã ad portã capenã fuit: cognitoqz sup humeros fratris paludamẽto sponsi qd ipsa fecerat crines soluit & flebiliter noie sponsum mortuũ appellat: mouet feroci iuueni animũ cõploratio sororis i uictoria sua tãto gaudio publico: stricto itaqz gladio sil' uerbis increpãs transfigit puellã: abi hinc cũ imaturo amore, inqt ad sponsũ tuũ oblita fra trũ mortuorũ uiuiqz oblita patriæ: sic eat q cũqz romanũ lugebit hostẽ: hic deinde lege perduellionis dãnatus ẽ: erat ãt lex horrẽdi criminis duũuiri pduellionẽ iudicẽt si a duũ uiris prouocarit puocatione certato si uince rẽt caput obnubito infelici arbori reste suspẽ dito: uerberato uel itra pomeriũ uel extra po meriũ hac lege dãnatus: cũ ad populũ puo casset de puocatiõe certatũ ẽ: mori hoies in eo iudicio maxie pře Horatio pclamante se filiã iure cæsam iudicare: ni ita esset prio iure in filiũ aiaduersurũ fuisse: orabat deinde ne se quẽ paulo ãn cũ egregia stirpe conspexissent orbũ liberis facerẽt: additis deinde iuuenis laudibus uictoriaqz parta absolutus est: ma gis admiratione uirtutis q̃ iure causæ: sed ut cædes aliquo mãifesto piaculo lueret impa tũ patri ut filiũ expiaret publica pecunia i is qbusdã piacularib9 sacrificiis factis: q deide gẽti Horatiæ tradita sunt: trãsmisso peruiaz tigillo capite adoperto uelut sub iuguz misit iuuenem. id hodie publicæ queqz semper re fectum manet: sororium tigillum uocãt. Cõ ditione pugnæ. Quãuis tres tãtummodo ui cisset: uicerat tamen omnes albanos: sancita inter se lege pariqz conditione ut utra pars ui cisset altera illius pareret imperio. Præprope ro amori: Immaturo & tempestiuo. quia spõ sa dũtaxat erat. Propensior: procliuior: fors i quit qui nimio plus q̃ æquum erat in futurũ maritum inclinat esse uidebatur quippe que occisorum fratrum oblita solum maritum lu geret & fratrem accerrimum hostem uindicẽ & patrem rigidum comprobatorez illius cæ dis experta est Vindicem.i.crudelem ultorez Rigidum assensorem Asperum comproba torem eius cædis.

COnsimili seueritate Liuius de bello macedõico scribit quõ hæc baccha nalia hoc est sacrificia bacchi i urbẽ

Valerius maximus

romanam serpserit Erat autem eiusmodi: mulieres uiris promixte noctu per urbem uagabantur furentes & stupra multa cōmittentes & propter hoc nonnullae maritos ueneno necabant ut liberius & ea sacra facerent & libidini suae satisfacerent cōspirasse supra septē milia uirorum foeminarumq; dicebantur: senatus ergo tantam rei deformitatem atq; periculum exhortens: decreuit earum inquisitionem fieri quae turpiter his sacris iterfuissent ex quo multae punitae sunt & ciuitatis opprobrium emendatum est. Intra domos: priuatis matronae sunt in suis aedibus punitae: nā mulieres damnatae aut cognatis aut ī quorum manu essent traditae sunt ut ipsi in priuato animaduerterent in eas si nemo erat idoneus supplicii exactor in publico animaduertebatur. Lateq; patens. Per totam ciuitatem.

¶ Consimili &c. Senatus usus postea consimili seueritate mandauit Spurio Posthumio Albino: & Quinto Marco Philippo consulibus ut inquirerent de iis quae usae fuerant incestu id est coitu uetito quia in loco tempore & officio quo tunc fungebantur sacro: sup. in sacris bacchanalium: i. sacrificiorum bacchi: a quibus. s. consulibus cum multae essent damnatae animaduerterunt in omnes cognatas. i. puniuerunt & multauerunt recte cognatas suas intra domos. s. suas & ita in occulto: & deformitas opprobrii. i. turpitudinis quae poterat Romanis omnes opprobrio dari: patens late: quia plurimas attingerat: emendata est. i. correcta: seueritate supplicii: quia quantum ruboris. i. uerecundiae mulieres inculcerant nostrae ciuitati gerendo se turpiter: tantum laudis attulerunt ciuitati nostrae. punitae grauiter non tamen ipsae punitae sed earum punitiones: & reuera crimina priuata non debent cōmunitati ut dicunt uitio dari nisi dissimulētur.

## In Publiciam & Liciniam Cap.DCXII.

Publicia autem quae posthumium Albinū cōsulem: item Licinia quae Claudium Asellū uiros suos ueneno necauerant propinquorū decreto strangulatae sunt. Nō enim putauerunt seruissimi uiri in tam euidenti scelere longum publicęq; quaestionis tempus expectandum. Itaq; quarum innocentium defensores fuissent: sontium maturi uidices extiterunt.

Publicia. ostendit nonnullas fuisse perditae luxuriae foeminas quae uiros suos ueneno necarunt ut liberius & ea sacra pro sua libidine celebrarent: de quibus a propinquis sumptum est supplicium q noluerunt de illis ullum spectare iudicium indignum existimantes in tam euidenti scelere publicam quaestionem desiderari: quare indēnatas suis manibus strangularunt: iusta profecto animaduersio. Euidenti Manifesto scelere. Publicae quaestionis. i. inquisitionis forēsis. Maturi iudi. Celeres & festini.

¶ Publicia autem item Licinia quae necauerunt uiros suos ueneno Publicia inquam quae sup. necauit ueneno: Posthumium Albinum consulem item Licinia quae necauit ueneno Claudium Asellum strangulatae sunt. i. suffocatae domi decreto propinquorum. Enim pro quia: uiri seuerissimi. s. uidelicet propinqui earum: non putauerunt longum tempus: quaestionis. i. inquisitionis & ut dicunt informationis publicae: expectandum sup. esse in scelere tam euidente. Itaq; ipsi extiterunt uindices. i. ultores: maturi. i. festini aut tempestiui: sontium. i. nocentium: quarum innocentium. i. si innocentes fuissent ipsi fuissent defensores.

## In Egnatii uxorem bibacem. Cap.DCXIII.

Magno scelere horum seueritas ad exigendam uindictam cōcitata est: Egnatii autem metelli longe minori de causa. Qui uxorem q uinū bibisset fuste percussam interemit. Idq; factum non accusatore tantum: sed etiam reprahensore caruit: unoquoq; existimante optimo illam exemplo uiolatae sobrietatis poenas pepēdisse. Et sane quaecūq; foemina uini usū immoderate appetit: & uirtutibus omnibus ianuā claudit: & delictis aperit.

Egnatii autem. Aulus gellius de noctibus atticis dicit non minus punitas fuisse mulieres a iudicibus quae uino usae essent q̄ si adulterium commisissent unde superius in capitulo de institutis. Valerius dixit olim romanis foeminis usus uini fuit ignotus. Non est igitur accusatus nedū damnatus: Metellus qui uxorem fuisse necauerat q eam uinum bibisse deprahenderat. Ianuam claudit. Nam ubi nimio uino mens hominis oppressa fuerit nihil altum neq; magnificum suspicere potest: uinū igitur immoderate sumptum ad uicia praecipitem hominem trahit retrahitq; a uirtutibus.

ASCENSIVS.

¶ Magno scelere. Transcēdi ad sequēs exēplum occasione praeposita clausula: quae ut contextus cohereat melius sequenti annectitur. Ordo enim est Seueritas horum. s. iam dictorum tam in bacchidas q̄ in ueneficas est excitata ad exigendam uindictam magno scelere: uidelicet incestus & ueneficii: aut prosed: seueritas sup. Egnatii Metelli excitata sup. est ad uindictam exigendam de causa longe minore. Qui interemit uxorē percussam fuste. i. baculo: eo q bibisset uinum Et id factum eius non tantum caruit accusatore: sed etiam reprahensore unoquoq; existimante idest iudicante scilicet illam uxorem eius pependisse. i. persoluisse & luisse poenas sobrietatis uiolatae: exemplo optimo. i. utilissimo aliis mulieribus ad fugiendum uinum. Et sane idest reuera quaecunq; foemina appetit immoderate usum uini: & idest simul claudit omnibus uirtutibus ianuam idest aditum ad se: & aperit scilicet ianuam delictis. s. omnibus.

Oritidum Rigida nimis & aspera Sulpitii galli seueritas in examinanda uxoris pudicicia fuit qui nullam aliam ob causam uxorem uelut impudicam

## De Caio sulpitio gallo. Cap.DCXIIII.

Oritidum Caii quoq; Sulpitii Galli maritale sup

plicium. Nam uxorem dimisit q eam capite aperto fo/ris uersatam cognouerat. Abscissa sententia: sed tamen aliqua ratione munita: lex enim inquit tibi meos tantũ pfiniuit oculos quibus formam tuam approbes: & placere desideres his decoris instruméta compara: his esto speciosa: horum te certiori crede notitiæ. ulterior tui cõspectus superuacua irritatione accersitus in suspitiõe & crimine hæreat necesse est.

repudiauit q̃ q detecto capite processisset ĩ publicũ quasi aliis placitura non sibi cũ solis uiri oculis debeat approbari. Abscissa sententia græcæ dixit αποΛομαδια: sæc era sententia uel breuis & concisa. Lex enim inquit: uerba qbus maritus uti poterat ad uxorem. Meos tibi pfiniuit oculos. Lex inqt fœderis nostri te tantum mihi spectandam præbet formãq3 probandã. His oculis meis. ulterior q̃ uir concedat.

¶ Horridũ quoq3 &c. Ordo est Supplicium maritale. i. mariti in uxorem utpote Caii Sulpitii Galli fuit sup. quoq3. i. etiam horridum. i. asperum & horrendũ. Nã ipse dimisit uxorẽ q cognouerat eam uersatam foris. i. extra domũ capite aperto. i. nudato hoc est non cooperto. Sentẽtia sup. eius fuit abscissa. i. rigida & dura & ita breuis: nã res duræ uno ictu abscinduntur: sed tamen munita aliqua ratione: inquit enim Sulpitius Gallus ad uxorem: lex. s. coniugibus lata pfiniuit. i. præscripto permisit tibi tantum meos oculos quibus approbes formã tuã: & quibus desyderes placere: compara his scilicet oculis meis instrumenta decoris esto speciosa: his scilicet oculis meis crede. i. committe te certiori. i. perspectiori notitiæ: horũ. s. oculorum meorum: quibus ut certe noscant nudata apparere potes: necesse est: ut sup. conspectus tui. i. de te seu quo tu conspiciaris: ulterior idest ultra meum seu oculorum meorũ accersitus idest quæsitus aut in mediũ adductus: irritatione. i. tentatione uidendum superuacua. i. qua tã uidens q̃ uisa melius careat: hæreat. i. anceps uersetur in suspitione & crimine.

## De. Q. Antistio Vetere. Cap. DCXV.

Ec aliter sensit Quintus Antistius Vetus repudiando uxorem q illam in publico cũ quadam libertina uulgari secreto loquentem uiderat. Nam (ut ita dicam) incunabulis culpæ & nutrimentis: non ipsa cõmotus culpa citeriorem delicto præbuit ultionem ut potius caueret iniuriam q̃ uindicaret.

Ec aliter: Nihilo remissioris seueritatis minorisq3 iudicii fuisse uidetur Q. antistius qui diuortiũ dixit uxori. ea. n. q3 dimisit q eũ ipudica libertina clam fuisset locuta argumentum inde sumens non honestæ pudicitiæ eã esse quæ cũ impudica cõmertiũ haberet. maluit ergo iniuriã cauere q̃ punire. Vulgari quæ corpus suũ uulgauerat. Vt ita dicã: sic enim dicere solemus cum aliquid improprie dicitur. Nutrimentis quæ sunt mala colloquia. Citeriorem: Ante delictũ quare anteq̃ peccaret puniuit neq3 enim timebat cõmisisse culpam sed remittẽdi mireationem.

¶ Nec Quintus Antistius uetus sensit aliter. s. q̃ Sulpitius gallus repudiando uxorem: q uiderat illam loquentem in publico. s. loco secreto. i. quasi in aurem: cum quadam libertina uulgari. i. quæ corpus suum uulgarat: aut ut lena uulgari libidini inseruiebat: Nam ipse Antistius cõmotus incunabilis. i. primis originibus & nutrimentis. i. fomentis culpæ (ut ita dicam. i. ut modo liceat seminaria uitiorum uocare eorum incunabula) & non cõmotus ipsa culpa quam uxor nundum admiserat: præbuit ultionem citeriorem delicto. i. priusq̃ delictum seu peccatum consũmatum esset Citra enim dicitur non usq3 ad. ut homo magnificus citra arrogantiam. i. non pertingens usq3 ad arrogantiam. ut ipse caueret. i. præfugeret iniuriam priusq̃ illata esset potius q̃ uindicaret. i. ulcisceretur eam iam illatam aut cõmissam.

## De Sempronio Sopho. Cap. DCXVI.

Vngẽdus ẽ his publius Sempronius Sophus Qui cõiugem repudii nota affecit nihil aliud q̃ se ignorãte ludos ausam spectare: Ergo dũ sic olim fœminis occurritur mens earum a delictis aberat. Cæterum etsi romanæ seueritatis exemplis totus orbis terrarum instrui potest: tamẽ externa summatim cognoscere fastidio non sit.

Vngendus est his publ. Sempro. non alterius sententiæ fuit publ. Sempro. sophus qui leuissimæ culpæ gratia repudiauit uxorem quia se ignaro ludorum spectaculis interfuisset. Nota ignominia & macula. Nihil aliud. s. criminis. Dũ sic. sic sæueritate sæuiendi. Cæterum etsi romanæ. Quãuis inquit ciuitas romana adeo exemplis abundet ut totum terrarum orbem implere possit: non tamen fastidire debemus externa subiungere.

¶ Iungendus &c. Publius Sempronius Sophus quo nomine græcæ sapiens dicitur est iungendus his scilicet seueris in coniuges suas. Qui affecit coniugem nota. i. macula repudii: ausam nihil aliud q̃ spectare ludos se. s. Sempronio marito ignorante. Ergo dũ olim occurrebatur sic. i. tam seuere fœminis. s. matrimonio locatis: mens earum aberat a delictis. Cæterũ idest sedetsi. i. q̃q̃ totus orbis terrarum potest instrui exemplis seueritatis Romanæ tamen non sit fastidio cognoscere summatim idest collectim & breuiter: externa. s. exẽpla seueritatis: & ita apto pede ad ea progreditur. Ascen.

Lacedæmonii libros &c. Primum externæ seueritatis exemplum Lacedæmoniorum qui Archilochi poetæ libros: ut Valeri. refert eiecerunt q in his scriptum esset huius sententiæ carmē: satius est amittere arma q̄ mori. Plu. uero dixit non solum libros: sed ipsum quoq; electū fuisse eadem hora q̄ primum acceperunt eum poetice scripsisse melius esse amittere arma quā mori: sic enim ait Aspida quæ circū perit mihi calipō alto in luco samio possidet ille meam. At caruisse armis q̄ mortem occumbere præstat: Aspide pro capite mox melior dabitur. Et cum lacedæmones bellicosi essent indignati sunt q ea scripsisset quæ contra rei militaris dignitatem esse uidebantur eum cū libris suis ciuitate eiecerunt. Ea scilicet lectione. Aut summo proximum: hoc dicit pter homerum quem omnium maximum fuisse constat hunc uero secundum. Domum inuisam: nam sicut apud Hora. legimus in poetria scripsit in licambē socerum suum iambico carmine quo tantum ualuit ut eum ad laqueum cōpulerit unde ait Archilochum proprio rabies armauit iambo. Oui. in ibin. Postmodo si pges in te mihi liber iambus Tincta licābeo sanguine tela dabit. Domum. s. licābis qui filiam archilocho desponderat at eam paulopost denegatā; alteri dederat: qua iniuria lacessitus archilochus iambico carmine sic lusit in eū ut præ dolore uitā laqueo finire coegerit.

Athenienses autem timagoram legatum miserant ad Darium persarum regem. hic cum ad regis conspectus uenisset more illius gentis regem adorauit q ubi senserunt athenienses illum capitali pœna damnarunt q illam adulandi humilitatē contra imperii sui maiestatem fuisse existimarent. Inter officium salutationis. dum salutandi officio fungitur. humil. quia humiliter se prostrauerat. Adulatum. adulor ut uult Pris. tam cū actō q̄ cū datiuo cōstruitur: ut adulor te & tibi. hic cum actō positum.

Iam cambyses (Hoc exemplum Hero. tradit. unus ex magis: sic enim apud persas iudices appellantur: nos autem sapientes dicimus iudiciū; tulerat iniustū: quod ubi res cognouit illi pellē; diripi & in sella extendi: ubi cæteri iudices sederent ut ex eius exemplo discerent recte iudicare: uoluitq; filiū statim in patris locū substitui: ut primus ipse tam horridi iudicii sedē occuparet: hic cambyses Cyri persarum regis filius cum patri successisset in regnum: ut Iustinus tradit. imperio patris ægyptum adiecit offensusq; superstitionibus ægyptiorū apis cæterorumq; deorū templa dirui iussit ad hamonis quoq; nobilissimum templum exercitum misit: qui tempestatibus & harenarum molibus oppressus interiit: mergidem deinde fratrem quem per somnum

## Externa. De Lacedæmoniis In Archilochum poetam. Ca. DCXVII.

Lacedæmonii libros Archiliochi e ciuitate sua exportari iusserunt q eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabātur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui: ne plus moribus noceret q̄ ingeniis prodesset. Itaq; maximum poetam: aut certe summo pximum. quia domū sibi inuisam obscœnis maledictis lacerauerat: carminū exilio mulctarunt.

¶ Lacedæmonii iusserunt libros archilochi scilicet poetæ lyrici & iambico præcipue clari exportari e ciuitate sua: quod arbitrabantur lectionē eorum scilicet librorum parum uerecundam ac pudicam. Noluerunt enī; animos liberorum suorum imbui idest primum institui & infici: ea scilicet lectione librorum archilochi ne noceret plus moribus q̄ prodesset ingeniis scilicet acuendis (ut faciunt fere amasiorum poetarū carmina: & martialis q̄tūuis arguta epigrāmata: a me propterea intacta: & nulla cōmentatione dignata: nec dignanda quidem in quo sum proposito: cum etiam comicos eo quod ab Augustino taxantur parum attigerim: q̄q̄ non magnopere uidētur repellendi: nam & castas habent sententias q̄ plurimas: & amores minus temperatos non proponunt quos imitemur sed quos uitemus ut sacra scriptura non raro amatiorum statuarum meminit.) Itaq; idest & ita lacedæmonii mulctarunt exilio carminum idest expellēdo & arcendo carmina eius: maximum poetam: aut certe proximum summo scilicet poetarum Homero: aut in lyrico carmine pindaro. quia lacerauerat idest prosciderat maledictis obscœnis idest conuiciis obscœno carmine obiectis: domum scilicet licambis inuisam sibi: propter denegatam filiam sibi semel desponsatam.

## De Atheniensibus. Ca. DCXVIII.

Athenienses autem Timagoram inter officiū salutationis Darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio affecerūt. Vnius ciuis humilibus blanditiis totius urbis suæ decus persicæ dominationi summissum grauiter ferentes.

¶ Athenienses affecerunt supplicio capitali idest mortifero: Timagoram idest legatum suum ad darium missum: adulatum idest qui palpauerat & adulatorie ueneratus fuerat Darium regem persarum inter officium salutationis idest dum ipse in primo aggressu salutaret: more gentis illius: ferentis grauiter decus totius urbis suæ: summissum dominationi persicæ blanditiis humilibus idest adulationibus: unius ciuis scilicet sui: hoc est athenieñ.

## De cābyse rege. Ca. DCXIX

Iam cambyses inusitatę seueritatis qui mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractā sellæ intendit in eaq; filium eius iudicaturum cōsidere iussit. Cæterum & rex & barbarus atroci ac noua pœna iudiciis ne quis postea corrumpi iudex posset prouidit.

¶Iam (continuatiua est: ut saepe dixi particula) Cambyses.s. rex medorum & persarum: sup. fuit inusitatae seueritatis: qui intendit idest intentaz supinduxit sellae.i.sedi iudiciali: pellē cuiusdā iudicis mali: detractā ex corpore scilicet eius: & iussit filium eius iudicaturum idest cum deberet aut uellet iudicare: considere idest locum capere in ea scilicet sella paterna cute tecta. Caeterum idest sed: & rex & barbarus idest licet rex qui omnia etiam iniqua uideretur posse: & barbarus qui omnia crudelia uideretur uelle tamen pro iudit atroci ac noua idest insolita poena iudicis: nequis iudex posset corrumpi po.le.a.i. deinceps.

De grauiter dictis & factis.
Titu.IIII.

MAgnam & bonam laudis partem in claris uiris etiā illa uendicant: quae aut ab his grauiter dicta aut facta ptinax memoria uiribus aeternis comprehendit: quorum ex abundanti copia: nec parca nimis nec rursus auida manu quo magis desiderio satisfaciat q̄ satietati abundet hauriamus.

¶Magnam &c. Praefatio est de dictis & factis grauiter: in quorū descriptione pollicetur se modum non excessurum dicens. Illa etiam uendicant sibi magnam & bonam .i. multam aut reuera bonam.i. cōmendabilē partem laudis in claris uiris quae dicta aut facta ab his.s. claris uiris: grauiter.i. cum grauitate: memoria.s. hominum pertinax: quasi multum aut perpetuo tenax: comprachendit uiribus.i. potentiis memorandi: aeternis: ex quorum copia abundanti hauriamus sup. quaedam exempla: manu nec nimis parca: nec rursus.i. econtrario nimis auida: quo.i. ideo ut sup. ipa manus describendo eiusmodi proponens: satisfaciat magis desyderio.s. audelegentium: q̄ abūdet.i. superfluat satietatē.i. usq3 ad satietatē & nauseā.

De Manlio torquato. Ca. DCXX.

CIuitate nostra cannēsi clade percussa cum admodum tenui filo suspensa reip. salus ex sociorum fide pēderet: ut eorum animi ad imperiū Romanum tuendum constantiores essent maiori parti senatus principes latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Anius autem campanus etiam consulem alterum capuae creari debere asseuerabat: sic cōtusus & aeger Romani imperii spiritus erat: tunc Manlius torquatus filius eius qui latinos apud Veserim inclinata pugna fuderat: q̄ poterat clara uoce denunciauit: si quis sociorum inter Patres Conscriptos sententiam dicere ausus esset: continuo se ipsum interempturum. Hae unius minae & Romanorum languentibus animis calorem pristinū reddiderunt: & Italiam ad ius ciuitatis nobiscum exequendum consurgere passae non sunt: namq; ut patris armis: ita uerbis filii fracta cessit.

uiderat regnaturum occidi iussit & sacrilegio parricidium adiunxit quarum rerum Paulo post poenas & ipse dedit: nam gladio quo apim uulnerauerat sua sponte euaginato femore ictus interiit. Non mirum igitur si saeuitia potius q̄ seueritate usus fuerit in hominē cum in deos quoq3 crudelissimus fuerit. De hoc cambyse: & Luca. mentionem facit lib. x. Vesanus in ortus cambyses longi populos peruenit ad aeui defectusq3 epulis & pastus caede suorum ignoto te nile redit. Caeterum & rex: quia reges omnia sibi licere putant: Barbarus atrocisnam barbarorum natura imanis est: ergo ipsi ignoscendum: Romanis autem minime.

De grauiter dictis & factis.
Titulum quartum.

MAgnam & bonam laudis. haec eadē exempla memoriae mandanda quae cum grauitate aut dicta aut facta sunt: ex quibus utilitatis plurimum legentibus. auctoribus uero nō minus laudis & gloriae futurum sit. Claris uiris. Quia ut graeci dicunt sermo qui ex ore proficiscitur eius: de quo magna est opinio: & eius de quo nulla ē opinio & si idem sit: non tamen idem ualet: quia pluris aestimatur sermo clari uiri ore ꝓueniens q̄ ex ignobilis ergo recte dixit in claris uiris. Aeternis utiq̄ de saturis. Ex abū. co. Quia finis ratio est. multa enim multorū grauiter dicta factaq3 narrari possent sed ea tātum referamus quae lectoris desiderium expleant. non autem satietatis fastidium afferant. Omnis enim copia fastidium inopia desiderium ingenerare solet.

CIuitate nostra. nota est historia cum Hannibal saepe Romanos exercitus fudisset in italia & in primis. P. Scipionem: deinde ad Lacum ticinum siue transimenum. T. Flamineum. postremo in apulia apud cannas Terenti. Varronem: paulum aemylium quae clades omnium grauissima sic uires Romanas concusserat debilitauerat: ut a nonnullis prope de rep. desperatuz fuerit. eo igitur tempore tam difficili tamq3 calamitoso cum sociorum animi essent quacunq3 ratione in fide & officio retinendi: in quibus reip. salus posita esse uideretur censebat pars maior senatus latinorum principes in ordinem senatorum deligi: atq3 alterum ex campanis consulem creari. tum Manlius torquatus hoc quasi indignum & quasi ignominiosum tanto imperio fore existimans q̄d metu territi alienos uellent senatoria dignitate donare magna uoce miratus est se illuz ex sociis esse interfectuz: quicunq3 primus inter patres sententiam dicere ausus esset: qua uoce dignitatem senatus prope labentem restituit & patres a sua sententia reuocauit. Li. se tamen in quibusdam ānalibus inuenisse dicit a cāpanis cum tam defectionis cōsilium iniss

sent romam fuisse missos legatos postulātes ut alter consul campanus fieret si rem roma nā adiuvari velint indignatione orta submoueri a curia iussos esse missūq3 lictoré q ex urbe educeret eos atq3 eo die manere extra fines Romanos iuberet: quia nimis compar latinoꝝ quondā postulationi erat. Filius eius: nota est historia apud Li. lib. ix. Quo pacto manlius & decius bello latino quod apud uesuuiū gestū est. consules erant: ubi Decius se procip. salute deuouit & latinoꝝ exercitus fuit ad internetioné prope caesus ut uix pars quarta superfuerit. Siqs socius Sed amplius dicit Li. dicit enim siue Romanus si peregrinus fuerit. Cōtusus: collisus. Vesuuiū montē in cāpania. Pli. tamē de ui. illu. dicit uesuuiū flu. esse. Stra. uero montem celeberrimum & amoenissimis habitatum agris excepto cacumine.

❡Ciuitate nostra. i. romana: percussa. i. attonita & semifracta: clade cānensi. i. apud cannas in apulia accepta cū salus reipu. penderet suspensa tenui filo. i. modico sustentaculo: ex fide socioꝝ: placebat maiori parti senatus pricipes Latinoꝝ sublegi. i. legendo suffici & substitui: in ordiné suum idest senatorū: ut animi coꝝ. s. sociorū essent constantiores ad tuēdu3 iperiū Romanū. Auté pro sed Anius campanus: asseuerabat. i. affirmabat seueris uerbis: alteꝝ etiam consulem debere creari: capuae: hoc est ex ciuibus campanis. Sic. i. usqueadeo: aut per ea postulata: erat spiritus Imperii romani contusus & aeger. Tunc Manlius Torquatus filius eius. s. torquati: qui fuderat latinos apud Veserim. s. flu. (alii legunt uesuuiū mōtem) acie. s. romana priusq̄ se decius deuoueret inclinata. s. ad fugam aut occidionem: denunciauit. i. protestatus est uoce q̄. i. q̄tum poterat clara: si quis sociorum ausus esset dicere sententiam. i. sedere ut iudex inter patres cōscriptos. i. senatores Romanos: se interempturum continuo ipsum. Hae minae. i. interminationes unius. s. patricii ordinis uiri: reddiderunt: & idest simul: animis romanorum languentibus: calorem pristinum: & non sunt passae Italiam idest socios Romani imperii: consurgere ad exequendum nobiscum ius ciuitatis. Namq3 ut scilicet Italia reliqua cessit. s. iperio romano: fracta armis patris. s. huius manlii: qui apud Veserim latinos strauerat: ut iā dictū est: ita cessit ab inuasione patriciatus & senatorii ordinis fracta uerbis filii. i. huius Manlii torquati Iunioris.

## De Manlio patre. Ca. DCXXI.

Par illius quoq3 Manlii grauitas cui cum consulatus omnium consensu deferretur: eūq3 sub excusatione aduersae ualitudinis oculorum recusaret instantibus cunctis alium inquit quirites quaerite ad quem hunc honorem trausferatis. nam si me gerere eum coegeritis: nec ego mores uestros ferre nec uos meum imperium perpeti poteritis. Si priuati tam ponderosa uox q̄ graues fasces consulis extitissent?

Par illius: Non minor uerborum grauitas fuit eius patris qua ad populū usus est quo tempore comitia consularia habebantur: cum enim tribus oēs consulem illum renunciarēt. primo negauit se ob aduersam ualitudinem suscepturum esse magistratum: deinde ubi sensit populum idē mādando pertinacem esse plane dixit nec se illorum mores: nec illos imperia sua perpessuros esse. qua uoce populum de constanti sententia deiecit. Illius. s. Manlii torquati armis Italiam uicit. nā3 pater armis filius uerbis italiam superauit. Si priuati. si priuatus inquit Manlius. tam grauiter ad populum locutus est quid illū putamus consulē fuisse facturū?

Ascen. ❡Par &c. Grauitas quoq3 illius Manlii. s. Torquati: par sup. fuit. i. aequalis ponderis: cui. s. Manlio: cum consulatus. i. magistratus ille consularis: deferretur. i. praesentaretur: consensu omnium. s. tam patrum q̄ populi & recusaret eum sub excusatione ualitudinis. s. aduersae. i. morbi oculorum: cunctis instantibus. i. urgentibus: ut cōsulatum acceptaret: inquit o quirites. i. romani: quaerite alium ad quem transferatis hunc honorem: nam si cogeretis me gerere eum nec ego sup. potero ferre. i. tolerare mores uestros: nec uos poteritis perpeti imperium meū idest iperiositatem meā. Si (inquit Author) uox priuati idest non fungentis magistratu sup. fuit: tam ponderosa idest grauis: q̄. i. q̄tu3 graues extitissent fasces consulis? q. d. nimirum grauissimi.

## De Scipione Aemyliano. Ca. DCXXII.

Nihilo segnior scipionis aemyliani aut in curia aut in cōcione grauitas. Qui cum haberet cōsortē censurae mumiū ut nobilem ita eneruis uitae: pro rostris dixit se ex maiestate reip. omnia gesturum si sibi ciues uel dedissent collegā uel nō dedissent.

Nihilo segnior. Hic fuit Scipio aemylianus qui cū censor creatus esset & illi collega mumius datus esset uir mollis & effoeminatus pro concione dixit se pro reip. dignitate omnia fuisse gesturū si populus ei collega3 uel dedisset uel nō dedisset. Pli. de ui. illu. Scip. inquit censor mumiu3 collegam sortitus in senatu ait: utinam mihi collegam dedissetis aut non dedissetis. In curia: ubi sententia dicebatur in concione ad populum. Eneruis: mollis & effoeminatus. Dedissent uel non: nam ita dederunt: ut nō dedisse uideantur: erat enim hic effoeminatus qui ipsi potius impedimento q̄ auxilio futurus eēt. Dedissent idoneum. Non dedissent. Vt sui iuris esset.

❡Nihilo &c. Grauitas Scipionis Aemiliani: nihilo idest i nullo: fuit sup. segnior. i. minus strenua: aut in curia coram patribus conscriptis aut in cōcione coram populo. Qui cum haberet Mumium consortem idest collegam censurae: hominem sup. ut nobilem: ita uitae eneruis idest mollis & effractae: dixit pro rostris idest ex illo edito loco ad populum loquens: se gesturum omnia ex maiestate reip. si ciues uel dedissent sibi collegam idest uirum dignum qui censurae munere fungeretur: uel non dedissent scilicet hominem indignum tali munere: qui tamē eo q collega esset & sine eo alter non decenter omnia curaret: plus impedimenti q̄ adiumenti erat Scipioni allaturus.

De eodem Scipione.Ca.DCXXIII.

IDem cum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius consules in senatu contenderēt. uter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur ac magna inter.P.C.dissensio esset omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus neutrum īquit mihi mitti placet:quia alter nihil habet:alteri est nihil satis. Aeque malam licentis imperii magistram iudicās inopiam:atq; auaritiam. Quo dicto ut neuter in prouinciam mitteretur obtinuit.

¶Idem.s.Scipio Aemilianus:Cum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius (sunt qui dicunt Valerius) consules contenderent in senatu:uter mitteretur in hispaniam aduersus Variatum:ac magna dissensio esset inter patres conscriptos:omnibus expectantibus quonam.i.in utram partem:sententia eius uidelicet Scipionis:inclinaretur:inquit placet mihi neutrū mitti:quia alter.s.Galba nihil.s.rerum habet:& nihil est satis alteri scilicet aurelio qui tam auarus erat ut expleri non posset:iudicans inopiam atq3 auaritiā aeque malam magistrā.i.gubernatricē imperii licētis.i.licēter & pro hubito agēdis & ita praepotentis.Quo dicto obtinuit sup.ipse Aemilianus ut neuter mitteretur in prouinciam:hoc est in hispaniam.

De Pompilio legato.Ca.DCXXIIII.

CNeus uero pompilius a senatu legatus ad Antiochum missus:ut bello se quo ptolaemum lacessebat abstineret cum ad eum uenisset atq; is prompto animo amicissimo uultu dextram ei porrexisset inuicem ei suam porrigere noluit:sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit:quas ut legit Antiochus dixit se cum amicis collocuturum indignatus pōpilius:q; aliquam moram interposuisset uirga solū quo insistebat denotauit:& prius inquit q̄ hoc circulo excedas da responsum qd senatui referam.Non legatum loquutum:sed ipsam curiam ante oculos positam credes res.continuo enim Rex affirmauit fore ne amplius de se Ptolemaeus quereretur.Ac tum demū pompilius manum eius tanq̄ socii.apprehendit.Quā efficax ē animi sermonisq; abscissa grauitas:Eodem momento syriae regnum terruit:aegypti texit.

¶Cneus uero Pompilius legatus missus a senatu ad Antiochum scilicet regem syriae:ut abstineret se bello:quo lacessebat.i.uexabat Ptolemaeum scilicet regem aegypti cum uenisset ad eum:atq3 is.s.Antiochus porrexisset ei dexteram animo prompto & uultu amicissimo:noluit inuicem idest uicissim:porrigere ei scilicet regi suam.s.dexteram : sed tradidit tabellas continentes senatusconsultum idest decretum denunciandum antiocho : quas ut legit Antiochus dixit se collocuturum cum amicis. Pompilius indignatus quod interposuisset aliquam moram:denotauit idest ducta in circuitum Linea designauit Virga scilicet quam in manu tenebat: solum idest terram in qua ambo stabant : & inquit priusquam excedas hoc cubiculo: Scilicet uirga circunscripto da responsum quod referam senatui Tu crederes (inquit Valerius) non legatum locutum : sed ipsam curiam scili

IDem cum Seruius:hic uiriatus ut Liui.& Entropius referunt de pastore uenator de uenatore latro :de latrone iussi exercitus dux factus totam lusitaniam quae magna hispaniae pars est occupauit.M.uetiliu praetorem fuso eius exercitu cepit post quē.C.plaucius praetor nihilo foelicius rem gessit:tantūq3 terrorē is hostis intulit:ut aduersus eū consulari opus esset exercitu:missus est.Q.Fa.maxi. procō. caeterum de hoc uiriato plura dicemus li.ulti.c.de perfidia ubi agitur de eius morte.erāt autem eo tempore consules galba & aureli.quorum alter auaritia:alter inopia laborabat:cum igitur dissiderēt inter se de prouincia hispania quā uterq3 sibi dari deposcebat:res in senatu relata est ubi cū Scipio sententiam dicere iussus esset:neutrum cēsuit esse mittendum q̄d alter nihil haberet:alteri nihil satis eē posset duo dixit quae solent homines ad maleficium breui cōpendio impellere.s.inopia & auaritia.Alter:galba.Alteri.Aurelio quem auarum fuisse constat.

CNeus uero pōpilius Antiochus bello infestabat Alexandriam regis ptolemaei regnum qui populi Romani [illegible] issimus erat Ptole.quaerelas detulit ad senatum de Antiocho rege senatus cēsuit ad illum mittendos esse legatos qui iuberēt eum a bello desistere quod ni fecisset inductorum sibi bellum esse cognosceret. missus est igitur.Cn.Pompi.qui cum in regis cōspectum uenisset non prius illi dexteram porrigenti attingere uoluit:q̄ illum populi Ro. amicum esse cognouit cum etiam traditis ei publicis literis expositaq3 legatione sup his amicos suos consulturum respondisset: deinde responsurum ille magnanimitate plenus locum illi circunscripsit atq3 interdixit : ne prius inde discederet q̄ responsum daret senatui populoq3 referendum. Si quis pompilium loquentem audiuisset non legatum sed ipsum senatum existimasset.Plin.xxxiiii.na .hi. aliter sentit:non Cn.Pom.sed.C.octauium legatum fuisse dicit & in ea legatione a rege occisum non praeteribo inquit.C. octauium ob unum uerbum non regem antiochum dilaturum se responsum dicentem uirga quam tenebat forte circunscripsit:& prius q̄ egrederetur circulo illo.responsum dare coegit:in q̄ legatione interfecto senatus statuam poni iussit q̄ oculatissimo loco in rostris.Ptolemaeum: alexandriae & aegypti regem . Amicissimo uultu :ut beniuolentiam ostenderet erga populum Romanum.Senatusconsultum:quod erat eiusmodi:nisi abstineret a bello contra Pto.bellum a Romanis sibi indictum esse.

cet Romanam idest ſenatum omnem: poſitam ante oculos.ſ.antiochi: Enim pro quia rex affirmauit conſtituo fore.i. futurum eſſe:ne ptolemæus quæreretur amplius de ſe. Ac pompilius appræhendit tum demum primum.ſ.ubi id aſſuer a uerat: manum eius.ſ.antiochi regis: tanq̃ ſocii.ſ. Romani imperii. Quã.i. o quantũ efficax.i. eius quod facto opus ẽ eſſe ct ix eſt: grauitas abſciſſa.i. breuis & extẽporanea: animi & ſermonis.q.d. maxĩe efficax. quod ꝓbat: quia ipſa terruit eo dem momento: quia uno eodemq; dicto & facto: regnum.i. ipſum regem ſyriæ.ſ. antiochum: & texit idest protexit ab in furia eius: regnum ſup. ægypti.i. regem eius ptolemæum.

## De publio Rutilio Ca. DCXXV.

Publii autem Rutilii uerba prius an facta æſti mem neſcio: nam utriſq; æq̃ admirabile ineſt robur. Cum amici cuiuſdam iniuſtæ rogatio ni reſiſteret atq; is per ſummam idignationem dixiſſet. Q̃d ergo mihi opus eſt amicitia tua ſi quæ rogo non facis? reſpondit. immo quid mihi tua ſi propter te ali quid inhoneſte facturus ſum? Huic uoci conſentanea il la opera: q̃ magis ordinum diſſenſione q̃ ulla culpa ſua reus factus nec obſoletam ueſtem induit: nec inſignia ſenatoris depoſuit nec ſupplices ad genua iudicũ ma nus tetendit: nec dixit quicq̃ ſplendore præteritorum an norum humilius effecitq; ut periculum non impedimẽ tum grauitatis eius eſſet: Atq; etiam cum ei reditum in patriam Syllana uictoria præſtaret in exilio ne quid cõ tra leges faceret remanſit. Quapropter fœlicitatis co gnomen iuſtius quis moribus grauiſſimi uiri: q̃ impo tentis armis aſſignauerit. Q̃d quidem ſylla rapuit Ruti lius meruit.

Publii autẽ rutilii uerba. De hoc pu blio rutilio dictum eſt in capitu. de maieſtate & dicetur infra capitu. ix. lib. vi.i.: mutatione fortunæ. uide aſconium hic inquit eſt. P. Rutilius qui. Qu. ex publi cano dictus conſul poſtea decem legatorum ſententia dicit leges ſiculis conſcripſiſſe. hæc pediãus aſconius. quæſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt quod cum prætore conſenſerat ſuo ne quid agerent publicani in prouincia ſua: quo cognito equites Romani: nam tunc ante ſyllana tempora iudicabant damnarũt eum cum ergo poſt uictoriam ſyllæ: aduer ſus marium redire poſſet in patriam: noluit ne quid aduerſus leges faceret. dubitat ergo uale. prius ne facta an illius grauiter dicta cõmemoret cum utraq; ſint cõmemoratione digniſſima. Quid mi. tua ami. Cice. hæc lex amicitiæ ſanciatur: ut neq; rogemus res tur pes neq; rogati faciamus. Ordinũ diſ. Quia de iudiciis ſenatorius & equeſtris ordo inter ſe diſſidebant. Obſoletam: ſqualidam & im mundam mœroris indicem Effecitq; ut peri culum: Nam ex damnatione nihil a grauita te diſceſſit: ſed grauitatem multomagis com probauit. Quapropter fœlicitatis: Multo iu ſtius inquit fœlix dici potuit & debuit. Ruti lius ſũmæ grauitatis & innocentiæ q̃ ſylla impotentiſſimus homo.

Aſcon. Publii &c. Autem.i. ſed: ego neſcio utrũ ſup. æſtimẽ.i. cenſeam & penſitem prius uerba.ſ. grauiter dicta: Publii rutilii an facta ſup. eius: nam robur æque admirabile ineſt utriſq;. Cum ſup. Rutilius reſiſteret rogationi iniuſtæ cuiuſdam ami ci.ſ. ſui: atq; is.ſ. amicus dixiſſet per ſũmam indignationem. Ergo ſi quæ rogo non facis quid opus eſt mihi amicitia tua (Sunt qui addant particulam inquit ut ſit quid ergo inquit: ſed plane ſuperuacua ſit) Rutilius ſup. reſpondit. Immo quid ſup. opus eſt: mihi tua.ſ. amicitia: ſi ego facturus ſum aliq̃d inhoneſte propter te.q.d. multo minus. Illa.ſ. grauitate ꝑclara opera Rutilii: ſunt conſentanea.i. correſpondentia & cõformia huic uoci.i. dicto tã graui: q̃.i. quia ipſe factus reus.i. pro tractus in iudicium: magis diſſenſione ordinũ.i. factione partium ciuitatis: q̃ ulla culpa ſua: nec induit ueſtẽ abſoletã: ut ſolent rei uolentes ſqualore & ſitu tũ uultus tũ ueſtiũ miſerationẽ captare: nec depoſuit inſignia ſenatoris: nec tetẽdit ma nus ſupplices ad genua iudicũ nec dixit quicq̃ humilius ſplẽdore.i. no q̃ fuerit ſplendor: ſed q̃ ut conueniret ſplẽdori: præ teritorũ annorũ. & effecit: ut ſup. accuſatio illa: eſſet periculũ.i. experimentũ grauitatis eius: & non impedimentũ (Nõ in telligentes periculũ capi pro experimẽto ut in Terentiana Eunucho Fac periculũ in litteris &c. adiecerunt fruſtra: ſed ex perimentũ quod ſi addẽdũ eſt: legãtur ſuperiora ſic. Ut non periculum: nõ impedimentũ grauitatis eius eſſet ſed experi mẽ ut periculum ſit facultas pereundi) Atq; etiam cũm uictoria Syllana præſtaret ei reditum in patriam (Ergo intelligi tur cum ſupplicare nollet exilio damnatus) remanſit.ſ. in exilio ne faceret quid.i. aliquid contra legem. Quapropter quis i. aliquis aſſignauerit iuſtius cognomen fœlicitatis quod ſylla ſibi ſumpſit: moribus grauiſſimi uiri: uidelicet Rutilii: q̃ ar mis impotentis utpote ſyllæ idest nequeuntis affectibus ſuis moderari: aut in uictoria modum ſeruare: dicitur enim ipo tens frequenter: qui inſolens eſt & ſibi propter nimiam in alios potentiam imperare nequit. Quod quidem.ſ. cognomẽ fe licitatis: ſylla rapuit.i. uiolenter ſibi ſumpſit: & ſup. Rutilius meruit.

## De Marco bruto. Ca. DCXXVI.

Marcus brutus ſuarum prius uirtutũ q̃ patriæ parẽtis patricida (uno enim facto: & illas in profondum præcipitauit & omnem ſui nomi nis memoriam inexpiabili deteſtatione perfudit) ulti

Marcus Brutus: & illud Bruti dictũ grauitate & fiducia plenum fuit: diſ ſuadentibus enim ſuis multum præ lium ſuſcipiendum eſſe: aut inquit hodie re cte: aut nihil curabo. ac ſi diceret uel uincam uel moriar: recte erit ſi uicero. Nihil curabo: ſi moriar. Cicero ad dolobellam de Bruto

mum prœlium initurus negantibus id quibusdam committi oportere: fidenter inquit in aciem descendo. hodie enim aut recte erit: aut nihil curabo. Præsumpserat uidelicet neq; uiuere se sine uictoria: neq; mori sine securitate posse.

multa tradit maximeq3 cõmẽdat ea ĩ epistola etsi contentus eram mi dolobella.

Ascen.

¶ Marcus Brutus: parricida. i. nefarius tanq̃ rei necessariæ interemptor prius uirtutũ suarum. i. a quibus quasi genitus erat: nam parẽtes dant nobis esse: uirtutes bene esse: & ita erat quasi genitricũ suarũ interẽptor: aut quia uirtutes morales quodãmodo nostræ putantur & a nobis genitæ l3 uera uirtus a deo sit ideo sicut qui filias occideret parricida generali appellatione diceretur ut qui fratrẽ aut matrem (nõ enim ut multi audaculi fratricidã aut matricidã dicũt peritiores) ita uirtutũ suarũ interemptor quodãmodo earum est parricida dicendus: prius ergo parricida uirtutum suaru3 q̃ parentis patriæ. s. Iulii Cæsaris (Enim pro quia Brutus &. i. pariter præcipitauit illas. s. uirtutes suas in profundum. s. uitiorum: & perfudit omnem memoriã nominis sui detestatione inexpiabili. i. non purgabili: uno facto, initurus ultimum p̃liũ. s. cũ Augusto & Antonio: quibusdam. s. amicorum eius negantibus oportere id. s. prœlium cõmitti: inquit: ego descẽdo fidenter in aciẽ: enim pro quia: aut erit. s. mihi hodie recte. i. bene: aut nihil curabo. s. de iis quæ male erũt: cum ego nõ sim. Videlicet. i. uidere licet quare id dixerit: quia præsumpserat se neq3 posse uiuere sine uictoria: neq3 mori sine securitate. i. sine amotione curarũ de iis q̃ uiuẽtibus contingũt. Nisi forte cũ stoicus eẽt id epicurice sensit: animos cũ corporibus interire: aut quod Cicero interdũ innuere uidetur animos bonorũ corporibus exutos continuo beatos fore: ut in lælio ubi dicit q̃ socrates dicebat animos hominũ esse diuinos: iisq3 cũ e corpore excessissent: reditum ad cælũ patere: optimo & iustissimo cuiq3 expeditissimum. Et paulo post quasi ex persona lælii Scipionis sententiam confirmantis: id si ita est ut optimi cuiusq3 animus in morte facillime euolet: tanq̃ e custodia uinculisq3 corporis: cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse q̃ Scipioni? Sin autẽ illa uereor ut idẽ interitus sit animorũ & corporũ nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte: sic certe nihil est mali &c. Ex quibus põt colligi dilẽma quo brutus uidetur usus: ut dixerit: nihil mali sibi futurũ e p̃lio: nam aut uincat aut cadat: si uincat palã est nihil fore mali: sin cadat aut animus quoq3 & sensus pereãt & sic nihil reliquum fuerit quod curet mali: aut animus (quia se bonum putauit & pro patria moriturum) ad deos euolabit: & ita nulla cura mortalium afficietur.

## Externa. De populo cinaniensi. Capitulum. DCXXVII.

Huius mentio mihi subiicit qd aduersus. D. brutum in hispania grauiter dictum est referre: nam cum se tota pene lusitania dedidisset: ac sola gentis huius urbs cinania ptinaciter arma retineret: tentata redemptione propemodum uno ore legatis Bruti respondit: ferrum sibi a maioribus quo urbem tuerentur non aurum quo libertatem ab imperatore auaro emerent relictum. Melius sine dubio homines nostri sanguinis hæc dixissent q̃ audissent: sed illos natura in hæc grauitatis uestigia deduxit.

Huius mentio: Nunc transit ad externa: ita tñ ut proximũ exemplũ cũ superiori cõiungat. dicit eni3 mẽtio. M. bruti facit ut q̃ aduersus deciũ brutũ in hispania grauiter dictum fuit huic exẽplo subnectã: na3 cũ decius brutus. M. bruti patruelis reip. partes defenderet aduersus Antoniũ in hispania profectus totã lusitaniam quæ pars est hispaniæ subegerit sola restabat cynania urbs munitissima quã cum obsideret legatos misit qui de redẽptione tentarent ciuium animos qui legatis ita grauiter responderunt accepisse a maioribus suis ferrũ quo se libertatẽq3 defenderent nõ aurũ quo libertatẽ ab auarissimo imperatore redimerent. hoc dictũ barbaræ gẽtis melius romanæ uirtuti cõuenisset æquiusq3 fuerat romanos ea uerba proferre q̃ a barbaris audire. Subiicit: in mentẽ adducit: & notanda est constructio subiicit referre subiicit ut referã. Tẽtata redẽptione: nunqd se uellent aut auro redimere. Melius sine. d. scilicet hoc dictũ melius cõuenisset romãis hoibus & nõ ut ab aliis audirẽt: nam romanũ est & dura & fortia pati.

¶ Huius &c. Mẽtio huius. s. proxime dicti subiicit idest ĩ memoriam reducit mihi referre. i. recitare id quod dictũ est grauiter ĩ hispãia aduersus decium Brutũ. Nã cũ pene. i. quasi tota lusitania dedidisset se ei. s. decio Bruto ac cinania urbs huius gẽtis scilicet lusitanæ sola retineret pertinaciter arma: tẽtata redemptione. i. de redemptione sui faciẽda hoc est an uellet se & sua auro redimere: respõdit propemodum idest quasi in hunc modum tota uno ore: legatis Bruti ferrum relictum sibi a maioribus. s. suis: quo tuerentur urbem. s. suam: nõ aurum relictum quo emerẽt libertatem ab imperatore auaro. Homines nostri. i. Romãi sanguinis dixissent melius. i. aptius & consonatius ad cætera dicta & facta sua aut melius fuisset eis si hoc dixissent q̃ audissent. s. ab aliis. Sed natura quæ est lusitanis bellicosa: deduxit illos. s. lusitanos: ĩ uestigia. i. simulacra seu imitamenta quædam grauitatis. q. non uera sit grauitas nisi ĩ populo Romão.

## De Socrate phõ. Ca. DCXXVIII.

Socrates ãt grecæ doctriæ clarissimũ columẽ cũ atheĩs cãm diceret: defẽsioneq; ei lysias a se cõpositã: q̃ ĩ iudicio uteret recitasset. demissã & supplicẽ iminẽtiq; pcellę accõmodatã: aufer ingt

Socrates quoq3: Socrates cum accusatus esset q̃ alienos deos ĩtroduceret & puerorũ corruptor esset ut ulterius dicemus in. vii. de sapienter dictis Lysias eius discipulus cõmiseratiõe motus orationem pro eo scripsit accõmodatissimã ad excusationem quam cum socrati recitasset: ɔtinebat αποΛοΜαΝ. i. accusationẽ: ho

na inquit socrates est oratio sed nõ mihi cõ uenıens:nã humilioribus uerbis scripta erat q̃ philosopho cõueniat:tũ ille si est inqt bõa cur non ea uteris? Tũ socrates nõne uestis potest esse pulchra:& tamẽ nõ unicuiq; cõ ueniens?hãc historiã ita tradidit Diogenes q̃q̃ Vale.dicat illũ aliter rñdisse Qui.li.ii.& socrates inqt inhonestã credidit orationem quã ei lysias reo cõposuerat. Columẽ: Sustẽ taculũ. Imminenti procellæ: instanti p̃iculo. In ultima scythiæ:quæ est in septẽtriõe ubi constat imanes & efferatas gẽtes esse. Spiritũ:idest uitã suã Maluitq; socrates:idest maluit mori tanq̃ socrates q̃ uiuere tãq̃ Lysias.

quæso istam:nam ego si adduci possem:ut ea in ultima scythiæ solitudine perorarem:tum meipsum morte mulctandum cõcederem. Spiritum contẽpsit ne careret grauitate:maluitq; socrates extingui:q̃ lysias superesse.

¶ Socrates autem clarissimũ columẽ.i.decus doctrinæ græcæ cũ diceret causam.i.purgaret & defenderet se atheniis & lysias orator insignis recitasset ei defensionẽ.i.orationẽ defensiuam compositã a se.s.Lysia:demissam & supplicẽ & accõmodatam procellæ.i.furori populari: immẽti idest incumbenti ad perniciem Socratis:qua.s.defensione: Socrates uteretur in iudicio:inquit.i.respondit lysiæ:aufer istam.s.tã demissam defensionem a te cõposit.i.Nam ego si possem adduci.i.suasione aut rõne aut uoluntate duci ad hoc:ut perorarẽ.i.ad finem usq; haberem & obtinerẽ quæ uellẽ:ea.s.defensiua oratione:in ultima solitudie scythiæ:ubi nullus præter deum & conscientiã & iudices adessent (nã si intelligamus perorare pro dũtaxat ad finẽ dicere nec uincere:facilior erat intellectus ut dicat se solam conscientiã timere qui enim demisse supplicãt etiã quæ nõ cõmiserant purgant & timiditate & abiectione animi peccant: unde addit) tũ i.tunc:cõcederẽ meipsum mulctãdũ.i.puniendũ morte. Socrates sup. cõtẽpsit spiritũ.s.uitalẽ hoc est uitã:ne careret grauitate: & maluit extingui socrates.i.non amissa dignitate sua:q̃ superesse lysias.i.tam demisso animo ut erat lysias qui suasit ea purgare quæ non admisit.aut ei supplicare qui non deliquit.

## De Alexandro Rege. Ca. DCXXIX.

Quantus hic in sapientia:tantus in armis Alexander illam uocem nobiliter edidit. Dario enim uno iam & altero prelio uirtutem eius experto:atq; ideo partem regni tauro tenus monte & filiam in matrimonium cum decies centum milibus talentum pollicente:cum Parmenion dixisset se si Alexander esset usurum ea cõditiõe respondit:& ego uterer si p̃menion essem. Vocem duabus uictoriis respondentẽ: dignãq; cui tertia (sicut euenit) tribueretur.

¶ Quantus sup. ens hic.s.proxime dictus uidelicet socrates in sapientia tantus sup. ens aut existens Alexander.s. Macedo in armis:edidit illã.s. nobilem uocem quam statim recitabit Enim pro quia:Dario experto.i. cum darius rex persarum expertus esset & cognouisset: iam uno atq; altero.i.secundo prelio uirtutem eius.s.Alexandri bello:& pollicente idest cum pollicitus esset & offerret Alexandro:filiam scilicet suam in matrimonium.cum decies centum milibus talentum Cum parmenion unus ex ducibus eius dixisset se usurum ea conditione si esset Alexander: Alexander sup.respondit:& ego uterer si essem parmenion.i.tam demisso animo ut tu Vocem.i.o.uocem respondentem.i.conformẽ duabus uictoriis & dignam cui tertia uictoria tribueretur:sicut euenit:quia tertio darium uicit:& uicti ac in fuga a suis interfecti regno potitus est.

Quantus hic: Tantũ bello ualuit alexander q̃tũ philosophia socrates: nec sapientiæ socrates Alexandri potentia cessit armorũ:cuius hoc graue dictũ refertur a Valerio & confirmatur a Qui.Curtio li. iii. cũ Darius duobus p̃liis superatus ut uidimus in ca.de constã tia:tertium repararet exercitũ.nã adeo uiris & eq̃s abũdat illa p̃uincia:ut illi facile foret bellũ renouare timẽs eandẽ se belli fortunã habiturũ:admirãs pariter macedonicã uirtutẽ Alexãdriq; magnanimitatem:legatos mittit qui regni partẽ usq; ad montẽ taurũ & nuptias filiæ cũ decies cẽtenis milibus talentorũ Alexandro pollicerentur:si pacẽ fœdusq; secũ uellet inire:quas cõditiones cũ Alexander recusasset: q̃ppe q̃ aio suo iã totius asiæ iperiũ occupauerat p̃menion eius p̃fectus qui apud eũ gratia plurimũ & auctoritate ualebat:si Alexãder inquit essem cõditiones acciperẽ:tũ Alexãder acciperem:profecto si essem parmenion:sed quia sum Alexãder non accipio:huius dicti auctor.Qu.Cur. Iustinus uero nullã prorsus mentionẽ facit:in gestis Alexandri tantum illud refert q̃ uictus darius cum babyloniam profugisset p̃ epistolas Alexandrum depræcatur:ut redimendarũ captiuarum sibi potestatem faciat inq; eã rẽ magnã pecuniã pollicetur:sed Alexander in præciũ captiuarũ regnũ omne:nõ pecuniã petiit:iteriecto tẽpore aliæ epistolæ darii alexandro reddũtur quibus filiæ matrimoniũ & regni portio offerretur sed Alexander sua sibi dari rescripsit iussitq; supplicẽ uenire & regni arbitria uictori permittere. Itẽ paulo inferius ait darius se ratus uere uictũ:cũ post prœlia & beneficiis ab hoste superaretur scribit tertias epistolas & gratias agit q̃ nihil in suos hostile fecerit:offert deinde maiorem partem regni usq; ad flumen Eufratem & alterã filiã uxorem pro reliquis captiuis.xx.milia talentorũ ad hoc Alexander gratiarum actionẽ ab hoste superuacaneam esse:respondit:nec a se quicq̃ factum in hostis adulationem:nec q̃ in dubios belli exitus:aut in leges pacis lenocinia quæreret:sed animi magnitudine quam didicerit aduersus uires hostium non aduersus calamitates contendere: polliceturq; se præstaturum ea dario:si secundus sibi non par haberi uoluerit: cæterum neq; mundum posse duobus solibus regi:neq; orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere:proinde aut deditionem eadem die aut in posteram aciem paret. Altero prœlio: Secundo prœlio quia bis uictus fuerat. Sicut euenit: quia tertio uicit eum & regno spoliauit.

## De Lacedæmoniis Cap.DCXXX.

Tq; hæc quidem & animi magnifici & prosperi status: illa uero qua legati lacedæmoniorum apud patrem eius miseram fortunæ suæ conditionem testati sunt gloriosior q̃ optabilior. Intolerabilius.n.oneribus ciuitatem eorum implicanti si quid morte grauius imperare perseueraret mortem se prælaturos responderunt.

¶ Atq; hæc quidẽ (continuatiua est clausula) scilicet uox alexandri sup. fuit grauiter dicta aut exemplum: & idest simul animi magnifici & status prosperi: Vero.i.sed: illa.s.quæ sequuntur: qua lacedæmonii testati sunt apud patrem eius.s.alexandri uidelicet philippum miseram conditionẽ fortunæ suæ sup.fuit gloriosior plus habens gloriæ: q̃ optabilior .i.q̃ rei optabilis aut optandæ. Enim pro quia ipsi responderunt: philippo implicanti ciuitatem eorum: hoc est lacedæmona aut spartem: oneribus intolerabilibus: se prælaturos mortem: si perseueraret imperare quid.i. aliquid grauius morte: hoc est se malle mori q̃ tam indigna pati.

## De quodam spartano. Cap.DCXXXI.

Ec parum graue spartani cuiusdam dictum: si quidem nobilitate & sanctitate præstans: & in petitione magistratus uictus maximę sibi cẽ lætitiæ prędicauit q᷑ aliquos patria sua se meliores uiros haberet: quo sermone repulsam honori adæquauit.

¶ Nec.i.& non: & dictum cuiusdam spartani sup. fuit: non parum.i. multum graue: Siquidem quoniam is præstans nobilitate & sanctitate scilicet uitæ & uictus.i.posthabitus in petitione magistratus: prædicauit .i. palam dixit: esse sibi maximæ lætitiæ.i.ad maximam lætitiam facere: q᷑ patria sua haberet aliquos meliores se: quo sermone adæquauit honore s.quem sibi prælatus adeptus erat: repulsam.s.quam sustinuerat: hoc est tam gloriosa fuit illi repulsa q̃ alteri adeptio magistratus.

## De iustitia. Titulus Quintus.

Empus ẽ iustitiæ quoq; sancta penetralia adire in quibus semper æqui ac probi facti respectus religiosa cũ obseruatione uersatur & ubi studium uerecundię: cupiditas rationi cedit: nihilq; utile qđ parum honestum uideri possit ducitur: eius autẽ precipuum & certissimum iter omnes gentes nostra ciuitas exemplum est.

¶ Tempus est adire (Valla & seruius dicerent adeundi) quoq;.i.etiam: sancta penetralia iustitiæ in quibus.s.penetralibus iustitiæ respectus facti æqui ac probi.i.honesti & approbandi: uersatur semper cum obseruatione religiosa & ubi.i.& in quibus: studium.i.uehemens applicatio animi cedit uerecundiæ: & cupiditas cedit rationi & nihil ducitur.i.putatur aut æstimatur utile quod posset uideri parum.i.non satis honestum. unde Cicero in tertio officiorum negat utile esse quicq̃ quod non idem honestum aut honestum quod non idem utile cum honestas ipsa sit sibi utilitas. Ideoq; uult ea non esse separanda: quæ.n.utilia uidentur si honesta

Aec: qua Alexander parmenioni respondit. Illa uero: philippus pater Alexandri græciam diu bello inuasit: & eam tandem oppressit sed cu3 deuictis atheniensibus bellum lacedæmoniis intulisset lacedæmonii q᷑ semper armis uictores extitissent: aliisq; imperare consueuissent non poterant se subiicere philippo: & cum quidã dixisset multa mala & extrema perpessuros nihil mali neq; extremi uitam aspernantibus esse responderunt: cum rursus grauia multa & indigna philippus impararet nihil aliud rescripserunt nisi lacedæmonii philippo salutẽ. non.s.uolumus imperanti tibi parere cum tamen grauius instaret durioraq; illis imperaret dixerunt se mortem subire paratos: si qd morte durius imperauerit. Optabilior Quia nemo optare debet ut ad hanc conditionem ueniat. Oneribus: Nam tributarios faciebat tantam pecuniam imperabat q̃ta exolui nõ posset: accusati.n.fuerãt q᷑ arcem thebanã inducitarum tempore occupassent Morte grauius.s.seruitutem.

Ec parum: Lacedæmonius quidam uictus a competitoribus gaudebat hic prædarctus fuit: qui cum in tricẽtorum numero non esset electus: qui honos in urbe ordine præstabat: hilaris subridensq; abibat: reuocatus autem ab ephoris & quid rideret interrogatus: quoniam iquit urbi gratulor quæ me tricentos meliores habet ciues. In petitione magistratus: Erat magistratus: quidam qui ex tricentis uiris constabat in quo quidem officio boni tantum eligebantur. Honori adæquauit: Quia non min9 ex hoc dicto gloriæ comparauit q̃ si magistratum adeptus esset.

Empus est iustitiæ: Transit ad capitulum de iustitia. Duplex autem est iustitia: generalis & specialis: generalis est quæ uersatur in hominum societate tuenda: specialis diuiditur in commutatiuã & distributiuam: cõmutatiua consistit i emẽdo uendendo locando conducendo: distributiua est quæ communi utilitate seruata ius suum unicuiq; tribuit ex dignitate cuiusq;: de qua nunc dicit. nam in ea probitas æquitasq; uersatur. Penetralia loca: in quibus res sacræ seruantur. Aequi ac probi: Aequi iusti. Probi Boni. nam iustitia nihil est nisi bonu3 & æquum & simul atq; ab æquo & bono discesserit desinit esse iustitia. Vbi studiu3 uerecundiæ quia non quod uolumus sequimur cum iustitiam colimus. uerecundia enim obstat: & hoc est proprium continentis qui abstinet quidem a uoluptate: sed cum difficultate propter uerecundiam. temperans autẽ abstinet se sine difficultate quia iam uirtutis habitum fecit. Cupiditas rationi. Hoc est temperati qui sine labore abstinet: na3 sensualitati ratio dominatur. Nihilq; uti. Sic enim philosophi omnes sentiunt nihil utile quod non Iusticia.

honestum. Cicero. lib. iii. officiorum. Peruer-tunt homines fundamenta naturæ cum utili tatem ab honestate seiungunt.

CAmillo consule: Liuius ab urbe con dita li. v. Cum obsiderētur phalisci uidebatur æque diuturnus futurus labor: ac ueiis fuisset ni fortuna imperatori Ro. simul ac cognitæ rebus bellicus uirtutis specimen maturam uictoriam dedisset. mos erat phaliscis eodem magistro liberorum & comite uti simulq; plures pueri: quod hodie quoq; in græcia manet unius curæ deman-dabantur principum liberos sicut fere fit qui scientia uidebatur præcellere erudiebat: is cū in pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendiq; causa procedere: nihil eo more per belli tempus intermisso dummodo bre-uioribus modo longioribus spaciis trahen-do eos a porta lusu: sermonibusq; uariatis longius solito: ubi res dedit progressus inter stationes hostium castraq; inde romana eos in prætorium ad camillum perduxit: ibi scele sto facinori scelestiorem sermonem addidit: phaliscos se in manus tradidisse romanis: q eos pueros quorum parentes capita ibi rei ū sint in potestatem dediderit: quæ ubi camill⁹ audiuit non ad similem inquit tui: nec popu-lum nec imperatorem scelestus ipse cum sce lesto munere uenisti: nobis cum phaliscis q̄ pacto fit humano societas non est: quam in generauit natura utrisq; ē eritq;: sunt & bel li sicut & pacis: iura: iusteq; ea non minus q̄ fortiter didicimus gerere: arma habemus no aduersus eam ætatem cui etiā captis urbi bus parcitur: sed aduersus armatos & ipsos qui nec læsi nec lacessiti a nobis castra ro-mana ad ueios oppugnauerunt: eos tu q̄tum in te fuit nouo scelere uicisti: ego romanis artibus uirtute opere armis sicut ueios uincam. Denudatum deinde eum: manibus post tergum illigatis reducēdum phaliscos pueris tradidit. uirgasq; eis quibus proditorem agerent in urbem uerberantes dedit: ad quod spectaculum cōcursu populi primo facto: deinde a ma gistratu de re noua uocato senatu: tanta mutatio animis est iniecta: ut qui modo efferati odio iraq; ueientium exitum pene q̄ capenatium pacem mallent: apud eos pacem uniuersa ciuitas posceret: fides romana iustitia imperatoris i foro & curia celebrantur: consensuq; omnium legati ad camillum in castra: atq; inde permissu camilli romam ad senatum: q de derent phaliscos proficiscuntur: quibus in senatum introductis pax data: & exercitus inde romam reductus est: sed Va lerius dissentit a Liuio. nam Liuius dicit camillum non consuluisse senatum: sed id sententia sua fecisse nulla interiecta mora. De hoc Frontinus lib. iiii. ca. iiii. camillo inquit phaliscos obsidente ludi magister puerum phaliscorum tanq̄ ambu landi causa extra murum eductos tradidit dicens repetendis obsidibus necessario ciuitatem imperata facturam: camil lus non solum spreuit perfidiam: sed etiam restrictis post terga manibus magistrum urbis agendum ad parentes tradidit pueris: adeptus beneficiis uictoriam quam fraude non concupiuerat: nam phalisci ob hanc iustitiam sponte ei se dedide runt. Plutarchus in uita. M. Antonii duos commemorat perfidos pedagogos: alterum theodorum qui atyllum. M. Anto-nii filium post patris mortem cæsari necandum prodidit: alterum rhodonem qui cæsarionem prioris cæsaris filium cum magna ui auri & argenti fugientem per insidias deduxit ad cæsarem octauianum: Consule. Liuius non consulem sed tri bunum militum consulari potestate fuisse tradit. nam sæpius mutata est forma imperii ro. a regibus. s. ad consules: a con sulibus ad decemuiros: a decemuiris ad tribunos militum consulari potestate: a tribunis rursus ad consules postremo ad imperatores translatum fuit imperium: hoc igitur tempore tribuni militum imperabant. Senatus censuit Et in hoc non sentit cum Liuio Valerius. nam hæc omnia inconsulto senatu sponte sua fecisse camillum dicit sicut supra uidimus. Lu di quia ludo quodam docendi sunt pueri non seueritate. Deambulandi. laxandi animi gratia. Namq; phalisci beneficio: Quia non semper gladio sed sæpe beneficio uincitur hostis.

non sunt uere utilia esse non possunt. Autem pro sed nostra ciuitas. s. Ro mana: est exemplum eius. s. iustitiæ præcipuum & certissimum inter om nes gentes. Sunt tamen qui id non admittant.

## De senatu populoq; Ro. Cap. DCXXXII

CAmillo consule phaliscos circūsedēte magi-ster ludi plurimos & nobilissimos inde pue-ros uelut deābulandi gratia eductos in castra romanorum perduxit: quibus interceptis non erat du-bium quin phalisci deposita belligerandi ptinacia tra dituri se nostro imperatori essent: ea re cognita senatus censuit: ut pueri uinctum magistrum uirgis cædentes i patriam remitterentur. Qua iustitia: animi eorum sunt capti quorum mœnia expugnari non poterant. Namq; phalisci beneficio magis q̄ armis uicti portas romanis aperuerunt.

¶Camillo consule circumsedente phaliscos urbem & populum eius in italia magister ludi. s. litterarii. i. scholarum publicarum: qui etiam gram maticus dicitur perduxit in castra Romanorum plurimos & nobilissi-mos pueros eductos inde. s. ex urbe faliscorum: uelut. i. sub prætextu deā bulandi quibus. s. nobilissimis pueris interceptis. i. dolo magister eorum captis: non dubium erat. s. ludi magistro: quin phalisci. s. populi pertinacia i. obstinato proposito belligerandi deposita. i. postq̄ eam deposuissent: es-sent tradituri imperatori nostro. i. romano se: ea re cognita. s. per Camillū: senatus censuit ut pueri cædentes uirgis magistrum. i. suum uinctum: re-mitterentur. s. cum eo in patriam. s. phaliscos Quia iustitia animi eorum s. phaliscorum sunt capti: quorum mœnia non poterant expugnari scili-cet ui. Namq; phalisci uicti magis beneficio q̄ armis aperuerunt Ro-manis: portas. s. suas.

FAdeo ciuitas: Phalisci sæpe a fide & officio in romanos defecerant bella q; renouauerāt. Luctatius igitur cō-sul cum eos tandem rursus romano subegis-set imperio: sæuire in illos mirum in modum cupiebat: ut meritas darent rebellionis pœ-

## De eodem senatu. Cap. DCXXXIII.

FAdem ciuitas aliquoties rebellando semper aduersis contusa preliis: tādem se Quinto Lu ctatio consuli dedere coacta est: aduersus quā

ſequire cupiens po.Roma.poſtq̄ a papyrio cuius manu iubente conſule uerba deditionis ſcripta erant doctus ē phaliſcos non poteſtati ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe:omnem iram placida mente depoſuit:pariterq; & uiribus odii non ſane facile uinci aſſuetis & uictoriæ obſequio quę promptiſſime licentiam ſubminiſtrat ne iuſtitię ſuæ deeſſet obſtitit.

nas:ſed ubi ſenatus intellexit illos ſe fidei cō ſulis cōmiſiſſe:pœnam eis remittendam eſſe cenſuit.maluitq; iuſtitiæ habere rationem q̄ ſuæ obſequi iræ:abbreuiator Liuii: phaliſci cum rebellaſſent ſexto die domiti in deditionem uenerunt: Eutropius de phaliſcis li.iii. Qu.inquit luctatius & aulus manlius conſules creati ſunt & bellum phaliſcis intulere: quæ ciuitas italiæ opulenta eſt:quod ambo conſules intra ſex dies q̄ uenerant tranſegerunt quindecim milibus hominū occiſis cæteris pace concuſſa:agro tamen ex medietate ſublato Papyrio:ſcriba conſulis qui iubēte conſule deditionis formulam ſcripſerat romanis.Et uictoriæ:quæ facit homines inſolentes:duo ſolent homines a iuſtitia reuocare:odium & uictoria quæ non nunc reuocarunt populum Romanum.

¶Eadem ciuitas.ſ.phaliſcorum rebellando aliquoties.i.aliquantulū frequenter contuſa ſemper prælii aduerſis cocta eſt tandē dedere ſe Quinto Luctatio conſuli aduerſus quam.ſ.ciuitatem populus Romanus cupiens ſæuire.i.ſæuiter agere.poſtq̄ doctus eſt a Papyrio(cuius māu ſcripta erant uerba deditionis.i.qua ſe prius dediderant phaliſci:conſule iubente.i.iuſſu conſulis alioqui poſſet putari fraudem in ea formula ſcribēda uſum phaliſcos ſe commiſiſſe non poteſtati Romanorum ſed fidei:depoſuit placida mente omnem iram:quia non uiſi erant ſic fidem fregiſſe ſed a protectione Romanorum ſic ſubduxiſſe & populus Romanus obſtitit pariter:&.i.ſimul uiribus odii ideſt ātiquæ æmulationis aſſuetis uinci non facile.i.difficulter.& obſequio.i.ſecūdo ſucceſſui uictoriæ quæ ſubminiſtrat prōptiſſime ideſt faciliime & expeditiſſime:licentiam ſcilicet ſæuiendi & pluſq̄ fas ſit agendi:obſtitit dico illis facibus irarum:ne deeſſet iuſtitiæ ſuæ.

## De eodem Po.Ro.Ca.DCXXXIIII.

IDem cū conſul.P. claudius camerinos ductu atq; auſpiciis ſuis captos ſub haſta uēdidiſſet & ſi ærarium pecunia fines agris auctos animaduertebat:tamen quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore uidebatur maxima cura conquiſitos redēit:hiſq; habitandi gratia locum in Auētino aſſignauit & preda reſtituit pecuniam etiam non ad curiā ſed ad ſacraria ædificanda ſacrificiaq; facienda tribuit iuſtitięq; promptiſſimo tenore effecit ut exitio ſuo lætari poſſent:quia ſic renati erant.Mœnibus noſtris & finitimis regionibus que adhuc retuli:qđ ſequitur per totum terrarum orbem manauit.

IDem cum.P.Claudius camerinos a ſe captos haſtæ ſubiecit quos ſenatus redemit,quia id parum liquida fide imperatore uidebatur.parum liquida fide ideſt non pura fide non ſincera:ſiquidem illi ſe in fidem dederant imperatoris ut arbitror. Claudius conſul.Camerinos:de camerio oppido piceno prouinciæ adhærenti.Auſpicus: poteſtate ſub haſta publica tanq̄ mancipia uendidiſſet.Fines agri.quia ager ille uenit in poteſtatem populi romani.Parū liquida parum ſincera fide quia cum eos in fidem accepiſſet uendiderat Sacraria ubi ſacra continētur Sacrificia:ut emerentur uictime Prōptiſſimo tenore.Quia una eademq; ſedulitate iuſtitiæ fecerunt : ut prodeſſet camerinis captos fuiſſe a populo Romano:nam cum ſemel uenditi eſſent poſtea redempti a po.ro. uiſi ſunt renaſci.

### ASCENSIVS.

¶Idem.ſ.populus Romanus cum Publius Claudius conſul uendidiſſet ſub haſta.i.more prædæ militaris plurimū offerenti:Camerinos:populos illos Italiæ:captos ductu uirtute atq; auſpiciis ſuis.i.quæ cepit cum dux eſſet in eo bello.q.d.uirtute & felicitate ſua etſi.i.q̄q̄ animaduertebat ærarium.i.fiſcum publicum auctum ſup.pecunia: & fines.i.limites imperii ſui:auctos agris.ſ.camerinorum:tamen quia id.ſ.bellum aut opus uendendi:uidebatur geſtum ab imperatore.ſ. P. Claudio:fide parum liquida.i.pura: & fraudis experti.quia eos in fidem acceperat:redemit.i.iterum emit & libertati reſtituit:ſup.camerinos ſic uenditos conquiſitos maxima cura: & aſſignauit his.i.ſic redemptis locum in auentino gratia habitandi ut illic habitarent: & reſtituit prædia.ſ.imperio applicita: & tribuit etiam pecuniam.ſ.quæ ex præda ſupererat non ad curiam.i.ad ædificia ſæcularia ut notis uerbis loquar:ſed ad ſacraria.i.repoſitoria ſacrorum ædificāda: & ad ſacrificia facienda: & effecit iuſtiſſimo tenore.i.perpetuo ductu iuſtitiæ ut ſup.camerini poſſent lætari exitio ſuo: qa erāt ſic renati.i.ad meliorem fortunam reſtituti:felicius.n.deinceps in auentino q̄ in patria prius habita fuerunt. Hoc dicto ſubinfert author clauſulam continuatiuam dicens Ea ſup.quæ retuli.i.recitaui adhuc.i.ad hunc uſq; locum:manauerūt ſup.mœnibus noſtris ideſt romanis & regionibus finitimis:id ſup.quod ſequitur manauit ideſt diffuſum eſt per totum orbem terrarum.

## De eodē ſenatu & Fabritio.Cap.DCXXXV.

TImochares ambracienſis fabricio conſuli Pollicitus eſt ſe pyrrhum ueneno per filium ſuū qui potionibus precrat necaturum:ea res cum

TImochares ambracienſis. Hiſtoria hæc diuerſo modo narratur. Gelli9 libro.iiii.capitulo.viii.dum pyrrhus inquit rex in italia foret & ſemel atq; iterum cum romanis feliciter pugnaſſet ſatiſq; ægerentur Romani q pleraq; italia ad regem deſciuiſſet tum ambracienſis quiſpiam Timochares

Valerius maximus

ad senatum delata esset missis legatis pyrrhum mone it ut aduersus huius generis insidias cautius se gereret memor urbem a filio Martis cōditam armis bella non uenenis gerere debēt. Timocharis autem nomē suppres sit utroq; modo æquitatem amplexus:quia nec hostem malo exemplo tollere:nec eum qui bene mereri paratus fuerat prodere uoluit.

¶ Thimochares.s.medicus:ambraciensis.s.natione:pollicitus est Fabri tio consuli se necaturum Pyrrhum.s.regem Epirotarum qui tūc pro Ta rentinis contra romanos bellum gerebat:ueneno:per filium suum q̄ præ erat potionibus.s.diluendis Pyrrho ad conseruandam sospitatem:ea res cum esset delata per Fabritium ad senatum:legatis missis monuit Pyr rhum ut gereret se cautius aduersus huiusmodi insidias:monuit dicit me mor urbem.s.romam conditam a filio martis uidelicet romulo:debere ge rere bella armis non ueneno. Autē pro sed:senatus suppressit nomē Ti mocharis amplexus æquitatem utroq; modo:quia nec uoluit tollere ho stem exemplo malo.i.pernicioso futuro si simili modo posteri uincere ten tarent:nec prodere eum qui paratus erat bene mereri.s.de Romanis:licet non de Pyrrho:cui tamen plus debebat:unde indignus erat qui uiueret: nec minus Pyrrho prodendus q̄ ludi magister phaliscus.unde author pro arbitrio suo prius laudauit qui illum prodiderunt & nunc qui hunc prode re noluerunt:cum par sit ratio: & forte iustior ludi magister qui forte ut ob stinatos animo a periculo arceret:potentissimorum liberos in hostiū po testatem traduxit. Sed nos textum explanandum non censendum recce pimus. Oliuerius etiam uariationem in historiis quoties opus est fideli ter adnotat.

mochare pyrrhi regis amicus.ad.C.fabricium consulem furtim uenit ac præmium petiit:et si de præmio conueniret promisit regem ueneno necare:idq; sibi facile factu eē dixit:quoniam filii sui pocula in conuiuio ministrarent eam rem Fabritius ad senatum scripsit: senatus ad regem legatos misit: mandauit ut de Timochare nihil proderēt:sed monerēt uti rex circunspectius ageret atq; a proximorū insidiis salutem tutaretur:hoc ita sicut diximus in Valerii antiatis historia scriptum est. Quadrigarius autem li.iii.non Timocharē sed Niciam adiisse consulem scribit:neq; legatos a senatu missos:sed a consulibus: pyrrhum uero.po.Ro.laudes & gratias scripsisse captiuosq; omnes quos tunc habuit restituisse & reddidisse romanis;cōsules tunc fuere.C.Fabricius atq; Aemelius:litteras quas ad regem Pyrrhum super ea re miserūt:claudius quadrigarius scripsit fuisse has. Consules romani.S.D.Pyrrho regi.Nos pro tuis iniuriis continuo animo strenue cōmoti inimiciter tecum bellare studemus:sed cōmunis exempli & fidei gratia uisum est:ut te saluū uelimus:ut esset quem armis uincere possimus Ad nos uenit Nicias familiaris tuus:qui sibi præcium a nobis peteret:si te clam interfecisset:id nos negauimus uelle ne uel ob eā rē quicq̄ cōmodi expectaret: & simul uisum est ut te certiorem faceremus:ne quid eiusmodi si accidisset nostro cōsilio ciuitates putarent factum:& quod nobis non placet: præcio aut præmio:aut dolis pugnare:tu nisi caueas:iacebis. Pyrrhus rex consulibus & po.ro.gracias scripsit:captiuosq; omnes quos secum habebat consulibus restituit:reddiditq;. Valerius in hac historia imitatus est Valerium Antiatem. Cic.li.offi.iii.cum inquit:Rex pyrrhus po.ro.bellum ultro intulisset:cūq; de imperio certamen esset cum rege generoso atq; potente profuga ab eo uenit in castra Fabritii:eiq; est pollicitus si præmium ei proposuisset:se ut clam uenisset:sic clam in pyrrhi castra rediturum:& eum ueneno necaturum. Hunc Fabritius reducendum curauit ad pyrrhum:idq; eius factum a senatu laudatum est. Seneca ad Lucilium epistola.cxx.Fabritius inquit pyrrhi aurum repulit:maiusq; regno regias iudicauit opes posse contemnere:idem medico Pyrrhi promittenti uenenum se regi daturum monuit Pyrrhum cauere insidias:eiusdem animi fuit auro non uinci:auro non uincere. Plutarc.in uita Pyrrhi:hoc modo tradit historiam. Cum Fabritius consulatum iniisset:ueniens quidam ad eum in castra epistolam detulit a medico regis perscriptam in qua pollicebatur se pyrrho ueneno necaturum:si præmium sibi traderetur absq; ullo discrimine bellum pro romanis conficienti. At Fabritius iniuriam hominis detestatus:& collega in eandem sententiam adducto:pyrrhum statim per litteras monuit:ut insidias medici caueret:litteræ huiusmodi fuere. C. Fabritius & .Qu. æmylius consules pyrrho regi salutem. Neq; amicorum:neq; hostium fortunatus æstimator esse uideris:cognosces cum hanc epistolam ad nos transmissam perlegeris:te bonis quidem ac iustis uiris bellum inferre:malis uero atq; iniustis confidere:hæc autem non tui gratia nota facimus tibi:sed ne mors tua nobis calumniam afferat:quasi uirtute nequiremus te superare:dolo contendisse. Acceptis itaq; Pyrrhus Fabritii litteris:medicoq; conuicto:ac supplicio iuste affecto ad retributionem beneficii captiuos omnes gratis fabritio romanisq; restituit. Potionibus: Quia ut diximus Timocharis filii pincernæ Pyrrhi regis erant.hoc est uini & epularum prægustatores. A filio martis: Romulo. Bene mereri: præstare populo.ro.beneficium.dissentit Quadrigarius a Vale.similiter & Eutropius: qui & ipse hanc narrat historiam nam Quadrigarius & Eutropius dicunt proditorem fuisse nominatum. Valerius non fuisse: cuius sententiæ & Antias Valerius fuit.

De quattuor tribunis pl. Ca.DCXXXVI.

Summa iustitia in quattuor quoq; tribunis plebis eodem tempore conspecta est. Nam cū.L. Atracino sub quo duce aciem nostram apud Feruginem a Volscis inclinatam cū ceteris equitibus correxerant:diem ad populum.L.Hortensius collega eorum dixisset:pro rostris iurauerunt in squallore se eē:

Summa iustitia in quattuor quoq;. Cum Lucius Atracinus cum exercitu missus esset aduersus Volscos apud feruginem castra ponit: deinde quum placuisset pugnam cum hoste conserere;eductis utrinq; copiis primo congressu Ro.pedem retulerunt:deinde eum domum redisset: Atracino dies dicta est a.L. Hortensio eius collega: & tribuni testes adducti:qui ea iustitia usi sunt:ut iurarent se tristes & in mœrore positos esse:quoad imperatorem suum reū

quoad imperator ipsorum reus esset futurus. Non sustinuerunt enim egregii iuuenes cuius armati periculum uulneribus & sanguine suo defenderant eius togati ultimum discrimen: potestatis insignia retinentes: intueri: qua iustitia mota concio actione Hortensium desistere coegit. Nec se etiam aliter eo facto quod sequitur exhibuit.

¶ Summa quoq; iustitia conspecta est uno tempore in quattuor tribunis plæ. Nam cum Lucius hortensius collega eorum. i. etiam tribunus plæ. dixisset diem ad populum: Lucio Atracino: sub quo ducæ ipsi tribuni correxerant cum cæteris equitibus aciem nostram iclinatam. i. impulsam ad fugam aut occasum: a uolscis apud Feruginem. s. lacum: iurauerunt pro rostris. i. ante rostra: se esse. s. futuros in squallore: quoad. i. q̄diu: imperator ipsorum futurus esset reus. Enim pro quia: ipsi egregii iuuenes non sustinuerant: intueri togati. i. domi & in urbe retinentes insignia potestatis s. tribunitiæ: discrimen. i. periculum ultimum: uidelicet capitis eius. s. ducis sui: cuius periculum ipsi armati defenderunt uulneribus & sanguine suo obiiciendo uidelicet corpora sua hostibus: p duce suo: Qua iustitia idest æquitate: concio. i. tota multitudo populi commota: coegit Hortensiū desistere actione. s. cœpta contra Lucium Atracinum: nec sup. concio aut populus Romanus exhibuit etiam se aliter. s. q̄ ut æquum erat sentiendo eo facto quod sequitur.

## De Tyberio Graccho. Ca. DCXXXVII.

Cum Tiberius Gracchus & C. Claudius ob nimis seuere gestam censuram maiorem partem ciuitatis exasperassent: diem his. M. Pōpilius tribunus perduellionis ad populum dixit: præter cōmunem consternationem priuata etiam ira accensus: quia necessarium eius Rutilium ex publico loco parietē demoliri iusserant: quo in iudicio primæ classis pmultæ centuriæ claudium aperte damnabant de Gracchi absolutione uniuersæ consentire uidebantur: qui clara uoce iurauit: si de collega suo grauius esset iudicatum i factis se paribus eandem cum illo pœnam exilii subiturum: ea q̄ iustitia tota illa tempestas ab utriusq; fortunis & capite depulsa est. Claudium. n. populus absoluit: Graccho causæ dictionem. M. Pompilius remisit.

## De Collegio Tribunorū. Ca. DCXXXVIII.

Magnam laudem & illud collegium Tribunorum tulit: quod cum unus ex eo. L. Cotta fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis soluere nollet decreuit: ut si neq; solueret: pecuniam: neq; daret se cum quo sponsio fieret appellantibus eum ere ditoribus auxilio futurum: iniquum ratum maiestatem publicam priuatæ perfidiæ obtētu esse. Itaq; cottā i tri

futurum uideret. Feruginem: lacus est i uolscis. Inclinatam: in fugam conuersam: uel q pedem retulisset. Insignia potestatis. Tribunitiam potestatem gerentes.

Cum Tibe. gracchus. Tyberius Gracchus & C. Claudius collegæ fuerunt in censura: quam cum tetrice uimis exercuissent: sibi populi inuidiam & odium contraxerant: erantq; iam infensi populo: cum. M. Pompilius tribunus plæ. qui præter publicum priuato etiam in censerca odio ferebatur: q Rutilii necessarius sui parietes quos aliorum censorum negligentia i publico per aliquot annos habuerat euerti iusserant: diem illis dixit ad populum: in quo iudicio cum primæ classis centuriæ plane damnarent Claudium cuius nomen & gens plæbi semper inuisa fuit: & reliquæ gracchum absoluerent: Gracchus si grauius inquit in collegam meum quicq̄ statueritis: scitote me cum illo uoluntarium exilium subiturū: neq; enim æquum est ut qui in eadem causa fuit non eodem quoq; iure censeatur: quo dicto populus utrunq; absoluit. Exasperassent: Exacerbassent: irritassent. Perduelliōis Erat ut diximus: lex horrendi criminis: & diceba tur perduellio: q pertinaciter bellum retinere t: erat quasi capitale iudicium. Demoliri: Euertere. Remisit dictionem causæ. Non coegit causam dicere: hoc est se defendere: sed ab ea re liberauit.

ASCENSIVS.

¶ Cū Tyberius Gracchus & C. Claudius exasparassent. i. irritassent i se maiorē ptē ciuitatis ob. i. propter censuram gestam nimis seuere. Marcus Pompilius tribunus Plæbis: dixit his ad populum diem perduelliōis. i. qua se purgarent de crimine perduellionis: cuius conuicti ut hostes condemnabantur: dixit inquam Pompilius illi diem: accensus. s. præter communem consternationem. s. totius populi: etiam ira priuata. i. sibi propria: quia cēsores iusserant Rutiliū necessariū eius scilicet Pompilii: demoliri parietē. s. domus suæ: de loco publico. in quo iudicio permultæ censuræ primæ classis. s. ex quinq; in quas populus Romanus diuisus erat secundum rationem census: & damnabant aperte Claudiū & uniuersæ. s. centuriæ uidebantur consentire de absolutione Gracchi. s. Tiberii: qui iurauit clara uoce: si iudicatum esset grauius de collega suo: se subiturum cum illo i factis paribus cum illo eandem pœnam exilii cum illo: Et tota illa tempestas. i. ingruens cōmotio populi depulsa est a capite & fortunis. i. bonis utriusq;. s. tam Claudii q̄ Gracchi: ea iustitia. s. Gracchi. Enim pro quia: populus absoluit Claudium: & M. Pompilius remisit Graccho dictionem causæ idest sui purgationem.

Magnam laudem. Cotta tribunus plæbis creditoribus suum debitum repo scentibus soluere recusabat: quin

Valerius maximus

tribunū plæbis in ius cogi posse negaret: collegium tribunorum id præter æquitatem eē ducens: ut publica maiestas tribunatus collegæ priuatam perfidiam contegeret: cottam satisdare creditam pecuniam coegerunt: non illi quicq̄ ualuit sacrosancta potestas aduersus iustitiæ partes: Aliquo sacrario: in aliquo tēplo ubi tutus lateret: unde extrahi non posset.

C Vius (ut ad aliū.Cn.Domitius.M. Scaurum accusauit: hic Domitius fuit qui quarto consulatu Marii: pōtifex maximus populi suffragio creatus est. Scaurum autem accusauit hac de causa: consu' cum Cassio fuit: & quum esset. trib.plæ. iratus Scauro: q eum in augurum collegio non cooptauerat: diem ei dixit ad populum: & mulctā irrogauit: q eius opera sacra multa Po.Ro.imminuta esse diceret: crimini dabat sacra publica Po.Ro.deum penatum q̄ Lauini fierent: opera imperfecte fieri: eo igitur tempore quo illum accusaret: seruus Scauri ad eum uenerat promittēs se domini sui multa crimina indicaturum: quibus eum facilius posset opprimere: Domitius tamen ea fuit iustitia: ut nec illum audire uoluerit: sed ultro ē uinctum ad dominum remiserit. Ut si fortūa: duplici causa fecit: ut uel si fortūa fauueret eū condemnaret: si minus suas saltem opes augeret. Incrementum claritatis q ausus esset tantum uirum accusare: augebat dignitatem & opes suas. Erat enim: exaggerat rem Valerius. Inimicus & domi: Nam in eo quod dicit Domitius uim maximam inesse uoluit: nam magni spiritus fuit: Domitius ergo nō unumquenq; esse uoluit: sed acerrimum inimicum significat. Nefarium: Seruus nefarius fuit: qui domini sui secreta prodere uoluit. Et pontifex: Quia quarto Marii consulatu pontifex maximus cum Cassio creatus est.

bunatu quasi in aliquo sacratio latētē tribunitia inde iustitia extraxit.

Magnam &c. Ordo est Et. i. etiam illud collegium tribunorū tulit magnam laudem: q quum Lucius Cotta unus ex eo. s. collegio nollet soluere. i. satisfacere creditoribus suis: fiducia sacrosanctæ potestatis. s. tribunitiæ: decreuit ut. s. s. Cotta neq; solueret pecuniam. s. debitam: neq; daret i. exhiberet se sup. illi cum quo sponsio fieret: sup. se: hoc est ipsum collegium futurum auxilio creditoribus appellantibus eum. s. collegam suum Cottam in ius: ratum. i. arbitratum. s. collegium: iniquum sup. esse: maiestatem publicam. i. inuentam ut populum contra potentiam paucorū defendat: esse perfidiæ priuatæ obtentui. i. ad obtinendū quod uellet. Itaq; i. & ita: iustitia tribunitia extraxit Cottam latentem in tribunatu: quasi in aliquo sacrario: extraxit dico eum inde.

## De Cneo Domitio Tri.ple. Ca.DCXXXIX.

C Vius (ut ad alium æque illustrem transgrediar) C.Domitius tribunus plebis. M.Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit: ut si fortuna aspirasset ruinam: si minus certe obtrectatione amplissimi uiri incrementum claritatis apprehenderet: cuius opprimendi cum summo studio flagraret: seruus Seauri ad eum nocte peruenit: instructurum se eius accusationem multis & uariis domini criminibus promittens. Erat in eodem pectore inimicus & Domitius & dominus diuersa æstimatione nefariū indiciū perpendens: iustitia uicit odium: continuo enim & suis auribus obseratis: & iudicis ore clauso duci eū ad Scaurum iussit: Accusatorem etiam reo suo: ne dicam diligendum certe laudandum: quem populus tum propter alias uirtutes: tum hoc nomine libentius & consulem & censorem & pontificem maximum fecit.

ASCENSIVS.

Cuius. s. collegii tribunitii (ut transgrediar ad alium æque illustrem) i. clarum. C. Domitius tribunus plæbis deuocauit in iudicium populi: Marcum Scaurum principem ciuitatis: ut si fortuna aspirasset ita ut eum conuincere posset. apprehenderet ruinam. s. Scauri: si minus. i. si non aspirasset: apprehenderet. i. assequeretur: certe. i. saltem obtrectatione uiri clarissimi: incrementum claritatis idest nobilitatis idest clarior & nobilior fieret: eo q talem uirum ausus esset in ius uocare. Cuius scilicet Scauri opprimendi: cum scilicet. C. Domitius: flagraret idest arderet summo studio: seruus Scauri peruenit ad eum nocte: promittens se instructurum accusationem scilicet actiuam: eius scilicet Domitii: multis & uariis criminibus domini scilicet sui Scauri. In eodem pectore scilicet Domitii: erat idest obseruabatur inimicus & Domitius idest ex una parte qua ut Scaurus condemnetur uidebantur crimina serui admittenda: stabat Domitius ut inimicus & ut Domitius. i. non uulgaris inimicus sed acerrimus: ex altera qua æquitas seruetur: uidebantur crimina reiicienda: & seruus improbus ad dominum mittendus: stabat dominus idest Scaurus hoc nomine contra seruum plurimum faciens q dominus esset: erat ergo domitius & dominus in eodem prætore perpendens idest ponderans & æstimans diuersa æstimatione: indicium nefarium. i. quod seruus nefarius facere uolebat: quia quando Domitius ad odium suum respiciebat: uolebat quauis uia Scauro nocere: quando uero animaduertebat se non debere uti iniquitate serui in dominum reiecit indicium eius: & ita tandem: iustitia uicit odium. Enim pro quia: Domitius iussit continuo eum scilicet seruum duci ad Scaurum scilicet: dominum suum: auribus suis scilicet Domitii qui id iusserat obseratis idest clausis: ne audiret delationem serui contra dominum: & ore iudicis clauso. quia non poterat iudicare de criminibus quæ accusator in reum non intenderat. Accusatorem idest o accusatorem scilicet Domitium: ne dicam idest ut non dicam eum diligendum reo suo scilicet Scauro: quia difficile est ob talem æquitatem inimicum diligere: certe idest saltem laudandum. Quem scilicet accusatorem: hoc est Domitium populus fecit tum idest pariter propter alias uirtutes sup. eius: tum idest pariter hoc nomine idest hac ratione: & hoc merito libentius & consulem & censorem & pontificem maximum.

## De Lucio Crasso. Ca.DCXL.

Nec aliter se.L.Crassus in eodem iustitiæ experimento gessit.Cn.Carbonis nomen infesto animo utpote inimicissimum sibi detulerat: sed tamen scrinium eius a seruo allatum ad se cõplura continens:quibus facile opprimi posset:ut erat signatũ cum seruo cathenato ad eum remisit:quo pacto igitur inter amicos uiguisse tunc iustitiam credimus:cum inter accusatores quoq; & reos tantum uirium obtinuisse uideamus.

¶Nec aliter &c.Ordo est.Nec Lucius Crassus gessit se aliter in eodem experimento iustitiæ.Nam ipse detulerat.i.de occulto crimine accusauerat:nomen Cn.Carbonis:animo infesto.i.inimico & ei uim paranti: & dãnum inferre uolenti:utpote inimicissimum sibi:sed tamen.i. nihilominus remisit ad eum.s.Cneum Carbonem: Scrinium.i.arculam eius.s.Carbonis:allatum ad se a seruo.s.Carbonis:continens complura.s.scripta: quibus.s.Carbo:posset comprimi in iudicio.s.facile:remisit dico scrinium illud signatum ut erat.s.prius:cum seruo cathenato.i.cathenis uincto. Igitur quo pacto credimus.i.credere debemus iustitiam uiguisse tunc(bene tunc:quia multum restrixit ardor ille iustitiæ)inter amicos:quum uideamus.s.iustitiam obtinuisse tantum uirium.s.quantum iam ostensum:quoq;.i.etiam inter accusatores & reos:q.d.haud dubie maxime uiguisse credendum est.

Nec aliter. Hoc exemplum est simile superiori.Nã Lucius Crassus quũ Cn.Carbonẽ accusauerat ut lib.tertio dictum est capitulo septimo:patrem etiã eiusdem damnauerat.Sylla legatis ad senatum missis responderat:se in senatus potestatem futurũ:si ciues illi qui pulsi a ciuitate ad se confugerant:restituerentur: quæ conditio quum senatui iusta uideretur:per Carbonem factionemq; eius cui bellum utilius uidebatur effectum est ne conueniret.Item Carbo quũ ab Italiæ oppidis omnibus obsides exigere uellet:ut fidem eorum contra Syllam obligaret consensu senatus prohibitus est.Hic igitur Lucius Crassus quum diem Carboni dixisset ad populũ:eadem iustitia qua Domitius usus est:ut seruum qui ad eum cum scrinio uenerat in quo tabellæ continebantur: q[ui]bus Carbonem facile potuisset opprimere uinctum cum scrinio signato ad Carbonem remiserit.Quo pacto per interrogationem Valerius ostendit magnam uim habere iustitiã: & argumentum facit a maiori ad minus.

## De Lucio Sylla. Ca.DCXLI.

Iam.L.Sylla non se tam incolumem q̃ Sulpitium ruffum perditum uoluit tribunitio furore eius sine ullo fine uexatus.Cæterum cum eum proscriptum & in uilla latentem a seruo proditum comperisset manumissum parricidam ut fides edicti sui extaret præcipitari procinus saxo tarpeio cũ illo scelere parto pileo iussit:uictor alioquin insolens hoc imperio iustissimus.

¶Iam Lucius Sylla non uoluit.i.desiderauit tam.i.tantopere se incolumem:quam.i.quantopere uoluit Sulpitium Ruffum perditum: sup.esse: uexatus furore tribunitio eius.s.Ruffi : sine ullo fine.i.modo & ratione: Cæterum cum comperisset eum proscriptum.i.qui proscriptus erat:& latentem in uilla.s.sua : proditum a seruo :iussit parricidã.i.domini & quasi patris sui occisorem : manumissum.i.donatum libertate : ut fides edicti sui extaret:quia edixerat q[uod] quicunq; seruus proscriptum indicaret libertatem assequeretur : præcipitari pretinus.i.statim ut erat manumissus cũ illo pileo parto scelere.s.proditionis : quia dum manumittebantur raso capite accipiebant pileum ut alibi dictum est : existens sup.uictor insolens: alioqui.i.in aliis factis suis:sed sup.iustissimus hoc imperio:quo seruum precipitari iusserat.

Iam.L.Syl.nota e historia supra sæpe notata:quomodo Sulpitius Ruffus tri.ple.legem promulgauerat ad populum ut prouincia ponti:quæ ãte demãdata fuerat syllæ qui consul erat Mario traderetur:unde orta sunt inter eos bella ciuilia: sed deuictis marianis partibus cum inter cæteros hic sulpitius proscriptus esset & i uilla lateret a quodam seruo suo proditus est:sylla uero sanctissima iustitia usus est : ut seruũ pro edicto suo primo libertate donaret deinde illum tanq̃ parricidam e tarpeio saxo præcipitari iussit:sicq; cæteris statuit exemplum ne quid tale i dominos suos audeant:laudat ergo hanc iustitiam in sylla Valerius.constat enim syllam crudelissimum fuisse in hoc uero iustissimus fuit.Tribũitio furore.Hic enĩ Sulpitius trib.pl.inauditæ superbiæ & temeritatis fuit qui trecentos secum milites haberet quasi satellites : quos ut diximus antysindicos appellabat : uidelicet contra senatum. Parto pileo.parta libertate.nam raso tantum capite pileum serui capere solebant cum libertate donarentur

## Externa. De Pittaco Mityleneo. Capitulum.DCXLII.

Verum ne alienigenæ iustitiæ obliti uideamur Pittacus Mityleneus cuius aut meritis tantũ ciues debuerunt aut moribus crediderunt ut suis suffragiis tyrannidem deferrent:tandiu illud ipe/

Verum ne alienigenæ.Quomodo pittacus imperium adeptus fuerit diximus li.iiii.ca.primo de moderatione.Cum igitur passus esset se tyrannum.i.regem creari a ciuibus suis q[uod] opera sua opus esse ciuitati uideret : nam certabant de aquilendis agri possessione uel ut alii dicunt de sygeo promõtorio athenienses & mitylenei postquam ductu & auspicio suo athenienses uicti sunt sicut suo loco diximus tyrannidẽ deposuit . preterea cum ex agro bello parto magnum illi spacium tráderẽt possidendum utpote dimidiam eius partem ille constanti.

animo recusauit qꝫ existimaret magnitudine predæ gloriam bello partam minui.Meritis. ut sibi tyrannidem traderent aut qꝫ de re pub.tam bene merebatur ut tyrannide dignus uideretur.Reclamātibus: cōtraclamātibus & renuentibus Vltra quam necessitas exiret.nā deuictis hostibus:& parta uictoria:cum operam patriæ suam minime necessariam uideret imperium deposuit.

rium sustinuit q̄ diu bellum de sygeo cum Atheniensibus gerendum fuit:Postq̄ autem pax uictoria parta est continuo reclamantibus Mityleneis deposuit:ne dominus ciuium ultra q̄ reipubli.necessitas exegerat permaneret:atqꝫ etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur:auertit animum ab eo munere deforme iudicans uirtutis gloriam magnitudine prędæ minuere.

Ascen. ¶Verum ne uideamur obliti iustitiæ alienigenæ.i.externarum gentium Pitacus Mityleneus cuius aut meritis ciues debuerunt tantum quia eos ab athenień.iugo liberauerat:aut crediderunt tantum moribus:quia inter sapientes habitus est:& honeste uixit:ut deferrent sup.ei:suis suffragiis.i.propria sponte & fauore:tyrannidem.i.imperium urbis suæ:sustinuit.i.sibi tenuit tā diu illud imperium q̄diu bellum fuit gerendum cum athenień.de sygeo.i.de possessione sygei:scꝫ promōtorii:at.i. sed:postq̄ pax est parta.s.mityleneis:uictoria.i.per uictoriam habitantem contra athenień.ipse continuo deposuit.s.tyrannidem aut imperium:mityleneis reclamantibus.i.clamore se id nolle attestantibus:ne permaneret dominus ciuium ultra q̄ necessitas resp.exegerat:atqꝫ etiam cum dimidia pars agri recuperati.s.ab athenień.in sygeo:offeretur sup.ei:consensu omnium.s.mityleneorum:ipse pittacus auertit animum ab eo munere:iudicans deforme sup.esse:diminuere gloriā uirtutis magnitudine prædæ.

ALterius mihi.De iustitia dicit aristidis quam supra tetigimus qꝫ postq̄ Xerses e græcia pulsus e consilio & ductu themistoclis mœnia quoqꝫ urbis athenień.tandem restituta sunt.que solo fuerat adæquata themistocles illuc toto animo intentus erat:ut totius græciæ imperium athenienses recuperarent:conuocata igitur cōcione dixit se habere consilium resp.saluberrimum imperioqꝫ atheniensium utilissimum sed illđ ad exitum deduci nisi occultetur non posse.athenienses responderet ut in consiliū aristidem admitteret qui si probaret exequerentur tantum apud athenienses aristidis ualebat auctoritas qui cognito themistoclis cōsilio in concionē prodiit & consilium themistoclis utile quidē esse dixit sed minime honestum.erat autem ut lacedæmoniorū classem incenderent quæ erat in portu Cytheo.Athenienses ubi nouerunt turpe themistoclis esse consilium succlamarunt omnes non esse admittendū.tantū iustitiæ & honestatis monumentū fuit apud populum illū ut q̄q̄ utilissimum uideretur tamen quia inhonestū respueretur:neqꝫ enim dubium erat qui lacedæmoniis classe priuatis totius græciæ imperium athenienses facile occupassent Cic.officiorū lib.iii. Themistocles inquit post uictoriam eius belli quod cum persis fuit dixit in cōcione se habere consilium respu.salutare sed id sciri non opus esse postulauit ut aliquem populus daret cui cōmunicaret Datus est aristides huic ille classem lacedæmoniorum q̄ subducta esset ad Cytheum clam incendi posse quo facto frangi lacedæmoniorum opes necesse esset quod aristides cum audiuisset in concionem magna expectatione uenit. dixit qꝫ perutile esse consilium quod themistocles afferret sed minime honestum:itaqꝫ athenienses quod honestum non esset:id ne utile quidem putarunt totamqꝫ eam rem quāqꝫ ne audierant quidē auctore aristide repudiarunt.

## De Aristide & atheniensibus.Ca.DCXLIII.

ALterius nunc mihi prudentia referenda est ut alterius repræsentari iustitia possit.Cum saluberrimo consilio themistocles migrare athenienses i classem coegisset:Xerseqꝫ rege & copiis eius græcia pulsis ruinas patriæ i pristinum habitum reformaret & opes clandestinis molitionibus ad principatū gręciæ capessendum nutriret:in concione dixit habere se rē deliberatione sua prouisam:quam si fortuna ad effectū perduci passa esset:nihil maius aut potentius atheniēsi populo futurum:sed eam uulgari non oportere:postulauitqꝫ ut aliquis sibi cui illam tacite exponeret daretur: datus est aristides Is postq̄ recognouit classem illam lacedæmoniorum que tota apud Cytheum subducta erat uelle incendere ut ea consumpta dominatio maris ipsis cederet:processit ad ciues & retulit themistoclem ut utile consilium ita minime iustum animo uoluere:e uestigio uniuersa concio quod æquum non uideretur nec expedire quidem proclamauit:ac protinus themistoclem incepto iussit desistere.

¶Alterius.Ordo est.Prudentia alterius.s.uiri:utpote Temistoclis est referenda idest recensenda mihi.i.a me:ut iustitia alterius.s.uiri:utpote Aristidis & totius populi athenień.possit repræsentari.s.oculis legentium: aut auribus audientium ista.Cum Themistocles dux Athenień.coegisset cōsilio saluberrimo athenień.migrare.i.derelicta urbe in naues quasi habitationem transferre:& xerse rege & copiis eius pulsis græcia idest postquā xersēqꝫ cū copiis eius pepulisset e græcia:reformaret ruinas patriæ.s.urbis athenień.per xersem destructæ:& quasi solo æquatæ:in habitum pristinum.i.formam & statum priorem:& nutriret opes.i.facultates:molitionibus idest conatibus clandestinis.i.occultis:ad principatum græciæ capessendum idest inuadendum:dixit in concione.i.in oratione ad populum se habere rem prouisam.i.excogitatam:sua deliberatione.i.meditatione an

mi:quã.s.rẽ si fortuna passa esset perduci ad effectum:nihil sup. esset: aut dixit nihil esse futurũ maius aut potentius populo atheniẽ.sed sup.dixit non oportere.i.non conducere eam.s.rem uulgari.i.uulgo indicari:& postu lauit ut aliquis daretur sibi cui exponeret illã.s.rem:tacitæ.i.i secreto hoc est occulte:nõ tamẽ tacendo:unde mire dixit tacite expõeret. Aristides :uir ille atheniẽ.prudens & iustus:datus est themistocli ut ei consilium suum Alterius.s.themistoclis qui utile consilium fu ueuit.Alterius aristidis qui faciendum eẽ ne gauit.Maius:quantũ ad utilitate.Potentius quantũ ad imperium.Dedi cere:proprie est iu mare ducer.Subducere:in portũ trahere. cõmunicaret.Is.s.Aristides postq̃ recognouit sup.themistoclem uelle incendere classem illam.s.nobilem lacedæmoniorum quæ tota erat subducta idest in litus tracta apud cytheum.s.portum:ut ea.s.classe cõsumpta:dominatio maris cederet ipsis.s.athenieñ.processit ad ciues & retulit themistoclem uoluere animo consilium ut utile ita minime iustum:& ita te ue ra non erat utile quia inhonestum uidebatur tamen quia imperium fuisset aucturum:uniuersa concio proclamauit e ue stigio.i.prius q̃ Aristides aut ipsi uestigium mutarent:id quod non uideretur æquum.i.iustum:nec quidem idest non etiam expedire idest utile esse:ac protinus iussit Themistoclem desistere ab incœpto:unde non inlous iustus fuit totus popu lus q̃ Aristides.

## De Seleuco locrensi.Ca.DCXLIIII.

Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius.Seleucus urbe locrẽsium a se saluberrimis atq̃ utilissimis legibus munita cũ filius eius adulterii crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum utroq̃ oculo carere deberet:tota ciuitas in honorẽ patris necessitatem pœnæ adolescentulo remitteret aliquandiu repugnauit:ad ultimum precibus populi euictus suo prius:deinde filii oculo eruto usum utriq̃ uidẽdi reliquit.Ita debitum supplicii modum legi reddidit æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus.

Nihil:illis etiã.Seleucus locrẽsiũ princeps fuit:& legũlator sicut Solon atheniensium ligurgus lacedæ.hic leges cõposuit quibus locrenses rẽp. emplan diuturnam habuere:sed inter cæteras & illã tulit contra adulteros:ut qui adulterio deprælensus esset:is utroq̃ priuaretur oculo:forte accidit ut eius filius in hoc crimi ne depræhenderetur:nam cum quadam matre familias adulterium cõmiserat:& cũ ciuitas filium liberare uellet honoris gratia: pater nunq̃ adduci potuit ut filio pœnam remitteret tandẽ instantibus ciuibus ut absolueretur quandoquidem inquit ita uultis:faciã ut altero mihi altero illi eruto oculo lex impleatur:quod etiam factum est quæ profecto magna iustitia fuit.Eruto:euulso.Inter misericordem:ne ouuuo crudelis esset in filium.

¶Nihil etiam fortius sup.est illis scilicet sequentibus exemplis iustitiæ:Seleucus uel(ut alii scripserunt) zaleucus (sed idem de eodem libro primo de simulata religione quod caput nuper inuentum est Seleucus scripserunt)urbe locrẽsiũ i græcia(ut opinor)potius q̃ in brutiis(nam sunt locri ozolæ apud Epicnemios & opuntios:in græcia & etiam in Brutiis italiæ)munita a se idest cum ipsam muniuisset:saluberrimis atq̃ iustissimis legibus:cum filius eius damnatus crimine adulterii:deberet carere utroq̃ oculo secundum ius constitutum ab ipso scilicet Seleuco:ac tota ciuitas remitteret adolescentulo necessitatem pœnæ in honorem patris :ipse sup.repugnauit idest restitit uotis populi aliquadiu:ad ultimum euictus p̃cibus populi præcantis ne scilicet filium excæcaret:suo scilicet patris oculo:eruto prius deinde oculo filii eruto:reliquit utrisq̃ idest & sibi & filio usum uidendi.Et sup.ita reddidit legi modum idest metrum & mensuram supplicii debitum quia præfinitum:partitus admirabili temperamento æquitatis se inter patrem misericordem & legislatorem iustum.

## De Charunda Tyrio.Ca.DCXLV.

Sed aliquanto Charundę Tyrii præfractior & abscissior iustitia Ad uim & cruorem usq̃ seditiosas conciones ciuium pacauerat lege cauendo ut si quis eas cum ferro intrasset continuo interficeretur:interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus domum repetens subito indicta concione sicut erat in eam processit:ab eoq̃ qui proxime cõstiterat solutæ a se legis suę monitus:idem ego illam inquit sanciam:ac protinus ferro quod habebat districto incubuit:cumq̃ liceret culpam uel dissimulare:uel errore defendere:pœnam tamen repræsentare maluit ne qua fraus iustitiæ fieret.

Sed aliquanto.hic Carundas ciuitatem tyrum cuius princeps erat cũ assiduis seditionibus laborare uideret u. sæpissime in foro certaretur usq̃ ad sanguinem legem tulit ne quis cum ferro in concionem prodiret q̃ si quis fecisset capitis pœna dãnaretur.forte accidit ut hic in agros proficiscens cinctus gladio esset:& cum inde domum rediret subito in dicta concione cum ferro descenderet in concionem nõ studiose:sed oblitus se cum telo esse.cum igitur a proximo esset admonitus seipsum interfecit ne quid contra legem per se factum esse uideretur:sed ex omni parte iustitia seruaretur.Præfractior:asperior.Abscissior: seuerior:uel breuior τοπο τωφα dñt græci abscisum dicitur quod repente fit sine ullo respectu.Conciones.Quia sæpe concionibus irrita plebs usq̃ ad sanguinem certabat.

Ascen. ¶ Sed iustitia Charūdae.s.principis Tyrii.i.Tyri urbis in phoenicia.sup.fuit praefractior.i.asperior & rigidior:quia res rigida prius frangitur q̄ flectitur:& abscissior idest breuior & quasi minus deliberato animo facta (nam qui aliquid sibi buto dissoluere uolunt abscindunt illud ut retinacula nauis:& uestium futuras:unde Cato potius dissuendam q̄ abscindendā censuit non aequā amicitiā:quae exempla adduco ut uim metaphorae minus periti intelligant) Is sup.aut qui Charondas pacauerat conciones ciuium seditiosas usq; ad uim & ad cruorē:cauendo lege ut siquis intrasset eas.s.conciones:cū ferro idest armis saltem inuasiuis:interficeretur continuo:deinde tempore intersecto:repetens domum ex longinquo rure accinctus gladio:concione idest conuocatione populi indicta subito:processit in eam sicut erat:scilicet accinctus gladio:& monitus ab eo qui proxime consisterat legis suae solutae a se.i.q̄ legem suam soluisset:inquit ego idem sanciam.i.sanguine meo firmā & sanctam efficiam:illā.s.legem:ac incubuit ꝓtinus ferro quod habebat.i.gladio suo:cūq; liceret super:uel dissimulare culpam.i.negando se culpam admisisse:quia lator legis non uidetur sub lege teneri:uel defendere idest purgare errore.i.propter errorem suum:quia non dedita opera e domo accinctus gladio processerat:sed rure ut acc ctus erat in concionem uenerat:maluit tamen repraesentare.i.exhibere populo & persoluere poenam.s.transgressionis:ne qua fraus fieret iustitiae.

## De fide publica. Ti. VI.

Huius imagine ante oculos posita:uenerabile fidei numē dexteram suam certissimum salutis humanae pignus ostentat: quam semper in nostra ciuitate uiguisse & omnes gētes senserunt:& nos paucis exemplis recognoscamus.

¶ Huius &c. Praefatio est in exempla fidei publicae. Ordo autem est: Imagine huius.s.iam dictae uirtutis:utpote iustitiae:posita ante oculos.s.legentiū aut cōtemplantium:uenerabile numen fidei ostentat dexteram suā idest sibi dicata:appositorie certissimū pignus salutis humanae:ideo autē ostentat:quia secundum Ciceronem li.i.officiorum:fides est fundamentum iustitie:& ideo ubi iustitia illic etiam fides est:quam.s.fidem: &.i. simul omnes gentes senserunt & nos recognoscamus idest attestemur paucis exemplis: uiguisse idest q̄ ipsa uiguerit semper in ciuitate nostra:hoc est Romana.

De fide publica. Ti. VI.

Huius imagie. Trāsiturus ad capitulū sequēs Vale. ne hoc abrupte facere uideatur quasi p̄fat:dicit enim iustitiā fidei dexteram porrige:ut sibi succurrat & rectē:nā ut inquit Tulius fides ē totius iustitiae fundamentū. Humanae salutis: Quia sine fide hūana generis societas stare nō posset.

Cum pro. De fide pub.po.ro.loquitur erga ptolemaeū regē egypti: nā aegypti reges oēs ptolemaei sūt appellati. ptolemaeus moriens filiū i tutela po.ro.reliqt quod postq̄ ad eorum aures peruenit ne fides aliqua ex pte deesset:sena.misit alexandriā Quī.ae milii lepidū principē ciuitatis & eundē optimū uirū qui tūc pōtifex maximus:q bis antea consul qui princeps senatus quinquies fuerat:qui tutor pupilli esset & maluit senatus ut respu.tāto uiro careret q̄ q eo plurimū indigeret q̄ publica:fides deesset:tantū ualuit apud po.sanctissima fides ut maluerint hominē in quo aio sanctitatis exēpla conspici possent aliena q̄ suae reip.curā administrationēq; suscipere. Iusti. qui de hac tutela mentionē li.xxx.facit non a rege tutorē relictū po.fuisse dicit:sed post regis mortē ab Alexādrinis romā missos fuisse legatos q orarent po.ro.ut tutelā pupilli susciperet regnū q; tuerent aegypti:q tā philippus & antiochus facta inter se pactione diuisisse dicebātur:gratā legationē fuisse Romanis cām belli quaerentibus aduersus phi.qui insidiatus tēporibus punici belli fuerat. missos igitur fuisse legatos dicit qui nunciarēt antiocho atq; phi.ut a regno aegypti abstinerent.missum & marcū aemi.le.in aegyptum qui tutorio noie regnū pupilli administraret qui profectus bello deinde q̄ aduersus Antio.duce Scipione gestum est magnū ad uictoriam momentum dedisse fertur. Cōparatam quia reip. utilitatibus inseruiebat.

· Ex sac.quia pontifex ma.sacra publica faciebat. Cuius be.non minorem splendorem & gloriam ab hac tutela Ptole.accepit q̄ a genere paterno.

## De senatu. Po. q; R. & Marco aemilio lepido: Ca. DCXLVI.

Cum Ptolemaeus rex tutorem populum Ro. filio reliquisset:senatus. M. Aemilium lepidū pontificem maximum bis consulem ad pueri tutelam gerendam alexandriam misit: amplissimiq; & integerrimi uiri sanctitatem reip.usibus & sacris cōparatam:externę procurationi uacare uoluit:ne fides ciuitatis nostrę frustra petita existimaretur. cuius beneficio regia cunabula conseruata pariter ac decorata incertum ptolemaeum:reddiderunt:patris ne fortuna magis an tutoris maiestate gloriari deberet.

¶ Cum Ptolemaeus scilicet rex aegypti:reliquisset populum Romanum tutorem filio suo senatus scilicet Romanus:misit Marcum Aemilium Lepidum pontificem maximū & bis cōsulē: Alexādriā.i.in eam urbem aegypti ubi regia erat:ad gerendam tutelam pueri:& uoluit sanctitatem uiri amplissimi & integerrimi comparatam idest aequasi tam usibus reip.& sacris:quia etiam pontifex magnus erat:uacare idest operam plenam dare & intentam esse procurationi externae:ne fides ciuitatis nostrae.hoc est Romanae: uideretur petita frustra scilicet a ptolemaeo patre. Cuius scilicet.M.Aemilii beneficio cunabula regia idest primordia uitae regis & filii regis:conseruata pariter ac decorata:reddiderunt Ptolemaeū s. filiū incertum ne idest an deberet gloriari magis fortuna.i.regno patris:in maiestate tutoris.s.Aemilii.

## De ciuitate Romana & consulibus Romanis. Ca.DCXLVII.

SPeciosa quoq; illa Romana fides. Ingēti pœnorum classe circa Siciliam deducta duces eius fractis animis consilia petendæ pacis agitabant: quorum dux hamilcar ire se ad cōsules negabat audere ne eodem modo cathenæ sibi iniicerentur: quo ab ipsis Cornelio Asinæ consuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani animi æstimator nihil tale timendum ratus maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: apud quos cum de belli fine ageret: & tribunus militum ei dixisset posse illi merito euenire qd Cornelio accidisset: uterq; consul tribuno tacere iussō: isto te inquit metu Hanno fides ciuitatis nostræ liberat. Claros illos fecerat tantum hostium ducem uincere potuisse: sed multo clariores fecit noluisse.

¶ Speciosa &c. Illa scilicet sequens: fides Romana idest Romanæ ciuitatis est sup. quoq; idest etiam speciosa. Ingenti idest ualde magna classe pœnorum idest Carthagineñ. deducta circa Siciliam: duces eius scilicet classis: animis fractis idest habentes animos fractos & desperantes de uictoria: agitabant consilia pacis petendæ. Quorum scilicet pœnorum Amilcar dux idest princeps: negabat se audere ire ad consules: scilicet Romanos: ne catenæ iniicerentur sibi eodem modo: quo fuerant iniectæ Cornelio Asinæ consuli scilicet romano: ab ipsis scilicet pœnis. Hanno autem certior æstimator idest censor animi romani ratus nihil tale timendum tetēdit ad colloquium eorum scilicet consulum romanorum cum maxima fiducia: apud scilicet consules cum ageret de fine belli idest de bello finiendo: & tribunus militum dixisset ei: id sup. quod accidisset Cornelio scilicet Asinæ: posse euenire merito illi scilicet Hanr oni: hoc est ut in uincula coniiceretur: uterq; consul tribuno iusso tacere idest postquā iusserat tribunum tacere: inquit: o Hanno, fides ciuitatis nostræ liberat idest soluit te isto metu scilicet quo timebat in uincula coniici ob dictum tribuni militum: nam prius non timore dictus est. Potuisse uincere: quia in potestate sua habebant: tantum ducem hostium: uidelicet Hānonē; fecerat illos scilicet consules claros: sed noluisse uincere aut uincire eum fecit illos multo clariores.

SPeciosa quoq; cum primo punico bello Cor. sci. asina præfectus classis in Sicilia foret ad colloquium a Carthagineñ. uocatus est: qui data fide confidenter processit. illi uero simulato colloquio milites paratos habuere qui deprehensum Sci. in cathenis ducerent: post aliquod tempus eodem bello cū in angustias deductus esset hamilcar pœnorum dux & cum Romanis pacem desideraret non audebat se cōsulum fidei cōmittere. nam ueritus ne qua Scipionem arte deceperat eadem & ipse caperetur. Sed hāno alter eorum dux meliori de fide Roma. opinione ductus processit audacius & cum consulibus de pace agere cepit. tunc unus ex tribunis militum dixit non aliam illi fidem esse seruandā quā illi corne. seruauerant cui consules in dicto silentio hānonem securum esse iusserunt: mira profecto fides & omni laude prædicanda Abbreuiator Li. de hoc Sci. sic breuiter tradit. Cn. cor. consul a Classe punica circumuentus & per fraudem ueluti in colloquium euocatus captus est Cornelio asi. hic est qui classe punica mersa clarissimum inde triumphum egit. Cornelio asi. quare dictus sit Corne. asina. Macro saturna. lib. I. facile declarat. dicit enim asinæ cognomentum Corneliis datum est qui princeps Corneliæ gentis empto fundo seu filia data marito cum sponsores ab eo solemniter poscerentur asinam cum pecuniæ onere produxit in forū quasi pro spōsoribus præsens pignus. Fractis: uictis. Claros illos: ac si diceret uictoria quidem Romanos imperatores claros reddiderat: fides uero multo clariores.

## De eodem senatu. Ca.DCXLIII.

ADuersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo. P. Conscripti exhibuere: M. enim Aemilio Lepido. L. flaminio consulibus. L. minutium. L. manilium carthaginensium legatis quia manus his intulerant per fœciales dedendos curauerūt: sed tunc senatus nō eos qbus hoc præstabatur aspexit.

¶ Aduersus &c. Patres Conscripti exhibuere parem fidem in iure legationis tuendo idest protegendo: aduersus eosdē hostes uidelicet pœnos aut carthagineñ. Enim idest quia Marco Aemilio Lepido & Lucio Flaminio consulibus idest quo tempore ii essent consules: ipsi patres conscripti: curauerunt Lucium Minutium & Lucium Manlium reddendos idest dādos ut re uacet aut potius legal dedēdos. I. in ptātem dandos: per fœciales scilicet sacerdotes qui fœderibus feriendis & bellis legitime indicendis præerant: legatis cartha

ADuersus eosdem hostes parem. M. Aemilio le. Legati cartha. Romam uenerant pacem a senatu populoq; petentes forte ita accidit: ut altercatio orta esset inter legatos &. L. Minutium ac. C. Manlium & eousq; processit eorum contentio ut minutius & manilius legatos pulsarent: nam illi pacem petebant hi dandam esse negabant. quippe fœdifragis quod ubi cognouit senatus eos legatis dandos esse cēsuit dariq; fecit Iure legationis: ut legati tuti sint & inuiolati secundum ius gentium. Manus his attulerant: pulsauerant. Non eos: quasi dicat senatus non respexit quid mererentur carthaginenses: qui totiens fœdera frangerent: sed ius gentium esse seruandum: fidemq; publicam.

ginensium: quia ipsi intulerant his scilicet legatis manus idest eos uiolenter pulsauerant. Sed senatus aspexit tunc se idest quid se deceret aut fidem suam: non eos: uidelicet foedifragos poenos quibus hoc præstabatur: quia indigni erant quibus tanta fides seruaretur.

HVius exemplum: hoc fuit secundo bello punico cum superior affricanus fatalis dux utranq; subegisset hispaniam cœpit carthaginensium nauem clarissimorum hominum plenam: illi ne in captiuitatem uenirent legatos publice missos ad imperatorem Romanum se esse simulatunt: quam fidem illis affricanus præstitit ut omnes incolumes & inuiolati redirent ad suos: maluit imperator Ro. suam fidem fraudepetitam q̃ frustrā imploratā.

REpræsentemus. hoc exemplum par est superiori: nam hi Romani duo quod legatos apolloniatum orta inter eos rixa pulsassent dediti sunt eis & missus est quæstor cum auxilio nę cognati uim aliquam inferrent: Repræsentemus: in medium proferamus. Apollonia: facit suum gētile hic & hæc apolliniatis: unde abbreuiator: cum legatos apolliniatum dixit ad senatum missos: quidam iuuenes pulsassent dediti apollinatibus sunt: sed quidam dicunt q latine facit apollonitanus na. nū. A cognatis: si forte cognati eorum uoluissent e manibus legatorum eripere. Illam cu. si quis curiā diligentius consideret non potius fidei templum dicet q̃ mortalium refugium.

POst duorū: Nunc ad externa trāsit exempla & primo de saguntinis q in fide ro. pertinaciter constiterunt.

Saguntū Saguntū oppidū est opulentissimū in hispaniæ finibus positū circa flumē hiberū: quod fuit quondā terminus iperii po. Ro. & carthaginensiū: causaq; secundi punici belli: nā cū Hannibal oppidū illud circunsedisset Saguntini Romā legatos auxilia petentes miserunt qui cū tardius mitterentur nec se diutius defendere possent: ad eā pertinaciā uenerunt: ut in foro constructo ingenti rogo: impositisq; rebus suis omnibus flāmas subiicerent deinde seipsos in rogū cōiicerent ne a fide deficerēt. Duorū sci. uidelicet Cn. & p. Scipionū quorū alter. s. p. Scipio eius Scipionis pater fuit: qui deinde aphricanus dictus est: hi duo ut supra diximus hispaniā i potestate po. ro. diu tenuerāt: sed tandē per magonē quēdā celtiberi quoq; pars maior erat in exercitu ro. illecebris & pecunia corrupti defecerūt a romanis. Romani uero exercitus externis auxiliis destituti in tutiora loca receperunt: & clitellis atq; impedimentis uallo facto a pœnis quibus erant longe uiribus inferiores diu obsessi tandem capti cæsiq; sunt. L. uero Martius tribunus militum collectis reliquiis exercitus & no-

De superiore Aphricano. Ca. DCXLIX.

HVius exemplum superior Aphricanus secutus cum honustam multis & illustribus carthaginensium uiris nauem in suam potestatem redegisset inuiolatam dimisit: quia se legatos ad eum missos dicebant tametsi manifestum erat illos uitandi præsentis periculi gratia fallum legationis nomen amplecti: ut Romani imperatoris potius decepta fides q̃ frustra implorata iudicaretur.

Huius &c. Sic melius q̃ cuius: nā de eo quod in manibus habent loquntur fere per pronomen hic: Ordo autem est. Aphricanus. s. Scipio superior idest maior secutus exemplum huius. s. dicti facti senatus: cū redegisset in suam potestatem nauem honustam idest honorifice onustā: multis & illustribus uiris carthaginēsiū dimisit sup. eā inuiolatā: quia dicebāt se missos legatos ad eū: tametsi manifestū erat illos amplecti falsū nomen legationis gratia periculi pſentis. s. tunc uitandi: ut fides iperatoris Romani iudicaretur potius decepta per fraudem punicā: q̃ iplorata frustra. i. i uanū.

De senatu populi Romani. Ca. DCL.

REpræsentemus etiam illud senatus nullo modo prætermittendum opus Legatos ab urbe apollonia Romanā missos. Q. Fabius & Cn. Apronius Aediles: orta contentione pulsauerunt quod ubi comperit continuo eos per fœciales legatis dedit: quęstoréq; cum his brundusium ire iussit nequam in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent. Illam curiam mortalium quis consilium an non templū fidei dixerit. Quam ut ciuitas nostra semper benignam pstitit ita eā i socioꝶ quoq; aīs constātē recognouit.

Repræsentemus etiā illud opus. i. factū aut exēplū senatus nullo modo prætermittendū. Quintus Fabius & Cneus Opronius: seu ut alii textus habent Sempronius: ædiles pulsauerunt. Legatos missos Romā ab urbe apollonia quæ est aut in ponto aut in Epiro: aut in Creta aut in Syria aut in Thracia: in omnibus enim illis regionibus reperitur eo nomine urbs: sed putem de pontica urbe loqui contentione orta. s. inter ædiles & legatos: quod. s. factū ædiliū: ubi. s. senatus cōperit dedidit idest in potestatē dedit continuo eos legatis per fœciales idest fœderū ut dixi feriēdorū & bellorū legitimæ indicendorū officiales: & iussit quæstorem. s. urbis Romæ: ire cū his. s. legatis Brundusiū idest in illud usq; oppidū littorale: ne. s. legati acciperent: quā. i. aliquā iniuriā in itinere a cognatis deditorū. Dixerit. i. nunquid dixerit. s. merito: quis. i. aliquis illam. s. tā fidā curiā. s. Romanā: conciliū idest cœtū mortaliū: an non dixerit sup. potius téplū fidei. q. d. multo iustius templū fidei. Quā sup. fidem: ut. i. quēadmodū: ciuitas nostra idest Romana: præstitit semper benignā: ita recognouit eā constantē quoq; idest etiā in animis sociorū: utpote Saguntinorū & Petelinorū de quibus sequentia sunt exempla: ad quæ hoc dicto parasceuē fecit.

Externa. De Sagūtinis. Ca. DCLI.

POst duorum in hispania Scipionum: totidemq; Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem Saguntini uictricibus Hānibalis

armis intra mœnia urbis suę compulsi:cum uim puni/cam ulterius nequirent arcere collatis i forum quæ uni cuiq; erant charissima:atq; undiq; circumdatis accensis ꝙ ignis nutrimentis ne a societate nostra desisterent:publico & communi rogo semetipsi superiecerunt. Crediderim tunc ipsam fidem humana negocia speculantem mœstum gessisse uultum:perseuerantissimum sui cultũ iniquæ fortunæ iudicio tã acerbo exitu damnatum cernentem.

¶Post miserabilẽ stragem duorũ Scipionũ scilicet Cnei & Publii in hispania:& totidẽ idest etiã duorũ exercituũ Romani sanguinis:Saguntini idest ciues sagunti urbis in hispania:cõpulsi sup.ab armis uictricibus hãnibalis intra mœnia urbis suæ:cum nequirent arcere.i.amouere a se ulterius uim idest uiolentiam punicã:collatis idest cõportatis aut congestis in forũ.s.rerũ uenaliũ his sup.quæ erant charissima unicuiq3:atq3 nutrimẽtis idest fomentis ignis.i.cõbustibilibus circũdatis undiq3 & accensis superiecerunt ipsi semet(sic scriptũ reperi & puto ueram esse lectionem cũ ita fere Cicero loquatur licet alii legant semetipsos)publico & cõmuni rogo idest Pyræ ardenti:ne desisterent.s.facta deditione: a societate nostra i.Romana.Ego(inquit author in admirationem fidei eorum)crediderĩ3 idest ue im credere:(sed mire utitur ea uoce quasi in significatione futura aut saltem pſenti cum sit præteriti temporis:ut dubitem an legendũ sit Credideris a futuro credidero:aut credidero)aut si fuissem credidissem: ipsam fidem.s.deam:speculantem.s.desuper negocia humana:gessisse tũc uultum mœstum:cernentem idest cum cerneret perseuerantissimum cultũ sui damnatum tam acerbo exitu:iudicio fortunæ iniquæ.

## De Petilinis. Ca.DCLII.

Idem prestando Petilini eundem laudis honorem meruerunt. Ab hãnibale:quia deficere a nostra amicitia noluerunt:obsessi legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt:quibus ꝓpter recentem cladem cãnẽsem succurri non potuit:cæterum permissum est eis ut facerent qđ utilissimum incolumitati eorum uideretur.Liberum ergo erat carthaginensiũ gratiam amplecti.Illi tamen fœminis omniq; ætate imbelli urbe egesta:quo tutius armati famem traherent ꝓ tinacissime in muris constiterunt:expirauitq; prius eorum tota ciuitas ꝙ ulla ex parte romanæ societatis respectum deposuerit.Itaq; Hannibali non Petiliam sed fidum Petiliæ sepulchrum capere contigit.

¶Idem &c.Petilini.s.ciues illi Petiliæ urbis calabriæ meruerunt eundem honorem laudis.s.obseruatam fidem:præstando.s.Romanis:idem.i. eandem fidem aut eundem exitum pro fide quem Saguntini.Qui sup.obsessi ab Hannibale:quia noluerunt deficere idest per defectionẽ desistere & recedere ab amicitia nostra idest Romana:miserunt legatos ad senatum implorantes auxilium scilicet ab eo contra Hannibalem:quibus non potuit succurri scilicet a senatu(& est succurri impersonale uerbum)propter cladem recentem cannensem idest Paulo ante a Romanis apud Cannas acceptam.cæterum idest sed permissum est eis scilicet Petilinis ut facerent quod uideretur utilissimũ incolumitati eorũ:hoc est si ita uiderentur sese dederint Hannibali.Ergo liberum erat .i. in libera Petilinorum potestate amplecti gratiã Carthaginẽ.tñ illi fœminis sup.egestis idest exportatis:& oi ætate imbelli ægesta idest exportata urbe scilicet sua petilia:quo idest ideo ut ipsi armati.i.qui in armis erant & arma ferre poterant:

ĉte sequenti uocatis ad concionem militibus hortatus est:ut improuiso inuaderent hostes nihil tale propter uictoriã metuentes & inter concionandũ subita flãma ex ei? capitis apice emicuit quo signo motos milites ea nocte duxit ad hostiũ castra quibus ex improuiso captis cæsisq3 hostibus maiorem intulit cladem ꝙ acceperant. Sed in hac historia Vale.dissentit a.L.non enim post cæsos i hispania Scipiones Hannibal saguntum expugnauit.Sed anteꝙ bellum cum Romanis susciperet:ut Li.tradit:& Ci.in philippicis lib.xi.Et hoc belli principium & causam fuisse dicit:quia cũ iam animo agitaret Hannibal inuadere nullam aliam uiolandi fœderis honestiorem rationem inuenit ꝙ si sagũtinos romanis societate coniunctos adoriretur. Vim punicam:Cum ui punica coerciti essent nec iam cõmeatus uenire posset.Cõmuni :Qua si ipsis & bonis suis cõmunis fuit.Crediderim:Quasi per deplorationem hoc dicit Vale.non dubitauerim fidem tunc humana facta considerantem saguntinorum casum fuisse miseratam tã constantes sui numinis cultores iniquo iudicio fortuna ad necẽ adeo crudelem impulerim.Mœstum:cum uideret res hominum adeo fidelium male uersari.

Idem præstando:Hoc simile est superiori quã enim fidem saguntini romanis præstiterunt.eandem seruauerunt & petilini & dux carthaginensiũ utrisq3 causa fuit.petilini primo quidem cũ obsiderentur ab hannibale auxilium petierunt a Senatu populoq3 Ro.ꝙ pauloante cãnensem cladem accepissent præstare non posse responderunt sed illis permiserunt ut facerẽt quod sibi maxime conduceret:illi a Romano præsidio destituti omnem imbellem turbam & inutilem ciuitate eiecerunt quo difficilior esset per famẽ obsessio quod illis consilium parum uel nihil profuit:nulla enĩ3 uis alia magisꝙ fames illos expugnauit.absumptis enim frugum alimentis carnisq3 omnis generis quadrupedum:postremo certis herbis & radicibus corticibusq3 teneris & his quoq3 strictim uescebantur.maluerunt ergo fame cõsumi ꝙ a Romana fide deficere. hãnibal igiẽ nõ petiliã s3 fidũ petiliæ sepulchrũ expugnauit. Petilia urbs calabriæ de ꝙ meminit Virg.Parua philoctetæ subnixa Petilia muro In qua philoctetes melibœus regnauit teste Seruio:at Straboli.yi.dicit esse lucanorũ metropolim.Egesta euacuata urbe. Traherent producerent:dilatarent. Petilia

trahierent.i.protraherent & sustinerent: fame.s.ex penuria cõmeatus:constiterunt pertinacissime in muris: & tota ciuitas eorum expirauit prius idest spiritũ emisit: q̃ deposuerit ex ulla parte respectum societatis Romanæ. Itaq3.i.& ita cõtigit i.cũ difficultate datum est hannibali capere non Petiliã: quia extinctis ciuibus Petilia esse quodãmodo desierat: sed sepulchrum fidum idest propter fidem extinctæ petiliæ.i.ciuitatis Petilinæ.

## De fide uxorum erga uiros. Ti. VII.

## De Tertia Aemilia. Ca. DCLIII.

Atq3 ut uxoriam quoq3 fidẽ attingamus. Tertia Aemilia Aphricãi prioris uxor: mater Corneliæ matris Caii & Tiberii Cracchorum: tantæ fuit comitatis & patientiæ: ut quum sciret uiro suo ancillulam ex suis gratam esse dissimulauerit: ne domitorem orbis Aphricanum fœmina magnum uirum impatientiæ reum ageret. tantumq3 mens eius a uindicta abfuit: ut post mortem aphricani manumissam ancillulam in matrimonium liberto suo daret.

Atq3 &c. Transit ad fidem uxorũ erga maritos: quæ species quædam est & quasi mẽbrũ superioris tituli seu capitis: licet hic nouũ fere subsistuant: & ideo breuiore solito utitur præfatione statim subnectens exẽplũ Tertiæ Aemyliæ dicens. Atq3 ut nos attingamus quoq3.i. etiam fidem uxoriã: Tertia Aemylia uxor Aphricani.s. Scipionis prioris.i. superioris: & mater Corneliæ matris Caii & Tiberii gracchorum: fuit tantæ comitatis.i.lenitatis & patientiæ.s.in tolerandis alienis amoribus: ut cũ sciret ancillulã.s.unã ex suis esse gratã uiro suo: hoc est uirũ consueuisse cũ ancilla: dissimulauit.i. significauit se nescire: ne ipsa fœmina idest cum eẽt fœmina ageret magnũ uirũ.s. Aphricanũ superiorẽ maritũ suũ domitorẽ orbis.s. pro bona parte: quia Hispanias: Sardiniam: Siciliã: & Aphricã domuerat: reum impatientiæ.s.amorũ: quia qui orbẽ fere uicerat: ab amoribus ancillulæ uictus erat: ita ut cũ ea lubentius ac cũ uxore rẽ haberet: & mens eius.s.uxoris utpote Tertiæ aemyliæ: tantum abfuit a uindicta: ut daret liberto suo ancillulã.s.illã: manumissam post mortẽ Aphricani. In qua humanitate plus laudis meruit q̃ in criminis mariti sui dissimulatiõe quia nisi dissimulasset: uir forte errorẽ correxisset.

## De Turia uxore Quinti Lucretii. Ca. DCLIIII.

Quintum Lucretium proscriptum a triumuiris uxor Turia inter cameram & tectum cubiculi abditum una conscia ancilla ab iminente exitio non sine Magno periculo suo tutum præstitit: singulariq3 fide id egit ut cum cæteri proscripti in alienis & hostilibus regionibus per summos animi & corporis cruciatus uix euaderent: ille in cubiculo & in coniugis sinu salutem retineret.

De fide uxorum erga uiros.

Titu. VII.

Atq3 ut uxoriã quoq3. Nunc transit ad ca. vii. in quo tractat exẽpla fidei quã uxores præstitere maritis. Et primo de Tertia æmylia: cuius tantã fidẽ fuisse dicit: ut cũ eius uir Scipio superior ancillæ suæ captus esset amore: eum licẽtia illa frui permiserit ac post mortẽ Scipiõis ne ad metu fecisse existimaretur: manumissã illam liberto suo in matrimonium cũ magna dote dedit. Mater Corneliæ: eam nobilem facit ut rem magis exaggeret: quis uxor esset Aphricani: & auia tantorum uirorum tamẽ hoc fecit: sunt qui dicant hanc Pauli Aemylii qui Persen regem superauit: fuisse filiam & Aphricani inferioris sororem: ex qua nata fuit Sempronia Gracchorum mater quæ & cornelia dicta ẽ: Plutarchus tamen dicit paulum Aemylium duas tantum habuisse filias: & alteram Tuberoni Aelio: alteram Catoni: Porcii Catonis filio in matrimoniũ dedisse. Dissimulauit finxit se non cognoscere. Impatientiam: Quã amoris impatiens eẽt. Tantæ comitatis: suauitatis. Comitas uirtus est inter duo extrema: inter seueritatẽ & remissionem. Domitorem: Qui duas hispanias Sardiniam: Siciliam & Aphricam subegerat. Manumissam: in libertatem assertam.

Quintum Lucretiũ. Nec Turia quidem prætermittenda est: quæ. Q. Lucretium maritum suum a triumuiris proscriptum: & inter ipsos penates latentem non dubitauit cum suæ salutis discrimine tutum & incolumẽ seruare. Lex eniz erat: quicunq3 proscriptum occultaret: eadẽ pœna damnaretur a triumuiris.s. Augusto: Antonio & Lepido. Magno periculo: quia ut dixi pœna capitis afficiebatur qui proscriptũ texisset aut non indicasset. Camera: cubile arcuatum. Proscripti dicebantur quorum noĩa in publico proscribebantur: & quicunq3 ea uidisset: ius fasq3 eorũ occidendorũ hẽbat.

ASCENSIVS.

Quintum Lucretium &c. Affert alterum exemplum uxoriæ charitatis: magis laudabile: quia in re magis probanda. Ordo autẽ est. Turia uxor scilicet Quinti Lucretii: præstitit Quintum Lucretiũ proscriptũ a Triũuiris: scilicet Augusto: Antonio: & Lepido: abditum.i. absconsum: inter cameram & testudinem.i. curuaturam superiorem lecti: uulgo cœlum uocant: & tectum.s. sũmum cubiculi idest loci in quo erat cubile: hoc est inter tabulatum superius & lecti curuamen: quod cœlum uocatur: una ancilla conscia: præstitit dico tutum ab exitio imminente: non sine magno periculo suo: Valla diceret sui: & egit id fide singulari: ut quũ cæteri proscripti uix euaderent: per summos cruciatus animi & corporis in regionibus alienis & hostilibus: ille scilicet Quintus Lucretius retineret salutem in cubiculo.s.suo: & in sinu coniugis.

De Sulpitia uxore Lentuli.
Ca.DCLV.

Sulpitia autem cum a matre iulia diligentissime custodiretur ne Lētulum Crustelionem uirum suum proscriptum a triumuiris in siciliā prosequeretur: nihilominus familiari ueste sumpta cū duabus ancillis totidem seruis ad eum clandestina fuga peruenit: nec recusauit se ipsam proscribere: ut fides sua in coniuge proscripto constaret.

¶ Sulpitia autē uxor Lentuli cū custodiretur diligentissime a Iulia matre. s. sua ne prosequeretur in Siciliā Lentulū Crustelionē proscriptū a triūuiris scilicet iā dictis: nihilominus. i. q̄uis obseruata: peruenit ad eū fuga clandestina: ueste familiari idest ut quidā dicunt quotidiana qua domi in re familiari occupata uti solebat: cū duabus ancillis & totidē seruis: nec recusauit proscribere seipsam ut fides sua constaret. i. euidēs eēt in coniuge proscripto. i. in proscriptione coniugis: aliter diceret in. i. erga coniugem proscriptum.

De fide seruorum erga dominos. Ti. VIII.

Restat ut seruorum etiam erga dominos quo minus expectatam hoc laudabiliorem fidem referamus.

¶ Restat. Breuissima quoq; p̄fatione & parasceue ad hunc titulū utit: eo q̄ species & membrū est capitis de fide. Nā fides seruorū fides ē. Ordo autē est. Restat idest reliquū est: ut referamus etiā fidē idest fidelitatē seruorū erga dños: quo. i. quanto minus expectatā: quia seruilis amor & coactus est: nullū autē uiolentū perpetuum: hoc idest tanto laudabiliorē.

De quodam seruo Marci Antonii.
Ca.DCLVI.

Marcus Antonius auorum nostrorum temporibus clarissimus orator incesti reus agebatur: cuius in iudicio accusatores seruum in quæstione perseuerantissime postulabant: q̄ ab eo cum ad stuprum iret laternam prælatam cōtenderent: erat autē is etiam tum imberbis & stabat coram: uidebatq; rem ad suos cruciatus pertinere nec tamen eos fugitauit. Ille uero ut domum uentum est: Antonium hoc nomine uehementius confusum & sollicitum ultro hortatus est: ut se iudicibus torquendum traderet: affirmans nullum ex ore suo uerbum exiturum: quo causa eius læderetur: ac promissi fidem mira patientia prestitit: plurimis etiā laceratus uerberibus. eculeoq; impositus: candentibusq; etiam laminis ustus: omnem uim accusatoris custodita rei salute subuertit. Argui fortuna merito potest: q̄ tam pium & tam fortem spiritum seruili nomine inclusit.

Sulpitia Lentulum Crustelionem uirum suum proscriptum a triumuiris Antonio: Lepido: & Octauiano: ubi in Sicilia exulare percepit: a seruili sumpta ueste & decepta matre a qua diligenter seruabatur conscia quanto uiri amore flagraret: deceptisq; custodibus cum duas tantum ancillas & paucos seruulos secum duxisse: e uestigio secuta est: magnum igitur fidei documentum in uirum Sulpitia dedit.

¶ De fide seruorū erga dominos.
Titu. VIII.

Restat ut seruorū. Octauū capitulū de fide seruorū quā erga dños suos perseueranter præstiterunt. Primum autem exemplum serui cuiusdam. M. Antonii oratoris ætate sua præstantissimi: quem Cice. in lib. de oratore mirum in modum laudat: quum igitur incesti accusatus esset: ut ī capi. de fiducia diximus: qui quum in prouinciam quæstor designatus proficisceretur: iamq; Brundusium usq; peruenisset: certior factus per litteras romam rediit: & causam suam egit. Seruus eius qui criminis illius conscius erat: nam laternam illi dum uirginem peteret: noctu prætulisse constabat: nunquā cogi potuit ullo tormento ut id fateretur adeo fidelis. Quo quanto: Hoc tanto: nam serui solent esse infideles: si ergo in eorum numero aliquis fidelis inueniatur: laudabilior erit: quia non expectatur.

Marcus Antonius. In quæstione idest in tormento a præcedente id quod sequitur: nam quæstiones inquisitiones dicuntur: quæ a iudicibus fiunt: & quia præcedunt quæstiones idest interrogatiões: deinde sequuntur tormenta: ideo ponuntur pro tormentis. Laternam: a latendo dictam: q̄ intus lateat ignis. Hoc non inc: hac causa idest crimine: est autem metalepsis: quū; primum ad ultimū nomen enim significat causam: causa uero crimen. Eculeo: tormento: dicitur enim eculeus quasi equi diminutiuum: est autem ligneus: & acutissimi dorsi. Candentibus: ignitis laminis. s. ferreis. Argui fortuna merito potest: iure inquit accusari fortuna posse uidetur: quæ tam fortem constantemq; animum in seruo conclusent. Merebatur enim ingenui corporis sedem.

Laterna

Eculeus.

ASCENSIVS:

¶ Marcus Antonius non triumuir: sed orator clarissimus temporibus nostrorum atorum: agebatur reus incesti idest stupri cōmissi cum uestali: cuius. s. criminis aut hominis accusatores postulabant perseuerantissime ī iudicio: seruum: scilicet Antonii: in quæstione. i. inquisitione uiolenta per tormēta faciēda: q̄. i. q̄a accusatores p̄tenderēt. i. asseuerarēt & coniecere cōtenderēt. laternā p̄latā ab eo. s. seruo: quū. s. dominus eius Marcus Antonius iret ad stuprū. Aūt pro sed is. s. seruus erat tum. i. tūc etiā imberbis: & stabat corā. i. in cōspectu iudicū & accusatorū: & uidebat rē pertinere. i. specta

re ad cruciatus suos .i. quos sustinere deberet: nec tñ fugitauit eos. Ille uero ut uentũ ẽ domũ.s. a dño & seruo: hortatus ẽ ultro Antonium confusum & sollicitum uehementius hoc nomine .i. hac causa q audiuit seruũ ad questionem postulari ut traderet iudicibus se.s. seruum torquendum: affirmans nullum uerbum exiturum ex ore suo quo causa eius læderetur: ac præstitit mira patientia .i. tolerantia fidẽ .i. fidelẽ exhibitionẽ promissi: laceratus ẽt plurimis uerberibus: & ipositus eculeo .i. tortorio illi istrumẽto in quod extendebãtur quasi in asperrimũ dorsum æqui qui torquebantur: & ustus etiã laminis cãdẽtibus .i. ignitis: subuertit omnem uim accusatoris: salute rei.s. dñi sui custodita. Fortuna potest argui .i. accusari & improbari merito q inclusit .i. obfuscauit noie seruili: spiritum .i. animũ tã piũ: & tam fortẽ.

Consulem autẽ. Hic. C. Marius filius fuit eius Marii q bella ciuilia gessit aduersus Syllã qui septimo consulatu suo mortuus est: deinde in filiuꝫ bella migrarunt: qui uictus a Sylla se præneste recepit: ubi quũ obsideretur: tentauit p cuniculos egredi: quod quũ nõ posset quia custodirentur a Syllanis militibus a seruo suo se iussit occidi: ne in potestatẽ hostiũ ueniret. Plutarchus uero in uita Marii illũ dicit sibi mortẽ intulisse. Sortitũ: quia obsessa diu fuisset a Syllanis: tandẽ capta fuit: crudeliterqꝫ uexata: nam ut in capitulo de crudelitate uidebimus: quinqꝫ millia Prænestinorũ crudeliter Sylla iussit occidi. Cuniculi: Subterranei meatus a similitudine aialis q cauernis subterraneis delectatur. Cũ quo mo. sic eni inter se conuenerant. ut quando effugere non possent: simul morerẽtur. Perstrictũ: Leuiter uulneratũ: ne in hostiũ manus deuenirent. Cum magna si. quia occurrebat illud quæ fides ẽ occidere dominũ respondet: quia magna p̃mia proposita fuerant ei: qui Mariũ uiuũ uictoribus tradidisset. Cedit: uincitur.

Neque illustre quod sequitur Mortuo propter seditionẽ Tiberio gracco ut in capitu. de somniis diximꝰ C. Gracchus uisa per quietem fratris imagine dicentis: quantum uellet cunctaretur omnino sibi pereundum esse eodem quo ipse exitio periisset: cœpit eadem uia grassari in senatum qua frater per leges scilicet tribunitias seditiões excitare: quare motus senatus q id ad reipublicæ euersionem quodammodo spectare uidebatur: decreuit ut Opimius consul uideret ne quid respub. detrimenti caperet: quæ summa potestas in atroci negocio dabatur magistratui more Ro. ut posset exercitum parare: bellum gerere: coercere omnibus modis: socios atqꝫ ciues domi militiæ imperium consuli eius est. Itaqꝫ opimius consul cum armata manu. C. Gracchum persequitur: ille se in Auentinum montem cum multitudine armata recepit. Contra exercitu ducto: cæsoqꝫ Fuluio eius collega fuga facta & Gracchus se in templum Dianæ contulit: ibiqꝫ sibi manus uoluit inferre sed a Licinio & Pomponio fidissimis familiaribus prohibitus est: hortatusqꝫ inde quã primum aufugere: quem corporibus suis tã diu protexerunt fugientem: quoad cæsi sunt. Ille ubi uidit se inimicorum manus euadere non posse: cum Philocrate seruo qui

## De quodam seruo Caii Marii. Ca. DCLVII.

Consulem autem Caium Marium prænestinæ obsidionis miserabilem exitum sortitum cuniculi latebras frustra euadere conatum: leuiqꝫ uulnere a Thelesino cum quo mori destinauerat perstrictum: seruus suus ut Syllanæ crudelitatis expertem faceret: gladio traiectum interemit: cum magna præmia sibi proposita uideret: si eum uictoribus tradidisset. Cuius dexteræ tam oportunum ministerium nihil eorum pietati cedit: a quibus salus dominorum protecta est: quia eo tempore Mario non uita sed mors in beneficio reposita erat.

¶ Consulẽ autẽ Caiũ Mariũ sortitũ miserabilẽ exitũ: quia captionẽ prænestinæ obsidionis conatũ euadere: latebras cuniculi .i. ductus subterraneos quo sub terra exire sperabat: frustra: quia agnitus & deprahensus a syllanis est: & perstrictũ .i. sauciatũ quasi in superficie corporis: leui .i. modico & nõ profundo uulnere: a Thelesino.s. socio fuge: & itidẽ proscripto: cũ quo destinauerat mori.s. mutuis uulneribus: quia Marius Thelesinum letaliter uulnerauerat eo pacto ut ille sic uulneratus mariũ quoqꝫ feriret: ille autem uel q non ualuit iam deficientibus uiribus aut q nefas putauit tantũ uirũ occidere: leuiter perstrinxit pectus eius ferro. Seruus suus (propter hoc relatiuum antecedens obliqui casus præposui in ordine) interemit traiectum gladio: ut faceret expertem idest imunem crudelitatis Syllanæ cum uideret magna præmia proposita sibi: quia libertatem & æs ingens: si tradidisset uictoribus eũ.s. Mariũ uiuũ: quia cadauer non erat Marius sed Marii. Cuius.s. serui ministerium dexteræ tam oportunũ idest suo loco & tempore factum: nihil cedit pietati eorũ a quibus salus dominorum est protecta: quia non uita sed mors erat Mario reposita in beneficio idest habita pro beneficio eo tempore.

## De Philocrate seu Euporo seruo Gracchi. Capitulum. DCLVIII.

Neque illustre quod sequitur. C. Gracchus ne in potestatem inimicorum deueniret: Philocrati seruo suo ceruices incidendas præbuit: quas cum celeri ictu abscidisset: gladium cruore domini sui madentem per sua egit præcordia. Euporum alii hunc uocitatum existimant: ego de nomine nihil disputo: familiaris autem tantummodo fidei robur admiror: cuius si præstantiam animi generosus iuuenis imitatus foret suo non serui beneficio imminentia supplicia uitasset: nunc commisit ut Philocratis q̃ Gracchi cadauer pretiosius iaceret.

¶ Aeque &c. exemplum sup. aut factum serui qđ sequitur: est sup. aeque. i. aequaliter illustre. s. ut iam dictum. C. Gracchus ne deueniret i potestatem inimicoꝶ. s. Lucii Opimii & alioꝶ nobilium: prebuit philocrati quez Euporum Macrobius dictum uult: seruo suo: ceruices. s. suas incidendas: quas cum seruus ille abscidisset ictu celeri: priusq̄ inimici aduenissent: egit per sua precordia. i. pectora usq3 ad penetralia cordis: gladium madentē. i. madefactum cruore domini. i. sui Gracchi. Alii existimant hunc. s. seruū uocitatum Euporum: ego nihil disputo de nomine: autem pro sed: admiror robur. i. firmitatem fidei tantummodo familiaris. i. serui in familia eius educati. Cuius. s. serui prestantiam animi: si iuuenis generosus. s. Gracchus ipse: foret. i. esset imitatus: ipse uitasset supplicia imminentia beneficio suo: quia seipsum interemisset sicut seruus fecit: non serui: nunc. i. ex hac pusillanimitate: commisit. s. C. Gracchus: ut cadauer Philocratis. s. serui: iaceret pretiosius. i. maioris aestimationis q̄ gracchi. s. hominis nobilissimi: qa omnes qui seruum insontem ob amorem domini fortiter in gladium domini incubuisse uiderunt: generositatem animi eius laudauerūt: uituperantes uecordiam Gracchi qui non a se sed a seruo interfici sustinuit. In q̄ Gracchi criminatione liberet mihi cum authore huius operis disceptare. Quaererem enim quare nū idem dederit Vitio mario tam robusti animi uiro semper comperto: & sex centis aliis qui aut ab amicis: aut a seruis id beneficii miserabilis exegerunt: ut ab illis non a se interempti caderent? Certe eam legem prescripsit in pectoribus nostris optimus maximus conditor noster: qua cognosceremus solius naturae iudicio nefas esse animam quam depositariam a deo accepimus nostris manibus non repetitam eiicere: neq3 est sanus animus censendus qui non abhorreat sibi manum inferre: cum tamen tanta possit esse calamitas: tantumq3 instare mali: at mors sit uita dulcior. Non est ergo tantope dānandus Gracchus sibi q̄ manum inferre nō sustiuerit: sed q̄ a quocūq3 occidi meruerit: si modo meruit.

## De Pindaro liberto Cassii.
## Cap. DCLIX.

Alia nobilitas. Alius furor: sed fidei par exemplum. Pindarus. C. cassium philippensi praelio uictū nuper ab eo manumissus iussu ipsius obtrūcatum insultationibus hostium subtraxit: seq̄ e cōspectu hominum uoluntaria morte abstulit: ita ut ne quidem corpus eius absumpti inueniretur. Quis deorū grauissimi sceleris ultor illam dexteram quę in necem patriae parentis exarserat tanto torpore alligauit ut se tremebundum pindari genibus submitteret: ne publici parricidii quas merebatur pœnas arbitrio pii uictoris exolueret? Tu profecto Tu diue Iuli coelestibus tuis uulneribus debitam exegisti uindictam perfidum erga te caput sordidi auxilii supplex fieri cogendo eo animi ęstu cōpulsum ut neq3 retinere uitam uellet: neq3 finire manu sua auderet.

¶ Alia no. &c. Cum laude seruorum taxat pusillanimitatem dominorum & precipuae Caii Cassii dicens Alia nobilitas supple. sequitur sugillanda Alius furor sup. fuit in ea repertus sed exemplum fidei. par. i. aequalis roboris: Pindarus subtraxit insultationibus hostium: scilicet Augusti & Antonii: Caium Cassium uictum praelio philippensi. i. iuxta pharsaliam: obtruncatum iussu ipsius. s. Cassii manumissus. i. qui pindarus erat manumissus: nuper. i. pauloante illud tempus: & ita libertinae conditionis non seruilis erat: & abstulit se. s. ipsum e conspectu hominum morte uoluntaria ita ne quidem. i. ut non saltem corpus eius absumpti inueniretur: quia fortasse cum eo solus fugiebat: in sacrum deorum nemus se proripuerunt. Ibiq3 Philocrates eum occidit: & super occisum se quoq3 interēptū proiecit. Aliter legitur in uita Gracchorum: nam utrumq3 in manus inimicorum deuenisse tradit Plutarchus: & alterum a Scipione Nasica: alterum a Lucio Opimio fuisse caesos: ut i capitulo de somnus & alibi dixi in 9. Macrobius uero de saturnalibus hūc seruū Eporū nominatum fuisse dicit: q̄q̄ alii Philocratem dictum uelint: qui dum aliqua spes salutis affuit: fidissimus comes dominū quacunq3 potuit ratione tutatus est: ubi uidit iā desperatum esse & dominum occidisse: & super caesum scissis proprio uulnere uisceribus animam effudisse dicebatur Euporū. Quem alii Philocratē appellant. Familiaris: Quia i eius familia nutritus fuerat: ideo hanc ei fidem prestitit. Cuius si praestantiā. Dicit hūc Gracchum laudabiliorem futurum fuisse si mortem sibi consciuisset: q̄ si a seruo beneficium suscepisset. Praestantiaz: alias praesentē fortitudinē: robur. Pretiosius: ob fortitudinis aestimationē i Philocrate non in Graccho.

Alia nobilitas: alius furor: pindarus cassium. Hoc idē pindarus exhibuit cassio qđ euporus graccho: nam cū cassius & brutus contra Marcum Antoniū triumuirum octauium Augu. arma sumpsissent pro re[illegible] libertate tuenda q̄q̄ eis aduersa fortun[illegible] contigerit cumq3 uaria uictoria pugnassent tandem i campis philippicis cōparatis utrinq3 copiis extremo praelio dimicarunt & in dextro cornu Octauianus: in sinistro uero Antonius: item in dextro Brutus in sinistro cassius erant: forte ita accidit ut cōserta pugna caesar in dextro Cassius in sinistro cornu uinceretur: Sed nihil aliud Bruti & Cassii res deduxit in perniciem q̄ q̄ Brutus Cassio ueluti uictori non tulit auxilium: nec Cassius brutum ueluti uictum potuit expectare. nam brutus iam caesaris castra per milites suos capta diripuerat: caedemq3 ingētem in illis fecerat. ad duo. n. milia lacedaemoniorum qui nuper in auxilium caesaris uenerant praeter castrorum praesidia caesa sunt. Cassius uero cum se in collem quendam recepisset unum e centurionibus suis nomine tuneum exploratum cuncta dimittit: qui cū tardius rediret existimans cassius fuisse illū ab hostibus interceptum hostesq3 ex omni parte uictores esse ignarus omnium quae a bruto facta fuerant desperatis rebus omnibus in tabernaculum sese contulit: ex libertis unum nomine pindarum secum trahens quē ad eos casus sibi parauerat: obducta ueste caput obtegens iugulumq3 enudans sese illi feriendum praebuit. Auulsum ab humeris caput repertum est. At pindarum post caedem hic nemo hominum uidit: ex quo plaerisq3 scrupulum dedit q̄ iniussus uirum interfecisset. Quis deorum grauissimi. Nihil tāta adulatione putidius. nam ad tyberii assentatio-

nem hoc dicit nescire se quis deorum cassii manus alligauerit: quæ pauloante in cæsa tis necem exarserant: nunc in ipsum tantope re elanguerint ut sibi mortem inferre trepida rent. maluerit quoqʒ cassius serui beneficio q̄ uirtute sua parricidii poenas euadere. Tu p̄ fecto. Iuli Pergit in assentatione sua cum di cat Cæsaris numen grauiter ultum cædeʒ in iuriamqʒ suam qui Cassium summæ aucto ritatis uirum sordido seruo supplicem fieri coegerit: ut sibi mortem inferret quam ipse sibi conficere non auderet. Exarserat incitata fuerat. Torpore. Lãguore Animi: æstu idest fluctuatione. Sordidi auxilii Quia implora uit auxiliū serui.

ADiuuxit se cladibus. C. Plotius. Hic Plotius a triumuiris proscriptus cū i salernitão agro deliteſceret eo triū uirorum carnifices missi qui diligenter illum inuestigarent & occiderent: latentes seruos depræhēderunt quos tormentis adactos co gere non potuerunt ut dominum indicarent: sed ille miseratione motus q͞ tam crudeliter lacerarentur processit in publicum & se iugu landum præbuit. Serui igitur q̄tum in ipsis fuit dominum suum ab inimicis fideliter tutū præbuerunt: dicit tamen hūc ex deliciis suis se detectum: nam quia delicatiore genere ui tæ semper fuerat abusus ut corpus præcio sissimis unguentis quotidie perfunderet nūc persecutores ueluti canes sagaces ungueuto rum odore qui ad nares peruenerat tractos ad locum mirifice spirantem peruenisse & la tentes seruos inuenisse. Plinius lib. xiii. natu. hist. L. inqt plotii bis consulis censorisue fra trem proscriptum a triumuiris in salernitana latebra unguenti odore proditū constat: quo

Salernuʒ dedecore tota absoluta proscriptio est Saler nitana. De salerno. Est autem salernum ci uitas Lucaniæ &c. Et odore unguenti. Quo se perfundebat Sagax Solers & callida & astuta. sagaces canes odorisequi dicuntur Odorata est: Odore persensit more canum qui sagaces idest boni ferarum indagatores nasci solent. ordo autem est sagax cura eo rum qui miseros prosequebantur inducta istis uestigiis est odorata abditum cubile fu gæ eius. Torti: Cruciati tormento affecti Multum Quantum ad magnitudinem sup plicii. Diu quantum ad temporis longitu dinem. Quod certamen mutuæ beniuolen tiæ. Dominus inquit & serui de mutua be niuolentia inter se certasse uident uter utros magis diligeret: sed cum eorum fides miris laudibus efferenda sit non facile diiudicari potest fœliciores ne fuerint serui qui tam pium & misericordem dominum nacti sunt ut eorum suppliciis: uitam postponere non dubitauerit moriqʒ maluerit q̄ eos diutius torqueri an dominus qui tam constãtem ser uorum fidem in sua salute fuerit expertus Arduum difficile.

sis in puteum aut uoraginem aliquam se demisit. Quis deorum ultor gra uissimi sceleris. s. parricidii aut necis cæsaris (cui nimis abiecte adulatur in gratiam tyberii Cæsaris cui hoc opus dedicauit) alligauit tãto torpo re illam dextram. s. Cassii: quæ exarserat in necem parentis patriæ. s. Iulii Cæsaris: ut submitteret se tremebundam genibus Pindari ne exolueret ar bitrio pii uictoris. uideliʒ Augusti: poenas publici parricidii quas merebat Respondet. tu profecto diue Iuli exegisti uindictam debitam uulneribus tuis cælestibus. i. in corpore cælo debito exceptis. cogendo caput perfidi erga te. i. a parte totum cassium ipsum fieri supplex. i. supplicẽ auxilii sor didi. s. a liberto impendendi (Oliuerius legit sordibus auxilii: sunt qui le gant sordidis auxiliis: quarum lectionum nullam damno: sed primam am plector): compulium eo æstu id est angustiatione animi: ut neqʒ uellet re tinere uitam: neqʒ auderet finire manu sua. quod certe plus decuisset si ue rum censorem nactum fuerit.

## De seruis Caii Plotii Planci & de ipso Caio Plan co Cap. DCLX.

ADiuxit se his cladibus: C. Plotius Plancus Mu nacii planci consularis & censoris frater: Qui cum a triumuiris proscriptus in regione saler nitana lateret delicatiore uitæ genere & odore unguenti salutis occultam custodiam detexit. Istis. n. uestigiis eo rum qui miserum persequebantur sagax inducta cura abditum fugæ eius cubile odorata est a quibus compræ hensi serui latentes multumq; ac diu torti negabãt se sci re ubi dominus esset. Nõ sustinuit deinde plancus tam fideles tamq; boni exempli seruos ulterius cruciari: sed processit in medium iugulumq; gladiis militum obie cit. Q dcertamen mutuæ beniuolentiæ arduum digno sci facit utrum dignior dominus fuerit qui tam constã tem seruorum fidem experiretur: an serui q tã iusta do mini misericordia quæstionis seuitia liberarentur.

¶ Adiunxit &c. Caius Plotius Plancus frater Munatii planci consularis & censori sup. uiri. adiunxit se his. i. similibus cladibus. Qui. s. C. Plotius cum. i. quando ipse proscriptus a triumuiris. s. Augusto Antonio & lepi do: lateret in regione Salernitana detexit. i. reuelauit custodiaʒ salutis suæ occultam. i. latentem in genere uitæ delicatiore: & pro. i. odore unguenti: quia in tanta calamitate se unguentis delibuere miser non destitit: Enim. i. quia cura sagax. i. solertis nasi & odorisequa: quasi canum uenaticorum: eorū qui sequebantur miserum odorata est. i. odore persensit istis uestigiis. i. in diciis unguenti: cubile eius fugæ abditum. i. latebras eius. A quibus scili cet persecutoribus: serui: latentes comprehensi: torti multum ac diu nega bant se scire ubi dominus. s. suus esset. Plancus non sustinuit deide seruos tam fideles & tam boni exempli cruciari ulterius: sed processit in mediū: & obiecit: iugulum. s. suum gladiis militum. Quod certamen mutuæ beni uolentiæ: facit arduum. i. difficile dignosci utrum dominus fuerit dignior qui experiretur tam constantem fidem seruorum: an serui supple fuerint digniores qui liberarentur sæuitia quæstionis id est inuestigationis domi ni per tormenta & cruciatus maximos tam iusta misericordia domini.

## De quodam seruo panopionis. Ca. DCLXI.

QVid urbani Panopionis ſeruus: ꝗ admirabilis fidei? Qui cum ad dominum proſcriptum occidendum domeſticorum indicio certiores factos milites in reatinam uillam ueniſſe cognoſceret: cõmutata cum eo ueſte: permutato etiam annulo illũ poſtico clam emiſit. ſe autem in cubiculum ac lectulum recepit: & ut panopionem occidi paſſus eſt. Breuis huius facti narratio: ſed non parua materia laudationis: nam ſi quis ante oculos ponere uelit ſubitum militum accurſum: cõuulſa ianuæ clauſtra minacẽ uocẽ: truces uultus: fulgentia arma: rem uera æſtimatione proſequetur: nec ꝗ cito dicitur aliquem pro alio mori uoluiſſe tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autẽ quantum ſeruo deberet amplum ei faciendo monumentum ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo confeſſus eſt. Contentus eſſem huius exemplis generis: niſi unum me dicere admiratio facti cogeret.

QVid urbani panopionis. Macrobius ſaturnalium libro primo hoc idẽ refert exemplum Panopiõ proſcript9 cum in reatinam uillam delatus forte lateret: milites ad eum occidendum miſſi ſunt: quod cum ſeruus comperiſſet & ueſtem cũ domino cõmutauit & annuluꝫ accepit in cubiculum ac lectum aſcendit: ac pro eo mortem ſubire non dubitauit. Poſtico: poſticum latens oſtium in poſteriori parte domus poſitum. Hor. poſtico falle clientem. Nec ꝗ cito dicitur. non ita eſt inquit ut ꝗ facile dicitur pro alio quiſpiam mori uoluiſſe tam facile etiam potuiſſe credetur: nam niſi ſumma & ineſtimabili fide præditus ſeruus iſte fuiſſet poterat militum impetu minisqꝫ deterreri: ut fugientem dominum indicaret. Titulo. Naꝫ in ſepulchro iuſſit inſcribi titulum. hic poſitus ſeruus qui pro domino mori non dubitauit.

ASCENSIVS.

¶ Quid: modus eſt interrogandi. q.d. quid dicit lector uel auditor: Seruus Panopionis Vrbani. ſ. dicti: ꝗ. i. quantum admirabilis fidei. i. fidelitatis in dominum ſup. fuit. q.d. plurimum. Vtpote qui cum cognoſceret milites. ſ. proſcribẽtium: factos certiores. i. edoctos indicio domeſticorum. i. familiarium Panopionis qui indicarant ipſum eſſe in uilla ſua ueniſſe in uillam reatinam ad occidendum dominum. ſ. Panopionem proſcriptum: ueſte commutata cum eo. ſ. domino ſuo: & annulo etiam permutato: emiſit illum. ſ. dominum ſuum: clam. ſ. militibus: poſtico. i. per oſtium poſterius cum milites anterius pulſarent. autem pro ſed: ſeruus recepit ſe. ſ. ipſum: i cubiculum ac lectulum. ſ. domini ſui: tanꝗ in locum tutum: & paſſus eſt ſe occidi ut Panopionem. Narratio huius facti eſt breuis: ſed materia laudationis eſt non parua. i. magna Nam ſiquis uelit ponere ante oculos. ſ. mentis: accurſum militum. ſcilicet terribilem utpote animo interficiendi: clauſtra ianuæ conuulſa. ſ. e cardine ſuo: uocem. ſ. militum minacẽ: uultus truces. i. truculentos: arma. ſ. diſtricta: fulgentia: tunc ſup. aut talis proſequetur rem æſtimatione. i. ponderatione uera. i. iuſta: nec arbitrabitur ꝗ. i. ꝗtum cito dicitur aliquem uoluiſſe mori pro alio: id potuiſſe fieri etiam ex tam facili. Autem pro ſed Panopion confeſſus eſt quantum deberet ſeruo: quia ſalutem ſuam: faciendo ei monumentum amplum: ac reddẽdo titulo grato. i. inſcriptione grati animi indice teſtimonium pietatis: quia inſcripſit in monumento hic poſitus qui pro domino ſeſe obtulit hoſti. Sane quia tale monumentum extruxit certum eſt in urbem ad priſtinam dignitatem rediſſe. unde non dicam a triumuiris ꝓtectiptum ſed aut a Sylla aut a Mario: aut ab alio cuius factio non diu ſtetit. Author ãt ad ſequens exemplum apte inferendum ſubdit. Ego eſſem contentus exemplis huius generis. ſ. de fide ſeruorum: niſi admiratio facti cogeret me dicere unum. ſ. exemplum quod ſequitur.

## De Seruo Antii Reſtionis Cap. CCLXII.

ANtius Reſtio proſcriptus a triumuiris cũ omnes domeſticos circa rapinam & predam occupatos uideret ꝗ maxime poterat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit: cuius furtiuum egreſſum ſeruus ab eo uinculorum pœna coercitus inexpiabiliqꝫ litterarum nota per ſummã oris contumeliam inuſtus curioſis ſpeculatus oculis: atqꝫ ueſtigia huc atqꝫ illuc errãtia beniuolo ſtudio ſubſecutus lateri uoluntarius comes arrepſit. Quo quidem tam exquiſito: tãqꝫ ancipiti officio perfectiſſimum ſpectatę pietatis cumulum expleuerat. His. n. quorum fœlicior in domo ſtatus fuerat lucro intẽtis ipſe cum nihil aliud ꝗ umbra & imago ſuppliciorum ſuorum maximum ſibi eſſet emolumentum eius a quo tã grauiter punitus erat:

ANtius reſtio. Hoc etiam ſuperiori conferri poteſt: antius iſte reſtio proſcriptus & ipſe a triumuiris profugerat in uillam ibiqꝫ latebat & cum omnes eius domeſtici cognita proſcriptione in diripienda illius domo eſſent intenti: unus tantũmodo ſeruus q grauibus pœnis: ab ipſo domino fuerat affectus. nam illum ſæpiſſime uerberibus ceciderat: uultum etiam ipſius inuſtum turpibus ſignis notatum deformem reddiderat: ſe tamen illius fugæ fideliſſimuꝫ comitem præbuit & dominum ab inſtanti morte liberauit. nam ubi ſenſit perſecuteres adeſſe inopem quendam ſenẽ occidit & ſtructo rogo pro domino cremauit quærentib9 deinde militibus: ubi nam eſſet Antius rogũ oſtendens illic eſſe dixit: quibus ei credentibus: dominus tam fidelis ſerui beneficio tũc mortem euaſit quod quidem eo uidetur admirabilius: quod de illo tam peſſime meritus fuerat: magnum profecto pietatis & fidei documentum hoc uno efficio ſeruus ille præſtitit. Macrobius ſaturnaliũ lib. i. auſhet Valerius maximus

huius historiae multa fidelitatis seruorũ exẽpla cõmemorat. Circa rapinam.id.n.sibi gratum erat ut ad praedam intenti non sibi impedimento forent. Inustus. Sugillatus candẽti ferro ne nota facile deleri posset. Ancipiti Ambiguo:quia in eodem se periculo exponebat. Spectatae.probatae. Quo quidem tã exquisito. Adimpleuerat inquit cumulatum pietatis officium se fugae cõmunicaten cuz salutis discriminae praestando uerum nõ hac re contentus maiora fecit. His.n.quoruz foelicior. Vere inquam pietatis cumulum expleuerat: comitando fugientem dominum:nam caeteri qui liberalius habiti fuerant a domino melioriqz fortuna usi ad diripiendas illi9 opes se conuerterant:hic qui domini supplιciorum erat imago:quippe ab illo saepius laceratus eius salutem protexit eamqz suuz cẽ emolumentum uoluit. Emolumentum: utilitatem & lucrum:dictum eo q̄ mentem molliat: His enim. Caeteris.i.seruis qui liberali9 habiti fuerant a domino diripiẽdis illius bonis intentis. Intentam digito.demonstrans rogum piaculis poenis & notis.

salutem uendicauit:cũqz abunde foret irã remittere adiecit etiam charitatem: Nec hactenus beniuolentia:processit:sed in eo conseruando mira quoqz arte usus est: nam ut sensit cupidos sanguinis milites supuenire amoto domino rogum extraxit:eiqz egentem a se compraehensum & occisum senem superiecit:interrogantibus deinde militibus ubinã esset Antius:manum rogo itẽdẽs ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uri respondit Quia uerisimilia loquebatur habita ẽ uoci fides Quo euenit ut Antius statim quaerendae icolumitatis occasionem assequeretur.

¶ Antius Restio proscriptus.i.scripto publice proposito morti ubicũqz reperiatur addictus:a triumuiris.s.Aug. & Antonio & Lepido cum uideret omnes domesticos occupatos circa rapinam & praedam:inimici hominis domestici eius.fuga dissimulata.i.occulta per dissimulationem maxime q̄.i.q̄tum poterat subduxit.i.clanculam subtraxit se penatibus suis i.domui suae:nocte intempesta.i.pauloantemediã:qua nullus agẽdi opportuna tempestas est:cuius.s.Restionis egressum furtiuum.i.occultum: seruus coercitus.i.cohibitus ab eo:poena uinculorum.i.qui diu retentus fuerat in uinculis:inustus.i.notatus & defamatus per inustionem nota litterarum inexpiabili.i.indelebili:nam candenti ferro inscripserat fronti eius notam ignominiae:utpote fur furcifer.fugitiuus nequam seruus.aut quod simile per summam cõtumeliam.i.deformitatem:oris.i.faciei.speculatus oculis curiosis.i.diligentibus atqz subsecutus beniuolo studio uestigia s.domini:errantia.i.more errantium ex industria reflexa:huc atqz illuc arrepsit.pedetentim aduenit comes uoluntarius lateri.s.domini. Quo quidem officio.i.benigno plus q̄ debito obsequio tam exquisito.i.singulari & tam ãcipiti.i.dubio euẽtus:quia si cum domino depraehensus fuisset cum illo poenas luisset ipse seruus expleuerat perfectissimum cumulũ pietatis. Enim pro quia:his.s.domesticis & seruis aliis quorum status fuerat foelicior in domo scilicet Restionis Intentus.i. cum esset intenti lucro.ipse cum nihil aliud q̄ umbra & imago suppliciorum suorum.i.quae pertulerat esset sibi maximum.i.praecipuum:emolumentum.i.lucrum quod a domino fuerat assecutus nihil enim rapere uoluit:nec aliud a domino acceptum ostendere poterat praeter oris deformationem & uinculorum uestigia:uendicauit.i.procurauit & ut sibi debitam asseruit:salutem eius.s.domini sui:a quo punitus erat tam grauiter. Cũqz.i.& quum foret abunde.i.plus q̄ satis remittere iram.s.ob contumeliam illatam:adiecit &.i.etiam:charitatem.i.singularem dilectionem. Nec beniuolentia sup. eius in dominum processit hactenus:sup.duntaxat.i.solum ad hanc usqz beneficentiam sed usus est quoqz.i.etiam mira arte in conseruando eo.s.domino suo. Nam ut.i.postq̄ sensit milites cupidos sanguinis.s.domini sui:superuenire.s.ad locũ profugii:extraxit rogum.i.pyram:domini amoto.s.prius.i.in locum aliquem secretiorem abstruso:& superiecit.i.desuper iniecit:ei.s.rogo senem.s.aliquem egentem.i.mendicum & pauperem compraehensum & occisum a se deinde militibus q tam aduenerant:interrogantibus ubinam Antius.s.dominus eius esset:ipse intendens manum rogo.i.in rogum aut rogũ uersus:respondit illum uri ibi.i.in illo rogo piaculis.i.poenis purgatricibus crudelitatis:datis sibi scilicet seruo crudelia a domino passo. Et sup.quia loquebatur uerisimilia.fides est habita uoci.i.dicto eius. Quo euenit ut Antius assequeretur id est obtineret statim id est paulopost cum sciret se non amplius quaeri occasionem incolumitatis.i.salutis quaerendae scilicet per fugam maturam.

De mutatione morum. Tit.IX.

Multum animis hominum. Valerius scripturus de mutatione morum & fortunae id agit ut ostendat cognitionem morum mutationis atqz fortunae nobis utilem esse & sic beniuolentiam captat a persona auditoris cum ostendat se rem utilẽ esse scripturum:& quia occurrebat illud qd prodest scire mutationes morum & fortunae dicit ex hoc id boni consequimur:ut cũ aliorum fortunas uideremus eẽ mutatas ut qui in sordida & abiecta conditione positi : ad celsiorem dignitatis graduz euaserint & nos quoqz de rebus nostris melius sperare poterimus. Fiduciae adiicere: Cũ uiderimus alio

## De mutatione morum & fortunę. Ti.IX.

TVſculanis etiam acumine conſilii incolumitas pta eſt:cum enim crebris rebellationibus meruiſſent:ut eorum urbem funditus Romani euertere uellent atq; ad id exequendum Furius Camillus Maximus dux ualidiſſimo inſtructus exercitu ueniſſet:uniuerſi ei togati obuiam proceſſerunt cõmeatuſq; & cætera pacis munia præſtiterunt:armatumq; ẽt intrare mœnia paſſi ſunt:nec uultu nec habitu mutato:qua conſtantia tranquillitatis non ſolum ad amiciciæ noſtrę ius:ſed etiam ad communionem ciuitatis uſq; penetrauerunt. Sagaci Hercule uſi ſimplicitate:quoniam aptius eſſe intellexerant metum officiis diſſimulare q̃ armis protegere.

¶ Tuſculanis &c. Incolumitas.i.conſeruatio uitæ & patriæ eſt parta.i.acquiſita etiam Tuſculanis.i.tuſculi incolis ac ciuibus:acumine.i.ſubtilitate conſilii:cum enim meruiſſent crebris rebellatiõibus ut Romani uellent euertere funditus.i.a fundo uſq;:urbem eorum:atq; Furius Camillus Maximus dux inſtructus exercitu ualidiſſimo ueniſſet ad id.i.ad euertendum funditus eorum urbem:ipſi Tuſculani proceſſerunt obuiam ſcilicet Camillo & exercitui eius:togati:in ſignum pacis & ocii:uniuerſi.i.ſimul omnes:& præſtiterunt ei commeatus.i.ut dicunt uictualia:& cætera munia.i.officia & obſequia pacis:& paſſi ſunt etiam armatum intrare dictatoris eſſet omnibus circa ſolo æquatis ab eo uno ferrum ignemq; & uim omnem hoſtiũ abſtineri iuſſit ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. altera ipſius facto primo forſitan dubio quia non expectata in eo ſenatus auctoritas eſt ad extremũ haud ambigue in maximam laudem uerſo i permutandis captiuis q̃ ſicut primo punico bello factum erat cõuenerat inter duces Romanum pœnumq; ut quæ pars plus reciperet q̃ daret argenti pondo bina & ſelibras in milite præſtaret.ccxlvii.cum plures Romanus q̃ pœnus recepiſſet. Argentumq; p̄ eis debitum( ſæpe iactata in ſenatu re )quoniã non conſuluiſſet patres tardius erogaretur. Inuiolatum ab hoſte agrum miſſo Romam filio uendidit fidemq; publicam ĩpendio priuato exoluit. Frontinus uero Hannibal i Fabium cui neq; uirtute nec arte bellandi par erat ut infamia diſtringeret agris eius abſtinuit cæteros populatus. Contra ille ne ſuſpecta ciuibus fides eſſet magnitudĩe animi effecit publicatis poſſeſſionibus ſuis:hoc idẽ feciſſe periclem tradit Iuſtinus. Item Hannibal.ſ.inferior de quo ſupra dictum eſt. Saluberrimis cunctationibus:ut Ennius Vnus q nobis cunctando reſtituit rem. Immunẽq;. Intactum & expertem. Inſidioſa adumbratio. bene adumbratio:non enim erat beneficium ſed umbra quædam beneficii in quo latebant inſidiæ ut uidelicet dictatorem populo ſuſpectũ redderet. Et Fabii pietas. Qua uſus eſt in captiuos Romanos ut agrũ ſuũ uenderet illoſq; redimeret.

TVſculanis etiam. Tuſculani ſæpe defecerant a Romanis hanc iniuriam cum Ro. ferre nõ poſſent. Camillum cum exercitu miſerunt qui agros uaſtaret:urbem funditus euerteret. Sed tuſculani calliditate conſilii uim Romanã eruerũt. intrantibus enim eorum fines ro. non demigratum eſt & propinquis itineris locis non cultus agrorum intermiſſus patentibus urbis portis togati obuiam frequentes imperatoribus Romanis proceſſere commeatus exercitui comiter i caſtra ex urbe & ex agris deuehitur. Tum camillus caſtris ante portas poſitis eadẽ ne forma pacis quæ i agris oſtentaretur etiam intra mœnia eſſet. ſcire cupiens ingreſſus urbem ubi patentes ianuas & tabernis apertis propoſita omnia in medio uidit intentoſq; opifices ſuo quẽq; operi & ludos litterarum ſtrepere diſcentiũ uocibus & repletas ſemitas inter uulgus puerorum & mulierum huc & illuc euntiũ qua quemq; ſuorũ uſum cauſa ferret. nihil uſq̃ non pauidis modo ſed mirantibus quidem ſimile circũſpiciebat omnia inquirens oculis ubi nam bellum fuiſſet adeo nec amotæ rei uſq̃ nec oblatæ ad tempus ueſtigium ullum erat:ſed ita omnia conſtanti tranquillaq; pace ut eo uix fama belli perlata uideri poſſe.

Victus patientia hostium camillus ubi omnia uidit esse pacata & in agris & in urbe tusculanos ad senatum ire iubet: senatui deinde scribit quae uiderat senatus tusculanos ñ solum amicicia & pace dignos iudicauit. sed insuper etiam ciuitate donauit. Tusculanis hoc oppidum a tuscis occupatum nomē ac cepit unde originez habuere Catones ubi & Cicero praedia habuisse fertur a quibus tusculanae quaestiones dictae sunt. Commeat/ Cibaria & alimenta. Munia. Officia.

AT uolscorum ducis: Marcius coriolanus urbe pulsus ut dictum ē exulatum in uolscos abiit hospitio utebatur actii Tulli uolscorū principis & Romanis semper infesti hi duo consilia conferunt de Romano bello haud facile credebāt plebem suam impelli posse ut totiens infoeliciter tentata arma caperēt: multis saepe bellis pestilentia postremo amissa iuuentute fractos spiritus esse arte agendum in exoleto iam uetustate odio ut recenter aliqua ira exacerbarentur animi. ludi forte ex instauratiōe magni Romae parabantur adeo auctore actio illo uis magna uolscoruz uenit prius q̄ committerentur. Tullus ut domi compositū cum martio fuerat ad consules uenit dicit eē quae secreto agere de republica uelit remotis arbitris inuitus inquit q͏ iniquius sit de meis ciuibus loquor non tamen admissum quicq̄ ab his criminatum uenio: sed cautum ne admittant: nimio plus q̄ uelim nostrorum ingenia sunt mobilia multis id cladibus sensimus. quippe qui non nostro merito sed uestra patientia sumus incolumes magna hic uolscorum multitudo est. ludi sunt. Spectaculo intenta ciuitas erit: memini quid p eandem occasionem a sabinorum iuuentute in hac urbe commissum sit horret animus ne quid inconsulte aut temere fiat haec uestra nostraq; causa primuz dicenda uobis consulibus ratus sum quod ad me attinet ex templo hinc domum abire in animo est ne cuius facti dictiq; contagione presens uioler. haec locutus abiit. Consules cum ad patres rem dubiaz sub auctore certo detulissent auctor magis ut fit q̄ res ad praecauendum uel ex superuacuo mouit. factoq; senatusconsulto ut urbe excederent uolsci praecones dimittū tur qui omnes proficisci ante noctem iuberent: ingens pauor primo discurrētes ad suas res tollendas in hospitia perculit: proficiscē tibus deinde indignatio aborta ut consceleratos contaminatosq; ab ludis festis diebus coetu quodammodo hominum deorumq; abacto cum prope continuato agmine irēt: progressus Tullus ad caput ferentinum ut quisq; eueniret primores eorum excipiens querendo indignandoq; & eos ipsos sedulo audientes secum dare uerba & per eos multitudinem aliam in subiectum uiae captum deduxit ibi in concionis modum orationem exorsus) omnes ad bellum: & arma concitauit & quod ratione nunq̄ obtinuisset arte & calliditate consecutus est. Spectandorum lu. gratia Qui instaurabantur. causa uero) renouandorum ludorum dicta est in ca. de somniis insontes no. Innocentes uolscos ignominia afficeret. Deceptis scilicet romanis qui a Tullo fuerant decepti.

moenia sup. sua nec uultu nec habitu mutato. Qua constantia. i. constanti prae se latione & ostentatione tranquillitatis: ipsi tusculani penetrauerunt non solum ad ius amicitiae nostrae: sed etiam usq; ad cōmunionem ciuitatis nostrae: quia tandem ciuitate donati sunt. Hercule. s. ita me iudicātc ut quod dico sentio: ipsi usi sup. sunt: aut penetrauerunt usi simplicitate. s. in facto. sagaci. s. in consilio: quoniam intellexerunt esse apertius. s. paratius & facilius: aut legamus aptius. i. cōuenientius dissimulare metum. i. signi ficare se nihil de Romanis metuere: officiis. i. per officia obsequiosaq; protegere. s. se armis.

## De Tullo duce Volscorum. Ca: DCCXXXIX.

AT uolscorum ducis Tulli execrabile consiliū Qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus cum aliquot aduersis praeliis contusos animos suorum: & ob id paci proniores animaduerterat: insidiosa ratione quo uolebat compulit: nam cum spectandorum ludorum gratia magna Volscorum multitudo Romam conuenisset: cōsulibus dixit: uehementer se timere: ne quid hostile subito molirentur. monuitq; ut essent cautiores: & protinus ipse urbe egressus est. Quam rem consules ad senatum retulerunt qui tametsi nulla suspitio suberat auctoritate tamē Tulli commotus ut ante noctem uolsci abirent decreuit: qua contumelia irritati facile impelli potuerunt ad rebellandum. ita mendacium uersuti ducis simulatione beniuolentiae inuolutum duos simul populos fefellit: Romanum ut insontes notaret: Volscum ut deceptis irasceretur.

¶ At consilium Tulli ducis uolscorum sup. fuit execrabile: Qui. i. accensus maxima cupiditate ad inferendum Romanis bellum: cum animaduerterat animos suorum contusos. i. hebetatos & confractos: aliquot praeliis aduersis. i. infeliciter commissis: & ob id proniores. i. inclinatiores paci. i. ad pacem: sup. q̄ ad bellum: compulit sup. eos ratione insidiosa eo quo uolebat. i. ad bellum gerendum. Nam cum magna multitudo uolscorum conuenisset Romam gratia ludorum. s. publicorum: spectandorum. Tullus sup. dixit consulibus se timere uehementer ne. s. uolsci molirentur. i. cū molimine attentarent subito: quid. i. aliquid hostile: & monuit. s. consules: ut essent cautiores: & ipse egressus ē protinus. s. postq̄ id dixerat urbe. s. Roma. Quam rem consules retulerunt. i. ut dicunt reportauerunt ad senatum i. in consultationem senatus: qui. s. senatus tametsi nulla suspicio suberat: tamen commotus authoritate Tulli: decreuit ut uolsci abirent ante noctem. Qua contumelia uolsci irritati: potuerunt impelli facile: ad rebellandum. Ita. i. & sic mendacium ducis uersuti inuolutum simulatione beniuolentiae: fefellit simul duos populos. s. Romanum ut notaret. s. nota infidelitatis & ignominiae innocentes. s. uolscos: & Volscum. s. populum ut irasceretur deceptis. s. Romanis praesertim senatui: fraude Tulli decepto.

Illa uero calliditas egregia & ab omni repre/hensione procul remota: cuius opera quia appellatione nostra uix apte exprimi possunt grę ca pronunciatione Stratagemata dicantur.

¶Illa uero calliditas.s.quam dicturus est egregia sup.est & remota procul ab omni reprahensione. Cuius opera quia uix.i.cum difficultate possunt exprimi apte idest conuenienter appellatione nostra idest uocabulo Romano dicantur stratagemata idest gesta & consilia militaria: graece autem scribitur στρατηγηματα sed quia nostri secundam corripiũt proferunt pro η α dicentes stratagemata. Alii uero stratogemata a stratos quod est exercitus στρατεια uero expeditio.

## De Tullo hostilio. Ca.DCCL.

Omnibus militaribus copiis Tullo Hostilio fidenas aggressos quę surgentis imperii nostri incunabula crebris rebellatióibus torpore passę non sunt: finitimisq; tropheis ac triumphis alitã uirtutem eius spes suas promouere ulterius docuerũt: Moetius Suffetius dux Albanorum dubiam & suspectam semper societatis suae fidem repente in ipsa acie detexit: detecto enim romani exercitus latere in proximo colle consedit: pro adiutore speculator pugnę futurus: ut aut uictis insultaret: aut uictores fessos aggrederetur. Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset: cum eodem tempore & hostes confligere: & auxilia deficere cernerent. Itaq; ne id fieret Tullus prouidit: concitato enim equo pugnantium globos precurrit: predicans suo iussu secessisse Mettium: eumq; cũ ipse signũ dedisset: inuasurum Fidenatium terga. Quo imperatoriae artis consilio metum fiducia mutauit: proq; trepidatione alacritate suorum pectora repleuit.

¶Omnibus &c. Tullo Hostilio rege illo romanorum aggresso.i.cum esset aggressus fidenas oppidum italiae: omnibus copiis.s.militaribus: quae s.fidenae: passae non sunt.i.impediuerunt crebris rebellationibus incunabula.i.primordia imperii nostri surgentis torpere.i.pigra esse & ocio frigere: & docuerunt uirtutem eius.s.imperii Ro. alitam tropheis ac triumphis finitimis.i.ex proximo loco partis: promouere.i.extendere spes suas ulterius: Metius Suffetius dux albanorum detexit.i.manifestauit repente in ipsa acie fidem societatis suae cum Ro.initae: semper dubiam & suspectam. Enim pro quia: latere exercitus Ro.detecto.i.nudato: consedit i.locum cepit: in colle proximo: futurus speculator.i.obseruator & spectator pugnae: pro adiutore.i.ubi deberet esse adiutor: quia socius: ut insultaret uictis.s.Ro.si forte uincerentur: aut aggrederetur.s.eosdem uictores: si forte uincerent: fessos.s. ex pugna. Non erat dubium quin ea res esset debilitatura animos nostrorum.i.Ro.militum: cum cernerent eodem tempore & hostes confligere.s.secum: & auxilia deficere. Itaq; Tullus proui



Illa uero ps calli. Dicturus de astutia militari quae a sapientia profecta omni prorsus reprahensióe uacat d... hoc nomen multo melius graeco q̃ latino sermone exprimi posse & stratogema appellari quasi consilium militare. στρατος enim graece exercitus α γω duco. Ab omni reprahensione procul remota. Hoc iõ dicit quia in superiore uaframento & calliditate nonnihil fraudis inesse uidetur. Stratogemata. Consilia uel astutiae militares.

Omnibus copiis militaribus: Liuius: fidenates inquit Colonia Romana ueientibus sociis consilii assumptis pacto transitionis albanorum ad bellum atq; arma concitantur cum fidenae aperte descissẽt. Tullus Moetio exercituq; eius ab alba accito contra hostes ducit ubi Anienem transit ad confluentis collocat castra: inter eum locum & Fidenas Veientium exercitus Tiberim transierat: hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu: in sinistro Fidenates propius montes consistunt: Tullus aduersus Veientem hostem dirigit suos Albanos contra legionem fidenatum collocat Albano non plus animi erat q̃ fidei neq; manere neq; transire aperte ausus sensim ad montes succedit. Inde ubi satis subisse sese ratus est erigi totam aciem fluctuansq; animo ut tereret tempus explicat ordines. Consilium erat quam fortuna rem daret eo iclinare uires: miraculo primo esse romanis qui proximi steterãt: ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt: inde eques citato equo nuntiat regi abire Albãos. Tullꝰ re trepida.xii. uouit Salios: fanaq; pallori ac pauori equitem clara increpans uoce ut hostes exaudirent redire in praelium iubet: nihil trepidatione opus esse suo iussu circũduci albanum exercitum: ut fidenatium nuda terga iuadãt idem imperat ut hastas equites erigere iubeat: id factum magnae parti peditum romanorum conspectum abeuntis albãi exercitus intersepsit: qui uiderant id quod ab rege auditum erat rati eo acrius pugnant: terror ad hostes transit: & audiuerant clara uoce dictum: & magna pars fidenatum: ut qui coloni additi romanis essent latine sciebant: itaq; ne subito ex collibus decursu albanorum intercluderentur: ab oppido terga uertunt. Instat Tullus: fusoq; Fidenatium cornu in Veientem alieno pauore percussum ferociter redit: nec illi tulere impetum: sed ab ea flumen obiectum a tergo arcebat: quo postq̃ fuga inclinauit: alii arma foede iactantes in aquam caeci ruebant: alii dum cunctãtur in ripis interfugae pugnaeq; consiliũ oppressi: non alias ante Romana pugna atrocior fuit Tum Albanus exercitus spectator certaminis deductus in campos est: de Mettio uero Suffetio eius duce crudele sumptum

Valerius maximus

est supplicium:ut duabus quadrigis alligatus dilaceraretur. Torpere pigrescere & languere:nam crebro fidenates aduersus Romanos rebellantes: Romanam iuuentutem ocio torpescere non permittebant. Mettius Suffetius qui tunc erat dictator albanorum de quo sumptū fuit(ut diximus)supplicium: Cuius meminit Virgilius.Haud procul inde citae Mettium in diuersa quadrigae distulerant Detecto latere:Nam albani relictis romanorum lateribus se in collem recepere:aut ut necessitatis insultaret:ut uictos romanos per derisionem inuaderet.Concitato enim equo.Liuius dicit eum prius uouisse.xii.salios:fanaq3 pallori & pauori.Omnes globos: Omnem multitudinem: & ordinem pugnantium.

dit ne id fieret.i.ne animi suorum debilitentur: enim pro quia:ipse praecurrit.i.anteq̄ defectionem animaduerterent percurrit equo concitato .s. ad cursum:globos.i.cuneos aut cumulos suorum pugnantium.s.cum hoste: praedicans Metium secessisse.s.in collem illum:suo iussu:etenim cum ipse dedisset signum:inuasurum sup.s.se terga fidenatium.Quo cōsilio imperatoriae artis.i.quo stratagemate:mutauit metum fiducia.i.cōuertit metum in fiduciam:& repleuit pectora suorum alacritate.s.inuadendi hostē pro trepidatione quae prius inerat aut quae insuisset. More autez suo narrat rem duntaxat quatenus ad presentem locum pertineat: nam quomodo Mettius defectionis reus postea hippolytus factus sit.i.ab equis distractus non prosequitur.

ET ne continuo. Tarquinius superbus cum Gabios urbem propiquā & ualidam saepius aggressus uirtute expugnare non posset:ad fraudes & dolos conuersus est:nam eū ueluti deposito bello fundamentis templi faciendis aliisq3 urbanis opibus intentum se esse simularet Sextus Tarquinius filius eius qui minor ex tribus erat transfugit ex composito gabios patris in se saeuitiam intolerabilem conquerens:iam ab alienis in suos uertisse superbiam ut liberorum quoq3 eum frequentiae taederet: ut quā in curia solit udinem fecerit domi quoq3 faciat:ne quam stirpem:ne quem haeredem relinquat:se quidem inter tela & gladios patris elapsum:nihil usq̄ sibi tutum nisi apud hostem.L.Tarquinii credidisse:nam ne errarent manere iis bellum quod positum simuletur: & per occasionem eum incautos inuasurum:q̄ si apud eos supplicibus locus non sit peragraturū omne Latium:Volscos quoq3 se inde Equos & Hernicos petiturum donec ad eos perueniat:qui a patrum crudelissimis atq3 impiis suppliciis tegere liberos sciant:forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaq3 se aduersus superbissimum regem ac ferocissimum populum inuenturum cum si nihil moueretentur infensus ira porro inde abiturus uideretur:benigne a Gabinis excipitur:quos paulopost ad rebellandū incitat:ipse quum promptissimis iuuenum praedatum atq3 in expeditiones uadit: ut dictis factisq3 omnib9 ad fallenduz instructis uana expresserat fides.Dux ad ultimum belli legitur:ibi cum inscia multitudine quid ageretur:proelia parua inter Romanos Gabiosq3 fierent:quibus plaerunq3 Gabina res superior esset:tū certatim summi infimiq3 Gabinorum Sextum Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere:apud milites uero obeundo pericula & labores pariter praedam munifice largiendo tanta charitate eē: ut non pater Tarquinius potentior romae q̄ filius gabiis esset:ita postq̄ satis uirum collectum ad omnes conatus uidebat:tū ex suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit quidnam se facere uellet·quandoquidem ut omnia unus Gabiis posset ei dii dedissent: hoc nuntio quia credo dubiae fidei uidebat:

## De Sexto Tarquinio & patre. Capitutulum.DCCXLI.

ET ne continuo a nostris regibus recedamus: Sextus Tarquinius Tarquinii filius indigne ferens q̄ patris uiribus expugnari Gabii nequirent :ualentiorem armis excogitauit rationem:qua interceptum id oppidum romano imperio:adiiceret.Subito namq; se ad Gabios contulit:tanq̄ parentis saeuitiā & uerbera quę uoluntate sua perpessus erat:fugiens:ac paulatim uniuscuiusq; fictis & compositis blādi iis alliciendo beniuolentiam:ut apud omnes plurimum posset consecutus:familiarem suum ad patrem misit:indicaturum quemadmodum cuncta in sua manu haberet:& quaesiturum quidnam fieri uellet.Iuuenili calliditati senilis astutia respondit .Siquidem re eximia delectatus Tarquinius:fidei autem nunt.i parum credens nihil respondit:sed seducto eo in hortum maxima & altissima papauerum capita baculo decussit.Cognito adolescens silentio patris simul ac facto.causam altius argumenti peruidit:nec ignorauit precipi sibi ut excellentissimum quęq; gabinorum aut exilio summoueret:aut morte cōsumeret. Ergo spoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem ei tradidit tantumnon uinctis manibus.

¶At ne recedamus continuo a regibus nostris.i.a stratagematis eorum: Sextus Tarquinius filius Tarquinii.s.superbi:ultimi regum Romanorum:ferens indigne q̄ Gabii nequirent expugnari.i.pugna uinci & capi: uiribus patris.s.sui:excogitauit rationem.i.subtilem uiam ualentiorem.s. ad expugnationem Gabiorum armis.s.paternis:qua:s. ratione adiiceret imperio Romano id oppidum interceptum.i.dolo captum. (Vbi signandum est authorem in eam ire sententiam quam Maro aenei.ii . sic a iuuene ut minus imitandam dictam affert:dolus an uirtus quis in hoste requirat? Nam in praefatione dixit huiusmodi calliditatem ab omni reprachensione procul remotam.quod si uerum est:hoc est si sine reprachensione inimicos simulata amicitia dolo uincere possumus : magna est adhibenda cautio ne inimico conciliato aut hosti amicitiam simulanti fidem habeamus:sic enim Babylonii:sic troiani:sic Gabii capti sunt:quia hosti cre

dixerunt)namq3 ipse Sextus contulit se subito ad Gabios:tanq̄.s.esset fugiens:sæuitiam parentis.i.patris omnibus notam:& uerbera.i.uerberationes aut instrumenta ipsa uerberandi:quæ perpessus erat sua uoluntate:quia tibices aut uestigia uerberum ostendit Gabiis:ac alliciendo paulatim beniuolentiam uniuscuiusq3.s.Gabinorum blanditiis fictis & compositis.i.subornatis ad fraudem:consecutus.i.ubi obtinuit ut posset plurimum apud omnes:misit familiarem suum.i.a secretis:ad patrem:indicaturum quemadmodum haberet cuncta in sua manu.i.potestate:& quasi rurum.s.a patre:quidnam uellet fieri.s.ad expugnandos cōmode gabios:ast ista senilis.i.ipsius Tarquinii patris:respondit.i.cōsona fuit calliditati iuuenili.i.ipsius filii.Siquidem.i.quoniam Tarquinius.s.pater:delectatus re eximia.i.quam maxime exoptabat autem pro sed:parum credens fidei nuntii:nihil respondit:sed eo seducto in hortum.i.postq̄ eum seduxerat in hortum:decussit.i.in terram percutiendo deiecit:baculo.s.quez manu tenebat:maxima & altissima capita papauerum.i.illarum harbarum alte crescentium:& quarum fructus soporem inducit. Adolescens.s.filius Tarquinii:silencio patris.s.sui:simul ac facto cognito.s.ex nuntio:peruidit.i.perspexit altius.i.profundius:causam argumenti.i.rationis utriusq3 s.taz silentii q̄ facti:hoc est decussionis capitum summorum papauerū:nec ignorauit præcipi.s.a patre per tale factum sibi ut aut summoueret exilio.i.expelleret occulte gabios aut consumeret.i.exterminaret morte excellentissimum quenq3 gabinorum.Ergo quia hoc intellexit & fecit:tradidit ei.s.patri suo ciuitatem spoliatam bonis propugnatoribus.i.defensoribus tantumnon manibus uinctis.i.hoc solo dempto:q͏ non erant illi manus uinctæ:aut ut Oliuerius hoc uocabulum interpretatur:manib9sup.ciuitatis:tantumnon.i.ferme uinctis:quæ sententia ferme in unum redit:quia quod tantumnon.i.uno duntaxat dempto fit:ferme fit.

nihil uoce responsum est.Rex uelut deliberabundus in ortum ædium transiit sequēte nuntio filii:ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse:interrogando expectādoq3 responsum:ita fet: odio:seu superbia insita ingenio:nullam euz uocem emisisse.Sexto ubi quid uellet pater:quid ue præciperet tacitis ambagibus patuit:primores ciuitatis criminando:alios apud populum:alios suæ ipsius inuidiæ opportunos interemit:multi palam:quidam in quibus minus speciosa criminatio erat futura clam interfecti:patuit quibusdam uolentib9 fuga aut in exilium acti sunt:absentium q3 bona iuxta atq3 interemptorum diuisa fuere:largitionis:inde prædæq3 dulcedine priuati commodi sensus malorum publicorum adimi donec orba consilio auxilioq3 Gabina res regi romano sine ulla dimicatione in manum traditur.Interceptum:fraude captū Verberaq3:Quia seipsum dedita opera iussserat uerberari:cuius rei nullam prorsus mētionem facit Liuius.Iustinus uero hac eadē simulatione usum fuisse zopirum unum ex interfectoribus magorum:& de principib9 Darii Persarum regis dicit:qui ut Babyloniam Persarum imperio subiiceret:domi se uerberibus lacerari toto corpora iussit:& titulo transfuge Babyloniam profectus hāc eadem arte urbem & imperium Dario ꝓdidit.Iuuenili calliditati:senilis astutia respondit.Patris senis calliditas:iuuenis astutiam adequauit:nam pater tacens quid sibi uellet filio callide satis indicauit.Fidei autem nuntii parum credens.Frontinus Tarquinius inquit superbus principes gabinorum interficiendos arbitratus:quia hoc nemini uolebat commissum:nihil nuntio respondit:qui ad eum a filio missus erat:tantum uirga eminentia papauerum capita cum forte in horto ambularet decussit:nuntius sine responso reuersus renuntiauit adolescēti Tarquinio quid agentem patrem uidisset:ille intellexit idem esse eminentibus faciendum.Cognito silentio patris:cum intellexisset quid sibi uellet pater silendo quid ue innueret decutiendo papauerum capita.Causam alterius argumenti præuidit rem illam quam præsente nuntio fecerat ad aliud spectare:neq3 id frustra eum fecisse:sed latentem in eo causam existere.

## De Romanis in capitolio.Ca. DCCXLII.

Illud quoq3 a maioribus & consilio prudenter & exitu feliciter prouisum.Cum enim urbe capta Galli capitolium obsiderent:solāq3 potiendi eius spem in fame eorum repositam animaduerterent:perq̄ callido genere consilii romani usi unico perseuerantiæ irritamento uictores spoliauerunt:panes enim iacere compluribus ex locis cœperunt.Quo spectaculo obstupefacti:infinitamq3 frumenti abundantiam nostris superesse credentes ad pactionem omittendæ obsidionis cōpulerunt.Misertus est tunc profecto iuppiter romanæ uirtutis præsidium ab astutia mutuantis:cum in summa alimentorum inopia proiici pręsidia inopiæ cerneret.Igitur ut uafro ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

Illud quodq3.Cū urbe a gallis capta obsideretur capitolium ante omnia obsidionis belliq3 mala fames utrūq3 exercitum urgebat:gallos etiam pestilentia uexabat:induciæ deinde cum romanis factæ:& colloquia permissu imperatorum habita:in quibus cum identidem galli famem obiicerent eaq3 necessitate ad deditionem uocarent:dicitur auertendæ eius opinionis causa multis locis panis de capitolio iactus esse in hostium stationes.Unico perseuerantiæ irritamento:unum erat inquit qd Gallos in obsidendis romanis perseuerare incitaret q͏ eos fame uincere posse sperabant:nam armis aut ui aliqua capi posse capitolium desperabant:q͏ locus natura munitissimus esset.Misertus est tunc Iuppiter.Lactātius Firmianus diuinarum insti.li.primo.Eodem inquit tempore Ioui pistori ara posita est:q͏ eos ī quiete monuisset ut ex omni frumento quod habebant:panem conficerent:& in hostium castra iactarent:eoq3 facto soluta est obsidio desperantibus Gallis inopia subigi posse romanos.Ouidius quoq3 fastorum li.vi.Posse fame uinci spes excidit hoste repulso:Candida pistori ponitur ara Ioui.

Illud quoq3.i.etiā quod sequitur:est prouisuz a maioribus idest progenitoribus romanorū:&.i.simul:prudenter consilio idest quantū ad consili

Præsidia inopiæ scilicet panes qui præsidia
erant inopiæ.

Idem Iuppiter. Bello secundo puni
co Liuio & Nerone consulibus cum
Hannibal punicis armis magnā Ita-
liæ partē occupasset: ac uires romanas mul
tis cladibus attriuisset iamq; appareret par
uis auctū copiis posse romanū imperiū oppri
mere: Hasdrubal eius frater in Italiā cū ingē
tibus copiis descenderat: ut se fratri coniun-
geret. Nero qui Hannibali erat oppositus:
ubi consilium cognouit Hasdrubalis: inter-
ceptis his qui ad Hannibalem litteras fere
bant: non id tempus esse ratus quo consilii
ordinariis prouinciæ suæ quisq; finibus per
exercitus suos cum hoste destinato a senatu
bellum gereret audendum atq; nouandum
aliquid, improuisum inopinatumq;: qd cœ
ptum non minorem apud ciues q̄ apud ho-
stes terrorem faceret perpetratum in magnā
lætitiam ex magno metu uerteret. Cum igit̄
cuperet hasdrubalem eiusq; copias anteq̄
Hannibali fratri iungeretur excidi: ideircoq;
festinaret se Liuio salinatori collegæ suo cui
bellum illud mandatum fuerat parum fidēs
uiribus quæ sub ipso erant adiungere: neq;
tamen discessum suū nosci ab Hannibale cui
oppositus erat: mille equites delegit: præce-
pitq; legatis quos relinquebat ut eædem sta
tiones uigiliæ æque agerentur: totidem ignes
arderent: eadem facies castrorum seruaretur
ne quid suspicatus Hannibal auderet aduer
sus paucitatem relictorum. pronuntiat occu
pare se in Lucanis proximam urbem: punicū
q; præsidium uelle: ut ad iter parati essent:
nocte profectus flexit in Picenum: deinde cū
in Vmbriam occultatis itineribus uenisset:
nuncios præmisit ad collegam: qui nuntiarēt
eius aduentum: percunctarenturq; clam an
palam interdiu an noctu uenire se uellet iis
dem an aliis consideret castris: nocte clam in
gredi melius est. Tessera pro castro a Liuio
consule data erat: ut tribunus tribunum: cen
turia centurionem: eques equitem: pedes pe
ditem acciperet: neq;.n. dilatari castra opus
esset ne hostis aduentum alterius consulis
sentiret detractaturus pugnam si consulum
iunctas uires intelligeret. Igitur inscium du
plicatis aggressus copiis Claudius nero supe
rauit & uelocius omni nuncio rediit ad han-
nibalem. Ita ex duobus callidissimis pœno-
rum ducibus eodem consilio alterum celauit
alterum oppressit. Alterum italiæ latus: luca
niam regionem Alterum brutios in umbria.
Intolerabili onere fessas: Nam hannibal ui
res romanas multis cladibus attriuerat: rem
publicam longo bello lassauerat. Compresso
hannibale: Coercito & in arctum deducto:
præsentiam suam mentitus. nam adeo occul
te castris discessit: ut non sentiretur: & ideo il
lum in castris hannibal semper esse credidit.
longum iter: nam longum erat interuallum a

tim: & feliciter exitu. s. quantū ad euentū rei. Cum enim urbe capta Galli
s. Senones obsiderent capitolium: & ipsi animaduerterent spem petitur di
eius. s. capitolii: repositam solam aut solum in fame eorum. s. maiorum ro
manorum illic inclusorum: Romani usi per q̄ callido genere consilii: spolia
uerunt uictores. s. Galios urbis præter capitolium expugnatores: unico. i.
uno solo: irritamento. i. prouocamento perseuerantiæ: cœperunt enim iace
re. i. deiicere panes ex compluribus locis. s. capitolii. Quo spectaculo Ro
mani compulerunt gallos obstupefactos & credentes infinitam abundan
tiam frumenti superesse nostris. i. romanis ad pactionem. i. ad faciendum
pactum pro certo pondere auri: obsidionis omittendæ. Iuppiter profecto
est misertus tunc uirtutis romanæ. mutuantis. i. mutuo accipientis & qua
si mendicantis: præsidium. i. protectionem & auxilium salutis: ab astutia
i. calliditate: cum. s. iuppiter cerneret præsidia. i. remedia aut sustentacula
inopiæ alimentorum: hoc est panem: proiici in summa inopia alimentorum.
Igitur Iuppiter dedit obsessis in capitolio: exitum. i. finem obsessionis salu
tarem: cōsilio ut uafro. i. astuto & callido: ita periculoso: quia sic quod ha
buerunt alimenti diminuerunt: & si tunc Galli tam periti rei militaris fuis
sent ut nunc sunt: facile cautelam intellexissent: quum tamen Gandauen
ses & alii consimili longe post usi dicantur.

De Claudio Nerone: & Liuio Salinatore consuli
bus Ro. Ca. DCCXLIII.

Idem Iuppiter post præstantissimorum ducū nostrorum sagacibus consiliis propitius aspirauit. Nam quum alterum Italiæ latus Hannibal laceraret: alterum inuasisset Hasdrubal: ne duorum fratrum iunctę copię intolerabili onere fessas simul res nostras urgerent: hinc Claudii Neronis uegetum consilium: illinc Liuii Salinatoris inclyta prouidentia effecit. Nero enim compresso a se in Lucanis Hannibale: p̄sentiam suam (quoniam ita ratio belli desiderabat) mētitus hosti: ad opem ferendam collegæ per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in umbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit. Tribunos.n. a tribunis centuriones a cēturionibus: equites ab equitibus: pedites a peditibus excipi iussit: ac sine ulla tumultuatione solo uix unum exercitum capienti alterum inseruit. quo euenit ne hasdrubal cum duobus se cō sulibus præliaturum prius sciret: q̄ utriusq; uirtute pro-sterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis punica: calliditas romana elusa prudentia: hannibalem Neroni: Hasdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

Idem Iuppiter qui sic Romanos miseratus est tempore obsidionis ca-
pitolinæ aspirauit postea existens propicius: sagacibus consiliis præstan
tissimorum ducum nostrorum: uidelicet Claudii Neronis & Liuii Salina
toris. Nam cum hannibal laceraret. i. uastaret alterum latus italiæ uideli-
cet lucanicum: & hasdrubal frater eius inuasisset alterum. s. latus italiæ
uidelicet Brutium: aut Brutios ipsos consilium uegetum. i. uiuacis ingenii
Claudii Neronis: effecit hinc. i. ex una parte utpote lucanica & inclyta p
uidentia Liuii Salinatoris effecit illinc. i. ex altera parte: utpote Brutia: ne

copiæ duorum fratrum.s.hannibalis & hasdrubalis:urgerent simul res nostras.i.Romanas fessas intolerabili onere. Nero.n.hannibale cõpresso a se in Lucanis:mentitus.i.fingens & ostentans hosti præsentiam suaʒ i.se non abiisse ab exercitu quem ductitabat in Lucania:tetendit mira celeritate ad ferendam opem.i.suppetias:collegæ.s.suo Salinatori Salinator dimicaturus cum hasdrubale apud Metaurum flumen in Vmbria recepit noctu Neronem castris.i.in castra sua:sup.cuʒ summa dissimulatione.iussit.n.tribunos.s.Neronis excipi a tribunis.s.suis centuriones neronis a centurionibus suis.equites ab equitibus & pedites a peditibus: ac inseruit alterum.i.secundum exercitum:solo uix capienti unum exercitum Quo euenit ne.i.ut non ut hannibal non sciret prius se dimicaturum cum duobus consulibus q̃ prosterneretur uirtute utriusq̃ʒ.Ita.id est & sic illa calliditas punica infamis toto orbe terrarum:elusa prudentia Romana tradidit hannibalem decipiendum Neroni.i.a Nerone & Hasdrubalem decipiendum Salinatori aut tradidit Neroni & Salinatori suum utriqʒ decipiendum.

lucania i brutios. In umbria: Quæ regio nũc patrimonium dicitur. Apud flumen metaurũ Metaurus fluuius ẽ umbriæ defluẽs in adriaticum sinum haud longe a phanestri colõia senogalliam uersus clarus & nobilitatus hac Liuii & neronis uictoria. Quo euenit: non prius hannibal sensit neronem e castris discessisse ad opem collegæ ferendam q̃ nero caput hasdrubalis in castra fratris coniici iussit quo uiso dixisse fertur tum demuʒ cognoscere se deos iratos carthaginensibus esse.

## De.Q.Metello consule. Capi.DCCXLIIII.

Memorabilis etiam consilii.Q.Metellus Qui cum procul bellum in hispania aduersus celtiberos gereret urbemq̃ Cõtrebiam caput eius gentis uiribus expugnare non posset:intra pectus suum multum ac diu consiliis agitatis uiam reperit:qua propositum ad exitum perduceret itinera magno impetu ingrediebatur.deinde alias atq̃ alias regiones petebat. modo hos obsidebat montes:paulopost ad alios trãsgrediebatur:cum interim tam suis omnibus q̃ ipsis hostibus ignota erat causa inopinatæ eius ac subitæ fluctuationis.interrogatus quoq̃ a quodam amicissimo sibi: quid ita sparsum & incertum militiæ genus sequeretur: absiste inquit istud quærere: nam si huius consilii mei interiorem tunicam consciam esse sensero:continuo eam cremari iubebo. Quorsum igitur ea dissimulatio erupit aut quem finem habuit? Postq̃ uero & exercitum suum ignorantia & totam celtiberiam errore implicauit:cum alio cursum direxisset subito ad Cõtrebiam reflexit: eã q̃ inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset ad ultimam ei senectutem apud mœnia Contrebiæ armato sedendum foret.

Memorabilis etiam. Metellus q̃ pius cognominatus est procul in hispania bellum gerebat aduersus celtiberos quorum urbem metropolim: hoc est regionis caput trebiam:cum sæpius oppugnatam uiribus expugnare non posset ad altiora consilia se conuertit ut quod uiribus ñ posset ingenio & arte consequeretur. Itaqʒ urbem obsidione liberauit tanq̃ desperatione ductus eam prorsus omittere uelle uideretur exercitum per diuersa loca ducebat tanq̃ incertus consilii quid ageret modo hanc modo illam regionem montesq̃ʒ petebat nec ullo in loco diutius commorabatur:cuius cõsilii rationem cum nemo intelligeret unus e familiaribus suis interrogauit quidita sparsum & incertum militiæ genus sequeretur. Cui Metellus: si meam inquit tunicam interiorem consilii mei participem aut consciam esse intelligerem igni q̃primum mandarem. hoc stratogemate factum ẽ:ut cum & suos rerum ignorantia & hostes summo errore implicaret: paulopost urbem incautaʒ & suo clandestino ac inopinato aduentu oppressuʒ caperet. Qu.Metellus. Qui pius cognominatus est quia patris exilium longis lachrymis prosecutus fuerit:nec ab iis temperari potuerit prius q̃ fuit in patriam reuocatus. Viam rationem. Virgilius: Inueni germana uiam:gratare sorori. Fluctuationis: erroris & uagationis. Interiorem tunicam uestem lineam quam uulgo camisiam dicimus. Frontinus libro primo capitulo primo. Metellus inquit pius in hispania interrogatus quid postera die facturus esset:tunicam meam inqt si hoc eloqui posset comburerem. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari. Nisi hanc astutiam excogitasset:in obsidione apud Trebiam conseruisset. Scrutari: inquirere.

ASCENSIVS.

¶Memorabilis &c. Ordo est Quintus Metellus: pius uidelicet sup. fuit etiam cõsilii memorabilis.i.digni memoria. Qui cum eius sup. proconsul gereret bellum in hispania aduersus celtiberos & non posset expugnare uiribus Cõtrebiam (q̃q̃ sunt qui Trebiam scribant) urbem caput eius gentis: consiliis agitatis multum ac diu intra pectus suum. repperit uiam i.rationem: qua perduceret propositum ad exitum.i.qua contrebiam caperet. Ipse ingrediebatur.i.faciebat itinera magno impetu: deinde petebat alias atqʒ alias regiones: & obsidebat.i.occupabat modo.i.interdum hos montes: & transgrediebatur paulopost ad alios.s.montes: cum interim causa inopinatæ ac subitæ fluctuationis eius erat pro esset: ignota omnibus tam suis q̃ hostibus. Interrogatusq̃ʒ a quodam amicissimo sibi quidita.i.cur sequeretur genus militiæ sparsum & incertum: quia nusq̃ consistebat: inquit absiste.i.desine quærere.i.percunctari illud. nam si ego sensero tunicam meam interiorem quam camisiam uocant: consciam esse huius consilii mei: ego iubebo continuo eam cremari. Igitur (inquit Valerius.q.d. dices forte igitur) quorsum erupit ea dissimulatio: aut quem finem habuit? Respondet. Postq̃ uero implicauit &.i. pariter exercitum suum ignorantia: & totam celtiberiam errore: quia putabat eum timore non consistere in aliquo lo

co.cum direxisset cursum alio.i.ad alium locum reflexit sup.eum subito:ad contrebiam (ubi proprio nomini oppidi dat prepositionem) & oppressit eam inopinatam & attonitam. Ergo nisi Metellus coegisset mentem suam scrutari doles: foret.i.fuisset ei armato sedendum apud mœnia Contrebiæ:sup.usq3 ab ultimam senectutem.

AGathocles syracusarum rex hic sicilia tyrānus quem ex humili & sordido loco ad regiam maiestatē fortuna mira indulgentia prouexerat cū a pœnis duce hamilcare duobus prœliis superatus intra syracusas obsideretur: uideretq3 se a longe uiribus imparem & ad ferendam obsidionem minime paratum statuit bellum in aphricam transferre mira prorsus audacia: ut quibus in solo urbis suæ par non erat eorum urbi bellum inferret:& qui sua tueri nō poterat impugnaret aliena uictusq3 uictoribus insultaret:huius consilii non minus admirabile silentium q̄ cōmentum fuit.populo hoc solum professus inuenisse se uictoriæ uiam animos illi tantum in breuem obsidionis patientiam firmarent:conscripto deinde exercitu cum duobus filiis adultis nullo militum sciente quo ueheretur traiecit in aphricam:exposito deinde in littore exercitu: cōsilium suum omnibus aperit:eosq3 ad bellum & certam uictoriam, hortatur:facta ī agros subita excursione:tunc omnia prosternit uillas castellaq3 incendit cui cum hanno dux pœnorum factus esset obuius primo prælio uincitur & occiditur:nam duo milia de siculis tria milia de pœnis cum ipso duce cecidere:hac uictoria elatus Agathocles urbes castellaq3 expugnat prædas ingentes agit hostium multa milia trucidat:castra deinde quinto lapide a carthagine posuit ut damna clarissimarum rerum:uastitatemq3 agrorum & incendia uillarum de muris ipsius urbis specularentur:deniq3 breui effecit ut tota pene prouincia a pœnis deficeret Iterato cū Carthaginensibus bello duce Bomilcare: grandi prælio superauit cū3 magno utriusq3 exercitus sanguine post hanc uictoriam profligatis in aphrica rebus nihil actum esse putās si amplius Syracusæ obsiderentur tradito exercitu filio suo recurrit in siciliam cuius aduentu omnes Siciliæ urbes auditis rebus q̄s in aphrica gesserat:certatim ei se tradūt: atq3 ita pulsis e sicilia pœnis totius insulæ imperium occupauit Reuersus deinde in Aphricam cum mutata fortuna cuncta aduersa sibi euenissent uictus & in siciliam redire coactus cum pœnis pacem æquis conditionibus fecit.Ex maiori parte: Nam præter Acradinem munitissimum urbis locum occupauerunt urbem Discuteret Remoueret ta auerteret.

## Externa De Agathocle rege Syracusarum Cap.DCCXLV.

AGathocles autem syracusarum rex audacter callidus.Cum.n.urbem eius maiore ex parte carthaginenses occupassent exercitum suum in aphricam traiecit:ut metum metu:uim ui discuteret: nec sine effectu:nam repentino eius aduētu perculsi pœni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt pactiq; sunt:ut eodem tempore aphrica siculis & sicilia punicis armis liberaretur:Agathocles autem syracusarum mœnia si tueri perseuerasset:illa belli malis urgerentur:bona pacis fruēda securæ carthagini reliquisset. nunc inferendo quæ patiebatur dum alienas potius lacessit opes q̄ suas tuetur quo æquiore animo regnum deseruit eo tutius recepit.

¶Agathocles.autem rex syracusarum sup.fuit callidus audacter .i.cum audacia.Cum.n.Carthagineñ.occupassent urbem eius ex maiore parte:traiecit exercitum suum in aphricam ut discuteret metum quem patiebatur a Carthagineñ.metu quem illis inferebat: & uim illatam a carthagineñ sibi:ui illata a se in carthaginenses:nec sup.fuit callidus aut id fecit sine effectu.i.consecutione propositi: Nam pœni perculsi.i.attoniti: repētino & ita inopinato aduentu eius redemerunt libenter incolumitatē suā3 salute hostium: & (pacti sunt ut Aphrica liberaretur armis siculis: & sicilia liberaretur armis punicis.i.carthagineñ.eodem tempore Notum ē œ sæpe in u mutari: ut pœna punœo:pœnus punicus.mœnia munio, Autē i.sed: si Agathocles perseuerasset tueri mœnia syracusarum:illa.s.n.oenia dicta urgerentur malis.i.incommodis belli: & reliquisset carthagini bōa i.commoda pacis securæ:nunc inferendo.s.mala belli quæ patiebatur: dum lacessit.i.uexāt aut laceratum it opes alienas potius q̄ tuetur suas: quo.i.quanto æquiore.i.minus grauato animo deseruit regnum.s. suum eo.i.tanto tutius recepit sup.illud.

QVid Hannibal: Frontinus libro secundo capitulo secundo.Hannibal inquit apud Cannas cum comperisset Vulturnum amnem ultra reliquorū naturam fluminum ingentes auras mane proflare quæ arenarū pulueris uerticem: si agerent:sic duxerit acie3 ut tota uis a tergo suis romanis in ora & oculos incideret quibus incommodis mire hosti aduersantibus illam me norabilem adeptus est uictoriam. Liuius non hoc solum stratogemate:sed aliis quoq3 usum hannibalem fuisse dicit in cannensi pugna quibus romanos oppressit magis q̄ uicit.Nam & suis quibusdam imperauit:ut cū

## De Hannibale Cap.DCCXLVI.

QVid Hannibal cānensem populi Ro.aciem speculatus:nonne prius q̄ ad dimicandum descenderet cōpluribus astutiæ complicatam laqueis ad tam miserabilem perduxit exitum. Ante omnia.n.prouidit ut & solem & puluerem q ibi uēto multus excitari solet aduersum haberet:deinde partem copiarum suarum inter ipsum prelii tempus de industria fugere iussit:quam cum a reliquo exercitu abruptam le

gio romana sequeretur trucidandam eam ab his quos in insidiis collocauerat curauit:postremo q̃dringentos equites subornauit: qui simulata transitione petierunt consulem:a quo iussi more transfugarum depositis ar/mis in ultimam pugnæ partem secedere districtis gla/diis quos inter tunicas & loricas abdiderant poplites pugnantium romanorum ceciderunt. Hęc fuit punica fortitudo dolis & insidiis & fallacia instructa:quę nũc certissima circũuente uirtutis nostræ excusatio est:quo niam magis decepti q̃ uicti sumus.

¶Quid sup.fecit:Hãnibal speculatus aciẽ populi Romani Cãnensem i.quæ erat apud Canas:nõne perduxit sup.eã ad tã miserabilẽ exitũ com plicatam compluribus laqueis astutiæ priusq̃ descenderet ad dimicandũ: q.d.utiq3.Enim pro quia ipse prouidit ante omnia ut sup.acies Roma/na:haberet & solẽ & puluerẽ qui solet excitari ibi a ultis uentis aduersu3 i.obiectũ oculis & toti faciei:deinde iussit partem copiarum suarũ fugere de industria.i.ex composito & data opera inter ipsum tẽpus p̃lii.i. duran te adhuc conflictu:quã.s.partem cũ legio romana sequeretur abrupta3 a reliquo exercitu curauit sup.legionem Romanã trucidãdam ab his quos collocauerat in insidiis.Postremo subornauit quadringentos equites qui simulata transitione.s.ad Romanos petierunt consulem:ut.s.ab eo in fi/dem reciperentur:a quo.s.consule iussi secedere in ultimam parte3 pugnæ armis depositis.s.prius:more transfugarum ceciderunt gladiis districtis i.nudatis:quos abdiderant inter tũicas & loricas.s.suas:poplites idest ner uos qui in aduersa parte genuum sunt. Ro. pugnantium. Hæc idest hu/iuimodi fuit fortitudo punica idest pœnorum:uidelicet instructa dolis & insidiis & fallacia:quæ.s.fallacia aut fallax fortitudo est nunc certissima excusatio uirtutis nostræ idest Romanæ cir/cũuentæ idest deceptæ per fraudem:quoniam nos sumus magis decepti q̃ uicti.

accensa pugna uideretur:simulata fuga ro/manã legionẽ in insidias deduceret quæ ad internecionẽ usq3 deleta fuit. Et i sinistro cor nu Romão ubi sociorũ eq̃tes aduersus Nu midas steterant cõsertũ prœliũ segne primo & a punica cœptũ fraude q̃ngenti ferme eq̃ tes Numidæ p̃ter consueta arma telaq3 gla dios occultos sub loricis habẽtes usi sũt spe cie transfugarũ ad romanos trãsire q cum a suis parmas post terga habẽtes adæquas/sent repẽte ex eq̃s resiliũt parmisq3 & iaculis ante pedes hostiũ p̃iectis in mediã acie3 ac cepti ductiq3 ad ultimos cõsedere a tergo iu bent ac dũ p̃liũ ab oĩ p̃te cõseritur q̃eti man sere:postq̃ uero oĩum oculos animosq3 occu pauerat certamẽ:tũ arreptis scutis q̃ passim iter aceruos cæsorũ corporũ strata erant uer sam adoriũtur. Romanã aciẽ:terga q3 feriẽ tes ac poplites cædẽtes:strageẽ ingentẽ dede rũt:ac maiorẽ aliquãto pauorẽ ac tumultu3 fecerũt. Cõpluribus astutiæ cõplicata laque is. Translatio sũpta a feris q̃ laqueis impli cãtur:sic & acies Romana multis dolis:qua si laqueis capta & cæsa fuit. Vẽto multus ex citari solet aduersum hẽret. Quia Apulia uẽ tis abundat. Et p̃sertim iapige. Abrupta3 le gionẽ romanã:p uim separatã. Districtis gla diis:Nudatis gladiis Poplites:genua:p̃tẽ p̃ toto Extant poples flexura genuum Circun uentæ deceptæ.

De repulsis Titulus.V.

CAmpi quoq3 repræsentata conditio ambitio/sam ingredientes uiam ad fortius sustinẽdos parum prosperos cõitiorum euentus utiliter instruxerit:quia propositis ante oculos clarissimorum uirorum repulsis ut nõ minore cum spe honoris ita pru dentiore cum animi iudicio petẽt:meminerintq; nefas non esse aliquid ab omnibus uni negari cum sæpe nume ro singuli cunctorum uoluntatibus resistere fas esse du xerint:scientes etiam patientia quæri debere:quod gra tia impetrari nequiuerit.

De repulsis. Tit.V.

CAmpi quoq3: Dicturus de repulsis Valerius breui præfatione docilita tem & beniuolentiam quodãmodo sibi conciliat cum dicat huius rei cognitionẽ futuram utilem multis magistratus & digni tates petituris qui si forte repulsa3 passi fue rint clarissimorum hominum exemplis se cõ solari suamq3 indignitate3 æquo animo fer re poterunt discentq3 patientia quærere q̃d gratia obtinere nequiuerunt. Campi quoq3 in campo martio po.ro.comitia habebantur creabanturq3 magistratus in quem candida ti descendebant. Cum sæpe numero singuli quasi intendit argumentum si uni licitum est cunctorum studiis placitisq3 resistere q̃to ma gis omnibus unius uolũtati refragari.

¶Campi &c. Conditio quoq3 campi scilicet martii idest dubius euentus & periculum repulsæ quibus subiacet petitio honorum in campo martio:repræsentata scilicet oculis aut animis hominum instruxerit idest possit instruere ingrediẽtes uiam ambitiosam idest multum cupidam honorum:ad euentus comitiorum idest qui fiunt in comitiis:parum prosperos sustinendos fortius idest maiore animi fortitudine Quia repulsis clarissimorum uirorum propositis ante oculos scilicet ambitiosorum:ut idest quemadmodum ipsi petent scilicet magistratum (nisi legendum sit honores ubi est honoris) cum sup.minore spe honoris scilicet obtinendi:ita petent cum maiore iudicio animi idest cautius:& meminerint idest erũt me mores non esse nefas aliquid negari uni ab omnibus idest toto populo cum singuli sup.uiri duxerint sæpe numero fas esse resistere uoluntatibus cunctorum:scientes etiam id debere quæri idest acquiri patientia quod nequiuerit idest nõ po tent impetrari gratia idest complacentia populari. Ascen.

Q Vitus Elius Tubero: Cicero in orōne pro. L. Murena sic: inq̄t: eodē studio uir eruditus apud patres nostros & honestus & nobilis. Qui. tubero. is cū epulū Quītus Fabius maximus. P. aphricani patrui sui noīe populo Romano daret: rogatus ē a maxio: ut triclinīū sterneret cum eēt Tubero eiusdē Aphricani sororis filius atq3 ille homo eruditissimus ac stoicus strauit pelliculis hedinis lectulos: punicanos & exposuit uasa samia: quasi uero eēt Diogenes cinicus mortuus & nō diuini hoīs aphricani mors honestaretur: quē cum supremo eius die maximus laudaret gratias egit diis īmortalibus q̄ ille uir in hac republica potissimū decus natus eēt: necesse enim fuisse ibi eē imperiū terrarū: ubi ille eēt. Huius ī morte celebranda grauiter tulit Populus Romanus hāc puersam sapientiā Tuberonis. Itaq3 homo integerrimus ciuis optimus cū eēt L. pauli Nepos. P. Aphricani: ut dixi sororis filius his hedinis pelliculis p̄tura deiectus ē. Seneca ad Luciliū epistola. lxxxv. q̄ icipit petis a me circa finē. Tuberonis iquit ligneos lectos cū i publicū sternerent hedinas p̄ stragulis pelles: & ante ipsius Iouis cellā apposita cōuiuiis uasa fictilia: qd aliud q̄ paupertatem in capitolio cōsecrare: ut nullū3 aliud factū eius habeā illū catonibus inserā3: hic parū credimus cēsura fuit illa nō coena. O q̄ ignorāt hoīes cupidi gloriæ qd illa sit: aut quēadmodū petēda. Illo die Po. Ro. multorū suppellectilē spectauit. unius miratus est oium istorū aurū & argētū fractū & uile æs conflatū: at oibus sæculis Tuberonis fictilia durabūt. Tricliniū: coenaculum & locus ubi cōuiuari antiq cōsueuerūt a tribus thoris stratis ut dictū est. Lectulos punicanos: paruos & humiles & secūdū Senecā ligneos: nā huiusmodi lecti ex Aphrica primum aducti sūt. Samia terrena a samo īsula ubi primū facta fuerūt eiusmodi fictilia. Quocirca urbs nostra nō unius cōuiuii numeru3. Hanc inq̄t dignitatē nō his tātū q interfuere cōuiuio sed uniuersæ ciuitati factā existimarūt Romani: & propterea illū proximis comitiis repulsæ nota affecerūt.

P Vblius autem Scipio nasica. Laudibus Scipionem extollit. ut magis mirum esse uideatur integerrimum uirum totius senatus iudicio optimum iudicatum: qui pestiferas seditiōes auctoritate sua sæpissime oppressisset: qui lumen & gloria senatus & totius ciuitatis esse diceretur potuisse eiusmodi repulsæ infamia notari ob dictum magis iocosum q̄ graue aut iniuriosum: ut callosam rustici manum: candidatus cu3 pertractasset: ex eo quæreret manibus ne ambularet. De hac repulsa Cicero in oratione pro planco. Auus inquit tuus. P. nasicæ: tibi ædilitiam prædicaret repulsam: quo ciue neminem ego statuo in hac republica fortiorem. Togatæ po

De Quinto Elio Tuberone.
Capitulum. DCCXLVIII.

Q Vintus Elius tubero a. Q. Fabio Maximo epulum populo Ro. nomine. P. aphricani patrui sui dante rogatus ut triclinium sterneret: lectulos punicanos pellibus hædinis strauit: & pro argenteis uasis samia exposuit. Cuius rei deformitas sic omnes offendit: ut cum alioquin uir egregius haberetur comitiisq; prætoriis candidatus ī campū. L. Paulo auo P. Aphricano auūculo nixus descendisset: repulsa inde abiret notatus. Nam ut priuatim semper continentiam probabant: ita publice maxima cura splendoris habita est: quo circa urbs non unius conuiuii numerum: sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ruborem epuli suffragiis suis uindicauit.

¶ Quintus Elius Tubero rogatus a Quinto Fabio maximo dante populo Romano epulum. i. solēne conuiuium & quasi parentationē: nomine. i. ratione publii Aphricani patrui sui. s. defuncti: ut sterneret. i. ornaret stragulis triclinium. i. locu3 conuiuii: strauit lectulos punicanos. i. traductos a punicis moribus ubi ligneos habent & leues quales sunt quos campanos seu campestres galli uocant: pellibus hædinis quibus nihil fœdius & abiectius & exposuit. s. conuiuis aut in abaco posuit samia sup. uasa. i. fictilia: pro argenteis uasis. Cuius rei. i. apparatus deformitas offendit. s. populum Romanum sic: ut cum. i. licet haberetur alioqui. i. alio quouis modo: uir egregius & descendisset in campum. s. martium: candidatus. i. candide uestitus more competitorum: sup. in comitiis prætoriis. i. congregatōibus populi pro eligendo prætore: descendit dico: nixus idest confisus & fretus Lucio Paulo auo & Publio Aphricano auūculo: quia erat eius sororis filius tamen sup. abiret inde idest e comitiis aut campo martio notatus repulsa idest ignominia repulsæ. Nam ut idest quemadmodum Romāi sup. probabant semper continentiam idest a luxu repressionem: priuatim idest in sumptu priuato: ita maxima cura splendoris idest splendidi apparatus est habita publice idest in sumptu publice faciendo. Quocirca idest quapropter: urbs scilicet Roma: credens idest existimans non numerum unius conuiuii scilicet priuati: sed se totam iacuisse in illis pelliculis scilicet hædinis & ita tam sordidis: uindicauit idest ulta est ruborem epuli scilicet sordide instructi: suffragiis suis Tuberoni scilicet negatis. Eius tamen modicitas non offendit Senecam.

De Publio Scipione nasica.
Capitulum. DCCXLIX.

P Vblius autem Scipio nasica togatæ potentiæ clarum lumen: is qui consul iugurthæ bellum idixit: qui matrem idæam e phrygiis sedibus ad nostras aras focosq; migrantē sanctissimis manibus excepit: q multas & pestiferas seditiōes auctoritatis suę robor̄ oppssit: quo pricipe sēat⁹ p aliquot ānos gloriat⁹ ē: cū ędilitatē curulē adolescēs peteret: manūq; cuiusdā

rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprahendisset ioci gratia interrogauit eum:nũ manibus solitus esset ambulare. Q d dictum a circunstantibus exceptum ad populum manauit:causamq; repulsæ Scipioni attulit:omnes namq; rusticæ tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes iram suam aduersus contumeliosam eius urbanitatem districxerunt. Igitur ciuitas nostra nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocando magnos & utiles ciues fecit:honoribusq;non patiendo eos a scurris peti:debitum auctoritatis pondus adiecit.

tentiæ clarissimũ lumẽ: Totius senatus splẽdor eximius. Hic consul iugurthæ bellum indixit. Metellus deinde gessit. Marius cõfecit. Seditiones pestiferas: Nam Tyberiũ gracchũ seditiosissimũ hominẽ:ut supra dictum est propria manu interemit. Igitur ciuitas nostra: Fecit inquit ciuitas:ut quorũ iuuenũ insolentiam repressisset eosdem ciues reipublicæ utiles exhiberet:magistratus etiã suũ auctoritatis pondus adiecit non sustinendo se ridiculis peti A scurris:a ridiculis hominibus.

¶Publius autẽ Scipio Nasica claræ lumen idest specimen potentiæ togatæ idest i toga & intra muros exercitatæ: is qui consul idixit Iugurthæ regi Numidiæ:bellũ propter iniquitatẽ eius in fratres qui excepit sanctissimis manibus:quia optimus ciuis a senatu iudicatus erat:matrem Idæam idest Cibelen Phrygiam:migrantẽ e sedibus Phrygiis ad aras nostras.i. Romanas: & ad focos sup. nostros qui opp ressit robore suæ auctoritatis multas & pestiferas seditiones & præcipue gracchanicã:quo principe.i.eo q esset princeps senatorũ:qui talis erat qualis parthisiis primus præses dictus:senatus.s. Romanus gloriatus est.i.se iactauit aliquotannos:cum ipse adulescens peteret ædilitatem curulem i.digniorem & cui sella curulis assignaretur: & apprahendisset tenacius.i. pressius more candidatorũ idest cõpetitorum: manũ cuiusdã.s. ciuis Romani duratã.i. callosam factã opere rustico:interrogauit eũ gratia ioci:nũ.i.nunquid solitus eẽt ambulare manibus.i. super manus. Quod dictũ exceptũ.i. captũ & intellectũ ab astantibus manauit.i. diuulgatũ est ad populum: & attulit Scipioni causam repulsæ. Nãq; omnes tribus rusticæ iudicantes paupertatẽ exprobratã.i. opprobrio datam sibi ab eo:districxerũt.i. exercuerunt & uibrauerunt irã suã aduersus urbanitatẽ eius. Igitur ciuitas nostra idest romana reuocando ingenia iuuenum nobilium ab insolentia.i. superbia proteruia & petulantia:fecit ciues magnos & utiles: & adiecit honoribus.i. magistratibus suis debitũ pondus authoritatis:non patiendo eos peti a scurris.i. a scurrili dicacitate utentibus. Verũ importune uidetur author accumulare præconia Scipionis eorum honorum quos postea assecutus ẽ nisi talem indolẽ in eo proluxisse putemus:aut significare uelit repulsam passum talem postea euasisse.

## De Lucio Aemylio Paulo. Cap. DCCL.

Nullus error talis in. L. Aemylio. P. conspectus est sed tamen aliquotiens frustra cõsulatum petiit. Idemq; cum iam campum repulsis suis fatigasset bis consul & censor factus est:amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit:cuius uirtutẽ iniuriæ non fregerunt:sed acuerunt:quoniam quidem nota ipsa accensam cupiditatem summi honoris ardentiorem ad comitia detulit ut populum quia nobilitatis splendore & animi sui bonis mouere non poterat:pertinacia uinceret.

¶Nullus error talis qualis in Tuberone & Nasica fuit:conspectus ẽ in Lucio Aemylio paulo:sed tamen petiit aliquoties quia ter frustra consulatum. Et idem cum fatigasset iam.i. pauloante campum.i. congressos in campum Martium:repulsis suis:factus est bis consul & censor: & obtinuit ẽt amplissimum gradum dignitatis:quia censor factus est. Cuius uirtutem iniuriæ.s. in repulsa illatæ:non fregerunt:sed acuerunt:quoniam quidem.i. quoniam certe:ipsa nota.i. signum infamiæ (Turpe enim & ignominiosum erat repulsam pati:quia qui eam patitur aut arrogans uidetur si quod non meruit petiit:aut stultus si se non norit) detulit Ac comitia cupiditatem summi honoris ut consulatus:accensam.s. prius:ardentiorem.s. postea ut uinceret pertinacia.i. perseuerantia obstinata:populumquem nõ potuerat mouere.s. a proposito denegandi honoris:splendore nobilitatis.s. generis sui & bonis.i. dotibus animi:hoc est uirtutibus.

Nullus error:Scipionis error potius fuit q̃ iniuria qui existimauit illa se urbanitate risum potius se cõmoturũ q̃ irã: At i paulo Aemylio nullus error & tamen repulsam sæpius passus est:q̃ iniuria nõ illius animũ fregit:ut a republica desisteret:aut a petitione magistratuum deterreretur:quin etiam multomagis accensus in sententia persistit:ut constantia sua consequeretur quod gratia obtinere nequiuerat:ex quo factum est ut bis consulatum & censuram tanq̃ ab inuitis extorserit & senatus principatum obtinuerit. Sed tamen aliquotiens frustra. Ter scilicet secundum Plinium de uiris illustribus qui dicit primo consulatu quem post tres repulsas adeptus erat de liguribus triumphauit. Campum fatigasset. Nam adeo instans in petendo fuit:ut cum populum fatigasset:ipse tamen in petendo persisteret. Cuius uirtutem iniuriæ non fregerunt. Viri fortis est non iniuria frangi:nec de sententia deiici. Pertinacia uinceret. Quem uirtutibus mouere non poterat pertinacia superaret.

## De Quinto Cæcilio Metel. Ca. DCCLI.

Quintum autem Cecilium Metellum pauci & mœ

Quintum autem Cæcilium. De hoc Plin. Quintus Metellus Cecilius a domita macedõia macedonicus ꝑ tor pseudo philippum:qui idẽ andriscus dictus ẽ uicit. inuisus plæbi ob nimiã seueritatẽ & iõ post duas repulsas cõsul ægre fact9 Arbachos i Hispania domuit: & cætera. hic.

ſigitur qui & macedoniã domuit & achaiam oppreſſit in petitione cõſulatus bis repulſus eſt. quod mirũ quodámodo uidetur eſſe: ut cui duas clariſſimas prouincias daturus eẽt ei bis conſulatum denegaret populus quã tamẽ repulſa utilior reipublicæ factus ẽ. quẽq; enim difficulter conſulatũ fuerat conſecutus eũ deinde ſũma diligentia adminiſtrandũ eẽ cẽſuit. De pſeudo Philippo. De falſo philippo: idest qui ſe falſo philippi regis filiuz aſſeuerans ex concubina natũ totã ferme Macedoniam multo fauore occupauerat. Achaici ẽt belli maxima pars. Quod & Plinius teſtatur. Dicit eni Lucius mumius deleta Achaia Achaicus aduerſus corinthios miſſus uictoriam alieno labore quæſitam intercepit: nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heracleam ſudiſſet & duce Critolao priuaſſet cũ littorib' & paucis eqtibus i Metelli caſtra properauit. Hoc facto: hac repulſa.

ſti amici conſulatus repulſa afflictum: triſtitia ac rubore plenum domum reduxerunt: eundem de pſeudo Philippo triumphantem uniuerſus ſenatus lætum & alacrẽ in capitolium proſecutus eſt. Achaici etiam belli cui ſummam manum. L. mumius ediecit: maxima pars ab hoc uiro profligata eſt. Ei ne ergo populus conſulatũ negare potuit cui mox duas clariſſimas prouincias aut daturus erat aut debiturus? Achaiam & Macedoniam & quidem hoc facto meliore eo ciue uſus eſt: intellexit enim qua induſtria ſibi gerendus eſſet conſulatus quẽ tanto labore impetrari ſenſerat.

¶ Quintum &c. autem. i. ſed amici pauci & mœſti reduxerunt domũ. ſ. eius: Quintum Cæcilium Metellum afflictum triſtitia ac plenum rubore: repulſa. i. propter repulſam. aut ſic afflictum repulſa: & ſup. plenum triſtitia ac rubore. & ſenatus uniuerſus proſecutus eſt eundem ſcilicet Cæcilium Metellum triumphantem de pſeudo philippo. i. de eo qui ſe philippi macedonis filium nomine philippum mentitus fuerat: in capitoliũ ducentẽ triumphum ſuum in capitoliũ: lætum & alacrem. Maxima etiam pars achaici belli cui Lucius Mumius adiecit ſummam. i. ſupremam manũ: eſt profligata. i. profligando finita: ab hoc uiro. ſ. Cæcilio repulſam paſſo. Potuit ne ergo populus negare conſulatum ei: cui aut daturus eſt aut debiturus: mox. i. paulo poſt: duas prouincias clariſſimas: uidelicet Achaiam & Macedoniam? Potuit ſup. & quidem. i. certe uſus eſt ſup. eo: hoc facto. i. propter hoc factum: meliore ciue. Enim pro quia: ipſe Cæcilius intellexit qua induſtria conſulatus eſſet gerendus ſibi: quem ſenſerat impetrari tanto labore.

Quid tam excellens: Ut de cæteris taceam quis præſtantior: quis potentior in urbe q̃ Sylla fuit: qui rempublicam & imperium occupauit: tamen in petitione præturæ hac nota repulſæ aliquando ſugillatus fuit a populo. Diuitias & imperia largitus: nam occupata republica proſcriptorum ciuium bona donauit: magiſtratus & prouincias: atq; imperia pro ſua libidine dedit. Leges uetuſtas abrogauit. Suſtuliſt antiquas leges quæ ſuis rationibus obſiſterent: & præſertim cum ciues a maximo proſcriptos reuocauit. Sugillatus notatus.

## De Lucio ſylla. Cap. DCCLII.

Quid tam excellens: quid tam opulentum q̃ L. Sylla? Diuitias & imperia largitus eſt: leges uetuſtas abrogauit: nouas tulit. Hic quoq; in eodem campo: cuius poſtea dominus extitit repulſa præturæ ſugillatus eſt omnia loca petiti honoris: ſiquis modo deorum formam & imaginem futuræ eius potentiæ populo Romano repreſentaſſet impetraturus.

Aſcen. ¶ Quid tam excellens. ſ. ingenio & felicitate ſup. fuit: & quid tam opulentiam q̃. i. q̃tũ Lucius ſylla? q. d. fere nihil in Romana ciuitate: quia largitus eſt quibus uoluit diuitias & imperia: & abrogauit idest antiquauit leges uetuſtas & tulit nouas. Hic quoq; i. ipſe etiam cum eſſet talis ſugillatus eſt. i. defamatus repulſa præturæ in eodem campo. ſ. martio: cuius ipſe extitit poſtea dominus: occupata. ſ. perpetua dictatura: ſugillatus dicit eſt: in. petraturus idest cum talis eſſet qui poſſet impetrare omnia loca honoris petiti: ſi modo idest dũmodo quis idest aliquis deorũ repræſentaſſent populo Romano formam & imaginem potentiæ eius futuræ.

Sed ut comitiorum. Damnat ſtultitiæ Romanos: qui præturam catoni uere philoſopho denegauerint: a quo plus ſplendoris ille magiſtratus q̃ a magiſtratu Cato gloriæ fuerat recepturus: ſed ſtultitiæ pœnas dediſſe dicit: cum magiſtratum illum Vatinio poſtea dare coacti fuerit: homini multis flagitiis inuoluto: quia nemo præter hunc impudentiſſimum Catonis grauitati ſe pferre aut certe cõferre auſus fuiſſet. Plus decoris: nã ipſe dignitate ſua plus decoris addiderat patriæ q̃ ipſe a patria receperat Vatinio: quem ambitus accuſatum Cice. defendit.

## De Marco portio Catone. Ca. DCCLIII.

Sed ut comitiorum maximum crimen referam. M. Procius Cato plus moribus ſuis præturæ decoris adiecturus q̃ pretexta eius ſplendoris ipſe laturus conſequi illam a populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia: quæ quidem ſatis graues pœnas erroris ſui perpenderunt: quoniam quem honorem Catoni negauerant Vatinio dare co/

acti sunt. Ergo si uere ęstimare uolumus: nō Catoni tūc præturæ: sed præturæ Cato negatus est.

Ascen.

¶ Sed ut referā .i. recitē: maximū crimē .i. erratū aut peccatū cōmitiorū .i. eorū q in comitiis magistratus elegerāt: Marcus Porcius cato adiecturus p̄turæ plus decoris .i. honoris moribus suis .i. p mores suos: q̄ ipse laturus .i. asportaturus sup. erat p̄texta eius splendoris .i. p̄toriæ dignitatis insigni: nō potuit aliqñ cōseq eā .i. p̄turā a populo. Proxima (itelligit o: qd ne excādescat supprimit: nā ordo ē p̄o suffragia .i. uota aut uoces populi: pxima demētiæ q. s. suffragia: qdē .i. certe: pependerunt satis graues pœnas erroris sui: quoniā .s. Romani coacti sunt dare Vatinio homini ambitioso sup. eum honorem quem negauerant Catoni. Ergo si uolumus æstimare .i. cē sere rem uere: prætura non est negata Catoni: sed Cato est negatus præturæ.

De necessitate. Titu. VI.

Abominādæ quoq; necessitatis amarissimæ leges: & truculentissima imperia: tum urbem nostram tum etiam exteras gentes: multa non intellectu tantum sed etiā auditu grauia perpeti coegerūt.

¶ Abominandæ &c. Allaturus exēpla de necessitate p̄fat sic. Leges amarissimæ & impia truculētissima .i. durissima: necessitatis abominadæ .i. q̄si mali omnis execrandæ coegerūt quoq; tū urbē .i. romā: tū ēt gentes exteras. quarū nō meminit in capite de repulsis: perpeti multa grauia non tātum intellectu sed etiam auditu idest dum intelligantur & audiantur.

De Senatu Populoq; Romano.
Capitulum. DCCLIIII.

Iam aliquot aduersis prœliis secūdo punico bello exhausta militari iuuentute Roma: senatus auctore Tiberio graccho consule censuit uti publice serui aduersum propulsandorum hostiū impetum emerentur: eaq; de re per tri. ple. apud populum lata rogatione tres creati sunt uiri: qui quattuor & uiginti milia seruorum comparauerunt: adactosq; iureiurando strenuam se fortemq; operam daturos quoad pœni essent in Italia datis armis in castra miserunt. Ex Apulia etiam & a Pidiculis septuaginta atq; ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta uiolentia est casus acerbi? Quæ ciuitas ad id tempus ingenuę quoq; originis capite censos habere milites fastidierat: eadem e cellis seruilibus extracta corpora & pastoralibus casis collecta mancipia uelut præcipuum firmamentū exercitui suo adiecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati & fortunę uiribus succumbit: ubi nisi tutiora consilia legeris speciosa sequenti concidēdum est:

¶ Nam (probat quod præmiserat .leges uidelicet necessitatis coegisse aliquando Romanos) Roma exhausta .i. euacuata iuuentute militari: aliquot prœliis aduersis idest per aliquot prælia aduersa: secundo pūico bello: Senatus Tyberio Graccho patre Caii & Tyberii gracchorum: consule authore idest id approbante authoritate sua censuit idest decreuit: uti idest ut serui emerentur publice .i. ære publico: aduersus .i. cōtra impetum hostiū propulsandorū .s. pœnarū: & rogatione lata de ea re per tribunos plebis apud populum: tres uiri creati sunt qui comparauerūt quattuor & uiginti milia seruorum (cum alii octo dūtaxat missa dicant) & armis datis .i. postq̄ dederant eis arma miserunt in castra .s. Romana aduersus hannibalem: sup. eos seruos adacto .i. astrictos iureiurando se daturos operā strenuam .i. acrem & fortem quoad .i. donec pœni .s. carthaginen. essent in

De necessitate. Tit. VI.

Abominādæ quoq;: Cū si piore cōtigit: nō solū repulsa uiros p̄stātes Romanos: sȝ ēt necessitas tū romanos tū cæteras gētes idigna multa & fœda tā dictu q̄ auditu ppet coegit. Tū ēt exteras gētes: nō dixit: qa i repulsis domestica tātum exempla narrauit.

Iam aliquot p̄liis. Cū assiduis cladibus apud Trebiā lacū trāsimenū & cānas acceptis cōsūpta eēt romana iuuentus: ad eā necessitatē redactus ē senatus populusq; Romāus: ut octo milia seruorū: ex ergastulis emerent: cū libera capita deessent: na ut tradit Liui. post cladē cannensem. M. Iunius dictator delectu edicto iuniores ab ānis septē decē: & quosdā p̄textatos scribit quattuor ex his legiones: & mille eqtes effecit. Itē ad socios latinūq; nomen ad milites ex formula accipiēdos mittit. Arma tela & alia parari iubet: & hostiū spolia uetera detrahit tēplis porticibusq;: & aliam formā noui delect9 iopia liberorū capitū ac necessitas dedit octo milia ualidorū iuuenū ex seruitiis: prius sciscitātes singulos uellent ne militare ēpta publice armauere Romani: hi oēs: ut paulo īfra dicit uolones sunt appellati eo q uolūtate pugnarēt & non coacti. Quattuor & uiginti milia: Lōge discrepat a Liuio in numero seruorū: nā tātū octo milia fuisse tradit Liuius cui assentit Macrobius saturnaliū li. i. cū ait: ad cānas uictis Romāis octo milia seruorū empta militauerunt. Adactos iureiurādo: Sacramētoq; militiæ astrictos: more iustæ legitimæq; militiæ. Strenuam: prōptā & impigrā operā Quāta uiolentia ē: Deplorat quodāmō casū & necessitatē po. ro. q antea capite cēsos milites habere fastidierat: ex ergastulis & pastoralibus casis seruos educere coactus fuerit. Quāta uiolētia casus: Cōqueritū & detestatū tātā necessitatē. Capite cēsos. Capite censi dicebanť: ut supra q i nullo cēsu habebanť: sȝ eorū capita solū cēsebanť: qa parū uel nihil possiderent. E cellis: in qbus serui a dominis seruabātur: hos deinde seruos Sempronius Gracchus propter egregiam uictoriam ex auctoritate senatus libertate dōauit. Cedit ergo iterdū: plærūq; nos inquit cogit necessitas utilitatem dignitati anteponere & fortunæ libidini ac uiribus obtemperare: nam nisi tutiora consilia uir fortis elegerit speciosa sequendo sæpissime corruet. Concidendum: Cadendū & proruendum: nam aliquando urgente for

tuta prætermittenda est dignitas & tutiora consilia sequenda: quod nisi uir fortis fecerit funditus concidet.

italiæ. Septuaginta etiam & ducenti hoc est supra ducentos (Secundum præceptum Laurentii uallen. post centum minor numerus esset postponendus: ut fit ducenti & septuaginta) empti sunt ex Apulia & a fidiculis urbe italiæ ad supplementum equitatus. Quanta .i. ob quanta est uiolenta casus acerbi idest q̃ indigna cogit necessitas? Eadem ciuitas quæ fastidierat idest superbe contempserat sup. usq; ad id tempus: habere milites quoq; .i. etiam originis ingenuæ idest nulla seruitute sua nec parentum suorum astrictæ: censos capite idest dummodo essent censi capite idest præter caput nihil quod ad censum ascriberetur attulerunt: ut erant pauperrimi quiq; licet ingenui (quia uerebantur eos qui nihil domi pro quo dimicarent reliquerant aut non tam strenuam operam in bello nauaturos: aut etiam prætio corrumpi posse ut ad hostes transirent) adiecit exercitui suo uelut præcipuum firmamentum mancipia extracta e cellis seruilibus .i. ergastulis: & collecta ex casis pastoralibus ut ex apulia & fidiculis empta. Ergo spiritus generosus cedit interdum utilitati & succumbit uiribus fortunæ: uidelicet ubi idest quando aut in quo statu rerum nisi legeris .i. elegeris & amplexus fueris consilia tutiora: sed minus honesta: concidendum .i. cum tuis pereundum sit ubi sup. sequenti speciosa idest honesta.

Cannensis clades: magna necessitas quæ non patitur ætatis nec religionis haberi rationem: qualis fuit post cannensem cladem quæ ut diximus Romanos coegit & prætextatos puberes scribere & hostiū spolia diis cōsecrata e templis per tibicines q; detrahere: quin etiam nexos complures & capitali crimine damnatos in usum militiæ recipere. Et prætextati pueri: prætextati dicebantur: qui nondum ad. xvi. annum peruenerant: in quo deposita prætexta uirilem togam sumebant. Addictorum: nexorum. Ponderentur: examinentur liberentur.

Horatius, ut cita Mors, aut læta Victoria.

Ascen. ¶ Cannensis autem clades confudit urbem nostram adeo uehementer: ut spolia hostium affixa templis deorum & consecrata numini idest diuinitati eorum conuellerentur idest abstraherentur. opera .i. per operam & factum Marci Iunii administrantis dictaturam .i. summum magistratum reip. conuellerentur dico futura instrumenta militiæ: ac ut sup. pueri prætextati idest nobiles sed qui necdum decimumquartum ætatis annum quo uirilem togam accipere attigerant: & sup. ut etiam sex milia addictorum scilicet morti .i. adiudicatorum: & pro .i. damnatorū crimine capitali idest propter crimen capitale: quæ .s. sex milia d. natorū si aspiciantur .i. æstimentur per se .i. secluso necessitatis respectu habent .i. habitura sunt aliquid ruboris .i. uerecundiæ: sinautem .i. sed si ponderentur .i. æstimentur uiribus necessitatis admotis: ipsa uideantur præsidia conuenientia sæuitiæ temporis.

## De ciuitate Romana. Ca. DCCLV.

Cannensis autem clades adeo urbem nostram uehementer confudit: ut opera. M. Iunii dictaturam reip. administrantis spolia hostium affixa templis deorum numini consecrata instrumenta militię futura conuellerentur: ac prętextati pueri arma induerent: addictorum & capitali crimine damnatorum sex milia conscriberentur: quæ si per se aspiciantur aliquid ruboris habeant: sinautem admotis necessitatis uiribus ponderentur sæuitiæ temporis conuenientia præsidia uideantur.

Propter eandem cladem: Liuius decade secundi pūici belli libro. iii. Per idem fere tēpus litteræ e Sicilia sardinia q; Romā allatæ priores e sicilia octacilii proprætoris in senatu recitatæ sunt. L. Furius prætorem cum classe ex Aphrica illi bcum uenisse ipsum grauiter ictum sauciū in discrimine esse uitæ ulcimo militiæ naualibus sociis neq; stipendium: neq; frumentū ad diem dare: neq; unde detur esse: magnopere suaderet ut q̃primum ea mittantur: sibi q; si ita uideatur ex nouis prætoribus successorem mittant: eademq; ferme de stipendio frumentoq; ab. A. Corne. mámula pro prætore ex sardinia scripta: rñsum utrisq; si cēsuū mitteref: iussiq; ipsi classibus & exercitibus suis cōsulerēt. Octacilius ad unicum subsidiū po. ro. Hieronē legatos cū misisset i stipēdiū quātū argēti opus fuit: & sex mē siū frumētū accepit. Cornelio i sardinia ciuitates sociæ benignæ contulerūt. Et romæ quoq; propter penuriā argenti triumuiri mensarii rogatione minucii tribu. ple. facti sunt. Socii præberent. Dissentit a Liuio Vale. nam a sociis benignissime erogatū stipendiū & fru

## De eodem senatu. Ca. DCCLVI.

Propter eandem cladem senatus Octacilio qui Siciliam Cornelio Mámulæ qui sardiniam pro prætores obtinebant: querentibus q; neq; stipendium neq; frumentum classibus eorum: & exercitibus socii præberent affirmantibus etiam ne habere quidem eos unde id præstare possent rescripsit ærarium longinquis expensis non sufficere: quo proinde pacto tantæ inopiæ sucurrēdum esset ipsi uiderent. His litteris quid aliud q̃ imperii sui gubernacula ex manibus abiecit? Siciliamq; & Sardiniā benignissimas urbis nostræ nutrices gradus & stabilimenta bellorum: tam multo sudore & sanguine in potestatem redactas: paucis uerbis: ita scilicet necessitate iubente dimisit.

¶ Propter &c. Senatus rescripsit propter eandem cladem scilicet cannēsem pugnæ: Octacilio & cornelio Mámulæ qui proprętores idest foris prætoria potestate fungentes obtinebant: Octacilio inquam qui prætor obtinebat siciliam: & mámulæ qui prætor obtinebat: Sardiniam: querentibus idest conquerentibus: q; socii scilicet quibus præerant neq; præberent stipendium neq; frumentum classibus & exercitibus eorum: tam

mentum dicit Liuius: ut supra ostendimus: nec amisisse: tunc prouincias sed obtinuisse.

mantibus etiam eos.s.socios ne quidem.i.non etiã habere: unde possent praestare id.s.stipendium & frumentum: rescripsit sinquã: aerarium scilicet romanũ.i.pecuniam publicam: non sufficere expensis longinquis .i. tãdiu durantibus: proinde.i.ideoqꝫ ipsi.s.propraetores uiderent.i.dispicerent: quo pacto succurrendum esset tãtae inopiae. Quid aliud sup.fecit Senatus his litteris q̃ abiecit ex manibus gubernacula sui imperii: q.d.nihil & dimisit Siciliam & Sardiniam benignissimas nutrices urbis nostrae: hoc est Romae: & gradus & stabilimenta.i.sustentacula bellorum.i. a quibus Romani ad sustentanda onera belli iuuabantur: redactas tam multo sudore & sanguine in potestatem.s. Romanam: dimisit dico: paucis uerbis (unde antithesis est in multo sudore & paucis uerbis) scilicet.i.scire licet quãobrẽ id fecerit: quia necessitate iubente ita. Neqꝫ tamen amissas uult Valerius tunc eas prouincias: sed amitti potuisse quia dimissas auxilii & consilii expertes.

## De Cassilinatibus. Ca. DCCLVII.

Adem Cassilinates obsidione hãnibalis clausos alimentorumqꝫ facultate defectos lora necessariis uinculorũ usibus subducta et scutis detractas pelles feruenti resolutas aqua mandere uoluisti: Quid illis si acerbitatem casus intueare miserius? si constantiam recipias fidelius? qui ne a Romanis desciscerent tali uti cibi genere sustinuerunt: cum pinguissima arua sua: fertilissimosqꝫ campos moenibus suis subiectos intuerentur. Itaqꝫ Campanae urbis quae punicam feritatem delitiis suis cupida fouit in propinquo situ cassilinum moderatum uirtute: clarum perseuerantis amicitiae pignore impios oculos uerberauit.

¶Eidem &c. apostrophen facit ad necessitatem dicens O necessitas tu eadem quae sic Romana coegisti ut iam dictum est: uoluisti Cassilinates idest incolas Cassilini oppidi in Campania Italiae: clausos post Cannensem cladem obsidione Hãnibalis: & defectos idest destitutos facultate alimentorum mandere lora.i.corrigias: subducta idest subtracta necessariis usibus uinculorum idest quibus scuta uinciebantur & alligabantur lateribus aut sinistris bellantium: & pelles detractas e scutis: resolutas .i. mollificatas aqua feruenti. Si tu lector quicunqꝫ sis: intueare acerbitatem casus: quid sup. sit miserius illis: q.d. nihil si recipias constantiam.s.illorum quid sup. sit fidelius illis: qui ne descisceret idest deficerent a Romanis sustinuerunt uti tali genere cibi cum intuerentur pinguissima arua sua & fertilissimos campos subiectos moenibus suis: quae uidelicet tantalica uidetur poena. Itaqꝫ.i. & ita cassilinum situm in propinquo campano urbis: moderatum idest temperatum ne deliciis campanis afflueret uirtutae.s. abstinẽtiae ac fortitudinis in perferenda fame. (Oliuerius legit modo rarũ: sed non addidisset author uirtute si sic legendum fuisset: uerum Oliuerius subinde laborat falsitate exemplariorum quae interpraetis cursum mirum in modum retardant ideoqꝫ danda est uenia si quã inuenerint lectionem secuti interdum dormitent) & clarum pignore amicitiae perseuerantis uerberauit.i.concussit dolore aut inuidiae aut serae penitentiae: ipsos oculos urbis Campanae.i.ipsius capuae: quae cupida fouit delitiis suis feritatem punicam idest poenos feroces qui tamen illis fracti sunt.

Adem Cassilinates: Cassilinũ eo tẽpore prenestini habebant quos a patria canas in castra proficiscẽtes nũcius acceptae cladis cassilinum conuertit qui paulopost caesis oppidanis urbem occupauerunt. cum paucis Romanis latinisqꝫ nominis adiutur: & perusina cohors eodẽ nũcio cassilinũ compulsi: penuria frumenti nimium etiã hominum uideri faciebat. Ad hanc urbẽ uel si fieri posset in deditionem accipiendam: uel uiribus expugnandam Hannibal partẽ exercitus misit: qui omnes ab oppidanis eruptione facta turpiter fusi fugatiqꝫ fuerũt. Ita primis repulsis: dux alter poenorum macharbal cum maiore robore uirorum missus: nec ipse eruptionem cohortum Romanarum sustinuit postremo Hannibal castris ante moenia positis paruam urbem: paruumqꝫ praesidiũ summa ui atqꝫ omnibus copiis oppugnare parat: quod cum sibi parum processisset ad obsidionem conuersus castra muniuit firmissimaqꝫ praesidia imposuit ubi longa obsidio oppidanos praesidiumqꝫ ad ultimũ inopiae adduxerat: quam tamen consilio & calliditate Sempronii ducis Romani qui haud procul inde aberat aliquandiu tolerarunt: missis per uulturum amnem: Qui locum illum praeterfluebat: doliis frumentoqꝫ plenis: quare paulopost ab hostibus cognita intercepta sũt dolia & omnis spes erepta: nuces deinde fusae a Romanis castris cũ medio amni ad cassilinũ defluerent cratibus excipiebantur postremo ad id uentum inopiae est ut lora detractasqꝫ scutis pelles ubi feruida mollissent aqua mandere conarentur: nec muribus alio ue animali abstinerent: & omne herbarũ radicũqꝫ genus muriqꝫ aggeribus eruerent etiãꝫ cum hostes obarassent: quicquid herbidi terreni extra murum erat: rapparum semen iniecerunt: ut Hannibal eo ne usqꝫ duꝫ ea nascãtur ad cassilinum sessurus sum exclamaret: qui nullã antea pactionẽ auribus admiserat tum demum secum agi est passus de redemptione liberorũ capitũ: septũces auri in singulos praeciũ cõuenit: fide accepta sese tradiderũt. Strabo i fine quĩti libri huius meminit obsidionis: dicit enĩ Romã uersus Cassilinũ situ est ad flumẽ Vulturnũ: in quo prenestini milites quadraginta & quingẽti aduersus Hãnibalẽ uarris instructũ copiis tãdiu obsidionẽ pertulere: ut inualescente fame mus dragmis ducenis uenũdaretur: & uenditor quidem mortem oppetierit, emptor autem incolumis euaserit: cum autem Hannibal eos rapas prope murum seminasse conspiceret: tantam animorum tolerantiam admiratione prosecutus est quod homines tãdiu obsistere posse sperarent: quoad rapae maturescerent: itaqꝫ paucis exceptis mortales illi uictores extitere omnes nisi quos aut fames confecit aut praelia. Defecti: Destituti & euacuati. Solutas aqua: Mollitas atqꝫ decoctas. Delitiis suis: Constat campanorum deliciis poenorum exercitum ad id tempus inuictum: sic eneruatum esse: ut uix militiae labores sustineret: ductus enim capuam in hiberna sic se omnibus uoluptatibus immersit: ut quos nulla uis mali antea uicerat: postmodum nimia bo-

na perdiderunt.ſ.uoluptates immodicæ:ut somnus:uinum:epulæ:scorta:linea:consuetudines ocium:quæ omnia sic eneruarunt corpora & animos:ut magis deinde uictoriæ ꝗ præsentes curētur uires.Modo rarū:quasi desolatū atq3 desertū.

IN illa obsidione:Vis detestandæ auaritiæ ꝗ mētē omnē & rationē hominis plærūq3 puertit ut pecuniam non dignitati solū sed ipsi quoq3 uitæ præferre nō dubitet qualis hic prænestinus qui in tanta rerū pœnuria ac fame captū murē ducentis denariis uēdere maluerit ꝗ famē lenire:uitāq3 producere:imitatus illū de quo Lucanus:nō deest prolato ieiunus uenditor auro.quare factū est ut utrūq3 pariter amitteret uitā & pecuniā.Sordiū suarū idest auaritiæ:& recte quidē sordes auaritiā appellat quia nihil hominē sordidiorē esse facit auaritia quæ malis uenenis imbuta corpus aīmq3 uirilem effœminat.

## De Prænestinis.Capi.DCCLVIII.

IN illa obsidione & fide cum trecenti prænestini permanerent euenit:ut ex his quidam murē captum ducentis potius denariis uendere: ꝗ ipse leniendæ famis gratia cōsumere mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum ut & uenditori & emptori quem uterq3 merebatur:exitum attribuerit. Auaro enim fame consumpto manubiis sordium suarum frui non licuit:æqui animi uir ad salutarem impensam faciēdam:care quidē uerum necessarie cōparato cibo uixit.

Ascen. ¶In illa &c.Cū trecenti pnestini.i.prænestis oppidi ciues qui post cladē cānen.se cassilinū ut in proximū subterfugiū receperāt:permanerent in illa.ſ.iā dicta obsidione & fide casilinatū:euenit ut quidā ex his.ſ.pnestinis mallet potius (ubi alterū aduerbiū uacat:aut mallet accipitur pro uellet)uendere ducentis denariis murem captum.ſ.a se:ꝗ ipse consumere sup.eum gratia famis leniendæ.Sed credo effectum prouidentia deorum:ut.ſ.mus ille attribuerit utriq3 & uenditori.ſ.auarissimo:& emptori minime pco pecuniæ in sūma fame:exitum quē uterq3 merebatur.Enim pro quia:non licuit auaro.ſ. uenditori:consumpto fame frui manubiis.i.prætio quasi ex prædæ portione ad se pertinente:suarū sordiū.i.auaritiæ:qui plus pecuniam ꝗ uitam amauerat:& sup.uir animi æqui.i.iusti & parati ad faciendam impensam salutarem uixit cibo scilicet murino:comparato quidem care:sed necessarie:unde damnandi sunt qui ad exquisitam uoluptatem res præmaturas aut raras inuentu hoc solo nomine carissime emūt ꝙ carissimæ sunt:ut ille qui apud Iuuenalem:mullum sex milibus emit.

CAio autē Mario.Hoc legitur in uita Mar.ꝙ cū exhaustum esset ærariū:nec esset unde stipendia darētur militibus:tēplorū ornamenta e senatuscōsulto fuerunt in pecuniam conflata:quam rem Valerius per ironiā quodāmodo detestat̄ cū dicat dignā causam fuisse:ut tēpla deorum spoliarētur.quo suā crudelitatem explerent.Marius atq3 sylla.Conflata in numisma redacta:nā æs cōflatū dicitur in signataq3 pecuniā redactū:æs graue quod tantū modo pēsatur.Digna.n.causa erat:Ironia est sine dubio.Nō patrū conscriptorū uoluntas:Ostendit inuitū id fecisse senatū ob metū uictoris qui ita iubebat:ergo excusat quodāmodo senatū qui necessitate compulsus sit id facere.

Aes conflatum
Aes graue

## De Senatu Romano. Cap.DCCLIX.

CAio autem Mario.Cn.carbone cōsulibus bello ciuili cum.L.sylla dissidentibus quo tempore reipublicæ uictoria quærebatur:sed præmium uictoriæ res erat publica:senatusconsulto aurea atq3 argentea templorum ornamenta ne militibus stipendia deessent conflata sunt:digna.n.causa erat hinc: an illi crudelitatem suam proscriptione ciuium satiarent ut dii immortales spoliarentur.Non ergo patrum conscriptorum uoluntas:sed deterrimæ necessitatis truculenta manus illi consulto stilum suum impressit.

Ascen. ¶Caio autem Mario & Cneo Carbone consulibus bello ciuili dissidentibus cum Lucio sylla:quo tempore quærebatur scilicet a Sylla ut iactitabat uictoria resp.(Quam gloriosæ obtinuit.sed ea turpiter usus est)idest ut resp.uinceret sui oppressores:sed resp.erat præmium uictoriæ:quia sylla tyrannide remp.occupauit & perpetuam dictaturam inuasit:ornamenta aurea & argentea templorum sunt conflata idest fusa & signata in pecuniæ formam:senatusconsulto idest decreto super ea re a senatu facto:ne stipendia deessent militibus:enim pro quia:causa erat digna(quod ironicos dicit)ut dii immortales spoliarentur.ſ.ornamentis suis:ut scilicet discerneretur ne.i.utrum ant an hi.ſ.syllani.An illi.ſ.Mariani satiarent crudelitatem suam proscriptione ciuium:quia is erat exitus belli ab utrisq3 prætentus:ad quem senatus non debebat tale ferre præsidium.Non ergo(uidetur quibusdam in ironia pstare quia si neutris opitulandum erat in tam peruersa uoluntate:nulla erat reuera necessitas talis senatusconsulti:quia potius debebant saluis ornamentis templorum in manibus marianæ factionis dimittere ꝗ in syllanam tyrannidem eo modo retrahere sed latuit eius animus syllæ:sperauitq3 oppressis marianis remp.liberam fore:quo circa necesse uidebatur tunc quidem sic Syllæ suppetias ferre:& ita in hac parte nulla est ironia:ꝗ si admitteretur non esset huius loci exemplum:non enim reuera coactus esset senatus necessitate)uoluntas patrum conscriptorum impræssit illi consulto idest decreto stilum idest graphium suū:hoc est non scripsit ipsum in tabellam ceratam in qua olim scriptitabant:sed manus truculenta idest atrox:necessitatis terrimæ quæ coegit futuro tyranno suppetias ferre impressit sup.illi stilum suum.

## De Diuo Iulio. Cap. DCCLX.

DIui Iulii exercitus ideſt inuicti ducis: dextra inuicta cum armis Mundam clauſiſſet aggeri q; extruendo materia deficeret: congerie hoſtilium cadauerum quam deſiderauerat altitudinem inſtruxit: eamq; tragulis & pilis quia roboreæ ſudes deerant magiſtra nouæ molitionis neceſſitate uſus uallauit.

¶ Diui Iulii. Inhumanum facinus. ſed quia a Iulio Cæſare commiſſum neceſſitate purgauit dicens. Exercitus diui Iulii idē dextera. ſ. manus aut fortitudo inuicti ducis inuicta cum clauſiſſet Mundam oppidum hiſpaniæ in quod ſe hoſtes receperant armis. i. armatis militibus: & materia deficeret aggere. i. ſepimento alte extruendo inſtruxit altitudinem. ſ. aggeris quem deſyderauerat congerie. i. ſtrage congeſtorum cadauerum hoſtiliū: & uallauit. i. quaſi uallis ſepſit & corroborauit eam. ſ. altitudinem tragulis. i. telis gallicanis & pilis. i. telis Romāis: quia ſudes roboreæ. i. pali aut ualli quercui deerant uſus neceſſitate magiſtra nouæ. i. inſolitæ molitionis. i. laborioſe circumuallationis.

## De Diuo Auguſto. Cap. DCCLXI.

ATq; ut diuinam filii mentionem cœleſtis patris recordationi ſubnectam: cum effuſurus ſe in noſtras prouincias parthorum rex Phraates uideretur: uicineq; imperio eius regiones ſubita inducti tumultus denunciatione quaterentur: tanta in boſphorano tractu commeatus pœnuria inceſſit: uti ſex milibus denarium ſingula uaſa olei: frumentiq; modiis totidem mancipia permutarentur: ſed amariſſimam tempeſtatē Auguſti cura tutelæ nunc terrarum uacans diſpulit.

¶ ¶ Atq; ut ſubnectā recordationi patris. ſ. adoptiui uidelicet Iulii Cæſaris cæleſtis. i. in cælum ob tyrannidem ſuam ut miſera mentita eſt adulatio tranſlati: mentionem filii. ſ. Auguſti cæſaris a Iulio adoptati diuinā: quia ipſe in deorum numerum relatus credebatur: Cum phraates rex Perſarum uideretur effuſurus ſe in prouīcias noſtras. i. imperio Ro. ſubiectas & regiones uicinæ imperio eius quaterentur. i. conquererentur inducti ſubita denuntiatione tumultus. i. tumultuarii belli: tanta pœnuria. i. difficultas acquirendi commeatus. i. uictualium inceſſit ſup. homines: in tractu boſphorano. i. circa boſphoron. i. mare anguſtum: ita ut bouem tranantē ferat ut ſingula uaſa olei permutarentur ſex millibus denarium pro denariorum: ſunt qui denariis legant: quæ ſi uera eſt lectio: toleranda erit etiā locutio illa duodecim millia ſignati &c. Sane oportet intelligere uaſa olei tunc certæ fuiſſe menſuræ: nam tam magna poſſent dari ut non ſit iniuſtum prætium: & mancipia. i. ſerui permutarentur totidem modiis frumēti: quot. ſ. ipſa erant. i. ut pro modio frumenti daretur ſeruus. Sed cura. i. diligentia auguſti uacans. i. dans operam tunc tutelæ terrarum: cum nunc ſit in cælis. diſpulit. i. dimouit tempeſtatem. i. caritatem illam annonæ amariſſimam. Quia uero non dicit quid per famem illam paſſus ſit Auguſtus aridum ſatis & impertinens eſt de neceſſitate ſaltem Auguſti exemplum.

## Externa De cretenſibus. Cap. DCCLXII.

CRetenſibus nihil tale preſidii affulſit. qui obſidione Metelli ad ultimam uſq; pœnuriam

DIui Iulii exercit9: hoc fuit bello qđ in Hiſpāia geſſit iulius Cæſar: aduerſus. Cn. & ſextū Pompeios ubi primum in ipſo oceani oſtio Varrus: Diduſq; legati conflixere: cum ſubito exorta tempeſtas claſſem utrāq; ſubmerſit: mox ad obſidiones utrinq; diſcurritur: omnium poſtrema circūſedetur Munda: ubi anceps diu & triſte prælium nouiſſime illud inuſitatū cæſaris oculis nefas poſt quattuordecim ānos probata ueteranorum manus retulit pedem hic cæſar nihil relinquit inexpertum: in qua perturbatione dicitur de extremis etiam cogitaſſe. cum cohortes quædam per tranſuerſam aciem actæ quas periclitātibus caſtris præſidio labienus mittebat ſpem fugæ præbuiſſent. hoc autem ipſe credidit: ut dux callidus attribuit in occaſionē & quæ ſi fugiētes inuectus: ſimul & ſuorum erexit animos & hoſtis perculit: hoc prœlio profugi cum ſe mundam recepiſſent & Cæſar ſtatim uictor obſideri imperaſſent. ex congeſtis cadaueribus agger factus eſt quæ pilis iaculiſq; confixa inter ſe tenebant. Mundam: oppidū hiſpaniæ Tragulis Telis gallicis. Pilis Romanis telis. Sudes pali acuti ex utraq; parte & in ſummitate exuſti. Vir. ſudibuſue pręuſtis. Noue moli. Quaſi inuſitatæ munitiōis.

ATq; ut diuinam. cum Phraates parthorum rex prouīcias romanas bello petiturus eſſe uideretur: tunc Boſphoranam regionem ingens rerum penuria: & fames inceſſit quæ romam quoq; peruaſit: Quo tempore Cæſar Auguſtus in ſterilitate magna ac difficili remedio cum Venalicias & Laniſtarum familias peregrinoſq; omnes exceptis medicis & præceptoribus partēq; ſeruitiorū urbe expuliſſet: ut tandē annona conualuit impetū ſe cepiſſe ſcribit frumētationes publicas perpetuum abolendi q: earum fiducia agrorum cultura ceſſaret. neq; tñ pſeueraſſe: quia certum haberet poſſe p ābitionē qñq; reſtitui atq; ita poſt hāc rē tēperauit ut nō minorē oratorū & negociantiū q̄ populi rationē duceret: hæc Suetonius. Diuinā filii mētionē: Non pōt Valerius ab aſſentatiōe diſcedere. Auguſtus. n. adhuc iuuenis diuinos honores obtinuit ut diximus: unde Hor. præſenti tibi diuinos largimur honores. meruit aras & flaminem ut Iurandaſq; tuū pernomē ponimus aras. Fuit auguſtus iulii cæſaris adoptiu9. In boſphorano tractu: in regiōe helleſpōtiaca. ſunt āt boſphori duo unus trahaci9 iuxta bizātiū hoc ē cōſtātinopolī: alter ī introitu paludis Meotidos q chrimeric9 dr̄ de quo Oui. li. iii. triſtiū Boſphorus & tanais ſuperāt ſcythiæq; paludes Vixq; ſatis noui noia pauca loci boſphorus a ferēda boue dict9 uel a trāſitu bouis ſiue ab anguſtis meatib9 boui peruiis.

CRetenſibus. Cretenſes fauiſſe mitridati uidebantur itaq; placuit iniuriam armis uindicare Prius inuaſit

insulam.XI.Anto.cum ingenti quidem uicto riae spe atq3 fiducia:adeo ut plures cathenas in nauibus q̄ arma:portaret:dedit itaq3 poe nas uecordiae suae:nam plerasq3 naues inter ceperunt hostes captiuaq3 corpora religata uelis ac funibus pependere ac sic uelitantes triumphantium in modum cretes portubus suis re migrauerint:metellus deinde totam in sulam igniferoq3 populatus intra castella & urbes redegit:eosq3 longa obsidione compu lit ad eam necessitatem ut sua iumentorūq3 suorum urina sitim releuare coacti fuerint: & grauiora pati q̄ uictor supplicia dedisset. Obsidione me.qui metelli Macedonici filius a deuicta creta creticus dictus ē. Torserūt. quasi cum supplicio fedarunt.

compulsi sua iumentorumq; suorum urina sitim torse runt iustius dixeri:q̄ sustentauerunt:quia dū uici timēt id passi sunt:qđ eos nec uictor quidem pati coegisset.

¶Cretensibus &c.Nihil tale.i.talis praesidii affulsit cretensibus.Qui cō pulsi obsidione.i.per obsidionem Metelli.s.macedonici usq3 ad ultimam i.extremam penuriam.s.cibi & potus torserunt.i.quodam cruciatu feda uerunt iustius dixerim.i.quod iustius dixerim q̄ sustentauerunt sitim urina sua.i.lotio a se facto & suorum iumentorum:ideo autem torsisse potius dicendi sunt:quia dum timent uinci passi sunt sup.id quod ne uictor qui dem coegisset eos pati.

## De Numantinis Capi.DCCLXIII.

Numantini autem a Scipione uallo & aggere circūdati:cum omnia quae famem eorum tra here poterant consumpsissent:ad ultimum hu manorum corporum dapibus usi sunt.Quapropter ca pta iam urbe cōplures inuenti sunt artus & membra tru cidatorum corporum sinu suo gestantes.Nulla est ī his necessitatis excusatio:nam quibus mori licuit:sic uiuere necesse non fuit.

¶Numantini autem qui populi sunt in hispania circūdati a scipione.s. aphricano posteriore etiam Numantino a Numantia deuicta:Vallo.i.se pimento ex uallis dicto sudibus: & aggere.i.aggesta & circūducta terra: & cum consumpsissent omnia quae poterant trahere.i.protrahere & ex tendere famem eorum:usi sunt ad ultimum dapibus corporum humano rum.Qua propter urbe.s.eorum Numantia iam capta complures sunt in uenti gestantes sinu suo artus & membra corporum trucidatorum.i.truci lenter occisorum.Nulla excusatio necessitatis est in his.s.numantinis Nā quibus licuit mori:sup.illis non fuit necesse sic uiuere.Quod quidem ue rissimum est.Nam ad conseruandam uitam ne leue quidem peccatum ē committendum.Et ideo ut mala patiamur cogi possumus:ut culpam in curramus non possimus.Nam in morte uiolenta nulla est culpa: & si ad opus malum peragendum compellamur culpa sit in compellente.

Numantini autem:Florus.Numan tia inquit q̄tū carthaginis Capuae Corithi opibus inferior ita uirtutis nomine & honore par omnibus summumq3, si uiros aestimes hispāiae decus:quippe quae, sine muro turribus modice edito in tumulo, apud flumen sitata quattuor milibus celtibe rorum.xl.exercituum uim per annos.xiiii.so la sustinuit:nec sustinuit modo sed saeuius ali quanto perculit pudendisq3 foederibus affe cit Nouissime cum inuictam esse constaret opus quoq3 eo fuit qui carthaginem euerte rat non temere si fateri licet ullius causa bel li iniustior.Segidenses socios & consangui neos romanorum manibus elapsos excepe rant:habita pro eis deprecatio nihil ualuit cum se ab omni bellorum contagione remo uerent in legitimi foederis precium iussi ar ma deponere:hoc sic a barbaris acceptum quasi manus abscinderentur.Itaq3 stati Ma gara uicto fortissimo duce ad arma conuer si Pompeium praelio aggressi foedus tamen maluerunt cum debellare potuissent.Hostiliū deinde mancinum hunc quoq3 assiduis cae dibus ita subegerunt:ut ne oculos quidem ut uocem numantini uiri quisq̄ sustineret: tū cum hoc quoq3 foedus maluerunt continenti armorum manubiis:cum ad internecionem saeuire potuissent:sed non mi nus Numantini q̄ Caudini illius foederis flagrans ignominia ac pudore populus romanus dedecus quidem praesentis fla gitii deditione mancini expiauit.Caeterum duce Scipione Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto:tandem etiam in ultionem excanduit qui redacto prius in disciplinam milite hostibus commisit aciem: effecit quod nemo uisu rum se unq̄ sperauerat: ut fugientes numantinos quisq̄ uideret:dedere etiam sese uolebant si toleranda uiris impera rentur.Sed cum Scipio ueram uellet:& sine exceptione uictoriam eo necessitatum compulsi:partim ut destinata morte in praelium ruerent:cum se prius epulis quasi inferiis impleuissent:carnis semicrudae & celtae sic uocant indigenae ex fru mento potionem Intellectum ab imperatore consilium itaq3 non ex praemissa pugna morituris: cum fossa atq3 lorica: quatuor castrisq3 circundatos fames premeret:ab duce orantes proelium ut tanq̄ uiros occideret:sed ubi non impetrarūt placuit eruptio:sic conserta manu plurimi occisi:& cum urgeret fames aliquantisper inde hoc est ex cadaueribus uixe re:nouissime consilium fugae sedit:sed hoc quoq3 ruptis equorum cingulis uxores ademere summo scelere per amorem: itaq3 exitu deplorato in ultimam rabiem furoremq3 conuersi:postremo mori hoc genere destinarunt:duces suos seq3 pa triamq3 ferro & ueneno subiectoq3 undiq3 igne peremerunt.Trahere:Producere prolongare.Artus & mēbra:Aut ephe xegesis est ut unum sit expositio alterius:aut artus intelligimus membrorum coniunctiones:unde articuli:membra uero corporis partes:ut sunt humeri brachia.Nulla est in his necessitatis excusatio Improbat hoc factum Valerius q dicat crudelitatem potius fuisse q̄ necessitatem ; Necessitas autem duplex:aut sine respectu aut cum respectu : ut qui natus est necesse est ut moriatur:hic nullum est medium:at uero cum respectu:ut hoc loco numantinis necesse fuit humanis carnibus uesci:nisi uoluerint in scipionis uenire potestatem.

## De Caliguritanis Cap. DCCLXIIII.

HOrum trucem pertinaciam in consimili faci/ nore caligurinatorum execrabilis impietas supergressa est. Qui quo perseuerantius inte rempti sertorii cineribus obsidionem Cn. Pompeii fru strantes fidem præstarent: quia nullum iam aliud i urbe eorum supererat animal: uxores suas natosq; ad usum nephariæ dapis uerterunt. Quoq; diutius armata iuuen tus uiscera sua uisceribus suis aleret: infœlices cadauerū reliquias salire non dubitauit. En quam aliquis in acie hortaretur: ut pro salute coniugum & liberorum forti/ ter dimicaret. Ex hoc nimirum hoste tāto duci pœna magis q̄ uictoria petenda fuit quia plus uindicatus li/ bertatis q̄ uictus gloriæ afferre potuit: cum omne serpē tum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superauit: nam quæ illis dulcia uitæ pignora proprio spi ritu chariora sunt: ea caliguritanis prandia atq; cœnę exiterunt.

¶ Horum &c. Impietas execrabilis. i. cum execratione detestanda Cali/ guritanorum populorum in hispania supergressa est. i. superauit in consi/ mili facinore: trucem. i. atrocem pertinaciam horum. s. iam dictorū Nu/ mantinorum. Qui. s. Caliguritani quo. i. ut præstarent pseuerantius. i. cum maiore perseuerantia: cineribus Sertorii interem pti. s. a perpenna fidem. i. fidelitatem: frustrantes. i. frustrando aut dum frustrarētur obsidionē Cnei pompeii. uerterunt uxores suas & natos. i. filios ad usum nefariæ dapis: quia nullum animal supererat. i. manserat aut relictum erat in urbe eorū. Quoq; i. & quo iuuentus armāta aleret diutius uiscera sua. uisceribus suis. i. carnibus ex se genitis. ipsa non dubitauit salire. i. sale respergere in felices reliquias cadauerum. En. i. uide sup. iuuentutem: & est figurata ad hortatio uim negandi habens: quam aliquis hortaretur. i. hortari deberet in acie. i. cum staret in acie conflictura iam iamq; cum hoste: ut dimicaret fortiter pro salute coniugum & liberorum. q. d. id frustra facturum cum ipsa eos absumpserit. Nimirum. i. haud dubie pœna. s. impietatis admisse in uxores & liberos: fuit magis petenda tanto duci quantus erat Cneus Pompeius ex hoc. i. tali hoste q̄ uictoria hoc est ardentius debebat eos oppugnare ut de impiis ultionem sumeret q̄ ut de uictis a se gloriam ullā obtineret. Quia uindicatus scilicet hostis id ē sumpta de eo uindicta: po tuit afferre. s. uictori: plus libertatis cum tali populo tāq; impio uiuente nunq̄ libertas tuta esse possit: q̄ ipse uictus possit afferre gloriæ: uel quia non homines sed monstra hominum censeri debebant: uel quia non uirtu te sed nefanda fame domiti essent: cum ipse hostis superarit titulo feritatis omne genus serpentum ac ferarum compara tione sui. i. si ad factum eorum comparentur. Nam pignora uitæ. i. proles ac propria generatio: quæ dulcia illis scilicet serpentibus & feris: sunt illis chariora proprio spiritu idest uita: ea extiterunt caliguritanis prandia atq; cœnæ: idest assi/ duus cibus.

HOrum trucem: Perpenna sertorium cui se coniuxerat coniuratiōe facta inter epulas per inuidiam interemit: ut in eius uita diximus: Pompeius deinde fa cile superato perpenna hispaniam totam ar mis subegit: in eo bello caliguritanos serto/ rii fidelissimos socios obsidione premebat: qui ut cineri. Sertorii fidem seruarent ad eā impietatem descenderunt: ut cōsūptis om nibus ferme animalibus liberos & uxores occiderent: eorumq; carnibus uescerentur. quas etiam ut seruare diutius possent sale as persere quod non solum impium sed detestā dum quoq; fuisse uidetur. In consimili faci nore: Vescendi humanis carnibus. Nephariæ dapis: Detestandæ. nepharius dicitur is qui nec cœtu dignus est cui etiam fardetur. Salire non dubitauit: Sale aspergere: naz ca ro ne putrescat salem quasi animam datum dic' eē Crisippus. diuti9. n. seruatur caro sal sa. En quam aliquis in acie hortaretur. Dete statur quodammodo rem istam Valerius cū dicat Caliguritanos genus omne ferarum at q; serpentum feritate superasse: qui ne in po testatem pompeii deuenirent liberis & con/ iugibus uesci maluerunt pro quorum salute cæteri omnes populi nationes non soluz for titer dimicare: sed extrema quæq; pati non dubitabant: nec ulla uæhementior ab impe ratoribus adhortatio fieri solet q̄ liberos & coniuges dimicantium oculis subiicere. Ex hoc hoste: Caliguritano. Duci Cn. Pompe io qui ex hoste non uictoriā sed magis pœ nam quærere debuit: nam si hostem illum ul tus fuisset plus libertatis ex ultione q̄ glorię ex uictoria consecutus esset: neq; . n. tale qc q̄ in obsidione facere quisq̄ ausus fuisset. si de caliguritanis supplicium sumptū fuisset Cum omne ferarum ac serpentum genus ue re inq̄ sumendum fuerat supplicium magisq̄ quærenda uictoria de his hostibus qui om nem ferarum & serpentum immanitatem su perarunt cum natos uentri mandarint pro q bus tutandis serpentes & feræ spiritum ef/ fundere non dubitant. Comparatione. Si qs ferarum & serpentum feritatem cum horuz immanitate comparauerit. Proprio spiritu chariora. Qui pro filiis mori non dubitant certo tempore.

## De testamentis quæ rescissa sunt. Titu. VII.

VAcemus nunc negocio quod actorū hominis & præcipuę curæ & ultimi est temporis. Con sideremusq; quæ testamenta aut rescissa sunt

¶ De testamentis quæ rescissa sunt. Titulus. VII.

VAcemus nunc negocio. Agitur hoc cap. de testamentis quæ cum rescin di possent rata manserunt: & cōtra cum rata uiderentur & legitime condita re/ scissa fuerunt. Quod actorum est hominis : Valerius maximus

Testamentis non solum uoluntates:sed hominum quoq; acta ultima referūtur. Ergo actorum hominis:Actuum humanorū.Nā hoc negocium ad acta hominum spectat ultimi temporis:Quia in exitu uitæ ut plurimum testamenta conduntur.quæ ue. Aliud testamentorum genus cum spe magna frustrati sunt: qui se hæredes constitutos sæpe crediderunt:nam per octo dies testamēta occlusa seruabantur.Ordine quo proposui:Ut testamentorum:exempla ponat eorum prio quæ legitime facta rescissa fuerant.

Militantis.In littera per se satis patet historia:non enim patris neq; filii propter ignobilitatem nomen ponitur.Peractis stipendiis:Finita militia:hoc est confecto bello.Errore patris: Qui filium in acie cecidisse credebat.Impudentia amicorū Qui bona usurpauerant : nec pudebat eos exclusisse filium.In aduerso corpore.s. hosti opposito significat illum non aufugisse.Cicatrices:obductorum uulnerum signa.Ociosa urbi onera:significat eos ignauos & inutiles qui patriæ suæ oneri magis q̄ honori essent. Togatam militiam:Disceptationem & controuersiam ut in foro apud iudices de paternis bonis & hæreditate disceptaret. Apud centumuiros.Erat centumuirale iudiciū:naq; ex trigintaquinq; tribubus quot.s.erant i urbe Romana terni deligebantur ex una quaq; iudices:& q̄uis plures essent centum tamen uirorum nomen retinuerunt:horū unus hastam tenebat:præcipuum iudiciorum signum : unde centumuiralis hasta legitur in Suetonio.Dicit eni Augustus actor & aliarum rerum fuit in quis ne acta senatus publicarentur.ne magistratus deposito honore statim in prouincias mitterentur:ut proconsulibus ad mulos & tabernacula quæ publice locari solebant certa præmia constituerentur ut cura ærariæ quæstoribus urbanis ad prætorios prætoresue transiret:ut centumuiralē hastam:quam quæstura functi solebant cogere decemuiri cogerent:hasta eni ut ait Festus Pompeius.signum præcipuum ē: unde & hastæ subiiciebant quæ publice uenundabant centumuiralia iudicia idem dicit appellata esse a centumuiris qui ex tribubus triginta quinq;(ut diximus)q̄ & curiæ sunt dictæ deligebantur ad iudicandum: qui centumuiri sunt appellati.

legitime facta:aut cum merito rescindi possent rata mā serunt:quæ ue ad alios q̄ qui expectabant honorem hæreditatis transtulerunt. Atq; ita ut ea ordine quo proposui exequar.

¶Uacemus nunc.i.deinceps in proxima narratione negocio quod est &.i.simul præcipuæ curæ & ultimi temporis actorum hominis.i. quæ homo agit in hac uita:hoc est testamento seu supremæ uoluntati. Et consideremus quæ testamenta aut rescissa sunt.i.reuocata & pro nihilo habita:facta legitime.i.q̄uis essent legitime facta:aut quæ manserunt rata.i. firma & stabilia:cum possent rescindi.i.dissolui:& pro irritis haberi merito:ue pro uel quæ testamenta transtulerunt honorē hæreditatis ad alios q̄ qui expectabant sup.eos. Atq; ut exequar.i.enarrem ea.s.genera testamentorum sup.eo ordine quo proposui sup.ea.Militantis &c. hoc est narrabo primum quō militantis.

## De quodam milite. Ca.DCCLXV.

Militantis cuiusdam pater cum de morte filii falsum ex castris nuncium accepisset:aliis hæredibus scriptis decessit:peractis deinde stipendiis adolescens domum petiit errore patris:impudētia amicorum domum sibi clausam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentæ pro re publica absūpserat:maximos labores & plurima pericula tolerauerat:aduerso corpore exceptas ostendebat cicatrices:& postulabat ut non auitos eius lares ociosa ipsi urbi onera possiderent. Itaq; depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam:acerbe cum improbissimis enim heredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit:omnibusq; non solum consiliis:sed etiam sententiis superior discessit.

¶Militantis &c.Pater cuiusdam militantis.i.in militia actu existentis:cū accepisset ex castris falsum nuntium de morte filii decessit.i.mortuus est: aliis hæredibus scriptis.i.postq̄ alios scripserat hæredes.Deinde stipendiis peractis.i.expleto tempore militiæ:unde stipendium acceperat: adolescens petiit domum:& sup.reperit domum quæ patris fuerat clausam sibi:errore patris:qui q cum mortuum putarat alios hæredes scripserat: & sup.impudentia amicorum.i.eorum qui se patris amicos gesserant : & propterea ab eo hæredes instituti erant:qui in hoc impudentes erant : q quæ pater per errorem fecerat.rata fore uolebant. Quid enim inuerecundius illis scilicet amicis saltē nomine(Quia dicere poterat:Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt &c.)Adolescens sup.absumpserat idest attriuerat florem iuuentæ(Non ergo discernit ut prius monui inter iuuentam & adolescentiam)pro repub. & tolerauerat maximos labores & plurima pericula:& ostendebat cicatrices.i.uestigia uulnerum:exceptas sup.in pectore aduerso idest hostibus obiecto non in tergo:& postulauit.i.æquissime petiit:ne ipsi onera ociosa urbi idest qui homines ociosi erant onera ipsi urbi(quia absumebant & nihil lucrabantur fruges(ut Flaccus dicit)consumere nati possiderent lares eius auitos idest quos pater ab auo iure hæreditario acceperat:& ita maior uis est postulationis q auiti erant q̄ si paterni modo fuissent : qua enim lege pater eos acceperat a patre suo:debebat eos derelinquere filio:cum maior sit unicuiq; libertas legandi a se parti)Itaq;.i.& ita:quia maxima illi fiebat iniuria coactus est depositis armis :quibus accinctus e bello redierat & nephas erat in iudicium prodire armatum:ingredi militiam togatam.i.litem quæ est species militiæ:& concertatio quædam i foro.s.iudiciali:& contendit acerbe de bonis paternis:apud centumuiros.i.iudices talium causarum:acerbe dicit:enim pro quia:cum hæredibus improbissimis:& discessit superior.i.potior in causa & uictor omnibus non solum consiliis( quia

priusq̄ sententiam ferrent monuerant centumuiri amicos illos paternos:ut ab iniqua uendicatione haereditatis alienae desisterent:sed noluerunt consilius acquiescere:unde addit)sed etiam sententiis.s.iudicum.

## De filio.M.Anci Carseolani equitis Ro. Capitulum.DCCLXVI.

ITem.M.Anci Carseolani splēdidissimi equitis Romani filius a Suffenate auunculo suo adoptatus testamentum naturalis patris quo preteritus erat apud centumuiros recidit:cum in eo Tullianus Pompeii magni familiaris ipso quidem Pompeio signatore hæres scriptus esset. Itaq; illi in iudicio plus cum excellentissimi uiri gratia q̄ cum parentis cineribus negocii fuit. Cæterum q̄uis utraq; hęc aduersus se nitebantur:tamen paterna bona obtinuit. Nam.L.quidem Sextilius:&.P.Popilius quos.M.Ancus sanguine sibi coniunctos eadem ex parte qua Tullianum hęredes fecerat:sacramento cum adolescentulo contendere ausi non funt:tametsi precipuis eo tempore Magni uiribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterant:& si aliquantulum adiuuabat hęredes q.M. Anci filius in Suffenatis familiā & sacra transierat. Sed arctissimum inter homines procreationis uinculum patris simul uoluntatem & principis auctoritatem superauit.

ITem.M.Anci Rescissionem huius testamenti difficiliorem auctoritas Pompeii qui Tullianum sibi familiaritate coniunctum & hæredem testamento conscriptum apud centumuiros & gratia & opibus atq; etiam oratione defendebat. Plus ergo laboris fuit legitimo filio hæreditatem petenti cum Pompeii auctoritate certare q̄ cum patris qui eum testamento prætererat uoluntate contendere. utriq; tamē sua uirtute & audacia superauit. Nam.L.Sextilium &.M.Pompilium cohæredes conscriptos coegit ut uel iurarent uerum:uel se iuraturum falsum:idq; probaturum qui sacramento cum adolescente contendere nō sunt ausi. Quo præteritus. Pater eum testamento prætererat:quia in aliam familiam transierat:ipso Pompeio signatore: hoc magis mirum fuit testamentum fuisse rescissum: q eius signator fuerat Pompeius. Testamenta septem testibus præsentibus condebant: & eorum quisq; suum testamento signum imprimebat:aperiri autem non licebat nisi octaua post mortē testatoris die. Hæc utraq;:patris uoluntas:& Pompeii gratia. Sacramento contendere non sunt ausi. Quia iniuria exhæredatus esset:sic enim asserebat adolescens:petebat ergo ut uel illi iurarent: uerum se iuraturum falsum:idq; probaturū hoc est testamento non bene fuisse institutū. Transierat in familiam per adoptionem. Et sacra:quia sacris eius in quam familiam transibat initiabatur.

¶Item filius.M.Anci(alii Antei scribunt)Carseolani splendidissimi equitis Romani adoptatus a Suffenate auunculo suo rescidit.i.irritum fecit apud centumuiros testamentum patris naturalis qui ipsum genuerat(sed quia fratri adoptandum dederat:ipsum in testamento præteriuerat)quo.s.testamento erat præteritus.i.prætermissus & non inscriptus saltem ex legitima portione hæres. Cum Tullianus familiaris Pompeii magni scriptus esset hæres in eo s.testamento paterno:ipso quidem Pompeio signante.i.ut dicunt notario. Itaq; plus negocii fuit illi.s.filio Marci : in iudicio cum gratia uiri excellentissimi.s.Pompeii qui apud iudices & uniuersum populum plurimum ualebat.q̄ cum cineribus parentis.i.plus illi obstitit authoritas & gratia Pompeii pro Tulliano familiari suo aduocantis q̄ uoluntas ultima patris qui ipso prætermisso alium hæredem instituerat. Cæterum.i.sed:ipse obtinuit.s.in iudicio bona paterna:q̄uis utraq; hæc.s.duo iam dicta.s.gratia pompeii:& ultima uoluntas patris nitebantur.i.militabant contra se.(Si non esset contra se:sed contra eum.inciperem ordinem sic. Cæterum q̄q̄ hæc &c.tamen &c. Nunc uero cogimur illud tamen prætermitterem quod Valla alias quoq; prætermittendum docuit)Nam quidem Lucius Sextilius & Publius Popilius (q.d. ut taceam de Tulliano)quos Marcus Ancus(aut ut alii legunt Anneus)coniunctos sibi sanguine.i.eo q essent coniuncti sibi sanguine:fecerat hæredes.i.cohæredes ex eadem parte qua Tullianum sup.fecerat hæredem:hoc est ex triente non sunt ausi contendere cum adolescentulo:sacramento.i.per sacræ rei inuocationem iuramento:se uidelicet legitime institutos & filium merito aut iuste præteritum:tametsi ipsi poterant inuitari.i.allici & incitari ad defendendas tabulas testamenti uiribus magni.s.Pompeii:præcipuis.i.quæ uires Magni erant:præcipuæ eo tempore etsi.i.q̄q̄ etiam sup.illud adiuuabat aliquantulum hæredes:q filius Marci anci transierat in familiam & sacra.s.familiaria Suffenatis:& ita per adoptionem uidebatur a patre alienatus & ab eo merito præteritus Sed uinculum.i.necessitudo procreationis.i.generationis:arctissimum inter homines(quia pater & filius quodammodo unum sunt usq; adeo ut possessio per fictionem iuris putetur in filio non adita sed continuata:iuxta illud:Mortuus est pater & non est mortuus:similem enim sui reliquit &c.)superauit.i.uicit iudicio:simul uoluntatem.s.supremam patris:& authoritatem principis.s.ciuitatis Romanæ:uidelicet Cn.Pompeii ab aduersariis eius stantis.

## De Tertio filio Tertii.Cap.DCCLXVII.

GAium autem Tertium infantem a patre exhæredatum Petronia matre quam Tertius quoad uixit i matrimonio habuerat natum diuus

GAium autem Tertium. Crudelis pater infantem filium legitime susceptum hæreditate priuauerat:nulla intercedente exhæredandi hōesta causa: neq; enim puer infans patrem offendere potuit : Augustus hanc patris iniquitatem non tulit nam Tertium filium(sic enim appellabat)

Valerius maximus

expetronia matre legitime procreatum:pa/ternis bonis succedere iussit: quia Tertius pater animum paternum penitus exuisse ui debatur erga filium quem ex ea uxore pro/creauerat quae fuerat illi quoad uixit semp matrimonio coniuncta.C.autem Tertium. Antiqui filios ut plurimum de nomie patrũ appellabant.Patris patriae animo usus.Lau dat hoc decretum Valerius animo inquit pa tre patriae digno usus est Augustus: qui se. Tertio uerum patrez praestitit iniqui patris testamentum rescindendo.

Eptitia quoqz mater. Septitia duos genuerat filios quibus irata dupli/ci onerauit iniuria:altera ꝙ iã anus Publio seni admodum nupsit: illosqz desti/tuit.altera ꝙ utrũqz testamẽto praeterit.Augustus re cognita & nuptias improbauit:& testamentum rescidit:filios matris haeredes esse uoluit:quod aequissimum fuit. Testa/mento preteriit:Quantum i ea fuit haeredi tate priuauit.Extrema iudicia. Testamẽtũ ĩa quo ultimum hominis iudicium & uolun tas continet.Improbauit:damnauit:uitupe/rauit.Non causa liberorum:sed ira in filios Si ipsa aequitas:Laudat hoc iudicium Vale rius dicens:nec ipsam quidem iustitiam si lo qui posset rectius fuisse iudicaturam.Coele sti fu.severo Augusti iudicio quod fulmen appellauit:qua in terris ut saepe diximus ꝓ deo habitus & cultus est.

ASCENSIVS.

¶ Septitia quoqz mater Trachalorum ari minen.irata filiis.iam dictis nupsit in contu meliam eorum.s.filiorum suorum cum iam non posset parere Publio admodum seni. utroqz etiam praeterito testamento:a quib9 s.duobus filiis eius diuus Augustus aditus s.ad auxilium contra iniuriam maternam fe rendum:improbauit &.i.simul nuptias mu lieris:quia in fraudem filiorum nupserat: &

augustus in bona paterna ire decreto suo iussit patris pa triae animo usus quoniam Tertius in proprio iure pro/creato filio summa cum iniquitate paternum nomen ab rogauerat.

¶ Caium &c. Autem.i.sed Diuus Augustus.s.Octauius inter deos etiã uiuens per adulationem deputatus:iussit decreto suo Caium Tertiũ ex haeredatum a patre.s.suo infantem.i.cum adhuc esset infans natum Pe/tronia matre quam Tertius habuerat in matrimonio quoad uixit:nõ ha biturus.s.eam si adulterio pollutam putasset:iussit dico ire in bona pater na:usus.s.in ea re animo.i.affectione patris patriae:quoniam Terti9 ab rogauerat.i.exuerat nomen paternum cum summa iniquitate in proprio filio procreato iure.i.legitimo matrimonio.

## De Septicia. Cap.DCCLXVIII.

Eptitia quoqꝫ mater trachalorum ariminen/sium filiis irata in contumeliam eorum cum iam parere non posset publio seni admodum nupsit:testamento etiam utroqꝫ praeterito:a quibus adi tus diuus Augustus & nuptias mulieris:& suprema iu/dicia improbauit.Nam haereditatem maternam filios habere iussit dotemqꝫ:quia non creandorum liberorum causa coniugium intercesserat:uirum retinere uetuit Si ipsa aequitas hac de re cognoscere potuisset:iustius ne aut gratius pronuntiaret? Spernis quos genuisti:nubis effoeta:testamenti ordinem uiolento animo confundis: neqꝫ erubescis ei totũ patrimonium adiicere:cuius pol luto iam corpori marcidam senectutem tuam substraui sti. Ergo dum sic te egeris ad inferos usqꝫ coelesti fulmi ne afflata es.

iudicia supraema.i.ultimam uoluntatez eius quam improbauit:quia iniquam & delirantis anus esse censuit.Nam iussit filios habere haereditatem maternam:& uetuit uirum retinere dotem(licet testamento id uoluerat mulier)quia coniugiũ non intercesserat causa liberorum creandorum. Si ipsa aequitas potuisset cognoscere.i.habere cognitionem & ius iudicã di de hac re:pronuntiaret ne iustius aut gratius uel ut alii legunt grauius:ꝗ sup. Augustus.q.d.minime. Nam dicere po/tuit Augustus aut aequitas ipsa. Tu o mulier spernis quos genuisti:& nubis effoeta idest exhausta omni foecunditate:& confundis animo uiolento.i.uehementer in filios infesto:ordinem testamenti in quo filii merito primi scriberentur a ma/tre:neqz erubescis adiicere totum patrimonium.s.tuum:ei cuius corpori polluto scilicet a situ & obscoenitate tua:tu sub strauisti senectutem tuam idest te anum marcidam idest cariosam & corruptam.Ergo dum idest quandoquidem tu ege/ris.i.gesseris te ita:hoc est tam improbe:tu afflata es.i.prostrata fulmie caelesti aut Augusti:aut potius(quia Augusti uer ba sunt)Iouis usqz ad inferos.

Gregia quoqz C.cal.Calpurnius praetor impietatem filii cuiusdaz te stamenti rescissione correxit. Cum enim pater nomine Terẽtius qui filios octo produxerat:ex his unum in adoptionem de disset:is patri uelut iratus ꝙ abdicasset eum moriẽs adhuc superstite patre nec ipsuz nec fratrum queq̃ reliquit haeredez.Calpurnius praetor audita patris causa qui de impieta/te filii grauiter conquaerebatur:irritum iussit esse illud testamentum:nam uoluit Calpur nius hoc iudicio testari q̃tũ parentibus de/

## De Caio Calpurnio Pisone. Capitulum.DCCLXIX.

Gregia quoqꝫ Caii Calpurnii Pisonis praefe cti urbis constitutio.Cum enim ad eum Te rentius ex octo filiis quos in adolescentiam perduxerat ab uno in adoptionem dato exhaeredatum sequerelam detulisset:bonorum adolescentis possessio nem ei dedit:haeredesqꝫ lege agere passus non est.Mo/

nuit profecto Pisonem patria maiestas donum uitæ:beneficium educationis:sed aliud etiam ipsum flexit circũstantium liberorum numerus ꝙ cum patre septem fratres impie exhæredatos uidebat.

beant filii qui geniti quiq; educati fuerint. Egregia constitutio:nobile iudicium. Produxerat:genuerat:& educauerat. Exhæredatum:hæreditate priuatum:quia in orienti filius patrem non scripserat hæredem. Lege agere:hoc loco se legibus tueri:& hæreditatem secundum leges adire. Patria maiestas: filius patri omnia debet:ne igitur paterna uiolaretur maiestas:patrem hæredem eẽ iussit. Donum uitæ:ꝙ a patre accepisset esse quo nihil maius homini esse potest:nisi bene esse:quod nisi nasceretur consequi nõ posset. Beneficium edu.ꝙ cum ad adolescentiã usq; educasset.

¶ Egregia quoq; sup.fuit cõstitutio Caii Calpurnii Pisonis præfecti urbis hoc est Romæ. Cum enim Terentius detulisset ad eum quærelam qua.s.quærebatur se exhæredatum ab uno ex octo filiis quos perduxerat in adulescentiam:dato in adoptionem.s.in alienam familiam:quæ forte illi erat ratio ꝙ patrem exhæredauerat. Nam notum est si filii sine liberis decedant:bona eorum ad parentes peruenire:& si parentes non habeant:ad fratres aut alios hæredes proximos:idq; etiam ab intestato:& ideo Piso dedit ei.s.Terentio patri possessionem bonorum adolescentis:& non est passus hæredes agere lege q̃ uult ultimas uoluntates debere ratas haberi. Profecto maiestas patria.i.paterna:donum uitæ quod filii secundum deum a patre accipiunt:beneficium educationis:monuit aut mouit Pisonem adiudicandum secundum patrem. Sed etiam aliud flexit.s.ipsum Pisonem in fauorem patris uidelicet numerus liberorum circũstantium:quos.s.pater secum in iudicium adduxerat:ꝙ uidebat septem fratres exhæredatos impie cum fratre.

## De Genutio quodam. Ca.DCCLXX.

QVid Mamerci Aemilii Lepidi consulis q̃ graue decretum? Genutius quidam matris magnæ gallus a Cneo Oreste pretore urbis impetrauerat ut restitui se in bona Neniani iuberet:quorum possessiones secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat:appellatus Mamercus a Surdinio cuius libertus Genutium hæredem fecerat:prætoriam iurisdictionem abrogauit:ꝙ diceret Genutium amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus:neq; uirorum neq; mulierum numero haberi debere. Conueniens Mamerco: Conueniens principi senatus decretum:quo prouisum ẽ ne obscœna Genutii presentia inquinataq; uoce tribunalia magistratuum sub specie petiti iuris polluerentur.

¶ Quid sup.dicis:q̃.i.q̃tũ graue sup.fuit decretum Mamerci Aemilii Lepidi consulis.q.d.fuit nimirum grauissimum. Nam Genutius quidã gallus.i.sacerdos matris magnæ.s.Cybeles:impetrauerat a Cneo Oreste p̃tore urbis ut iuberet se restitui in bona Neniani:quorum.s.bonorum possessiones acceperat secundum tabulas.i.instrumenta testamenti: ab ipso s.Neniano. Mamercus appellatus.i.per appellationem ut iudex aditus a Surdinio:cuius libertus fecerat Genutium hæredem abrogauit.i.reuocauit & antiquauit ac improbauit iurisditionem prætoriam ꝙ diceret Genutium amputatis sponte partibus genitalibus.i.uirilibus corporis sui ipsius neq; debere haberi in numero uirorum:neq; in numero mulierum: Decretum sup.illud fuit:conueniens Mamerco:& conueniens fuit principi senatus.s.eidem Mamerco:quo.s.decreto est prouisum.i.cautum:ne tribunalia magistratuum polluerentur sub specie petiti iuris:obscœna.i.turpi præsentia: & inquinata uoce:quia effœminata culpa ipsius Genutii q̃ i se castrauerat.

## De Vetilio lenone.Ca.DCCLXXI.

MVltoq; Quintus Metellus pretorem Vrbanũ seueriorem egit q̃ Orestes gesserat: q̃ Vetilio lenoni iuuenis bonorũ possessionẽ scdm tabu

QVid mamerci. Genutius quidam cibeles sacerdos a liberto surdonii cuiusdam fuerat hæres testamento relictus Cn.orestes prætor urbis testamẽtum illud probauerat:& genutium hæredẽ adire iam iusserat:cum surdinius indignitatem non ferens huius rei querelam ad Mamercum consulem detulit:qui abrogata iurisdictione prætoria surdinium hæredem esse uoluit indignum & iniquum esse existimans hominem qui neq; se uirum neq; fœminam amputatis uirilibus præstitisset:cuiuspiam bonorum esse participem:quin etiã repulit illum a tribunali ne fracta uoce:turpiq; præsentia pollueretur. Magnæ matris Cybeles quæ magna mater hoc est deorũ omnium mater dicebatur:cuius sacerdotes galli sunt appellati:qui se ipsos euirabant. Oui.fast.li.iiii. Cur igitur gallos qui se excidere uocamus. huic etiam ludi erant constituti quæ megalesia uocabantur. Oui.i eo.li. Institeram quare primi megalesia ludi Vrbe forent nostra tũ dea sensit enim. Gallus sacerdos magnæ matris euiratus. Neq; uirorum ne.mu. Galli abscissis genitalibus nec inter uiros nec inter fœminas connumerari possunt:non igitur hominum hæredes esse possunt uel certe debent:cum inter homines cẽseri non posse uideantur. Conueniens: laudat Mamerci iudicium. Inquinata uoce:quia gal i rauca uoce loquebantur. Iuue. & fracta uoce loquendi. Galli

MVltoq;:Qu.Metellus. Qu.Metell9 prætor urbanus grauiori seueritate usus est in testamentorum iudiciis q̃ Orestes:nam ille gallum hæredem non cõprobauit:hic lenonem ab hæreditate deiecit:nam iuuenis quidam uentilium lenonem hæredem constituerat. Metellus longe differre forum a lupanari existimans:ut in foro testamentum probaretur in quo leno scriptus esset hæres testatoris factum improbauit q̃ bona sua uoluisset lenoni relinquere a meretricibus deuorãda aut p summũ luxũ atq; li

Valerius maximus

bidinē depēdēda: Itaq3 noluit Metellus testatoris uolūtatē cōprobare q taz temere testatus esset: nec lenoni ius reddere q se ab oi dignitate & honestate abdicasset. Praetorem urb. non est supfluū q dixit urbanū: qa erāt ēt ptores puīnciarū. Separandā fo. & lupa. cōditi. Cū eni foro a praetore testamēta probarentur nō illi digna eā uidebat ut de lenone haerede cōscripto ageret i foro cuius nomen i lupanaribus tantūmō celebraretur. ergo existimauit longe forū a lupanari differre. Qui fortunas suas i stabulū: quia lenonē reliqrat haeredē: q uiuebat i lupanari quod reuera stabulū dici pōt: qa loca foetida & immunda sp sunt lupanaria. Tanq̄ inte. ciui. ñ plene ciuis eē ur̄ lēo q cōtēpto morali & honeste uiuēdi genere se turpissimae obscoenitati & quasi ferinae uitae subiecerat.

## De testamentis quae rata manserūt. Ti. viii.

His resciſſorum. De testamentis que rata manserunt cum legitimas causas haberent cur rescindi possent. Quā certe. Ex lege constat furioso & isano testari non licere. Ci. li. i. ad Herēnium lex est inquit si qs furiosus & isanus extiterit agnatorum gentiliumq3 in eo pecuniaq3 eius potestas esto Tuditanus ciuis ro. multa furoris & insaniae testimonia dederat: quippe qui pecuniam populo disseminasset: qui togam uel syrma per forum traxisset aliaq3 multa dementiae signa fecisset eius tamen testamētum quo filium haeredem reliquit cum iure rescindi potuerit: ac. T. Longus eius agnatus rescindere tentarit ratum permansit. iudices enim non testatoris sed testamenti rationem habendam censuerūt q esset filius haeres iure constitutus. Populo nummos. s. pueros congregabat & illis nummos colligendos spargebat. Velut tragicam uestem quae tragaedo conueniret. nam longum syrma trahebat ab humeris demissam. Hastae iudicio. Centumuirali iudicio. Ci. in oratione de lege agraria contra Rullum dicit primū causa populi Ro. haereditatem decemuiri iudicent cum uos uolueritis de priuatis haereditatibus centumuiros iudicare. ergo hastae iudicio centumuirali iudicio. Quod scriptum e. magis testamenti q̄ testōris rationem habere uoluerunt.

fas testamēti nō dedit: quia uir nobilissimus & grauissimus fori ac lupanaris separandam conditionem existimauit. Nec aut factum illius comprobare uoluit q fortunas suas I stabulum cōtaminatum proiecerat: aut huic tanq̄ itegro ciui iura reddere: qui se ab omni honesto uitae genere abruperat.

Multoq3 &c. Et Quintus Metellus egit. i. gessit se praetorem urbanum multo seueriorem q̄ Orestes. i. Cneus iam dictus gesserat: qui non dedit Vetilio Lenoni. i. meretricum institori & ex eo quaestu uictitanti: possessionem bonorum iuuenis. s. cuiusdam defuncti: secundum tabulas. i. instrumenta legitime conscripta: testamenti. s. ipsius Iuuenis: qui lenonem haeredem reliquerat. Quia uir nobilissimus & grauissimus uidelicet Metellus existimauit conditionem fori. s. iudicialis: & lupanaris. i. domus meretriciae ac prostibuli: esse separandam: ita ut non continuo qui primas partes in lupanari habebat easdem in iudicio haberet: Nec uoluit aut comprobare factum illius. s. Iuuenis defuncti: qui proiecerat fortūas. i. diuitias suas in stabulum contaminatum. i. prostibulum hoc est legauerat eas lenoni: aut reddere huic. s. lenoni qui abruperat se ab omni genere uitae honesta: iura. s. ciuitatis Romanae per quae legitime haeredes constituti haereditatem adibant: tanq̄ ciui integro. i. tanq̄ esset ciuis incorruptus: cui haereditas haud dubie reddenda fuisset.

## De testamentis que rata manserunt. Ti. VIII.

His reciſſorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea quę rata manserunt: cum causas haberēt propter quas rescindi possent.

His &c. Praefatio est in alteram speciem testamentorum utpote que cū rescindi possent rata manserunt Ordo est. Nos cōtenti his. s. proxime dictis exemplis testamentorum resciſſorum. i. improbatorum & pro initis iudicatorum: attingamus ea. s. testamenta: quae manserunt rata: cum haberent causas propter quas possent rescindi. i. infringi & irrita censeri.

## De Tuditano. Ca. DCCLXXII.

Quam certae: q̄ etiam notę insanię Tuditanus utpote qui populo nūmos sparserit: togamq; uelut tragicam uestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuerit: ac multa His consentanea fecerit testamento filium instituit haeredē: quod. T. lōgus sanguine ei proximus hastę iudicio subuertere frustra conatus est: magis enim cētumuiri quod scriptum esset in tabulis q̄ quis eas scripsisset considerādum extimauerunt.

ASCEN.

Ascen. Quā. i. q̄tā. q. d. o quātū aut q̄tum putas certae q̄. i. q̄tū ēt notae. i. manifestae insaniae. i. demētiae eius sup. Tuditanus: utpote q ipse rit populo nūmos & q fuerit cōspectus cū maxio risu hoiu3 trahēs i foro. s. rerū uenaliū togā. s. suā: uelut uestē tragicā i. syrma: ac fecerit multa. s. alia isaniae opa: cōsentanea. i. cōformia: his. s. dictis istituit testamēto filiū. s. suū haeredē: qd. s. testamentum. Titus Longus proximus ei. s. Tuditano sanguine: conatus est frustra: quia nihil effecit subuertere. i. irritu3 facere: iudicio hastae. i. centumuirali qui bonorum possessiones cognoscebant: & sub hasta interdum uendentes pronuntiabant: Enim pro quia centumuiri existimauerunt. i. censuerunt magis inspiciendum quod scriptum esset in tabulis. s. testamentariis: quia iustum & aequum erat ut filius patri licet furioso succederet: q̄ quis scripsisset eas: quia furiosus cui testamenti faciendi ius nullum erat. Si autem testamentum resciſſum fuisset: filius uelut ab intestato dūtaxat in parte3 haereditatis admissus fuisset: & ita longus cohaeres fuisset.

De Ebutia contra uxorem.L.Menenii Agrippæ. Ca.DCCLXXIII.

Vita Tuditani demens:Ebutiæ autem:quę Lucii Menenii Agrippæ uxor fuerat:tabulæ testamenti plenæ furoris:nam cum haberet duas simillimę probitatis filias:Pletoniam & Aphroniam animi sui potius inclinatione prouecta q̃ ullis alterius iniuriis aut officiis commota Pletoniam tantummodo hęredem instituit:filiis etiam Aphroniæ ex admodū amplo patrimonio uiginti nummos legauit.Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit:testamētum q; matris patientia honorare q̃ iudicio conuellere sanctius esse duxit:eo seipsam indigniorem iniuria ostēdens quo eam ęquiore animo sustinebat.

¶Vita Tuditani sup. fuit demens(cuius tamen testamentum fuit laudabile)autem pro sed tabulæ testamenti Ebutiæ quæ fuerat uxor Lucii Menenii Agrippæ sup.fuerunt plenæ furoris.Nā cum haberet duas filias simillimæ probitatis.i.in quibus erat maxima probitas nec minor in una q̃ in reliqua: uidelicet Pletoniam & Aphroniam:ipsa prouecta potius inclinatione.i.propensione ac affectione animi q̃ cōmota ullis iniuriis alterius s.Aphroniæ:aut officiis alterius.s.Pletoniæ:instituit tantūmodo Pletoniam heredem:& legauit filiis Aphroniæ uiginti nūmos's.tantūmodo:ex patrimonio admodū.i.ualde amplo.Aphronia.s.ꝑtermissa noluit tunc aut tamen contendere cū sorore sacramento.s.exigendo & dando apud centūuiros:apud quos si prætermissus iurauerit se nulla culpa sua prætermissum & substitutus non ausus sit contrarium iurare:testamentum rescindebatur.Et duxit esse sanctius aut satius honerare testamentum matris patientia:q̃ conuellere.i.infringere iudicio:ostendens seipsam eo.i.tanto indigniorem iniuria.s.a matre' illata:quo.i.quanto æquiore animo sustinebat eam.

Vita Tuditani de.ebutiæ.Aliud testamentum quod rescindi facile potuit.& tamen ratum permansit. Ebutia uxor agrippæ duas filias ex eo matrimonio susceperat uirtute & ꝓbitate pares hæc moriens alteram ex his testamento defraudauit cum alteri cuncta ferme bona reliq̃sset :hæc pletonia dicebatur.Illa aphronia cuius filiis nūmos uigīnti ex amplo patrimonio tantummodo legauit nec uoluit aphronia cum iure posset matris testamentum rescindere :neq; enim matrē affecerat iniuria ulla qua merito illā exhæredare debuerit:maluit ergo matris iniuriā æquo animo ferre q̃ lege cum sorore certare.Ebutiæ q̃uis ebutia dum uixit nulla dementia dānata fuerit:eius tamē testamentum uisum est furore repletum cum nulla interueniente causa filiarū alteri suā hæreditatis partē testamento negauerit.Vllis alterius iniuriis aut beneficiis q ab altera iniuriā ab altera beneficia recepisset quasi dicat quod aphronia illi aduersa cōtumaxq; fuisset .pletonia uero semper obsequentissima .Sacramento contendere.nā potuit aphronia apud centumuiros iurare se iniuste exhæredatam a matre.

De Quinto Metello.Ca.DCCLXXIIII.

Minus mirandum errorem muliebrem.Q.Metellus fecit.is namq; plurimis & celeberrimis eiusdem nominis in urbe nostra uigentibus:claudiorum etiam familia quam arctissimo sanguinis uinculo contingebat florente:Carinatem solum hæredē reliquit.Nec hoc testamentum eius quisq̃ attentauit.

¶Minus &c.Quintus metellus fecit errorem muliebrem qui fuit in Ebutia minus mirandum.Nāq; pro quia:is.s.Quintus Metellus reliquit solum'Carinatem hæredem.s.bonorū suorū:& hec plurimis & celeberrimis uiris eiusdem nominis hoc est Metellis uigentibus in urbe nostra familia etiam claudiorum quā contingebat arctissimo uinculo sanguinis quia maternum genus ex ea traxerat:florente.s.in urbe Roma:nec quisq̃ attentauit.s.rescindere aut oppugnare hoc testamentum eius.

Minus mi.er.mu. Qu.Me .s. In quo uir clarus errauit in eo peccare mulierem non est mirum.error igit' Quinti Metelli facit errorem ebutiæ multo leuiorem:nam cum multos uiros præstantes atq; clarissimos tam in metellorum q̃ claudiorū familia propinquos haberet.Metellus quos iure & merito sibi hæredes substituere debuisset omnibus prætermissis solum Carinatem sibi familiaritate coniunctum scripsit hæredem:nec quisq̃ cognatorum & affiniū testamentum illud rescindere tentauit. Claudiorum:nam genus maternum ducebat a gēte claudia:Metellus enim superior claudiam duxit uxorē ex q̃ natus ē Quintus Metell9.

De Pompeio Rhegino.Ca.DCCLXXV.

Item Pompeius Rheginus uir Transalpinæ regionis cum testamento fratris præteritus esset:& ad coarguēdam iniquitatem eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas habita utriusq; ordinis maxima frequentia recitasset: in quibus magna ex parte hęres frater erat scriptus

Item pom.re.Hic satis habuit fratris iniquitatem ostendisse iudicibus.cum enim frater infimæ conditionis homines se præterito scripsisset hæredes ipse uero fratri maximam suorum bonorum portionem contra testamento legasset in cōcionē ꝓduit:fratris iniuriā expostulat duas testamētoꝝ suoꝝ tabulas recitat q̄bus fratrē scripsisset hæredē.centūuiralis hastæ opē implorat ne tāta a fratre afficiat iniuria cūq; iam centumuiri ad rescindendum tes Valerius maximus.

stamentū parati esse uiderētur: cōtentus fratris impietatē destrinxisse testamentū ratum esse permisit. Sestertiū teste Var. duas libras cōtinet & mediā: nā ita diffinit li. de ligua la. dipōdium & semis antiquū ē Sestertium & ueteris cōsuetudinis ut retro eradicarent: ita ut semis qtus semiquartus semistertius pnūtiaret a semistertius sestertius dictus. hac ille. Sed dicit sestertius & sestertiū sicut dipōdius & dipōdiū. Ad hastae iudiciū ad cētumuirale iudiciū sicut supradiximus noluit fratris testamentū infringi: neq̨3 sanguini pagano pa. Iustā ostēdit cōquestionē fratris q̄ nō solū alienos: sed nec rustico qdē sanguini cōparādos homines fratrū istituisset haeredes. Flagitiosum si. q̄ frater eū silentio praeterierit in testamēto nō mediocre flagitium commisisse uidetur: sed multo grauior fuisse contumelia q̄ illi sordidos homines praetulerit.

praelegabaturq̨3 ei centies & quinquagies sestertiū multum ac diu inter assentientes indignationi suae amicos questus quod ad hastae iudicium attinuit cineres fratris quietos esse passus est: & erant ab eo instituti haeredes neq̨3 sanguini Rhegino pares neq̨3 proximi sed & alieni & humiles: ut non solum flagitiosum silentium: sed etiam praelatio contumeliosa uideri posset.

¶ Itē pompeius Rhegius uir regionis transalpinae. i. trāsalpes ortus: cū pteritus esset testamēto fratris & recitasset ad coarguendā. i. reprachēdendā & detestandā iniquitatē eius. s. fratris sui binas tabulas testamentoru3 suorū. i. q̄ ipse pompeius fecerat (nā uiri pſertim alienae nationis ne si intestati morerentur eorū bona fisco addicerentur: testamenta sua sani & incolumes faciebant & saepe innouabant) incisas in comitio. i. populi congregatione habita maxima frequentia utriusq̨3 ordinis. i. patricii & plebeii: i quibus. s. tabulis: frater. s. eius a quo praeteritus erat: erat scriptus haeres ex magna parte: & sestertiū centies & quadragies plegabatur. i. ante caeteros & legabatur: hoc est anteq̄ alii haeredes quicq̄ acciperent fratri centies & quadragies sestertiū habendū legarat (Est aūt sestertiū singularis numeri & acti casus. Eaq̨3 forma loquēdi ideo utitur author q̄ alia uti in eo uocabulo difficile sit. Nam centū & quadraginta sestertia minus latine licet satis grāmatice diceret: & centū & quadraginta sestertiū ut sit gti casus minus grāmatice dixisset q̄ neutra syncopen nō admittat) questus. i. cōquestus multū ac diu inter amicos assentientes indignationi suae. i. assentientes ipsum iustā habere indignationē in fratris ingratitudinē quod. i. quantū attinuit ad iudicium hastae. i. cētūuirale: passus est cineres fratris esse quietos. i. noluit oppugnare uoluntatē supremā iam defuncti & i. & tamen (unde eleganter utitur particula &) haeredes erant ab eo. s. fratre eius instituti: neq̨3 pares sanguini Rhegino. i. multo minus generosi q̄ Rhegini ipi essent: (Vnde nō assentior oliuerio legenti Pagano. i. rusticano) neq̨3 proximi sup. eius: sed &. i. simul alieni & humiles. i. abiecti uiri: ut non solum silentium sup. eius qui fratrem silentio pterierat: posset uideri flagitiosum. i. increpatione dignū: sed etiam praelatio. s. alienorum & humilium posset uideri contumeliosa.

¶ De testamentis praeter spe3. Ti. IX. Neque. s. im. aeque rata manserunt testamenta quae sequuntur q̄uis delictum in his grauius commissu3 fuisse uideretur.

## De testamentis ad alios q̄ qui ea sperarant trāslatis. Ti. IX.

Neque foelicis impunitatis sed nescio an tetrioris haec delicti testamenta:

Ascen. ¶ Aeque. Paucis aditum munit ad narrationem de testamentis quae aliis q̄ qui ea sperauerant & meruerant obuenerunt: quae praefatio ideo perq̄ breuis est: q̄ fere non distinctus titulus: sed eiusdem tituli tertium sit membrum. Ordo est. Haec. s. quae p̄xime dicam (cum alibi haec demonstrare solebat praeterita aut saltem in manibus habita) sup. sunt aut fuerunt impunitatis. i. imunitatis a rescissione aeque felicis: ut. s. praedicta: quia rescissa non sunt: sed nescio an sup. fuerunt delicti tetrioris idest foedioris: cum maior fuerit impudentia in sequentium testamentorum conditoribus.

Quintus Ce. L. Lu. Qui. Cecilii testamentum fuit rescissione dignissimū q̄ uir ingratissimus duplici lucullu3 affecisset iniuria & q̄ cum testamento praeteriisset cui meritorum multitudine haereditatem debuerat & q̄ ludibrio quodammodo habuisset illum sibi futurum haeredem omnibus praedicando suos insuper annulos tanq̄ futurae haereditatis signum offerendo: at illum populus Romanus qua potuit poena ingratitudinis affixit: nam eius cadauer unco gutturi infixo ad gemonias scalas per ora uulgi protrahi iussit ut qualis meruerat exequias haberet: nam cum opes & dignitates omnes Luculli opera & liberalitate fuisset consecutus moriens deinde tanta ingratitudine usus ut illius oblitus alium sibi filium testamento adoptasset qua non fu

## De Quinto Celio & Lucio Lucullo. Ca. DCCLXXVI.

Quintus Cecilius Lucii Luculli promptissimo studio maximaq̨3 liberalitate: & honestum dignitatis gradum & amplissimum patrimoniū consequutus: cum prae se semper tulisset unum illum sibi esse haeredem: moriens etiam annulos ei suos tradidisset Pomponium Atticum testamento adoptauit: omniumq̨3 bonorum reliquit haeredem. Sed fallacis: & insidiosi cadauer: populus Romanus ceruicibus reste circundatum per uiam traxit. Itaq̨3 nefarius: homo filium

quidem & hæredem habuit quem uoluit:funus autem & exequias quales meruit.

it pœna digniſſimus :Præ ſe tuliſſet oſtendiſſet: e uero tmeſis:nam interpoſita eſt ſemper.

¶Quitus Cæcilius cõſecutus prõptiſſimo ſtudio & maxima liberalitate Lucii Luculli: &.i.ſimul honeſtũ gradũ dignitatis:& ãpliſſimũ patrimoniũ.i.peculiũ & poſſeſſionem rerum:cum ſemper tuliſſet præ ſe i.geſtu & uultu & uerbis ac moribus ſignificaſſet illum.ſ.Lucullum:unum.i.ſolum eſſe ſibi hæredem:& moriens tradidiſſet etiam ei.ſ. Lucullo annulos ſuos:quibus ſignare contractus ſuos ſolebat:adoptauit teſtamento.i.in filiũ & hæredem aſſumpſit Põponiũ atticũ.& reliquit ſup.eũ hæredẽ omniũ bonorũ.ſ.ſuorũ.Sed populus Romanus traxit cadauer ſup. hominis fallacis & inſidioſi:circũdatũ ceruicibus.i.collo eius reſte.i.fune quo uiliſſima cadauera trahi ſolent: per uiam.ſ. publicam:uolens ſignificare occultũ fuiſſe furẽ.Itaq3.i.& ita homo neſarius habuit quidem filium.ſ.per adoptionem & hæredẽ:quẽ uoluit:quia Põponiũ Atticũ:aũt.i.ſed habuit funus & exequias quales meruit: hoc eſt ignominioſiſſimas.

De Tito Mario Vrinate.Ca.DCCLXXVII.

NEc ꝑ aliis dignus fuit Titus Marius Vrinas: qui ab īfimo militiæ loco beneficiis diui Augusti imperatoris ad ſummos caſtrenſes honores ꝑductus eorumq3 uberrimis quæſtibus locuples factus non ſolum cæteris uitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relinquere:a quo acceperat prędicauit:ſed etiã pridie q̃ expiraret idem illud ipſi auguſto dixit:cum interim ne nomen quidẽ eius tabulis teſtamẽti adiecerit.

NEq3 aliis dignus.Qui pari crimine tenetur dignus pari pœna cenſetur T.igitur Marius Vrinas cũ nõ alia ſit ingratitudine uſus erga diuũ Auguſtũ q̃ Cecilius erga Lucullũ eaſdẽ exequias meruiſſe uidetur quas Cecilius habuit.Locupletatus enim & ad militiæ ſũmos honores Auguſti beneficio prouectus Auguſtũ tanq̃ alterũ parentẽ ſibi futurũ hæredẽ ꝑdicabat morbo quoq3 implicitus pridie q̃ expiraret illud idẽ affirmauit Auguſto:moriens tñ nullã Auguſti mentionẽ fecit in teſtamento Vrinas patrium nomen ut arpinas ſuſſenas aliaq3 multa.

¶Neq3 Titus Marius Vrinas fuit dignus aliis ſup.exequiis:q̃uis alias forte habuerit:qui perductus beneficiis diui auguſti imperatoris ab imfimo loco militiæ.i.militis gregarii ad ſumos honores caſtrenſes.i.quæ in caſtris contingere poterant:& factus locuples.i.diues uberrimis q̃ſtibus.i.lucris eorum.ſ.honorum caſtrenſium:non ſolum prædicauit cæteris temporibus uitæ ſuæ ſe relinquere fortunas ſuas ſup.ei uidelicet Auguſto a quo acceperat:ſed etiam dixit illud idem ipſi Auguſto pridie q̃ expiraret:cum interim.i.nihilominus ne quidem.i.non ſaltem adiecit tabulis teſti nomẽ eius.ſ.Auguſti.

De Lucio Valerio. Ca.DCCLXXVIII.

LVcius autem Valerius cui cognomem Heptachordo fuit:togatum hoſtem Cornelium balbum expertus utpote opera eius & cõſilio compluribus priuatis litibus uexatus ad ultimumq3 ſubiecto accuſatore capitali crimine accuſatus:pręteritis aduocatis & patronis ſuis ſolum hęredem reliquit.Nimium conſternatio animum eius tranſuerſũ egit.Amauit enim ſordes ſuas & dilexit pericula & damnationem uotis expetiuit:auctorem harum rerum beniuolentia:ꝓpulſatorem odio inſecutus.

LVcius autem Va.Hic ſine dubio uim morbi ad inſaniam proxime acceſſerat qui mentis conſternatione agitatus Cornelium bubulum hoſtem ſibi perpetuũ a quo fuerat ſæpius i dignitate oppugnatus in uitæ diſcrimen adductus moriẽs ſibi ſolũ reliquit hæredẽ amicis cognatis patronis & aduocatis omnibus ꝑtermiſſis : quid aliud de hoc homine iudicandum eſt niſi ſũma inſania & furore fuiſſe agitatum quo tẽpore teſtamentum condidit qui amaſſe inimicũ odiſſe ſuos uiſus eſt.Heptachordo: græcum eſt habens in facie ſeptem poros.Togatum ac ſi diceret forenſem.Suas ſordes ĩfamiam ignominiam & crimina ſua.Dãnationem uotis expetiuit:uiſus eſt optaſſe dãnationem quam ope amicorum ſubterfugerat.Propulſatorem defenſorem & patronũ.

¶Lucius aũt Valerius cui Heptachordo.i.ſeptẽ chordarũ cognomẽ fuit:expertus Corneliũ Balbũ hoſtẽ togatũ.i.in toga hoc eſt urbe uerſatũ:utpote uexatus opera & cõſilio eius cõpluribus litibus priuatis:& accuſatus ad ultimũ.i. tãdem crimine capitali:& hoc accuſatore ſubiecto.i.clãculũ immiſſo:reliquit ſup.eũ ſolũ hæredẽ & hoc aduocatis & patronis ſuis ꝑteritis.Nimirũ.i.haud dubie id ita egit:q̃a cõſternatio.i.iudicii & rõnis perturbatio egit.i.impulit aĩm eius trãſuerſum.i.extra rectã uiã æq̃tatis & honeſti.Enĩ pro q̃a:ipſe Lucius amauit ſordes ſuas.i.turpitudinẽ uitæ ac auaritiã: & dilexit pericula (Sed q̃ amat periculũ peribit i illo) & expetiuit uotis dãnationẽ:hæc aũt ad increpationẽ dixit author non q̃ ita eſſe ſignificare uelit.'nam ſi ita fuiſſet fruſtra aduocatos & patronos ſibi quæſiuiſſet ſed q̃ ueriſimile ſit ex effectu eius eum expetiuiſſe condemnationem utpote) inſecutus authorem harum rerum uidelicet Balbum beniuolentia: & propulſatorem.ut aduocatos & patronos odio:quia eos præteriit in teſtamento ſuo.

De Tito Barrulo. Ca.DCCLXXIX.

TItus Barrulus lentulo ſpinteri cuius amãtiſſimum animum:liberaliſſimãq3 ſenſerat amici

TItus Barrulus lentu. eadem ſpei deluſione:fruſtratus eſt lentulus ſpinter qui cum Barrulum ſumma beniuolentia & ꝑcipua liberalitate dum uixit per

petuo fuisset complexus merito sperauit se illius futurū haeredē cui Barrulus insuper annulos suos decedens perinde ac unico haeredi tradiderat & in testamento nulla eius mētio facta eiusmodi homines ueluti iocabūdi uita excedere uidebātur. Spinteri: cognomē est. Quātū illo momēto. Inuehit in hunc testatorē ingratū Valerius cū dicat suae ingratitudinis cōsciencia graues dedisse poenas i ipso mortis articulo cum ante oculos fallaciam suā & ingratitudinē sibi positā uideat q̄ nec a superis probari nec ab inferis laudari ullo mō possit: eius igitur spiritus fallax & ingratus supplicio afficiat necesse ē. Conscientia: nullū homini tormentū q̄ conscientia maius. Ci.te tuorū scelerū conscientia torquet. Itē alibi in para. qui cum cupiditas dominatus excessit & alius ē dn̄s exortus peccatorū conscientia timor q̄ est illa misera q̄ dura seruitus: Iuuena. Et tacita sudāt praecordia culpa. Item alibi. Neq; enim consistere mentē crimina saeua sinunt. Persius: & intus palleat infoelix. Magnas uires habet conscientia. Superis diis caelestibus quos relinquebat. Inferis: ad quos accedebat.

ciam: decedens suos annulos perinde atq; unico haeredi tradidit: quem nulla ex parte haeredem relinquebat. Quātum illo momento temporis conscientia: si modo uires quas habere creditur possidet: a teterrimo homine supplicium exegit? inter ipsam enim fallacis & ingratae culpae cogitationem spiritum posuit quasi tortore aliquo mentem eius interius cruciante: q̄ animaduertebat ex uita ad mortem transitum suum: & superis diis inuisum esse & inferis detestabilem futurum.

¶ Titus Barrulus decedens idest moriens tradidit Lentulo Spinteri (cuius senserat animum amantissimum.s.sui: & amicitiam liberalissimam) annulos suos perinde atq; idest tanq̄ unico haeredi: quem ex nulla parte relinquebat haeredem. Quantum.i.o quantum supplicium cōsciētia exegit a teterrimo homine scilicet Barrulo: illo momento temporis.s.quo decessit: si modo idest dūmodo uerum sit q̄ conscientia possidet uires quas creditur habere. (Certum est autem nobis eam uires suas possidere: quia uermis damnatorum non extinguetur) Enim pro quia: ipse posuit idest deposuit spiritum scilicet uitalem aut animam ipsam: inter cogitationem culpae fallacis & ingratae idest commisse per fallaciam & ingratitudinem: quasi aliquo tortore idest carnifice cruciante mentem eius interius: q̄ idest quia animaduertebat transitum suum ex uita ad mortem & idest simul: esse inuisum diis: superis: ia quorum tutela erat dum uiueret: & futurum detestabilem inferis scilicet diis.

## De Marco Popilio. Ca.DCCLXXX.

Marcus uero Popilius. Non alio profecto ludibrio delusus est oppius Gallus a Mar. Popilio q̄ oēs quorū supra meminimus. nam Popilius ex omnibus qui sibi morienti assidebant hunc unum hilari uultu semper aspexit: benignissimis uerbis appellauit: arcte complexus & osculatus annulos quasi futurae haereditatis testes ei tradidit: & postmodum illum testamēto praeteriuit. Oppius uero ubi se factū ex haeredem esse cognouit: annulos non haereditatis sed contumeliae summiq; ludibrii testes ueris haeredibus diligentissime restituit. Ne quid ex ea haereditate. Iocatur Valerius cum dicat ut omnia consequeretur ex ea haereditate quam non erat habiturus. In locellum: in loculum ac si diceret in crumenam diminutiuum a loco loculus: inde locellus. Iuue. neq; enim loculis comitantibus itur ad casum tabulae posita: sed luditur arca. Plenum contumeliae: ludibrium: nihil aliud fuit illi annulos tradere: nisi eum ludificare & afficere contumelia. Exhaeres: haereditatis expers. Quid hoc loco inhonestius: Damnat more suo Valerius huius nominis ludificationem cum dicat Popilius qui pauloante curiam reliquerat in supremo suae uitae die iura amicitiae scurrili obscoenitate polluere nō dubitauit cū intelligeret se paulopost uitae fructibus cariturum. Inhonestius: turpius propter ingratitudinē quā plane moriēs declarauit. Intēpestiuius magis ꝑter tp̄s: nam tem

Marcus uero Popilius senatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte aetate familiarissimū sibi moriens pro uetusto iure amicitiae & uultu benigno respexit & uerbis magnum prae se amorem ferentibus prosecutus est: unum etiam de multis q assidebant ultimo complexu & osculo dignum iudicauit: superq; annulos quoq; suos ei tradidit: uidelicet ne qd ex ea haereditate quam nō erat aditurus amitteret. Quos oppius uir diligens sed morientis amici plenum contumeliae ludibrium in locellum depositos & a praesentibus assignatos diligentissime haeredibus illius exhaeres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius: aut quid intempestiuius? Senator populi Romani curia egressus: homo uitae fructibus continuo cariturus sanctissima iura familiaritatis morte pressis oculis & spiritu supremos anhelitus reddente: scurrili lusu sugillanda sibi desumpsit.

¶ Marcus uero Popilius sup.uir: ordinis senatorii moriens & i. simul respexit uultu benigno: & prosecutus est.i. affatus uerbis p̄se ferentibus .i. indicantibus magnum amorem: Oppium Gallum familiarissimum sibi ab ineuntae aetate idest a primordiis uitae: respexit dico sic: pro uetusto iu

re amicitiae etiam iudicauit unū.i.solū Oppidum dignum ultimo cōplexu & osculo de multis qui assidebant.s.morienti. Superq3 .i. insuper tradidit quoq3 ei annulos suos: uidelicet ne amitteret quid.i.aliquid ex ea haereditate quā non erat aditurus: qa in annulis erāt signeta ut dicunt: & ita oia obsignabant illis quibus traditi essent. Quos.s.annulos Oppius uir diligens: sed Ludibriu amici morientis plenū contumeliae reddit haeredibus pos illud quo mortis instantis terrore pertur bari debuerat lusus non appetebat. Scurrili lusu ioculario lusu obscoena ludificatione turpiloquio a scurra dictus est. nam scurra dicitur quasi sequens curiā uidelicet meretricē. illius.i.quos ille haeredes instituerat: existens ipse exhaeres.i.expers haereditatis (Quo loco nō uere dicatur exhaeredatus cū nunq̄ fuerit haeres nisi sola spe) reddidit dico depositos in locellum.i.sacculū: galli bursam uocant & assignatos diligentissime a praesentibus.s.testibus: ne arguatur non reddidisse. Quid inhonestius aut quid intempestiuius.i.minus suo tēpore factum hoc loco.i.exemplo huius loci.q.d.nihil. Quia Senator populi Romani.s.popilius egressus.s.paulo ante curiae & homo cariturus.i.talis qui carere debebat: continuo fructibus.i.dulcedine & usu uitae (Sunt qui legant fluctibus & respiciant ad incertitudinē praesentis uitae: sed quia uerbū careo de re amata fere dicitur: & plus facit ad sniam q̄ iā cariturus erat fructibus.i.usu uitae: & ita debebat ea bene uti: cū amplius nō sit illi tēps futurū: quocirca etiā recte nihil intempestiuius dixit q̄ in articulo mortis scurrili lusui uacare: legā libentius neq3 tū solus: fructibus) oculis sup.eius pressis.i.oppressis & grauatis morte: & spiritu.i.anima reddente supremos anhelitus: desumpsit.i.ex propria petulantia & malitia animi sumpsit sibi sanctissima iura familiaritatis sugillanda.i.ad irrisionē deformanda: lusu scurrili.i. scurra nō senatore digno.

Valerii maximi liber octauus:

Infames rei quibus de causis aut damnati: aut absoluti sunt. Cap.I.

Nunc quoq3 ut aequiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur: recordemur in inuidia laborantes quibus de causis aut absoluti sunt aut damnati.

¶Nunc quoq3 &c. Quasi continuato orationis filo a damnatis & excussis praeter spem: haereditate: transit ad absolutos ac damnatos praeter spē conciliens in praefatione sibi beniuolentiam auditoris ex lectionis commoditate ac dicens. Nunc quoq3 recordemur quibus de causis laborantes in inuidia sunt aut absoluti aut damnati: ut motus ancipites idest dubii euentus iudiciorum tollerentur scilicet a nobis aut a lectoribus sic admonitis: animo aequiore q̄ si non sint aliorum exemplis quodāmodo confirmati.

De Marco Horatio. Ca.DCCLXXXI.

Marcus Horatius interfectae sororis crimine a Tullo rege damnatus ad populum prouocato iudicio absolutus est: quorum alterum atrocitas necis mouit: alterum causa flexit: quia immaturū uirginis amorem seuere magisq̄ impie punitum existimabat. Itaq3 forti punitione liberata fratris dextera tantum cōsanguineo q̄ū hostili cruore gloriae haurire potuit. Acrem se tunc pudicitiae custodem: populus Romanus: postea plus iusto placidum iudicem praestitit.

¶Marcus Horatius qui Curiatios interemerat damnatus a. Tullo rege crimine sororis interfectae: eo q̄ casum sponsi sui iniquius ferret: absolutus est.s.intercessione paterna: & hoc iudico prouocato ad populum. Quorum alterum.s.regem atrocitas necis.s.sororis mouit.s.ad damnandum eum: & causa flexit alterum idest populum absoluentem eum: quia populus existimabat amorem uirginis immaturum: quia in sponsum nondum maritū: punitum magis seuere q̄ impie. Itaq3.i.& ita: dextera fratris liberata idest fratre ipso liberato forti punitione: hoc est tali quam meruerat: potuit haurire tantum gloriae: sup.ex cruore consanguineo quantum ex cruore hostili: quia non minus gloriosum fuit ob uirtutem a tali cri

Incipit Liber Octauus.

¶Infames rei quibus de causis aut damnati aut absoluti sunt. Ca.I.

Nunc quoq3 ut aequiore aio Octauus liber qui militiarum & uanarū rerum exempla continet memoratu digna. primum autem eorū est qui infames uel absoluti uel dānati fuerūt: & quibus ex causis id factū sit praeter oium opinionem hoc aūt ideo facit ut inuidia laborātes si dānati fuerint memores id aliis quoq3 contigisse dānationem suā aequiori aio ferant. Ancipites motus: Dubios euētus: nā semper incertus & dubius ē euentus litis & belli. Inuidia laborantes q aliis inuisi sunt & odio habent.

Marcus Horatius: Haec historia in ca. de seueritate dicta est. constat āt Horatiū a duūuiris lege perduellionis dānatū: & auctore Tullo rege benigno legis interpraete facta prouocatione ad populū ab eo fuisse absolutū: sed est historia tota repetenda. Ad populum prouo.su. Quia lex erat horrendi criminis duumuiri perduellionem iudicent: si a duumuiris prouocarit prouocatione certato si uincent caput obnubito infodici arbori reste suspēdito uerberato uel intra pomerium uel extra pomerium hac igitur lege damnatus Horatius prouocauit ad populum moti homines in eo iudicio maxime publio Horatio patre proclamante se filiam iure caesam iudicare atq3 ipso filio parem animum in omni periculo gerente absoluerunt & misericordia patris cōmoti sed magis admiratione uirtutis q̄ iure causae. Forti punitione: quam meruerat ex caede sororis. Tantum consanguineo. Non minus gloriae ex caede sororis q̄ ex curiatiorum uictoria consequi potuit. ¶Acrem se tunc pudicitiae custodem. In absoluendo inquit Horatio populus quanti facienda esset pudicitia declarauit: sed in galbae iudicio quod sequitur mitem se iudicem plus aequo praebuisse uidet. Pudicitiae custodem: quia iure caesam Horatiā iudicauit: quae ipudica uideri poterat: cu3

immaturũ sponsi amorem tantopere lugeret ut fratrum & patriae obliuisceretur. Plus iu sto.s.in iudicio Galbae.

CVm a Libõe tribunoplaeb. Sergius Galba praetor in Hispania summa perfidia usus est in Lusitanos: nam triũ ciuitatũ quas oppugnabat: conuacato populo tanq̃ de cõmodis eius acturus octo milia in qbus flos iuuentutis consistebat electa & armis exuta partim trucidauit partiq; uendidit: quum illis publicã fidem dedisset: qua fraeti uenerant in eius potestatẽ: nã Lusitani Sertorianas partes secuti fuerant: aduersus quos missus fuit hic Sergius Galba: qui uiolata publica fide maximã barbarorũ cladem magnitudine criminis superauit reus igitur factus a Libõe tribunoplaebis die dicta uenit in iudiciũ: ubi quũ a tribuno perfidia dãnaretur: eiusq; dãnationẽ Cato quũ nonagenarius esset uehementi oratiõe iuuaret: reũ se manifeste cõfessus est: nihil enĩ ꝓ se recusans: quippe supplicio se dignum iudicans o.nissa sui cã paruulos eius filios & nepotem multis cũ lachrymis populo cõmendabat: quae res adeo cõmouit omnes: ut ꝑter opinionẽ absolueretur: qui omniũ cõsensu periturus esse uidebatur. De hoc Galba Quintilianus de institutione oratoria lib.ii. Sergium inquit Galbã miseratiõe sola qua non suos modo liberos paruulos in concionem perduxerat: sed Gali etiam Sulpitii filium suis ipse manibus circũtulerat elapsum esse cum aliorum monumentis: tum Catõis oratione testatum Cic.li.i. de oratore. Idem Qu. Sergium Galbã quẽ hominẽ ꝓbe meminisse se aiebat: pergrauiter reprachendere solebat q̃ is L. Scribonio quaestionem i cũ fere ite populi misericordiam concitasset: cũ M. cato Galbae grauissimus atq; acerb9 inimicus aspere apud populum Romanum uehementer esset locutus: quam orationem in originibus suis exposuit. Reprachendebat igitur Galbã Rutilius: q̃ is. C. Sulpitii Galli propinqui sui. Qui pupillum filium ipse pene in humeros suos extulisset: qui patris clarissimi: & recordatione: & memoria fletum populo moueret: & duos filios suos paruos tutelae populi cõmendasset: ac se tã q̃ in promptu testamentum faceret sine libra atq; tabulis populum Ro. tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaq; cum inuidia & odio populi cum galba praemeretur hisq; cum tragoediis liberatum ferebat. Quod item apud Catonem scriptum esse uideo nisi pueris & lachrymis usus esset poenas eum daturum fuisse. Haec Rutilius ualde uituperabat: & huic humilitati dicebat: uel exilium fuisse: uel mortem anteponendam. Lusitania pars est Hispaniae quae nunc ut quidã uolunt Portusgalliae dicitur. In origine retulit in libro qui inscribitur de originibus. Mitigata concione: mitigato populo: nam tria significat: populum orationem & locum. Illam quaestionem: inquisitionẽ & causã texit misericordia nõ aeq̃tas.

mine absolutum euasisse: q̃ hostes prostrauisse. Faciens autẽ parasceuen ad sequẽs exẽplũ addit. Populus romanus ꝓstitit. i. exhibuit tunc se custodẽ pudicitiae acrẽ: q̃a uirginẽ iuste caesam censuit: eo q̃ imature sponsum impatientius amasset: & sup. praestitit. se postea iudicem placidum plus iusto idest q̃ iustum fuit.

## De Sergio Galba. Ca. DCCLXXXII.

CVm a Libone tribunoplaebis Sergius Galba pro rostris uehementer increparetur: q̃ Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor in Hispania interemisset: actioniq; tribunitiae. M. Cato ultimę senectutis oratione sua quam in origione retulit subscriberet: reus pro se iam nihil recusans paruulos liberos suos & galli sanguine coniunctum filium flens commendare coepit: eoq; facto mitigata concione qui omnium consensu periturus erat pene nullum triste suffragium habuit. Misericordia ergo illam quaestionẽ non aequitas texit: quoniam quę innocentiae tribui nequiuerat absolutio respectui piorum puerorum data est.

¶ Cũ Sergius Galba increparet̃ uehementer a Libone tribunoplaebis ꝓ rostris. i. ante rostra unde ad populũ sermo fieri solebat: q̃ ipse Galba ꝑtor. cũ esset ꝑtor in hispania interemisset magnã manũ. i. multitudinẽ bellicam: Lusitanorũ fide interposita. i. quos in deditionẽ receperat: data fide de salute eorũ: & Marcus Cato ultimae senectutis subscriberet. i. astipularetur & assensum ꝑberet actioni tribunitiae. i. ipsius tribuni in Galbã: oratione sua: quã retulit. i. scriptũ reliquit in origine. i. in opere qd̃ scripsit de origie rerũ Italicarũ: reus. s. Galba iã nihil. i. nullũ genus supplicii recusans pro se: flens coepit cõmendare. s. populo paruulos suos: & filium Galli. s. Sulpitii: coniunctum. s. sibi sanguine: quia nepotem suum: & concione mitigata eo facto. i. tanta humiliatiõe Galbe. s. Galba: qui periturus erat consensu omnium: nullum. i. non ullum: non habuit pene ullum suffragiũ i. uotum populi: triste. i. faciens contra se. Ergo misericordia non aequitas texit illam quaestionem. i. actionem per inquisitionem quoniam absolutio quae nequiuerat tribui innocentiae data est respectui piorum puerorum. Inique tamen data uidetur. Nam misericorditer agendo cum pueris: impie actum est cum lusitanis tam impie trucidatis: praesertim cum liberos eius alia uia iuuare poterant.

COnsentaneum quod sequitur. Aulus Gabinius: in maximo ardore infamiae fuit: corrupto uidelicet exercitu uel uerius uendito: Ariobarzãi quo Ptolemaeum reduxerat in regnũ ut supra dictũ est: sed potius pecuniarũ repetundarum hoc loco: de maiestate cuius cũ Lẽtulus Flaminii filius postulauerat absolutus est: ut ait Cicero ad Atticum: & paulo post est omni

## De. A. gabinio. Ca. DCCLXXXIII.

COnsentaneum quod sequitur. A. Gabinius in maximo infamiae suae ardore suffragiis populi. C. memmio accusatore subiectus abruptae esse spei uidebatur: quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat & defensionis praesidia inualida

fide nitebantur:& qui iudicabant ira præcipiti pœnam hominis cupide expectabant.Igitur lictor carcer & supplicium ante oculos obseruabantur:cum interim omnia ista propiciæ fortunę interuentu depulsa sunt:filius nam q; gabinii Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmii supplex prostrauit inde aliquod fomentum procellæ petens unde totus impetus tempestatis eruperat. Quem truci uultu a se uictor insolens repulsum excussoq; ex manu annulo humi iacere aliquandiu passus est: quod spectaculum fecit ut Lælius tribunus plebis approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet.ac documẽtum daretur:neq; secundarum rerum prouentu insolenter abuti:neq; aduersis propere debilitari oportere.Idq; proximo exemplo æque patet.

¶ Consentaneum:idest conforme superiori est quod sequitur.Aulus gabinius subiectus suffragiis.i.uocibus ad libitũ dandis.populi.s.Romani in maximo ardore infamiæ suæ.i.cũ ad infamiã eius ardẽtissime pcederet: Caio Mẽmio accusatore:uidebatur esse spei abruptæ.i.destitutæ:quoniã & accusatio exhibebat plene partes suas.i.debitũ suũ.& præsidia defensionis:nitebant.i.fulciebãtur fide inualida:& sup.ii qui iudicabant expectabant cupide pœnam.i.punitionẽ hominis.s.de quo loqmur:hoc ẽ Gabinii:ira pcipiti.i.uehementi & subito agens.Igit lictor.i.minister publicus:& carcer & suppliciũ:obuersabãtur.i.occurrebant ante oculos.s.Gabinii:cũ interim oia ista.s.lictor:carcer:suppliciũ (quod quidã non habẽt: sed qa de tribus dicimus omne:habendũ puto) depulsa sint interuentu fortunæ propitiæ.Filius nãq; Gabinii Sisenna.s.noie:impulsu consternationis.i.ex ipetu mẽtis consternatæ de patris periculo:prostrauit se ad pedes Mẽmii.s.accusatoris supplex.i.se ad genua eius plicans:petens aliquod fomentum.i.sustentamentum procellæ.i.contra turbationem illam (Cum fomentũ sit quo res fouetur:& non uidetur uelle procellaz fouere:obscura cẽsetur locutio:nam aptius quadraret sopimentum aut refocillamentum aut sedamentum procellæ:nisi sit fomentum.i.sustentamentum salutis paternæ:procellæ.i.contra procellam) petens dico inde.i.ab eo uidelicet Mẽmio:unde totus impetus tempestatis.i.uexationis paternæ eruperat:quẽ s.filium uictor insolens.i.imoderate uictoriam suam ferens Mẽmius passus est repulsum a se uultu truci.i.truculẽto iacere humi aliquãdiu:& hoc annulo excusso ex manu (dubium est an ex manu uictoris:dum sic filium repelleret:an ex manu filii:sed quia addidit statim post repulsum uidetur de filii annulo loqui:cum tamen uero similius sit accusatorẽ q̃ supplicem annulis ornatum:unde Iuuenalis ostendit etiam conductis annulis ut pluris agerent sua tempestate egisse dicens.conducta paulus agebat Sardonyce &c.quocirca malim de accusatoris annulo intelligere) Quod spectaculum.s.tam miserabile:fecit ut Lælius tribunus pl.iuberet Gabinium dimitti .i. absolui:cunctis.s.Romanis qui aderant approbantibus.s. iussa Lælii:ac sup.fecit:ut sup.exemplum daretur neq; oportere.i.decere.s. quẽ q̃ abuti insolenter.i.superbe prouentu rerum secundarum :neq; debilitari propere idest festinanter aduersis sup.rebus.Idq;:& id:patet æque idest æqualiter exemplo proximo.

no graui fama hoc iudiciũ ut uideatur reliqs iudiciis periturus:reliqs iudicius dixit uidelicet de ambitu cuius cũ Publiũ Sylla reum fecit in petitiõe cõsulatus & reperẽdarũ de qbus nõdũ postulatus erat:hoc in prætura Syriæ factũ itelligamus.Nã de Syriis ẽ senatus datus frequens :ut idẽ Cice.aut frequentes quasi Syriaci publicani uehemẽter uexatus Gabinius exagitaretur tñ a Domitio publicani:q cũ essent cũ equis psecuti. De Gabinio idẽ Cicero ita senlit in senatu quũ de prouinciis cõsu.diceret Syriã ipse consu. ut Piso Macedoniam occuparat in qua eius interfuit huiusmodi ut rex Ariobarzanes ipsum ad cædẽ faciendam conduceret aduẽiens in Syriam equitatum amitteret: cohortes postea conductæ sunt publicanos p rope in seruitutem iudæis & Syriis traderet:nam ius publicanis non dixit:pactiones sine iniuria factas rescidit:custodias sustulit : uectigales multos ac stipendiarios liberauit :quo in oppido ipse esset:aut quo ueniret publicanũ aut publicani seruum esse uetuit Gabinius in Syria diutius est Semiramis illa retinẽda inquit cuius inter prouinciã eiusmodi: ut rex Ariobarzanes consulem nostrum ad cædem faciendã tanq̃ aliquem Thracẽ conduceret:deinde aductus in Syriam primum equitatus habuit interitũ:postea confecissæ sunt optimæ cohortes.Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud uidelicet actum ẽ nisi pactiones pecuniarum cum tyrãnis decisiones:direptiones:latrocinia:cædes.cũ palam po.ro.imperator instructo exercitu dexterã tendens non ad laudem milites hortaretur: sed omnia sibi empta & emenda esse clamaret infamiæ ardore.Magna illi infamia orta est:q prouinciam syriã expilasset.unde Ci. An in syria inquit diutius est Semiramis illa retinenda.Abruptæ spei fractæ & debilitatæ spei:neq; enim spes ulla sibi subesse uidebatur.Inualida fide infirma fide:quia nulla fides eius defensoribus dabatur : iudices præterea uehementer irati cupiebant eius damnationem.Cõsternationis ipulsu. Quia ubi uidit patrem damnatum iri sic mente cõsternatus est:ut amens propemodum uideretur.Aliquod fomentum procellæ.Translatio sumpta a tempestate : unde totus impetus.Quia ipse actionem istam susceperat . Gabinii uitam in discrimen adduxerat. Eruperat:quasi cum impetu exierat.Et documẽtum daretur.Exemplum inquit statuit Lælius nequis se nimium secundis extollat:ne ue aduersis deprimat : nam ut inquit Seneca nemo confidat nimium secũdis:nemo desperet meliora lapsis.

## De Apio Claudio.Cap.DCCLXXXIIII.

APius Claudius nescio religionis maior an patriæ iniuria:siqdẽ illius uetustissimũ morẽ neglexit:huius pulcherrimã classem amisit;ifesto

¶ APpius Claudius.Liui.Claudius pulcher cõsul ingt:qui contra auspicia psectus iussit imergi pullos qui cibari nolebant: infeliciter aduersus Cartha

Valerius maximus.

gitanis es classe pugnauit: & reuocatus a senatu iussusq3 dictatorē dicere. C. Glauciā: dixit sordis ultimæ hominē qui coactus abdicare se magistratu postea ludos prætextatus spectauit. Suetoni9 i uita Tiberii Claudii. Claudius inquit pulcher apud Siciliā nō pascentibus nō auspicato pullis ac per cōtēptum religionis mari demersis quasi ut biberent quādo esse nollēt plīū nauale initt: superatusq3 cū dictatorē dicere a senatu iuberet: uelut iterū illudēs discrimini publico Glauciā uiatorē suū dixit. Ualerius aliter sentire uidetur: nō ab hoste superatam fuisse classem Claudio iperatore: sed ꝓpter cōtemptaz religionē spretis. s. auspiciis: tēpestate amissaz: itaq3 quū ei dies dicta eēt ad populū qui religionem cū maxima populi Romani clade spreuisset: & in eo eēt ut dānaretur: subita e coelo demissa tēpestas dānationē illā excussit: & Appiū liberauit. Maior an iniuria religiōis q̄ ꝯtra omina nauigauit. Uetustissimū morē. Maiores eni (ut supra dictū est) nihil gerebant: nisi prius captatis auspiciis. Obiectus. ordo est. Apius Claudius i festo populo obiectus nescio maiore iniuria religionis an patriæ. Tutus fuit: Imber enim diuersuz egit populū: ita ut a dānatione illa amoueretur. Diis iterpellantibus diis prohibētibus.

Eodem auxilii gñe. Tutia Uestalis uirgo falso crimie icesti suspecta eodē auxilii genere emersit: quo superius Appius. Nā cū suæ sinceritatis conscia foret nouo auxilii genere salutē suā tutata ē: sūpto eni cribro deā Uestā ꝓpalā precata ē: ut sibi liceret haurire ex Tyberi aquam: & eandē ad sacros ignes ꝓferre si sibi pudicitia cōstaret: quod ēt factū est: Nā ut inqt Vicētinus poeta: Tutia casta fuit sed nō ē credita: nāq3 Hoc simul accēsit palmas ad sydera tollēs Dixit diua audi iā tibi casta negor. Si rea suz populo me nūc spectāte ministra: Signa ꝗbus noscar si tibi casta fui. Dixit & arrepto Tyberino in littore cribro. Ipsa manu purā fluminis hausit aquā. Quā simul immotā nullo ne foramine lapsam. Pertulit ad sanctos uirginitate focos &c. q̄ sequuntur. Temere sine rōne q̄a nulla erat ratio uel cā cur aqua p rimas cribri nō flueret. Ipsa rerū natura Aquæ natura liquida est: & p tenuissimas rimas defluens: quod in uoto Tutiæ minime factum est.

populo obiectus cum effugere debitam pœnam nullo modo posse crederetur: subito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione. discussa enim quæstione aliā uelut diis interpellantibus de integro instaurari non placuit. Itaq3 cui maritima tempestas causę dictionem contraxerat: cælestis salutem attulit.

Appius Claudius nescio an sup. existens maior iniuria religionis an patriæ: siquidē ipse neglexit uetustissimū morē: illius. s. religionis (q̄ erat i auspiciis captandis & ominibus obseruandis & id genus miseris superstitionibus: ipse autē cōtra omina nauigauerat) & amisit pulcherrimam classem huius. s. reip. obiectus. s. ab accusatore populo infesto: cū crederetur nullo modo effugere pœnā debitam fuit tutus. i. protectus a dānatione: beneficio imbris coorti subito. i. ex improuiso. Enim pro quia: q̄stione. i. disceptatione de causa eius: discussa. i. interrupta semel: non placuit. s. populo: aliā sup. q̄stionem instaurari. i. instar prioris fieri de integro: uelut diis interpellantibus id est perinde acsi dii iterpellassent & impediuissent eius causæ p orationem. Itaq3 cui. s. Appio tempestas maritima. i. in mari orta: contraxerat dictionē causæ. i. necessitatē purgandi se in iudicio. Et sup. tempestas cœlestis. i. aerea: hoc est imber de celo ortus attulit salutem idest euasionē damnationis.

De Tutia uirgine Uestali.
Capitu. DCCLXXXV.

Eodem auxilii genere Tutiæ uirginis Uestalis incesti criminis reæ: castitas infamiæ nube obscurata emersit: Quæ conscia certæ sinceritatis suæ spem salutis ancipiti argumento petere ausa est: arrepto enim cribro Uesta inquit. si sacris tuis castas semper admoui manus: effice ut hoc hauriā ex Tyberi aquam: & in ædem tuam perferam. Audacter & temere iactatis uotis sacerdoti rerum ipsa natura cessit.

Eodē &c. Castitas Tutiæ uirginis Uestalis reæ. i. accusatæ criminis incesti obscurata nube infamiæ: emersit. s. de ꝓfundo malorū eodē genere auxilii. s. cælestis: nō tñ p pluuiā: sed p aquā Tyberinam. Quæ. s. Tutia cōscia certæ sinceritatis. i. integritatis suæ: aut sinceritatis. i. puritatis (unde notū est cōsciū ēt de bono dici: ut & mens sibi cōscia recti) ausa ē petere spē salutis argumento. i. approbatiōe ancipiti. i. dubii euētus (sed mirabilis fidei: ut merito erubescamus q tā modicæ fidei sæpe inuenimur. Uerū q̄stio oriri posset qua ui sequēs miraculū cōtigerit: an diuina q̄ castitatis amatrix: ēt gētili mercedē castæ uitæ repēdere uoluerit: an diabolica id ob alia aut aliorꝫ peccata potēte: ut insolita supstitione diutius detineret. Nā potuit uis illa occulta aquā intra cribrū imotā cōtinere: q̄ nouit semen uirile ad generationē trāsferre) Enim p qa: cribo. i. instrumento illo crebris foraminibus puio: arrepto. s. in manus: inquit o Uesta si ego admoui semper sacris tuis manus castas: effice ut hauriam hoc. s. cribro aquā ex Tyberi qui romam ꝑterlabitur fluuius: & ꝑferā in ædē. i. phanū tuū. Uotis iactatis. i. iactanter emissis audacter & temere: ipsa natura rerūz quæ fecit aquam liquidam: cessit sacerdoti: quia ad uota illius aqua in cribro mansit.

Item Lucius Piso. Lucius Piso accusatus iniuriarū contra socios Macedoniam Pisō consul occupauerat in qua: ita se gessit: ut exercitum amitte-

De Lucio Pisone. Ca. DCCLXXXVI.

Itē. L. Piso a. L. Claudio pulchro accusatus q graues & itolerabiles iniurias sociis intulisset:

haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio uitauit:nãq; per ipsum tempus quo tristes de eo sententiæ ferebãtur: repentina uis nimbi incidit:cũq; prostratus humi pedes iudicum oscularetur:os suum cœno repleuit:quod conspectum totam quæstionem a seueritate ad clæmentiam & mansuetudinem transtulit:quia satis eum iam graues pœnas sociis dedisse arbitrati sunt:huc deductũ necessitatis ut abiicere se tã suppliciter aut attollere tã deformiter cogeretur. Subnectam duos accusatorũ suorum culpa absolutos.

ret:barbari infesta omnia redderent :ac eos sibi ingentem pecuniam pendere cogeret. Vectigal ac portorium Dirachinorum in quæstum suum uerteret:bizantiorum urbem hostilem in modum uexaret:nobilissimas etiã uirgines phama erat se in puteos abiecisse: & morte uoluntaria necessariam turpitudinem depulisse. Dubiæ ruinæ metum. Timebat enim quorsum tenderet populi iudiciũ. Nimbi: Nimbus dicitũ uentus pluuialis. Totam quæstionem.i.inquisitionem. Alii legũt concioẽm. Huc deductum necessitatis id est ad hanc necessitatem coactum. Abiicere se tam suppliciter Vt humi prostratus iudicũ pedes oscularetur.

ASCEN.

¶ Item Lucius Piso accusatus a Lucio claudio Pulchro q; intulisset sociis scilicet Romani imperii intolerabiles iniurias uitauit auxilio fortuito.i.a casu orto:metum ruinæ haud dubiæ.i.certæ. Namq; repentina uis nimbi.i.imbris incidit scilicet in populum stantem pro rostris per ipsum tempus quo tristes sententiæ ferebantur de eo:cũq; ipse prostratus humi oscularetur pedes iudicum:ipse repleuit os suum cœno:quod.s.factum eius aut cœnum in ore conspectum.s.a populo. transtulit.i.transmutauit totam quæstionem.i.inquisitionem eius a seueritate ad clæmentiam & mansuetudinem: quia arbitrati sunt scilicet qui id uiderant:eum dedisse iam sociis satis graues pœnas:deductum huc necessitatis.i. ad hanc necessitatem:ut cogeretur abiicere se tam suppliciter.s.ad pedes iudicum:aut attollere tã deformiter.s.deformata facie cœno. Subnectam.s.superioribus casu absolutis duos absolutos culpa accusatorum suorum.

## De Quito Flauio Cap.DCCLXXXVII.

Quintus flauius.a.G. Valerio ædile apud populum reus actus cum quattuordecim tribuũ suffragiis damnatus esset proclamauit inocẽtem se opprimi:cui Valerius æque clara uoce respõdit nihil sua interesse nocens ne an in innoxius periret dũ modo periret. qua uiolentia dicti reliquas tribus aduersario donauit: Abiecerat inimicum. eundem dum pro certo pessundatum credidit erexit:uictoriamq; in ipsa uictoria perdidit.

¶ Quintus flauius actus reus.i.accusatus a.G.Valerio ædile apud populum:cum esset damnatus suffragiis quattuordecim tribuum. ex triginta quinq;:proclamauit se opprimi innocentem:Cui Valerius respõdit uoce æque clara:nihil interesse sua:ne pro an periret nocens an innoxius dũ modo periret qua uiolentia dicti ipse donauit aduersario.i.ad defensionẽ eius:reliquas scilicet.xxi.tribus. Valerius sup. abiecerat.i.uicerat iam inimicum:& erexit eundem dum credidit pro certo pessundatum & perdidit uictoriam in ipsa uictoria idest insolenter loquendo ob iam fere partam uictoriam.

## De Caio Cosconio Cap.DCCLXXXVIII.

Caium etiam Cosconium seruilia lege reum propter plurima & euidentissima facinora sine ulla dubitatione nocentem: Valerii Valentini accusatoris eius recitatum i iudicio carmẽ quo puerum prætextatum & ingenuam uirginem a se corruptã poetico ioco significauerat contexit. Siquidem iudices inpiquum rati sunt eum uictorem dimittere qui palmam

Quintus flauius. Quintus flaui. reus actus. hunc fimbriam fuisse coniicimus quem sæuissimum legimus q; fuerit cinnæ satellitem:qui post ea Valerio flacco consule:legatus in asiam profectus per simulationẽ dimissus corrupto exercitu: Ducem interficiẽdum curauit. Ipse correptus fascibus prouinciam ingressus mitridatem pergamo expulit. Ilion ubi tardius portæ aperiebantur incendi iussit:& populo uisceratio a marco flauio data i funere matris erãt qui per speciem honorandæ parentis meritam mercedem populo solutam interpretarẽtur q; cum die dicta ab ædilibus crimie stupratæ matrisfamilias absoluisset. Tam nocens q̃ innocens dicitur:cuius res agit. Abiecerat: Dicit quomodo absolutus est flauius accusatoris culpa. Reliq̃s tribus: quæ una & uiginti restabant. Perdidit: Quia tanta dicti uiolentia reliquas tribus in sui odium attraxit.

Caium etiam Cosconium: lex seruilia repetundarum: Nam apud Asconiũ pedianum sic legimus. Quintus seruilius Cepio cum iudicia penes equestrẽ ordinẽ essent ut publio Rutilio damnato: nemo esset tam innocens quin illam timeret. Quintus seruilius cepio scaurum ob asiaticæ legationis inuidiam & aduersus legẽ pecuniarum reum fecit repetundarum lege quã tulit seruilius. Ne quis.s.legatus pecuniã acciperet sicut scaurus acceperat & hunc cosconium accepisse intelligimus. Puerum prætextatum. puerum nobilem : nam prætexta nobiles utebantur quam teste Macro. prim9 T. hostilius rex romanorum tertius debellatis hetruscis ut romæ haberetur instituit: sed prætextam illo sæculo puerilis non usurpabat ætas. At postea. Tar. demarati exulis fi

lius priscus rex quintus a romulo de sabinis triumphans filium suum annos quattuordecim natum qp in bello hostem manu percusserat pro concióe laudauit: & prætexta donauit hinc deductus mos ut prætexta i usū puerorum nobilium usurparetur: est autem prætexta toga cui purpura prætexitur: Poetico ioco: More poetarum uersibus ludētiū. De se dare: quia etiam aduersarium flagitiis superabat: In sua causa: Nam nunq̄ absolutus fuisset cosconius nisi obscœnitas accusatoris iudices perturbasset.

non ex alio ferre sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconii absolutione damnatus q̄ Cosconius in causa sua liberatus est.

¶ Caium &c. Ordo incipiendus est ab obliquo propter relatiuum eius sic. Caium etiam Cosconium reum lege seruilia. i. repetundarum nocentem propter facinora. i. facta iniqua: plurima & euidentissima: sine ulla dubitatione: carmen. s. lubricum Valerii Valentini accusatoris eius recitatum in iudicio quo. s. carmine Valentinus significauerat ioco poetico quia poetæ sæpe lasciue ludunt dum caste uiuunt unde Catullus. Nam castū esse decet poetam Ipsum Versiculos nihil necesse &c. Puerum prætextatum i. ingenuum & nobilem: & uirginem ingenuam corruptam a se contexit. i. protexit. Si non esset eius ordo esset carmē Valerii &c. contexit Caium Cosc. &c. Siquidem iudices rati sunt iniquum sup. esse dimittere eum. s. Valerium Valentē uictorem. s. in lite: qui merebatur non ferre palmam. i. uictoriam ex alio: sed dare sup. aliū de se. Ergo Valerius. s. accusator est magis damnatus in absolutione Cosconii q̄ Cosconius liberatus est in causa sua. Non. n. propter innocentiam suam: sed propter accusatoris turpitudinis suæ confessionem absolutus est.

Attigam Dicturus Valerius de his qui cum nocentes essent absoluti sunt gratia maiorum suorum ab aulo attilio calatino sumpsit exordium qui cū foræ oppido præesset bello punico quo tempore hannibal italiam uastauit & illius oppidi ciues ad hannibalem defecissent: Suspitio fuit id calatini consilio factum. In iudicium itaq; calatinus rapitur nec dubiū erat quin ab infesto populo damnaretur nisi pauca Qu. fabii maximi uerba iudicialem illum impetum genero propulsassent De hoc autem attilio superius diximus in. c. de iure triūphandi. Direpturum abrupturum affinitatē per diuortium. n. filiam suam ei dempsisset. Exploratam sententiam: quia propter euidens crimen fuit pene certa sententia. Difficillimis reipublicæ temporibus propter ingētes romanorū clades. Bene se credidisse optime se cōmisisse. hic. n. fabius ē de quo ennius unus: qui nobis cunctando restituit rē: qui trahendo bellum & exercitum ro. seruauit & uires hannibalis debilitauit.

## De. A. Attilio Calatino. Cap. DCCLXXXIX.

Attingam eos quoq; quorū salus propriis obruta criminibus proximorum claritati donata est, A. Attilium calatinum foranorum oppidi proditione reum admodum infamem imminentis damnationis periculo. Q. maximi soceri pauca uerba subtraxerunt: quibus affirmauit si eo crimine fontem illum ipse comperisset direpturum se fuisse affinitatem: cōtinuo enim populus pene iam exploratam sententiam suam unius iudicio concessit: indignum ratus eius testimonio non credere. cui difficillimis reip. temporibus bene se exercitus credidisse meminerat.

¶ Attingam (Nouam speciem absolutorum aggreditur unde paucis cōtinuationem præmittit) quoq; i. etiam eos quorū salus obruta. i. immersa propriis criminibus: est donata. i. remissa claritati. i. ob claritatem proximorum. s. sanguine aut affinitate. Pauca uerba Quinti Maximi soceri. i. patris uxoris Attilii calatini: subtraxerunt periculo damnationis imminentis Aulum Attilium Calatinum reum proditione oppidi foranorum infamem admodum idest ualde: aut usq; admodum. i. mensuram quæ satis sit ad eius condemnationem. Quibus sup. uerbis Quintus Maximus affirmauit si ipse inuenisset illum. s. Calatinum fontem. i. culpabilem eo crimine. s. proditionis se fuisse direpturum. i. dissipaturum aut diremp͞turum. i. separaturum affinitatem. s. contractam cum reo. Enim pro quia populus concessit continuo sententiam suam iam pene exploratam. i. certam & compertam iudicio unius. s. uiri: ratus indignum sup. esse: non credere testimonio eius cui exercitus meminerat credidisse. i. protegendum cōmisisse se bene idest tute temporibus reip. difficillimis.

Marcus quoq; æmilius scaurus Repetundarum reus. Ma. Scau. marci scauri filius quin princeps senatus fuit uitricum habuit sylIam quo uictore & munifico i socios uictoriæ ita abstinens fuit ut nihil donari sibi uoluerit: neq; sub hasta emerit ædilitatem summa magnificentia gessit. Adeo ut in eius impēsa opes suas absumpserit: magnumq; æs alienū cōtraxerit. Ex pretura prouinciam sardiniam obtinuit in q̄ nec satis continenter se gessisse existimatus est & ualde arroganter qp genus morum in eo paternum uidebatur. Cum cætera indu

## De Marco Aemilio Scauro Cap. DCCXC.

Marcus quoq; Aemilius scaurus repetūdarum reus adeo perditam & comploratam defensionem in iudicium attulit ut cum accusator diceret lege sibi centum atq; xx. hominibus nunciare testimonium licere seq; non recusare quo minus absoluere/tur: si totidem nominasset: quibus in prouincia nihil abstulisset: Tam bona conditione uti non potuerit tamen

propter uetustissimam nobilitatem & recentem memoriam patris absolutus est:sed quemadmodum splendor amplissimorum uirorum in protegendis reis plurimũ ualuit:ita in opprimẽdis non sane multum potuit:quin etiam euidenter noxiis dũ eos acrius ĩpugnauit:ꝓfuit.

¶Marcus quoq; Aemylius Scaurus reus repetundarum.i.pecuniaruȝ a sociis in prouincia ablatarum & ab ipsis repetitarum attulit in iudicium defensionem adeo perditam & comploratam id est desperatam de euasione sicut complorati homines nullam spẽ uitæ habent:cum manifeste sint mortui adeo dico ut cum accusator diceret licere sibi lege.i.per legem denunciare testimonium centum atq; uiginti hominibus & sc.s. accusatorẽ non recusare quo minus.i.ut non:hoc est ut reus non absolueretur si nominasset totidem quibus nihil abstulisset in prouincia:nõ potuerit uti taȝ bona conditione.s.oblata ut.s.centum & uiginti se nullam iniuriaȝ passos nominare posset:tamen absolutus est propter uetustissimam nobilitateȝ s.maiorum suorum:& propter recenteȝ memoriam patris. Sed quẽadmodum (parasceue est ad aliud membrum eiusdem tituli) splendor amplissimorum uirorum ualuit plurimum in protegendis reis:ita non sane multum idest est parum potuit in opprimendis.s.reis quinetiam idest insuper profuit noxiis idest sontibus euidenter dum impugnauit eos acrius idest ardentius q̃ deceret.

## De Cotta Cap.DCCXCI.

LVcius scipio Aemilianus Cottam apud populum accusauit:cuius causa q̃uis grauissimis criminibus erat confossa:septies ãpliata & ad ultimum octauo iudicio absoluta est:quia homines uerebantur ne precipue accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Quos hæc secum locutos crediderim:nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos & trophea spoliaq; ac deuictarum nauium rostra deferre: terribilisq; sit is aduersus hostes ciuis uero salutem tanto fulgore gloriæ subnixus ne insequatur Tam uehementes iudices aduersus excellentissimũ accusatorem:q̃ mites longe inferioris fortunę reo.

¶Lucius Scipio Aemylius accusauit Cottam apud populum cuius scilicet.Cottæ causa q̃uis erat confossa.i.afflicta.grauissimis criminibus:ampliata septies.i.dilata in aliud tempus ad damnationem eius magis opportunum absolutum est ad ultimum iudicio octauo.i.post septem ãpliationes quibus tacite damnata fuerat.quia homines uerebantur ne damnatio eius.s.Cottæ existimaretur donata praecipue amplitudini accusatoris.s.Lucii Scipionis:hoc est ne diceretur ꝙ eum potius dãnasset ob gratiam accusatoris q̃ ob crimen damnati. Quos.s.homines ego crediderim i.facile putauerim locutos.sup.fuisse secum hæc. Nolumus petentem caput alterius deferre secum in iudicium triumphos & trophea & spolia & rostra .i.ferramenta acuta e proris nauiuȝ deuictarum:& is.i.talis sit terribilis aduersus hostes:uero pro sed:ne insequatur.i.nolumus ut insequatur salutem ciuis.s.Romani:subnixus.i.suffultus tanto splendore gloriæ s.suæ. Locutos inquit sic crediderim eos tam uehementes iudices aduersus excellentissimum accusatorem q̃.i.q̃tum mites reo.i.in reum fortunæ longe inferioris.

stris nequaq̃ esset par:erat tamen aliquãdo inter paternos mores.hic cum ad consulatum ad.iii.kalendas quintiles romam uenisset quaerentibus de eo iardis a publio ualerio triario adolescente parato ad dicendum & notæ industriæ filio eius qui in sardinia cõtra.M.Catonem repetundarum ut in actis scriptum est pridie nonas quintiles defenderet scaurum sex patroni cum ad id tempua raro quisq̃ pluribus uteretur q̃ quattuor.fuerunt autem hi sex clodius pulcher Marcus Marcellus Marcus Claudius Marcus cicero Marcus messala niger Quintus hortensius: ipse quoq; scaurus dixit pro se ac magnopere iudices mouit squalore & lachrymis & aedilitatis effusa memoria ac fauore populari & praecipue paternæ auctoritatis recordatione. Repetundarum:Dicimus enim repetundarum & de repetundis. Comploratam: Translatio sumpta ab his qui mortuos lugent:qui cum actum de eis uident: dicunt post conclamationem comploratum est. Amplissimorum uirorum ut fabii & scauri superius cõmemorati. Nõ sa.mal.po. Narrat Valerius quomodo accusatoreȝ amplitudo peccantium causis aliquando profuerint. Cum enim uideret po.ro.multos indies accusatores insurgere potentia sua fretos non est passus imbecilliores a maioribus opprimi.

LV.Scipio cottam accusauit hũc cottam gracchanicæ seditionis fautorem intelligimus. Cui Scipio acerrime restitit:ut apud plutarchum in T.&.C. gracchorum uita manifestissime patet. Naȝ Aurelius cotta aliquot post annos praetor iudicia ad equites romanos transtulit. hũc igitur cottam:cum Lucius scipio infamatum in iudicium pertraxisset:& multis grauissimis criminibus afflictum eo perduxisset: ut damnaretur:octauo iudicio illum populus liberauit. Ne eius damnatio accusatoris amplitudini donata existimaretur. Confossa afflicta:conuicta. Translatio a gladiatoribus sumpta qui sibi inuicem uulnera inferunt. Ampliata:inter comperendinationem & ampliatam causam hoc interest. Comperendinatio:est cum altera tantum partium petit: ut in aliuȝ diem iudicium differatur eo ꝙ dicat iudices causam non probe tenere. Ampliata uero causa est cum causa intellecta si iusta est Reus confestim absoluitur:si mala ẽ statim damnatur:sed in aliud tempus defertur & in tabulis si scriptum erat. A. Absolutionẽ factam esse significabatur:si uero. D. damnatum reum esse intelligebant:sed si differebatur:in tabulis imprimebatur. N.&.L. Id autem significat non liquere. Triumphos & trophea triumphus plenæ uictoriæ decernebatur utpote debellatis hostibus. tropheum uero semiplenæ ut fusis atq; fugatis.

Ampliatio cãæ

Valerius maximus

## De Callidio Bononiensi Cap.DCCXCII.

CAllidius Bononiensis in cubiculo mariti no/cte deprehensus cum ob id causam adulterii diceret:inter maximos & grauissimos is:miæ fluctus emersit:tanq̄ fragmentum naufragii:leue admodum genus defensionis āplexus,affirmauit.n.se ob amorem pueri sui eo esse perductum:Suspectus erat locus:suspectum tempus:suspecta matrisfamiliæ persona:su/specta etiam adolescentia ipsius:Sed crimen libidinis confessio intemperantiæ liberauit.Remissioris hęc il/lud aliquanto grauioris materiæ exemplum.

CAllidius bononiensis.hic est callidi9 ille qui calliditate sua grauissimum iudicium effugit.Cum.n.manifesti ꝓpemodu m adulterii accusatus esset:hoc leui adminiculo aduersus ualidissima accusatoris argumenta sustentatus iudicium subterfugit ꝙ affirmaret se impatientia libidinis pueri serui cuiusdam illic dormientis i mariti cubiculum esse pertractum Mariti quem honoris gratia non nominat.Causam adulterii neq3 etiam negare poterat utpote qui depræhensus fuerat.Leue fragmentum:Ita euasit uel emersit quemadmodum nonnūq̄ naufragus euasit paruo nauis fragmento:hoc ē tabula:Suspectus locus:mariti cubiculū:Tēpus nocturnum.Matrisfamilias.que non satis pudica foret:ex quo depræhendi poterat eum adulterii causa fuisse.Adolescentia:que proclinior in libidinem esse consueuit.Confessio intemperantiæ quia confessus esset propter puerum seruum fuisse:nam si propter ingenuum fuisset damnatus esset.

CCallidius Bononien.deprahensus nocte in cubiculo mariti.s.cuiusdā matronæ:cum diceret ob id.i.ob eam suspitionem causaz adulterii.i.purgaret se de adulterio emersit.i.euasit incolumis:inter maximos & grauissimos fluctus infamiæ:amplexus leue admodum genus defensionis tāq̄ fragmentum naufragii.i.nauis fractæ:ad quam alludit author Enim ꝓ quia(interrogatus.s.quid in cubiculo alieno quæreret )affirmauit se eē perductum eo ob amorem pueri.i.pusionis qui in cubiculo illius dormitabat:quasi uero honestior esset turpitudinis nephandæ q̄ adulterii culpa:certe illis temporibus quia minor fiebat ciuibus iniuria leuior est iudicata:cum tamen grauior fuerit:quandoquidem naturalem subuertent'ordinem(Sunt qui habeant pueri sui:quod si est dicemus puerum adulteri in idem cubiculum callide immissum ut si depræhensus forte fuerit eo excusionis confugeret.Non enim reciprocatio patitur ut intelligamus sui.s.mariti )Locus erat suspectus quia cubiculum uiri Tempus erat suspectum:quia nocturnum.persona matrisfamiliæ quæ sola solum admiserat in cubiculum & quæ forte leuibus erat moribus & adolescentia ipsius s.uiri aut forte mulieris erat suspecta.sed confessio temperantiæ.i.ardentioris amoris in puerum:liberauit crimen libidinis.s.adulterinæ.Hæc.s.iam dicta sunt materia remissioris.i.leuioris & facilioris quasi si diis placet:nō grauissima sint id genus flagitia:illud.s.quod sequitur exemplum est sup.materiæ grauioris aliquanto.

## De cęliis fratribus & filiis titi cælii. Cap.DCCXCIII.

CVm parricidii causam duo fratres Cælii di/cerēt splēdido terracinę loco nati:quorum pater Titus Cælius in cubiculo quiescens filiis altero cubantibus lecto erat interemptus:neq; aut ser/uus quisq̄ aut liber inueniretur ad quem suspitio cædis pertineret:hoc uno nomine absoluti sunt:quia iudicibus planum factum est illos aperto ostio inuentos esse dormientes.Sōnus innoxię securitatis certissimus index miseris opem tulit.Iudicatum est enim rerum naturam nō recipere ut occiso patre supra uulnera & cruorem eius quietem capere potuerint.

Percurremus nunc eos quibus in causę dictione ma/gis:quæ extra quæstionem erant nocuerunt:q̄ sua inno/centia opem tulit.

CVm parricidii causā:hic fuere cælius ille ruffus ad quem.M.Cicero ex cilicia scripsit:non affirmauerim.Cum igitur Titus cælius cælii tarracinensis filius noctu in cubiculo uulneribus confossus inuentus fuisset in altero cubili eiusdē cubiculi cubantibus filiis:neq3 qspiā alius in suspitionez cædis ueniret:illi una tātum causa absoluti fuerunt:ꝙ aperto ostio dormientes inuenti sunt.neq3 enim uerisimile fiebat si patrem necassent oculos filioruz potuisse in somnum resolui.Quorum pater qa ut diximus de nomine patris filii apud maiores denominabantur.Terracinæ:oppidum est in uolscis qđ olim Trachina dicebat:postea anxur dictum ꝙ ibi Iuppiter coleretur imberbis.Altero cubiculo ꝓximo lecto patris.Cubiculo:nā cubiculū continet cubile.In eodē enī cubiculo duo erāt lecti:i altero pr̄ in altero filii cubabant.Vno noie:hac una causa:qa cubiculū eorū inuentū est ipsis dormiētibus apertū:non enim existimabant adolescentes in tanto discrimine potuisse securam quietem capere.Planū factū est:alia enim ratione iuuenes cædis absolui non poterant.Somnus innoxiæ:Somnus inqt effecit ut innoxii iudicarent:qđ haud q̄q̄ natura passa fuisset filios somnū capere potuisse post uulnera patris.

CPercurram9:Transit ad eos q uel inuidia accusatorū uel iniqtate iudicū damnationez

CCū duo fratres Cælii.s.noie nati terracinæ loco splēdido,dicerēt cām pricidii.i.defēderēt ab accusatiōe pricidii(Nā dicere cām ē se defēdere:dicere sniaz ē iudicare )quorū pr̄ Tit9 Cæli9 Icterēpt9 erat qescēs i cubiculo:filiis sup.eius cubantibus in altero lecto.s.eiusdem cubiculi:neq3 aut

seruus quisq̃ aut liber inueniretur ad quē suspicio cædis pertineret: absoluti sunt hoc uno.i.solo nomine.i.hac sola ratione:quia planum factum est iudicibus inuentos esse dormientes ostio aperto. Somnus certissimus index securitatis innoxiæ:quia tanti criminis conscii non possunt secure dormire:tulit miserit opem.s.defensionis.Iudicatum est enim naturam rerum non recipere.i.non pati ut patre occiso potuerint capere quietem supra.i.post(aut super)uulnera & cruorem eius.s.patris.Hoc autem dicto transiens ad alium membrum per parasceuen dicit.

¶Percurremus nunc eos quibus in dictione causæ.i.in defensiõe sua: ea quæ erant extra quæstionem.i.de quibus non fiebat quæstio: nocuerunt magisq̃ innocentia sua tulit opem.i.opitulata est.

eustare non potuerunt:nec sua ipsorum innocentia sibi opem tulit.

## De Lucio Scipione.Ca.DCCXCIIII.

LVcius Scipio post speciosissimum triumphũ de rege Antiocho ductum perinde ac si pecuniam ab eo accepisset damnatus est:non puto q̃ precio corruptus fuerat:ut illum totius Asiæ dominum & iam etiam Europæ uictrices manus iniicientẽ ultra taurum mõtem summoueret:sed alioqui uir sincerissimæ uitæ & ab hac suspitione procul remotus inuidiæ:quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat:resistere non potuit.

LVcius Scipio: Is frater aphricani fuit:qui ad sipilum montem legato Fratre:Antiochum regem Syriæ uicit.Et regni parte priuauit:unde asiaticus dictus est:post reus pecuniæ interceptæ: ne in carcerem duceretur:gracchus pater tri.ple.intercessit.auctor ẽ Plinius orator.Lucius Scipio:Qui asiaticus dictus est. Et iam europæ: Antiochus non contentus asia:europã quoq̃ inuadere properabat. Vltra montem taurum:hoc idem li.iiii.dicit cap.primo exẽplo ultimo.Antiochus iquit a Lucio Scipione ultra taurum montem imperii finibus summotis cum asiam prouinciam uicinasq̃ ei gentes amisisset:gratias agere Populo Romano:non dissimulanter tulit. Inclytis co. Nam alter aphricanus: alter asiaticus dictus est.

¶Lucius scipio damnatus est post speciosissimum triumphum ductum de rege Antiocho:perinde ac si accepisset pecuniam ab eo s.Antiocho Non puto q̃ pretio corruptus fuerat:ut submoueret illum.s.Antiochũ:dominum totius Asiæ & iniicientem iam idest pauloante etiam Europæ manus uictrices: Ascen. submoueret dico idest depelleret:ultra Taurum montem:sed uir uitæ syncerissimæ.i.integerrimæ:alioqui.i.alioquouis modo & remotus procul ab hac suspitione:ñ potuit resistere inuidiæ quæ habitabat tunc in inclytis cognominibus duorum fratrum scilicet Scipionum.

## De Deciano.Ca DCCXCV.

AT Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor.Cn.autem Deciano spectatæ integritatis uiro uox sua exitium attulit.Nam cum.P.Furium inquinatissimæ uitæ pro rostris accusaret:qa quadam ĩ parte actionis de morte Lucii Saturnini queri ausus fuerat:nec reum damnauit:& insuper ei pœnas addictas pependit.

cognouit. inde ad persas profectus magorum exactissimę prudentiæ se formádum tradidit: a quibus syderum motus cursusq; stellarum & uniuscuiusq; rei proprietatem & effectum benignissime demóstratum docili animo sumpsit. Cretam deinde & lacedæmona nauigauit: quarum legibus ac moribus inspectis ad olympicum certamen descendit. Cumq; multiplicis scientiæ maximam totius gręcię admirationem ac spicimē exhibuisset: quo cognomine censeretur: interrogatus non se sapientem (iam enim illud septem sapientes uiri occupauerant) sed amatorem sapientiæ.i.graece philosophon edidit. In italiæ etiam partem quae tunc maior græcia appellabatur perrexit. in qua plurimis & opulentissimis urbibus effectus suorum studiorum approbauit: cuius ardētem rogum plenis uenerationis oculis metapontus aspexit: operum pythagoræ q̄ suorum cinerum nobilius: clariusq; monumentum.

¶ Atq; ut transgrediar ad uetustiorem actum industriæ: Pythagoras igressus a iuuenta.i.iuuenili ætate: pariter perfectissimum opus sapientiæ: & cupiditatem omnis honestatis percipiendæ: nihil enim nō incepit: hoc ē unūquodq; incepit: & mature.i.neq; citius neq; tardius q̄ decuit: & celeriter i.properanter. (Quaeras forte quomodo haec cohaereant mature uidelicet incipere. & celeriter: sed scies mature fieri quod non tardius q̄ deceat coeptum est: celeriter autem quod tunc quando fit: siue mature satis siue sero fiat: properanter fit. Pythagoras autem ut primum conuenienter potuit coepit: & ubi semel coeperat celeriter peregit, quod peruenturum est ad ultimum finem sui.i.ad consummationem beatitudinis: aut (ut Oliuerius dicit) ad sapientiam.) Ipse petiit ægyptum: ubi assuefactus litteris gentis ei9 s.ægyptiacæ quæ se omnium antiquissimam gloriari solebat: scrutatus cōmentarios.i.breues annales sacerdotum praeteriti æui: cognouit obseruationes.i.annotationes innumerabilium sæculorum suorum. Inde profect9 ad Persas: tradidit se prudentiæ exactissimæ magorum formandum.i.erudiendum aut ut uulgus dicit informandum: a quibus sumpsit animo docili: motus syderum.i.planetarum errores: cursus stellarum.s.fixarum: & proprietatem & effectum uniuscuiusq; rei: demonstratum.s.ab eis: benignissime Bono ordine procedit: nam prius ab astronomia: ortus & occasus: coniunctiones & oppositiones: uariosq; inter se respectus syderum didicit: deinde ab astrologia quid portenderent accepit: Et ipse nauigauit deinde cretam.i.in eam insulam: & Lacedæmona.i.in eam urbem quæ & sparte dicta est: quarum moribus ac legibus inspectis descendit ad certamē.i.agonem olympicum: cūq; exhibuisset maximam admirationem & specimen i.experimentum aut approbamentum multiplicis scientiæ totius græciæ interrogatus quo cognomine censeretur: non edidit se sapientem (iam enī septem uiri quos Oliuerius explicat occupauerunt illud.s.cognomen sapiētis: aut dici sapientem) sed edidit se amatorem sapientiæ: id est graece philosophon. Perrexit etiā in partē Italiæ que appellabatur tunc maior græcia: in qua approbauit plurimis & opulentissimis urbibus effectus suorū studiorum. Cuius rogum ardentem.s.cum cadauer eius impositum esset metapontus.i.populus eius (Est autem oppidum in ora italiæ non longe a tarento dictū a græcis q trans pontum illis sit) aspexit oculis plenis uenerātiōe: hoc est uenerabundis. Aspexit inquam metapontus existens monumentum nobilius & clarius operum Pythagoræ q̄ suorum idest propriorum cinerum (aliter enim dixisset: q̄ eius cinerum) hoc est plus claritatis & famæ obtinuit ex operibus Pythagoræ illic sepulti: q̄ ex eo q in cineres redacta est. Oliuerius autem legit oppidum: cuius si uera est lectio

ordo est: Metapontus oppidum eius sap. monumentum nobilius & clarius cinerum pythagoræ q̄ suorum.

ceps post pyrrhū pythagorā factū eē cum/
niumq; meminisse quæ prædiximus: de quo.
Heraclitus ut Pytha. se in historia regi exer
cuit: & cum de natura adorsus esset scribere ita in principio dixit non per aerem quem spiro non per aquā quam bibo: nō dimittam huius rationis sermonem. Scripsit & alia complura Socrates in successoribus ait ipsum rogatum a Leonte fi
liasorū tyrāno: quisnā esset: dixisse philosophus. Moritur autē Pythagoras ut fertur: octogesimo suæ ætatis anno: de cu
ius morte uariæ sunt sententiæ: sicut apud Laertiū uidere possumus: q̄ uero ad eius industriā pertinet de qua hic agit: ma
gnam orbis partē circuiuit: scientiæ & cognitionis cupiditate ductus. Vetustiorem actum: nā multo antea fuerat Pytha
goras q̄ Demosthenes. Ad ultimū sui finem: Ad sapientiam: nam hic erat ultimus eius finis quo sua cūcta intenderat. Na
turæ: Compositæ: acsi diceret sapienter. Innumerabilium sæculorū: P. certe dixit innumerabilium: quia si sequimur Hero
dotū: a creatione sæculi ad suū tempus decē Miriadas annorum confectas fuisse constat. Cic. quoq; li. i. de diuinatione.
Cōdēnemus inquit hos aut stultitiæ aut uanitatis: aut imprudentiæ: qui quadraginta septuaginta milia annorū ut ipsi di
cunt monumentis comprehensa continent: & mentiri iudicemus: nec sæculorum reliquorum iudicium: quod de ipsis fu
turam sit pertimescere. Lex uero Christiana ab iis longe dissentit: nam a principio rerum ad incarnationem sex millia an
norum constat. Syderum motus: planetarum errores intelligit. Stellarum cursus: Ortus & occasus: Admirationem exhi
buit. Admirabantur omnes Pythagoræ ingenium ad omnia studia accōmodatum: hic primus arrogantiæ nomē aufugit
ut interrogatus quo uteretur cognomine: non se sapientem ut ante ipsum septem excellentissimi uiri dici uoluerunt: sed sa
pientiæ amatorem esse respondit: hoc est philosophum sophos enim sapiens: philosophus amator sapientiæ interpræta
tur. Lactantius tamen diuinarum institutionum libro quarto capitulo tertio hoc nomen interpretatus est sapientiæ quæ
sitorem non amatorem. Dicit enim. Etenim uerecundiæ causa studiosos sapiētiæ se nō sapientes uocauerunt: immo uero
Pythagoras qui hoc nomen inuenit. cum paulo plus saperet q̄ illi priores qui se sapientes putauerunt: intellexit nullo hu
mano studio posse ad sapientiam peruenire: & ideo non oportere posse incomprehense atq; imperfectæ rei perfectū no
men imponi. Itaq; quum ab eo quæreretur: quem nam se profiteretur: respondit philosophum: idest quæsitorem sapiētiæ
hæc Lactantius. Septem excellentissimi: parenthesis est: fuerunt autem hi: Thales milesius: Solon atheniensis: Chilon la
cedæmonius Pythacus mityleneus. Bias prienensis: Cleobolus lydius: Periander corinthius: ut etiam supra monstraui in Septē sa
capitulo de modestia. In Italiæ quoq; partem. Iustinus suorum epitomatum lib. xx. dicit hunc ex ægypto in Babyloniā pientes.
ad perdiscendos syderum motus: originemq; mundi spectandam sūmam scientiam consecutum: inde regressum Cretam
& Lacedæmoniam ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges contendisse: quibus omnibus instru
ctum Crotoniam uenisse: populumq; in luxuriam lapsum: auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocasse: nam Pythago
ras laudabat quotidie uirtutem: & uitia luxuriæ contemnebat: casusq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat: tan
tumq; studiorum ad frugalitatem multitudinis prouocauit: ut aliquos ex iis luxuriatos in optimam frugē conuersos fuis
se incredibile uideretur: matronarum quoq; separatam a uiris doctrinam & puerorum a parentibus frequenter habuit.
Docebat nunc has pudicitiam & obsequia in uiros: nunc illos modestiam & litterarum studium inter hæc uelut genitri
cem uirtutum frugalitatem omnibus ingerebat consecutusq; assiduitate disputationum erat: ut matronæ auratas ue
stes cæteraq; dignitatis suæ ornamenta uelut instrumenta luxuriæ deponerent: eaq; omnia delata in Iunonis ædem ipsi
deæ consecrarent: præferens uera ornamenta matronarum pudicitiam non uestes esse. In iuuentam quoq; quantum pro
fligatum sit uicit & fœminarum contumaces animi manifestant: sed trecenti ex iuuenibus cum sodalitiis iure sacramēto quo
dam nexi separatam a ciuibus cæteris uitam exercerent quasi cœtum clandestinæ coniurationis haberent ciuitatem in se
conuerterunt quæ eos cum in unam domum conuenissent cremare uoluerit: in quo tumultu septuaginta ferme homines
periere: cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem quum annos uiginti Crotonæ egisset: Metapontum migrauit: ibi/
q; decessit cuius tanta admiratio fuit: ut ex domo eius templum facerent eumq; pro deo colerent. Hæc Iustinus. Quæ
maior appellabatur. Totus ille Calabriæ tractus magna Græcia quondam dicta fuit. Cuius ardentem rogum: De mor
te ut diximus: uariæ sunt sententiæ. Alii enim dicunt quum in domo quadam fuisset: eam ex his unum quos admittere Mors py
noluerat: per inuidiam incendisse: sunt qui Crotoniatas ipsos tyrannidis suspitione ac metu: quia in loco Milonis Heri on thagoræ.
consederat: hoc perpetrasse dicant. Pythagoram igitur incendii incommoda uitantem cum egrederetur comprahensum
esse ac dixisse: capi præstat q̄ has dare pœnas: cædiq; satius est q̄ quicq̄ loqui: atq; ita iugulum persecutoribus nudasse:
compluresq; ex discipulis (nam cum eo ad. xl. fuisse interemptos: ex quibus architas tarentinus & cylis. Dicearchus ue
ro pythagoram dicit in delubrum musarum quod metaponti est confugisse: ibiq; cum. xl. dies absq; cibo perstitisset defe
cisse. Heraclides uero in epitomate suo dicit illum postq̄ de Liphercide iusta persolueret redisse in Italiam: & cum in do
mo Milonis Crotoniatæ celebritatem offendisset: subinde metapontum perrexisse: ibiq; cum uiuere ulterius nollet inedia
uitam finisse: Hermippus bello inter agrigentinos & Syracusanos orto: pythagoram exisse cum sociis agrigentinis opē
laturus: uersis autem in fugam illum fabarum campum circuisse: ibiq; a Syracusanis fuisse interemptum: reliquos uero
ad. xxxv. Tarenti fuisse crematos. Valerius autem Heraclidis opinionem sequitur. Oppidum Pythagoræ: plus clarita
tis metapontus habuit nomine pythagoræ q̄ ab eius cineribus: acsi diceret metaponto memoriæ æternitatem cineres &
Pythagoræ nomen dedere.

De platōe philosopho. Ca. DCCCCXXXIII.

PLato autē patriam Athenas præceptorē So/
cratē sortitus & locū & hoīem doctrinę ferti/

PLato autē patriā. Plato Aristone pa
tre: matre Perictōia siue (ut alii di/
cunt) Petona. Athenis simili die
natus: quo apud Delon Apollo: ut rettulit
Apollodorus: mater a Solone genus duxit.
Aristonem uero patrem a Codro Melan/
Valerius maximus.        H

si filio originẽ ducere traduntq; qui a Neptuno idẽ sanguinẽ trahere Thrasyllo teste memoratur:cui Pseusippus successit:habuit fratres plato Adimantẽ & Glauconẽ:& sororẽ Petonã de qua nascit Pseusippus:litteras didicit plato apud Dionysiũ grãmaticũ:exercitatus est apud Aristonẽ arguũ palestritez: a quo Plato ꝓ egregio corporis habitu cognominatus ẽ cũ teste Alexãdro prius :Aristo ex aui paterni noĩe diceretur. Studuit picturæ: poẽ nata edidit:primo qdẽ ditirãbos :deide melos & tragœdias:& quũ tragicũ certamẽ initurus eẽt ante Dionysiacũ theatrũ: audito Socrate igni poemata exussit dicens. Hic Vulcane plato tua idiget ope. hic annũq; .xx. ætatis agẽs audiuit Socratẽ. Illo mortuo audiuit Crathilũ & hermogenẽ ãnoꝝ .xxviii. teste hermo. megarã se ad euclidẽ cõtulit. hic cyrenẽ ꝓfectus Theodoꝝ mathematicũq; atq; ide in Italiam ad Pythagoreos Philolaũ & Euritũ postea i ægyptũ ꝓfectus prophetas sacerdotesq; audiuit:ubi comitez habuit Euripidẽ tragicũ:regressus athenas in academia morabat. Idẽ teste Aristoxeno ter militauit:prio in Tanagrã:scdo in corithũ: tertio i deliũ:ubi uictoriã habuit:ter nauigauit i Siciliã:prio ut isulã uideret tyrãno existẽte Dioni. hermocratis filio ubi plato illi diceret nõ id ꝓstare tyrãnũ qd sibi eẽt utile : nisi uirtute excelleret:cui Dionysius rñdit:uerba o:ciosorũ senũ sunt:cui plato:& tua tyrãnidẽ sapiũt:Dionysius iratus uoluit platonẽ occidere sed a Dione & aristomene oratus se cõtinuit:illũ tñ Polydi Lacedæmonio q ad eũ legatus uenerat tradidit. Polydes uero illũ secũ ducẽs in eginã uẽdidit:quo tpe camãder eũ reũ mortis dicebat:q. s. capitale eẽt si qs atheñ. eam insulam adiisset: sed allegatum e ẽ eum philosophum esse :quare disciplinæ gratia absolutus est :hunc Anyceris Cyrenaicus emit. xx. minis:remisitq; Athenas ad amicos:& statim pecunia Anyceridi per amicos restituta est. Alii dicunt missam a Dione illam pecuniam : eamq; noluisse remissam:Polydem in Calabria superatum:& in Elice summersum fuisse fama est dæmonem teste Fauorino :illi annunciantez propter Platonem talia perpeti : hæc sciens Dionysius scripsit ad Platonem ne in se maledicta torqueret:Cui rescripsit Plato sibi non tantum ocii superesse : ut Dionysii meminisset. Secundo iuit in Siciliam : & a minore Dionysio petiit terram & homines qui iuxta rem pub. ab eo constitutam uiuerent: non defuit Suspicio illum Dioni & Theotæ persuadere temptasse:ut insulam tyranno liberarent: quo tempore Architas Pythagoreus missa ad Dionysium epistola:Platonem pergauit:ereptumq; Athenas remisit. tertio Siciliam accessit:Dionem reconciliauit Dionysio qua re non obtenta redit in patriam. Cicero in Catone maiore : Platonem inquit

lissimum:ingenii quoq; diuina instructus abundantia: cum omnium iam mortalium sapientissimus haberetur:eo quidem usq; ut si ipse Iuppiter e cœlo descendisset:nec beatiore facundia usurus uideretur:ægyptũ peragrauit:dum a sacerdotibus eius gentis geometriæ multiplices numeros cœlestium obseruationem rationum percepit:quoq; tempore a studiosis iuuenibus certati Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebãtur:ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas uastissimosq; cãpos:effusam barbariem & flexuosos fossarum ambitus:ægyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror in Italiam transgressum ut ab Archyta Tarẽti:a Timeo & Arione & Ceto Locris Pythagorę præcepta & instituta acciperet. Tãta enim uis:tanta copia litterarũ undiq; colligenda erat:ut inuicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens:sub capite sophronis numeros habuisse fertur. Sic ne extrema quidem eius hora agitatiõe studii uacua fuit.

¶ Plato autem sortitus. i. a deo quasi in sortem nactus:athenas patriam: quod uulgares dicerent in patriam:& ineptiores pro patria: & Socratem præceptorem:& idest simul locum. s. athenas:& hominem scilicet Socratem fertilissimum idest feracissimum & maxime productiuum doctrinæ: & instructus quoq;. i. ornatus abundantia ingenii diuina idest tã magna ut credi posset diuina:cum haberetur iam sapientissimus omnium mortalium:quidem idest certe eousq;. i. intantum:ut si ipse Iuppiter idest sũmus deus putatus descendisset de cælo:nec uideretur usurus facundia elegantiore quãtum ad stilũ orationis:nec maiore quantum ad fæcundã sententiam aut persuadendi felicitatem:pagrauit. i. pertransiuit quasi per omnis agros ægyptum:dum. i. quo tempore:( Sunt qui legant ubi:sed quia additur:quoq; tempore secutus sum lectionẽ quam priorẽ offendi )percepit a sacerdotibus eius gentis:multiplices numeros geometriæ. & sup. obseruationem rationum cælestium idest rationes cælestium cursuum obseruatas:& obseruando adnotatas a sacerdotibus ægyptiis:quoq;. i. & quo tẽpore athenæ petebantur certatim idest cum certamine:& ita magna copia a iuuenibus studiosis quærentibus scilicet sibi Platonem doctorem idest ꝓceptorem:ipse discipulus senum idest præsbyterorum Aegyptiorum lustrabat idest scrutabatur ripas Nili fluminis inexplicabiles idest inenarrabiles aut propter Nili originem incertam :aut potius propter eius excrementa itidem incerta:& quorum rationem nemo satis perspexit:nam tunc fiunt cum decrementis locus uideretur & uastissimos campos quos Nilus inundat aut irrigat quotannis:& barbariem idest barbarorum accolarum Nili regionem:effusam. i. dilatatam:& ambitus fossarum quæ a latere sunt flexuosos idest incuruos & sinuoses. Quo idest quo circa :aut qua propter ego( inquit author )miror minus sup. Platonem transgressum sup. eẽ in Italiam( quæ regio non erat barbara ut ægyptus )ut acciperet præcepta & instituta pithagoræ:ab Archyta scilicet philosopho. Tarenti : & a Timeo & Arione & Ceto( alii legunt Eneto )locris idest in ea urbe italiæ. Enim pro quia :tanta uis:& tanta copia litterarum erat colligenda undiq; idest ex omni parte mundi:ut posset dispergi & dilatari inuicem idest uicissim:per totum orbem terrarum. ipse etiam decedens idest moriens:anno altero. i. secũdo & octogesimo:fertur habuisse sub capite:ut disceret

numeros idest uersus Sophronis qui carmine scripserat. Et sic nequidem idest non etiam extrema hora eius .i. uitæ eius: fuit uacua agitatiōe studii.

Atheniensem Tarētū uenisse: Lucio Camillo ac publio Claudio cōsulibus reperio. Fuit aūt Plato teste Eutropio quo tpe Galli urbē ceperunt: ingenii quoqȝ diuina instructus abundātia cū oium iam mortaliū. Pater cōmoda patriæ quā omniū doctrinarū matrem dixere maiores & pceptores: quē tunc oium sapientissimū esse. Apollinis dixit oraculū: accessit & ingenii bonitas: quæ diuina magis q̄ humana fuisse uidetur. Mortaliū omniū sa. Sic Apollinis oraculū constat fuisse iudicatū. Geometriæ multiplices .i. uarias partes geometriæ: sunt aūt multæ & uariæ: ut punctus: linea supficies: deinde triangulus: quadrangulus &c. circulus & anguli ptes: ut rectus angulus: obliquus angulus. Cōsiderantur et latitudo: lōgitudo: amplitudo: & alia huiuscemodi multa: nā geometria in se continet liniamenta: interualla: magnitudines: & in figuris dimensiones & numeros. Obseruationē cælestium rōnum. Geometriæ per hanc scientiā cursus sydērū: ortus & occasus stellarumqȝ: q̄ tarde: q̄qȝ uelociter sydera moueantur: quo inter se spatio distent: longa obseruatione cognoscunt. Nili flu. in ex. ri. Bene inexplicabiles: quia si Herodoto credimus: nili originē inuenire nemo potuit: q̄q̄ id multi reges frustra tentauerint. Luca. li. x. Arcanū natura caput nō prodidit ulli. Pli. li. vii. Nilus ingt incertus ortus fontibus per deserta & ardentia: & imenso lōgitudinis spatio ambulans famaqȝ tātum inermi quæsitū cognitus sine bellis quæ cæteras oēs terras inuenere originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in mōte inferioris. Mauritaniæ: nō procul oceano: habet lacu protinus stagnāte quem uocant Nilidē: est præterea satis ignota Nili natura: quare .s. singulis annis sole existente in cancro: totā inundat ægyptum. Quāq̄ Ply. eodē loco dicat uarias eius crementi causas esse: modo flatū ethesiarū: modo æstiuos imbres æthyopiæ: modo alias affert cās: quas longū esset referre: sed euenire ut plurimū eius incrementū a canis ortu per introitū solis in leonē: & ut ait Virg. in iiii. geor. Per diuersa ruens septē discurrit in ora. Vsqȝ coloratis amnis deuexus ab indis .i. æthyopibus. Vastissimos campos tractus ægypti longe lateqȝ porrigitur. Effusam barbariē: Quia uastissimi sunt ægyptiorū campi: ideo p uastā regionē sparsim habitant barbari. Et flexuosos fossarū ambitus. Constat ægyptū fossarū plenam. Nili superfluas aquarū inundationes recipientiū. Iustinus ægyptū inquit quæ tot regū: tot sæculorum cura impensaqȝ munita sit: & aduersus uim decurrentiū aquarū tantis instructa molibus: tot fossis cōcisa ferunt cū his arceantur: illis recipiant aquæ nihilominus coli nisi excluso nilo non potuerit. Minus miror in Italiā transgressum. Quippe qui in ægyptū prexit: ut multo facilius in Italiam transire potuerit. Præcepta & instituta. Hoc modo inter se differunt: ut præcepta generaliter dicant omnium philosophorum instituta sua uniuscuiusqȝ ut academicorum: stoicorū: pipateticorū: epicureorum. Rursus præcepta sunt doctorū instituta ciuitatū. Cice. li. i. officio. Quāq̄ te Marce fili annum iam audientē Cratippū: idqȝ Athenis abūdare oportet præceptis & institutis philosophiæ propter doctoris auctoritatē & urbis. Vt inuicē: ut uicissim daret omnibus quod undiqȝ acceperat. Altero & octogesimo anno decedēs: Ne mortis uicinitate quisq̄ Platonē crederet litterarum oblitū: moriens Sophronis uersus sub capite habuisse fertur: mortuus est autem teste Catone maiore uno & octogesimo anno scribens Numeros: Rithmos: & uersus. Virg. numeros memini si uerba tenerem. Fuit ergo Plato ad extremam usqȝ suæ uitæ horam studio semper intentus & industriæ plenus.

## De Democrito. Ca. DCCCXXXIIII.

AT Democritus cum diuitiis censeri posset. quę tantæ fuerūt ut pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit: quo magis uacuo animo studiis litterarum esset operatus: parua admodū summa retenta: patrimonium suū patrię donauit. Athenis autem compluribus annis moratus: omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens: ignotus illi urbi uixit: quod ipse quodā uolumine testatur. Stupet mens admiratione tantę industriæ & iam transit alio.

¶ At Democritus cum posset censeri idest magni æstimari & in numero præpotentum haberi: diuitiis idest ob diuitias quæ scilicet diuitiæ: fuerunt tantæ: ut pater eius uidelicet ægistratus aut Athenocritus aut Damasippus. (Nam de patre eius dubitari asserit Tortelius: & eius uerba repetens Oliuerius) potuerit dare ex facili idest sine grauamine: exercitui xersis: qui tamen fuit ut flumina potando exsicarent: unde illud Iuuenalis. Epotaqȝ flumina medo Prandente: epulum idest conuiuium: donauit patriæ scilicet suæ in qua natus erat: siue ea Abdera: siue Miletos fuit patrimonium suū: quo idest ideo ut operatus esset idest operam daret: studiis litterarum: animo magis uacuo scilicet a curis rerum exterarū: summa admodum parua retenta scilicet ad usum uitæ. Autem pro sed: ipse mo

AT Democritus. Hic abderites siue ut alii putant: Milesius philosophus fuit ægistrati filius: uel ut alii dicunt Athenocriti: uel secundum alios Damasippi sed quisquis ille fuerit: tanta rerum & diuitiarum copia refertus: ut pater eius xersem persarum regem cum exercitu hospitari potuerit a quo teste Herodoto: magi quidam & Caldæi præceptores Democrito filio relicto: theologiam & astrologiam illum docuere: cum adhuc puer eēt qui has disciplinas edoctus: in ægyptum se contulit: ut geometriaȝ perciperet: & in Persidem: ad rubrumqȝ mare: & Caldæos diuinarum rerum cognitione auidus perrexit: sunt et qui dicant cū Gymnosophistis in Indis congressum esse atqȝ in æthyopiam uenisse: partitus est fratribus suis substantiam: uel ut tradit Valerius patriæ donauit: exigua pro se parte retenta: qua illi peregre proficiscenti opus erat: adeo studiosum fuisse tradit Laertius: ut ex uicino ortulo sibi cellulam seligeret: ibiqȝ seipsum includeret: & cum aliquando ipsius pater bouem ad immolandum adduxisset: ibiqȝ alligasset tamdiu hoc ab illo non fuisse cognitum: quo ad hunc ille sacrificii obtentu excitauit: & boui admouit: constat eum aliquando Athenas uenisse: & ob contemptum gloriæ agnosci noluisse: ut quum cogno

uiffet ipse Socratē:ab eo ignoratū fuisse:la borauit hic plurimū in solis rerū naturis con tēplandis (ut quidā ferūt) & quocūq3 for/ tunæ casu:mutabiliūq3 rex audito in risum solebatur:unde Iuuenalis in satyra.Omni/ bus in terris perpetuo risu pulmonē agitare solebat Democritus &c.huic aliqñ insanisse

ratus compluribus annis:conferens omnia momenta temporū ad peri[?] [?] dam & exercendā doctrinā.uixit ignotus.i.incognitus illi urbi.s.clarissi/ mæ:quod.i.quā rē ipse testatur quodā uolumine.s.a se scripto.Mens (in/ quit author) subaudi mea:stup.t admiratione tantæ industriæ quoniā ē clarā opibus ignotā delitescere amore litterarii studii:&c.i.& tamen ipsa trāsit iā alio.i.ad narrationē alterius industriæ non minoris.

crediderunt eius ciues:unde ad eius curationem adhibuere Ipocratem:qui cognita uiri sapientia:ciues magis q̄ Democri tum insanire:a quo se multa didicisse profitebatur.Nā ut refert Laertius in uita Democriti:quū ad eū uenisset Ipocrates maximū diligentiæ suæ & calliditatis testimoniū dedit Ipocrati:q puellā Ipocratis comitem:& integram:& uitiatam co gnouit.Nā primo die sic ipsam salutauit.Salue uirgo.Postridie uero.Salue mulier.Fuerat enim puella nocte ipsa uitiata. sunt etiā qui dicant seipsum occæcasse ad naturæ secreta cautius rimanda.Cuius rei auctores sunt Cicero libro quinto Tusculanarū quæstionū:& Aulus Gellius lib.x.noctium atticarum:de cuius morte uariæ sunt sententiæ:ut Laertius tra dit.Periit aūt cētesimo & nono suæ ætatis anno.Hic omnia atomis constare dicebat:& plures esse mūdos & corruptibi les.Multa uolumina reliquit:ut auctor est Laertius in eius uita.Cū diuitiis censeri:Magnitudine diuitiarū æstimatione apd ho mines quantālibet sibi uendicare poterat.Hic enim facile coniici potest patris diuitias fuisse prope incredibiles:q exer citum xerxis persarum Regis epulum dare potuit quem constat fuisse supra centum miriada hoc est decies centena mi/ lia militum atq3 etiam multo plura:ut quidam tradunt.Omnia temporum momenta:Mira industria hominis: ut ne mini mum quidem spacium prætermitteret quin uel disceret uel doceret.

## De Carneade philosopho.Cap.DCCCXXXV.

Carneades laboriosus & diuturnus miles sapiē tiæ:siquidem nonaginta expletis annis idē illi uiuendi ac philosophandi finis fuit.ita se mi rifice doctrinæ operibus addixerat:ut cum cibi capien di causa recubuisset cogitationibus inhærens manū ad mensam porrigere obliuisceretur sed eum Melissa quam uxoris loco habebat temperato inter studia animo non interpellandi sed inediæ succurrendi officio dextram suā necessariis usibus aptabat.Ergo animo tantummodo ui ta fruebatur:corpore uero quasi aliēo & superuacuo cir cundatus erat.Idem cum Chrysippo disputaturus hel/ leboro se ante purgabat:ad exprimendum īgenium suū attentius & illius refellendum acrius Quas potiones in dustria solidæ laudis cupidis appetendas effecit.

Carneades laboriosus.Hic philoso/ phus cyreneus fuit epicomi:ut qdā ferunt siue Alexādri ut alii dicūt filii us stoicorū & Crysippi discipulus modice re luctabat & uerecūde:ita ut sæpe diceret nisi chrysippus esset:ego non essem.Aethicæ se mag.s deuouit q̄ phisicæ:quocirca cæsariem & ungues nutriebat:perpua fuit intentiōe stu diorū adeo:ut sensus oēs ēt a necessariis ui bus interdū auerteret inediaq3 cōsumeret ni si Melissæ cura quam uxoris loco tenebat su stentaretur:sæpiusq3 reficeretur.Ad hunc au diendum oratores confluebant. Disputatu rus cum Chrysippo qui acutioris esset inge/ nii suum se prius ingenium purgabat helle/ boro .mortuus est nonagesimo suæ ætatis anno:ut Vale. refert.Laer. uero octogesimo quinto olympiade centesima sexagesima se cunda.Laboriosus:Quia iugiter studio incu buit quoad uixit.Addixerat:astrinxerat : de stinauerat:nam addicere apud iurisconsultos significat per licitationē aliquid uēdere hoc est in uenditione publica:unde addicti apud ueteres dicebantur qui prætoris iussu cū sol uendo non essent creditoribus uendebantur. Addictus etiam morti destinatus Cicero & is q.i morti addictus esset paucos sibi dies cōmendandorum suorum causa postulasset uas factus est alter.Fruebatur uita :fructū capiebat ex uita animo non corpore:nā frui fructū capere significat.Salu.Vita qua frui mur breuis est.Helleboro se ante purgabat : Hellebori duæ sunt species coloris insignis: candidi & nigri qui non cognoscuntur nisi ex Hellebo radice teste Plinio libr.xxv.natura.histo.ubi ri species. multa de eius proprietate:sed in primis cādi dum probat q causas morborum extrahere & primo fuisse terribile:deinde adeo promi scuum:ut pleriq3 studiorum gratia ad proui dendū acrius quæ cōmentabant sæpi⁹ sūpti tauerint:quo & usum carneadem responsu/

Carneades philo.cyreneus miles.i.sectator sapientiæ laboriosus & diu turnus:unde duplex oritur laus:& ex multiplicitate & ex diuturnitate stu dii.Siquidem idest quoniam nonaginta annis expletis id.est postq̄ exple uerat nonaginta annos:idem fuit illi finis uiuendi & philosophandi idest dandi operam philosophiæ : & addixerat se operibus doctrinæ ita idest ī tantum mirifice ut cum recubuisset idest ad mensam se posuisset forte mo re antiquo incuruum causa capiendi cibi ipse inhærens idest infixus cogi tationibus obliuisceretur porrigere manum ad mensam idest ad cibum il li appositum :sed melissa idest mulier quam habebat loco uxoris : apta/ bat dextram suam usibus necessariis idest imponebat illi cibum in os ani mo temperato inter studia idest affectione accommoda studiis:non offi/ cio interpellandi idest impediendi eum a studio.sed succurrendi inediæ: .i.carentiæ eius:sup.ei9.Ergo Carneades fruebatur sup.in uita sua tātum modo animo:uero idest sed circundatus erat corpore quasi alieno & super uacuo.i.tanq̄ re aliena a se & superuacanea.Idē disputaturus cū Chry

ſippo præceptore ſuo:purgabat ſe hoc ē cerebrū ſuū ante.i. prius:hellebo
ro.ſ.candido:quod in anticyra optimū naſcitur ad ingeniū ſuū exprimen/
dū.i.deſiccandū & purificandū & ita reddendū illud attētius & acrius &
ad refellendū ſup.ingenium illius:ſcȝ Chriſippi.Quas potiones.ſ.ex helle/
boro diluto:induſtria & ſolertia fecit.ſ.exemplo:Carneadis:appetēdas cu
pidis laudis ſolidæ id eſt integræ.

De anaxagora phyloſopho. Ca.DCCCXXXVI.

QVali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe cre
dimus.qui cum poſt diutinam peregrinationē
patriam repetiſſet poſſeſſioneſq;. deſertas ui/
diſſet:non eſſem inquit ego ſaluę niſi iſtæ periiſſent. Vo
cem petitę ſapientiæ compotem:nam ſi prediorum po/
tius q̄ īgenii culturę uacaſſet:domin⁹ rei familiaris itra
pcnates mãſiſſet:ñ tãtus Anaxagoras ad eos rediſſet.

¶ Quali &c.Porro.i.aūt quali ſtudio credimus aut credemus Anaxago/
rā flagraſſe.i.arſiſſe:qui cū poſt peregrinationem diutinam repetiſſet pa/
triam:& uidiſſet poſſeſſiones.i.ſuas deſertas:inquit ego nō eſſem ſaluus
niſi iſtæ.ſ.poſſeſſiones periiſſent: Vocē.i.o uocē compotem ſapiētiæ peti/
tæ:hoc eſt quæ aſſecuta erat ſapientiam petitam.Nam ſi uacaſſet potius
culturæ prædiorum q̄ ingenii:& ſup.manſiſſet dominus rei familiaris in/
tra penates.i.domum ſuam:non rediſſet ad eos.ſ.penatēs ſuos Anaxago
ras tantus.ſ.philoſophus aut tam magnus uir cenſendus.

De Archimede philoſopho.Cap.DCCCXXXVII.

ARchimedis quoq; fructuoſam induſtriā fuiſ
ſe dicerem niſi eadem illi & dediſſet uitam &
abſtuliſſet.Captis.n.ſyracuſis Marcellns ma/
chinationibus eius multum ac diu uictoriam ſuam in
hibitam ſenſerat:eximia tamen hominis prudentia dele
ctatus ut capiti illius parceretur edixit:pene tantum glo
riæ in archimede ſeruato quantum in oppreſſis ſyracu
ſis hoſtis reponens. At is dum animo & oculis in terrā
defixis formas deſcribit militi qui prædandi gratia do
mum irruperat ſtrictoq; ſuper caput gladio:quiſnam eſ
ſet interrogabat:propter nimiam cupiditatem inueſtigā
di quod requirebat nomen ſuum indicare non potuit:
ſed protracto manibus puluere:noli inquit obſecro iſtū
circulum diſturbare ac perinde quaſi negligens imperii
uictoris obtruncatus ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta
confudit.Quo accidit ut propter idem ſtudium modo
donaretur uita:modo ſpoliaretur.

Archimedis &c.Ego dicerem quoqȝ.i.etiā induſtriam archimedis.ſ.geo/
metre & architecti ſyracuſani:fuiſſe fructuoſam:quia diu conſeruauit
patriam:niſi eadem &.i.pariter dediſſet illi uitam:ſcilicet Marcello ueran
te:nequis eum ob induſtriam occideret:& abſtuliſſet uitam:quia illi inten
tus quis eſſet explicare non curauit.Enim pro quia Syracuſis captis Mar
cellus ſenſerat uictoriam ſuā inhibitam.i.impeditam multum ac diu ma/
chinationibus id eſt machinamentis eius.i.ab eo aut eius induſtria factis:
tamen ipſe delectatus eximia prudentia hominis:edixit ut parceretur ca
piti.i. uitæ illius ſcilicet archimedis :reponens ideſt collocans hoſtis ideſt
cum eſſet hoſtis : pene tantum gloriæ i archimede ſeruato.i.in cōſeruatio
ne archimedis quātū i ſyracuſis oppreſſis.i.i oppreſſiōe ſyracuſanū.At is.ſ.
archimedes dū aio ſup.defixo:& oculis defixis ī terrā:deſcribit:formas.i.
figuras quaſdam geometricas:non potuit propter nimiā cupiditatem in/

rū zenonis libris fuiſſe dicit. Aulus quoqȝ
gellius lib.xvii.Noctiū atticarū duas ſpecies
hellebori dicit.Ad exprimendū ingeniuȝ:ad
explicandam uim ingenii Quas potiōes.lau
dis inqt cupidi exēplo carneadis hellebero
ſe diſputaturi:purgabāt prius q̄ ad certamē
deſcenderent quod ante carneadē facere non
ſolebant.

QVali porro ſtudio anaxagoram: de
hoc uiro dictū eſt in ca.de obitu fi/
liorū:quod ad eius induſtriaȝ ptinet
cū admodū diues eſſet cōtēptis diuitiis om/
ne patrimoniū ſuis ſponte cōceſſit:uel ut alii
dicūt relictis poſſeſſionibus ſtudii gratia lon
gā peregrinationē ſuſcepit:& cuȝ poſt multa
tpa rediſſet in patriā prædiaqȝ ſua uidiſſet
inculta atqȝ deſerta ſapienter dixit: niſi hæc
periiſſent:ego ſaluus nō eſſeȝ:uox philoſopho
digna:nā ſi colēdis agris uacaſſet tanti ucis
& gloriæ philoſophus nō euaſiſſet q oi re/
publica atqȝ priuata contēpta ad ſpeculatio
nē reȝ ſe contulit:& ut ſtudioſiſſimus fuit ita
multa de motu coeli curſu ſyderū & natura
reȝ ſcripſit.uix itaqȝ ānis ſeptuagita duobus
litteris ſemper intentus:hic cuidam dicēti qđ
patria ſibi curæ non eſſet:immo cura patriæ
mihi maxima eſt & digitū extendebat in cœ
lum oſtendens illam ſibi ueram patriam eſſe.
Impietatis ſemel a Cleomene accuſatus qđ
ſolem quem Athenienſes colebant:candentē
laminam diceret & penitus ignitam defenſus
a pericle diſcipulo quinqȝ talentis mulctatus
exilio fuit de cuius morte uarias dicit Laer/
tius ſententias eſſe ſcriptorum.Saluus nō eſ
ſem:uirtutem & ſapientiam ueram hominis
ſalutem eſſe dicit.

ARchimedis quoqȝ.Archimedes uel
ut Quintilianus libro primo de inſti
tutione oratoria.Archimenides ſyra
cuſanus in omni geometria ante alios mira
ſubtilitate laudatus.erat enim teſte Liuio de
cade ſecūdi punici belli unicus ſpectator cœ
li ſyderumqȝ: mirabilior tamen inuentor ac
machinator bellicorum tormentorum operū
qȝ qui ea quæ hoſtes ingenti mole agerent ip
ſe perleui momento ludificaretur Captus de/
inde ſyracuſis per proditionem quas contra
uim marcelli Romani ducis diu defenſaue
rat:cum omnia uerterent hoſtes ipſe diame
tros ſuos in puluere obſignans a prætereūte
milite incognitus occiſus eſt.Liuius:cuȝ mul
ta inquit iræ:multa inuidiæ auaritiæqȝ ſœ/
da exempla ederentur.Archimenideȝ memo
riæ proditum eſt.In tanto tumultu q̄tum ca
ptæ urbis in diſcurſu diripientium militum
ciere poterant intentum formis quas in pul
uere ſcripſerat ab ignoto milite quis eſſet in
terfectum ægre id marcellum tuliſſe:ſepultu
ræqȝ curā habitā & propinquis ēt inquiſitis:
honori pſidioqȝ nomē eius ac memoriā fuiſ/
ſe Pli.li.vii.na.hiſto.Grande & archimenidi
geometriæ & machinalis ſcientiæ teſtimo/
nium.M.marcel.contigit interdicto cum ſy

racusæ caperētur ne uiolarē: nunisi fefel lisset imperiū militaris imprudentia hic. teste Cice. li. tuscu. quæstio. fuit primus inuentor sphetæ & fabricator qđ laertius anaximā dro attribuit. hic de clyndaro opus eximium scripsit. Pene tātum gloriæ i archimenide ser uato. Quanti faceret archimenidē marcellus hinc facile declarauit cū nō minorē gloriam ex seruato archimenide q̄ ex capta potētissi ma urbe se consecuturū speraret: mira profe cto archimenidis laus qui nō minoris fierēt uestigandi quod requirebat: sine machina siue mensura fuerit: indicare mi liti. s. Romano: qui irruperat domū. s. archimedis gratia pdandi & interro gabat quisnā esset: gladio stricto. i. euaginato & uibrato super caput sup. eius: puluere sed protracto manibus inquit obsecro noli disturbare isttū cir culum: ac perinde. i. sic quasi negligens imperii uictoris: qui iussit eum no men suū pferre: obtrūcatus. s. ab eo: cōfudit sanguine suo lineamēta suæ artis: quo. i. per quod factū accidit ut Archimedes donaretur modo. i. pau lo ante per edictū marcelli: uita & spoliaretur mō. i. paulo post a milite: p per idē studiū: quia nimis intentus arti suæ contēpsit militi nomē exprime re. Scribitur etiam archimenides.

a marcello q̄ syracusæ. Propter nimiā cupiditatē inuestigandi q̄ incredibilis hominis industria quē nō captæ urbis ruina nō propinquæ mortis metus: a suis cogitationibus potuit absterrere. Pertracto puluere: secto uel scisso puluere: in quo Diametros & formas suas designabat. Lineamenta signa: sunt autem lineamēta extremitates corporū & imaginū impres siones quæ primo inducuntur a pictoribus: deinde coloribus iplētur. Modo donaretē uita: Quia quāti in marcello fuit do natus est uita: nā studio & industria eius delectatus edixerat: ut incolumis seruaretē archimenides. Modo spoliaretur: quia dum intentus esset formis imprimendis militis contempsit imperium a quo trucidatus est: quam igitur uitam studium de derat eandem postmodum studium abstulit.

## De Socrate phō. Cap. DCCCXXXVIII.

Socratem etiam constat ętate prouectum fi dibus tractandis operam dare cœpisse: satius iud cantem eius artis usum sero q̄ nunq̄ perci pere: & quantula socrati accessio illa futuræ sciētię erat sed peruicax hominis industria tantis doctrinæ suæ di uitiis etiam musicæ rationis uilissimum elementum ac cedere uoluit. Ergo dum ad discendum semper se pau perem credidit: ad docendum fecit se locupletissimum.

¶ Socratē &c. Cōstat ēt Socratē puectū ætate. i. grādē natu cœpisse. i. cepisse dare operā fidibus. i. musicis instrumētis tractādis iudicantē satius. i. melius & eligibilius pcipe usum eius artis. i. musicæ sero. i. tarde aut etiā nimis tarde q̄ nūq̄. Et quantula. i. q̄ parua accessio. i. incremētū & augmē tū illa scientiæ futuræ erat socrati. i. uiro scientissimo: q. d. minima nimirū. Sed industria hominis. i. socratis puicax. i. quasi obstinata & infrangibilis uoluit ēt uilissimū elementū. i. principiū: musicæ rationis accedere. i. addi tantis diuitiis suæ doctrinæ. Ergo dū Socrates credit se semper pauperem. i. indigētē sciētiæ: ad discēdum. i. ut possit semper aliqd discere fecit se locu pletissimum sup. scientiæ: ad docendum. i. ut possit alios docere.

Socratē ēt: socrates fuit adeo studio sus adeoq3 sciētiæ cupidus ut nec a mulieribus qdē turpe existimaret di scere quod utile fore uideretur: pterea cū iam oium pœne rerū sciētiā cōplexus esset: musi cæ quoq3 operā dare nō erubuit in puectio ri iā ætate ut ad reliquas uirtutes suas q̄ mi rabiles fuisse credūtur: hoc ēt quātulūcunq3 foret: accederet ne quid illi unq̄ defuisse uide retur. Ita effecit industria sua ut dū semper ali q̄ sibi deesse existimaret ad eū sciētię cumu lū peruenerit ut alios locupletissime docere posset: fuit teste Gellio tāta tēperātia ut om ne suæ uitæ tps ualitudine inoffensa transe gerit de cuius morte dictū est in ca. de sapiē ter dictis. Fidibus tractandis: musicæ arti ut sciret fidibus canere. cur autē huic arti iā3 se nex operā dare uoluerit hāc cām fuisse fe runt: q in cōuiuio inuitatus a quodā ut cane ret se fidibus nescire respōdit: quod a nōnul lis risu exceptū ad musicā pdiscendā illū in citauit: ut sero potius q̄ nūq̄ artis illius rōnē teneret: fidis chorda in cythara uel lyra alio ue instrumēto extēsa: unde fidicula diminuti uum tormenti genus Accessio. Additio: incre mentū. Sed puicaces dicamus pseuerantes i terdū contumaces obstinatos duros. est autē pertinax qui ad uictoriā usq3 pseuerat in proposito. Vilissimū elementū: ideo dicit qa studia quædā sunt adolescentibus cō grua ut grāmatica dialectica rhetorica: alia grauioris & maioris excitationis & ingenii: ut philosophia scilicet phisica. At uero musica earum rerum est: quæ inferioris sunt & materiæ leuioris. recte: ergo dixit uilissimum elementum.

## De Isocrate Cap. DCCCXXXIX.

Atq3 ut longę & felicis industriæ quasi in unū aceruum exempla redigamus Isocrates nobilis simum librum qui inscribitur πανηθηναικοσ quartum & octogesimum annum agens (ita ut ipse si gnificat) composuit opus ardentis spiritus plenum: ex quo apparet senescentibus membris eruditorum intus animos industriæ beneficio florem iuuentæ retinere: nec q3 hoc stilo terminos uitę suę clausit: namq3 admiratio nis eius fructum quinquennio percepit.

Alii utilis simū le gunt

Atq3 ut. Isocrates nobilissimum: ut omnem industriæ rationē in uno ho mine fuisse comprehendamus Iso cratis exemplum lectoribus subiciamus: fu it autem Isocrates græcus orator clarissimus gorgiæ auditor. multorum philosophorum præceptor eximius: ut Macrobius attestatur & teste Quintiliano fuit diuerso dicendi ge nere nitidus & cōptus palæstræ magis quā3 pugnæ accomodatus omnes dicendi uene res sectatus in inuentione facilis: honesti stu diosus in cōpositiōe adeo diligēs: ut cura ei9 reprehēdat: i ætate iā cōfecta iā3 decrepita q̄r ti & nonagesimū agēs annum teste Cice. in catone maiore librum cōposuit qui panathe

¶ Atq; ut redigamus quasi in unum aceruum idest cumulū exēpla industriæ lōgæ.i.diutinæ & fælicis .i.beatæ.Isocrates cōposuit (ut ita ipse significat) librū nobilissi.nū q inscribit.i.cui titulus ē πανασθηναικοσ panathenaicos.i. tota res aut laus atheniēn.agēs ānū quartū & octogesimū(Nō ergo dicemus octuagesimū)sciemusq; iter octo & cētū numerū numerū interueniente coniunctione ppoui debere appositione opus plenū spiritus idest acrimoniæ ardentis.Ex quo apparet animos eruditorum retinere intus florē iuuentæ beneficio industriæ.i.grauitatis solertis membris senescentibus.Neq; clausit idest finiuit terminos uitæ suæ hoc stilo quo pāthen icō scripserat:nāq; percepit quinquennio idest spacio quinq; annorū fructū ad.nirationis eius.i.laudē quæ ex eius admiratione illi dabatur.Nam quinq.iennium post uixit.

naicos inscribit: totius græciæ & imprimis Athenarū gesta laudesq; continens & studia urbis:quē tanta scientia cōstat fuisse refertū: ut admirarentur oēs in ea ætate ingenii uires tantū ualuisse ex quo facile cōpræhēdi pōt in hominibus corpora quidē senescere animos uero nunq̄ si quis bene diligenterq; coluerit eos.Cice.de Isocrate ē ēt qete & pure atq; leganter actæ ætatis placida ac lenis senectus qualē accepimus platonis:q & octogesimo anno scribens est mortuus : qualēq; isocratis qui eū librū qui panathenaicos iscribitur:quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur uixitq; quinquēniū postea:Isocrates teste Macrobio cū in conuiuio a sodalibus rogaretur ut aliquid in mediū de suæ eloquentiæ fonte proferret respōdisse fertur q̄ locus p̄sens & tps exigit:ego nō calleo:q̄ uero calleo nec huic loco:nec tēpori sunt accōmodata.Felicis industriæ:Quia ex ea industria plurimū fructū cōsecutus fuerat.Panathēsicos:qa cēm urbis Athenarum laudē cōtinebat q.s.in ea urbe cuncta liberalia studia ac bonæ artes uigerent & præciperentur: qui tamen liber hominū negligentia obsoleuit.Admirationis eius appellat i.illū admirationem quādam hominum quia admirabantur tantū eius ingenii uires in ea ætate ualuisse:ut librum sūma sapientia refertū ædere potuit & inde laus illi maxima redundabat eius operis fructus esse uidebatur & erat.

## De Chrysippo Cap.DCCCXL.

Citerioris ætatis metas:sed non parui tamē spacii chrysippi uiuacitas flexit:nam octogesimo anno cęptum ante quadragesimum logicō exactissimæ subtilitatis uolumen reliquit:cuius studium in tractandis ingenii sui monumentis tantum operis laborisq; sustinuit:ut ad ea quæ scripsit penitus cognoscēda longa uita sit opus.

¶ Citerioris Viuacitas.i.aptitudo & auiditas uiuendi & quasi longæuitas Chrysippi flexit metas.i.peruenit ad spatiū citerioris ætatis(Tralatio ad curule certamen in quo dū currus ad metas tracti sunt reflectuntur sed tamen non parui spacii.nā reliquit uolumē λογικον.i.logicorū aut logicaliū exactissimæ subtilitatis anno octogesimo.s.suæ ætatis cœptu; ante quadragesimum.s.ānnū & ita supra quadraginta annos in eo laborauerat.Cuius.s.Chrysippi studiū sustinuit tantū operis & laboris tractandis idest exercendis monumentis .i.futuris indiciis & testimoniis ingenii sui:ut opus sit longa uita:ad cognoscenda penitus idest omnino & pene intus:ea quæ scripsit.

Citerioris ætatis metas chry .Hic Chrysippus apollonii solensis filius siue tarsensis philoso .acutissimus adeo ut testentur ferme oēs :iouē ipsū; eius acutioribus argumētis uix resistere potuisse si in terras descendisset:fuit ergo ingeniosus & acutus in omni genere orationis:in plerisq; a zenone dissensit & cleanthæ :quotiens aduersus cleanthē differendo egisset tāta ducebatur pœnitentia:ut crebro diceret eqdē alias fortunatus sum p̄terq̄ in cleanthē i hoc sum infelix:& ut dixit Cic.de natu.deo .Natus est homo Chrysippus ad mundum contemplandū atq; mirandū:nā teste Laertio septingenta uolumina edidit:& qcqd icidebat mandabat litteris & sæpe emendabat:& magna testimoniorum nube utebatur : qd adeo in consuetudine habuit:ut in quibusda; suis opusculis totam Euripidis Medeam insereret:petentiq; cuidam ab altero legente qdnā id esset quod legeret illi Chrysippi Medea est quare de illo ait Apollodorus Atheniensis siquis tollat de Chrysippi libris quæ aliena sunt charta illi uacua relinquetur eius tamen libri clarissimi & in dialectica præcipue in qua fuit adeo insignis: ut dicerent si apud deos in usu esset dialectica.non futuram aliam q̄ Chrysippeá.erat præterea teste Laertio.imbecilli tenuiq; corpusculo:quod ex eius imagine dicit apparere:in potationibus ut refert agebat quietem:cura autem sola mouebat ut ancilla eius diceret Chrysippi tantū cura est inebriari:unde teste Hermippo a discipulis ad sacrificium ductus dulce merū adeo bibit:ut satigatus angustiis spiritus eū quinta die post reliquerit:cū esset octoginta triū annorū:sunt qui dicant eū nimio risu cōpræhensum interiisse : ita ut cum Asinus manducasset ficus aniculæ dixisset:ut uinum asino daret:nimioq; dehinc risu expirasse:neminē regū laudauit:sola anicula cōtentus fuit:hic ergo uolumē ante quadragesimū annū inchoatū exactissimæ subtilitatis octogesimo anno cōfecit & absoluit quē λογικον logicā appellauit ex quo facile cōtici pot.st quāta eius fuerit industria:qui unu; & quadraginta annos assidue scribendo cōsumpsit:fuit maxime auctoritatis philosophus.de quo Iuuenalis satyra secūda:plena oia gypso Chrysippi inuenias.Citerioris ætatis metas.Quia nō ad Isocratis ætatem peruenit hoc est rō tāto tpe uixit:nā Isocrates:ut diximus nouē & nonaginta confecit annos:hic uero ad octogesimū tantūmodo peruenit annū: ergo citerioris id ē breuioris ætatis terminos Cœptū λογικων.Librū logicorū & phisicorū ɔsiderationū:nā Logica & phisicorū cōsiderationes in eo libro continebantur.Exactissimæ subtilitatis.Exquisitissimi acuminis.Ad ea quæ scripsit longa uita sit opus.Quia ut diximus teste Diogene septuaginta uolumina cōposuit ad quæ legēda lōgiori uita opus eēt.

## De Cleanthe philosopho.Cap.DCCCXLI.

TE quoq; Cleāthe tam laboriose:hauriētē & iā pertinaciter tradētē sapiētiam:numen ipsius

TE quoq; Cleanthe: Cleantes haurienda ortulanis aqua uitā sustentauit:hic Cleanthes phanii filius a suis ut antisthenes dicit in successiōibus:prim:ū

quidem pugil fuit:deinde profectus Athenas cũ dragmis quattuor:ut quidam ferunt: cõgressus zenoni studiosissime philosophatus est inq; eisdẽ decretis perstitit memoriae: proditum est ipsum laboriosissimum fuisse. adeo ut inopia cogente se mercenarium faceret:ac noctu quidẽ in hortis hauriret aquã interdiu autem operam studiis liberalibus daret:ut & phreantles idest exhauriens puteos appellaretur. Aiunt illũ cũ pertractus esset i iudiciũ redditurus rõnem unde adeo robustus ac tam boni habitus uiueret: Hortulãno apud quem id muneris implebat ac muliere penes quã farinas pinsebat testibus sui uict9 usum absolutum esse. Ariopagitasq; admiratos decem illi minas dari consueuisse zenonem autem accipere illũ uetuisse. Aiunt autẽ Antigonum illi tria milia dedisse:hic auditor eius cum rogaret cuius gratia hauriret :audiuit non solum haurio nũquid non effodio ac rigo & caetera facio philosophiae cã :& zeno quidem illum ad id exercebat: iubebatq; obolum sibi ex labore afferri coactã aliquãdo stipem in mediũ familiariũ intulit dicens cleanthes quidẽ Cleanthem aliũ posset nutrire si uellet:qui uero inde nutriantur affatiz habet ab aliis quaerũt quae sunt ad usum uitae necessarium & quidem remissius philosophantes:ea igitur ex causa secundus hercules Cleanthes dicebatur:hunc Vale.dicit Chrysypi auditorem cũ econtrario Laertius dicat:Chrysippus apollonii filius solensis siue Tharsensis:ut Alexander in successionibus ait discipulus Cleanthis fuit:hic prius longa exercitatione emensa zenonis siue Cleanthis ut Diocres & plurimi tradunt auditor:nam cleantes uitae instituto clarus obtinuit: ut zenoni succederet:& quidem complures essent illius memorabiles discipuli. Composuit autem libros pulcherrimos de tempore:de sensu:de arte de appetitione:de antiquitate.de diis.de hymenaeo.de gigantibus.de arte amatoria.de pollicitis.de legibus & alios complures tumuit illi gingiua ae putruit.medicorum sententia :biduo cibo abstinuit:conualescente ipso & medicis sibi consueta permittentibus:iterum sponte sua fecit abstinentiam qua consumptus est & extinctus. Alii dicunt amore alterius uitae manum sibi iniecisse:audito a se zenone annis.xix.cuius annos hoc est nonagesimum aequasse dicitur. Laboriose haurientem. Cum multo sudore addiscentem. Numen ipsius dea ipsa industriae :nam cunctas uirtutes & animi passiones deas esse credebant antiqui & eas tanq̃ numina colebant:ut fides:pietas:concordia. Iuuena.ut colitur pax atq; fides uictoria uirtus:Quaeq; salutato crepitat concordia nido. Extrahendae aquae:hauriendae ex puteis aquae Seneca ad Lucilium epistola .xly. Socrates patricius non fuit cleanthes aquam traxit & rigando hortos locauit manus. Diurno Chrysippi:praeceptis. Dissentit a Laertio ut diximus. Non enim Chrysippi:sed zenonis auditorem fuisse dicit Laertius qui etiam propter morum uenustatem successit. Abunde ad centesimum:ad nonum & nonagesimũ annum dempto scilicet uno ad centum. Duplici enim labore. Vere te industriae numen aspexit.nam & discendo & docendo te semper ita gessisti ut in discrimen uenire possit melior ne discipulus an praeceptor euaseris.

industriae suspexit:quum adolescentem quaestu extrahẽdae aquae nocturno tempore inopiam tuam sustentantem diurno chrysippi praeceptis percipiendis uacantẽ: eundemq; abunde ad centesimum annum attenta cura erudientem auditores tuos uideret:duplici enim labore unius saeculi spacium occupasti incertum reddendo: discipulusne an preceptor esses laudabilior.

Te quoq; &c. O Cleanthe (a ntõ Cleantes) numẽ idest diuina uirtus ipsius industriae:suspexit.i.misericorditer aspexit:quoq;.i.etiaz te haurientem tã laboriose sapientiã (Alludit ad nomen illi ex officio impositũ :) nã quia e puteis aquã haurire solebat prae tenuitate rerũ ut inde uictũ redimeret dictus est phreantles a nomine φρεαρ quod est puteus, & uerbo αντλαω.i.exhaurio:sed dum per se põitur significat exhaurire sentinam) & tradentem.s.discipulis:tã pertinaciter.i.constanter quũ.i.quãdo uideret te adolescentem sustentantem inopiã tuã quaestu.i.lucro:aquae extrahendae.s.e puteis tempore nocturno:& sup.uacantem tempore diurno praeceptis.i.traditionibus Chrysippi percipiendis:quum uideret te eundem erudientẽ abunde & attenta cura sup.usq; ad centesimũ annum auditores tuos. Enim pro quia tu occupasti spacium unius saeculi.i.centũ annorum duplici labore.s.dicendi & docendi:reddendo incertum.i.ambiguũ an esses laudabilior discipulus an praeceptor.

## De Sophocle.Cap.DCCCXLII.

Sophocles quoq; cum rerum natura gloriosum certamen habuit tam benigne illi mirifica opera sua exhibendo:q̃ illa operibus eius tempora liberaliter sumministrando. prope enim centesimum annum attigit sub ipsum transitum ad mortẽ Oedipode coloneo scripto:qua sola fabula omniũ eiusdem studii poetarum praeripere gloriã potuit:idq; ignotum esse posteris filius Sophoclis noluit Sophon sepulchro patris que retuli insculpendo.

Sophocles:Hic tragoediarũ scriptor clarissimus Atheniẽsis:de quo diximus in ca.de continentia li.iiii.cuius tanta fuit industria.ut cum ipsa rerũ natura certasse uideatur. Nã cum esset annorum fere centum oedipodem tragoediam composuit:de qua Cice.in Catone maiore :Sophocles inquit ad sũmam senectutẽ tragoedias fecit:qui propter studium & industriam cum rẽ negligere familiarẽ uideretur a filiis in iudicium uocatus:ut queadmodũ nostro more rẽ male gerentibus patribus bona interdici solent:sic illũ quasi desipientẽ a re familiari remouerẽt iudices:tũc senex dicitur eã fabulã q̃ hẽbat in mãibus & proxie scripserat oedipũ coloneũ recitasse iudicibus:q̃sisseq; nũ illud carmẽ desipiẽtis uideretur quo recitato sẽtẽtiis iudicũ ẽ liberatus gloriosũ cũ rerũ

Sophocles quoq; habuit gloriosum certamen cum natura rerum exhibendo illi.s.naturae mirifice opera sua.s.tragica:tam benigne idest bona

uoluntate.q̄ illa.s.natura subministrando operibus eius.s.Sophoclis tem pora.s.uitæ liberaliter:hoc est Sophocles contendit cum natura conādo eam uincere labore suo:hoc est plus laborādo q̄ pro modo temporis sibi dati:& natura certauit:cum Sophocle prolongando illi tempus uitæ & industriæ ultra consuetum modum.Enim pro quia Oedipode coloneo scripto.i.tragœdia sic inscripta absoluta sub ipsum transitum ad mortē.i.paulo ante decessum suum Sophocles attigit prope centesimum annum: qua sola fabula licet alias nō scripsisset ipse potuit præripere.i.præ cæteris rapere & uendicare sibi gloriam omnium poetarum eiusdem studii: & Sophon filius Sophocles noluit id.i.eam laudem patris esse ignotum posteris:insculpendo sepulchro patris quæ rettuli:uidelicet ꝙ princeps tragicorum uel ea sola fabula euaserit.Videtur autem hoc nō sophon esse nomen filii:sunt tamen qui græcæ scribunt σοφον.i.sapientem ut sit insculpendo sepulchro sophon sed tunc non quadret quod additur quæ rettuli.

## De Simonide poeta. Ca.DCCCXLIII.

SImonides uero poeta octogesimo anno & docuisse se carmina:& in eorum certamē discendisse ipse gloriatur:nec fuit iniquum illum uoluptatem ex ingenio suo diu percipere:cum eam omni æuo fruendam traditurus esset.

¶ Simonides uero poeta gloriatur se docuisse carmina anno octogesimo s.ætatis suæ:& descendisse in certamen eorum.s.carminū aut potius poetarum scribentium carmina.Nec fuit iniquum.i.iniustum:illum percipere diu uoluptatem exingenio suo:cum traditurus esset eam fruendaз.i.cū fructu & uoluptate percipiendam omni tempore:quia eius carmina semper extabunt iudicio authoris.

## De Solone. Ca.DCCCXLIIII.

NAm Solon q̄ta industria flagrauit & uersibus complexus est:quibus significauit se quotidie aliquid addiscentem senescere:& supremo uitæ die confirmauit:ꝙ assidentibus amicis & quadam de re sermōem inter se conferētibus fatis iam pressum caput erexit.Interrogatusqз q̄propter id fecisset:respondit:ut cum istud quicquid est de quo disputatis percepero moriar.Migrasset profecto ex hominibus inertia si eo animo uitam ingrederentur:quo ea Solon egressus est.

¶ Nam Solon &.i.simul complexus est.i.consecutus quanta industria flagrauit:uersibus quibus significauit se senescere.i.seniorem fieri:addiscentem quotidie aliquid:& confirmauit.i.comprobauit supremo die uitæ: ꝙ i.quia erexit caput suum iam pressum fatis.i.morte instante:amicis scilicet eius assidentibus & conferentibus de quadam re:inter se: & interrogatus quapropter fecisset id.i.erexisset caput suum respondit:ut cum percepero istud quicquid est de quo disputatis moriar.Profecto(dicit Author) inertia idest ignauia & carentia industriæ migrasset.i.pēitus discessisset ex hominibus si sup.homines ingrederentur uitam eo animo quo Solon ē egressus ea.s.uita:hoc est cupienti semper aliquid discere.

natura certamen.hoc habuit cuз natura certamen:ut diu uiuendo laboriosus semper esset.natura longum illi uitæ spacium concessit:quo posset scribendo gloriam comparare.Sophocles illud non minori studio & industria spacium cōfecit.gloriosum igitur certamen:ut q̄tomaius spacium daretur tanto maiori ille studio conficeret.Sub ipsum transitum ad mortem:de qua morte dicemus li. ultimo cap.XII.Quæ rettuli.Fabulam scilicet œdipodis quam supra cōmemoraui.hāc filius sepulchro patris curauit insculpi uirtutis paternæ monumentum perpetuum.

SImonides uero poeta.Hic Lyricus poeta fuit:ut diximus lib.i.cap. de somniis:item capitulo de miraculo unde & carmina quædam simonidia dicta sunt:primus etiam artem memoriæ inuenisse dicitur teste Ci.tanta eius fuit industria: ut gloriaretur & se octogenarium carmina docuisse & in theatrum ad certamen cum reliquis poetis descendisse:ut inde præmia qui meliori poetæ darentur exciperet: superstes etiam carminibus suis fructum ex his uoluptateз scilicet mirificam cœpit:quia uideret ꝙ ea omnis esset celebratura posteritas. In eorum certamen descendisse:in theatrum descendit:ut carmina sua quæ recitaret cæterorum poetarum uersibus potiora esse probaret:& ita propositum præmiuз caperet.Nec fuit iniquum:Lyptotes est:ac si diceret fuit æquissimum.

NAm Solon.De hoc Solōe diximus supra li.y.ca.de ingratis.Fuit auteз unus e septem sapiētibus atheniensis:ut quidam dicunt:ut alii salaminius de q̄ insula diximus supra libro & capitulo præscriptis:utcūqз sit atheniis uixit:& urbem illam quasi nouam ciuitatem moribus & legibus condidit:qua in re tanto temperamento se inter plebem & senatum egit ut ab utrisqз parem gratiā contraxerit.Legitur apud platonem solonem iudicio Critiæ cuiusdam uiri doctissimi uideri ñ solū prudentia cæteris laude dignis sed etiam carminibus præstitisse:& si sermonem quem ab ægypto reuersus instituerat implesset non minorem hesiodo uel homero futurum:continebantur autem in eo Atheniensium gesta hic q̄q̄ omniū hominum iudicio haberetur continens tamen indulsisse scribitur uino:cuius industria quanta fuerit ex eius uerbis comprahendi potest:nam dictitare solebat γηρασκω αει πολλα διδασκομενος. senesco semper multa addiscens.præterea cum extremū fati diem sustineret & qui assidebant amici ac familiares de re quadam inter se disputarent caput erexit auditurus quid illi tunc inter se differerent: interrogatus si quid esset quod uellet:ut percepto inquit quicquid est de quo disputatis eruditior hinc abeam moriarqз sapientior:uox profecto philosopho tanto dignissima.Flagrauerit:Accensus fuerit:nota est uerborum differentia flagro & fragro alterum:cum a flatu siue flamma alterum a fracta specie ue-

niat: hoc ad odorem: illud ad ardorem: refertur. Versibus supra graece positis. Fatis pressiur: instanti & propinqua mor te grauatum. Migrasset ex hominibus inertia. Si homines inquit ea industria uitam ingrederentur qua Solon egressus est nullus inter mortales inertiae locus inueniretur. haec autem ad id potissimum ualent ut adolescentes horum exemplis inci tati summo studio & industria uirtutes amplectantur & studia capessant horumq; similes fieri maxime laborent.

## De Themistocle. Cap. DCCCXLV.

QVam porro industrius Themistocles qui maximarum rerum cura districtus omnium tamen ciuium suorum nomina memoria comprachendit? Per summam namq; iniquitatem patria pulsus & ad Xersem quem paulo ante deuicerat confugere coactus: priusq̃ in conspectu eius ueniret persico sermoni se assuefecit ut per laborem parta commendatiõe regiis auribus familiarem & assuetum sonum uocis adhiberet.

¶ Quam &c. Porro .i. sed: q̃ .i. q̃tum industrius sup. fuerit. Themistocles q districtus cura maximarum rerum: tamen .i. nihilominus comprachendit memoria: nomina omnium ciuium suorum: Namq; ipse pulsus patria per summam iniquitatem: & coactus confugere ad xerxem .s. regem. persaru; quem deuicerat paulo ante: assuefecit se sermoni persico priusq̃ ueniret in conspectu aut in conspectum eius. scilicet xerxis: ut commendatione .s. sui parta labore aut per laborem: adhiberet: auribus regiis: uidelicet xerxis sonum .i. uocem familiarem & assuetum: repete auribus regiis: quia signum amoris est didicisse alterius gentis linguam cum qua qui nullum commercium affectaret eam non disceret.

QVã porro industrius Themistocles: Themistocles Atheniensium clarissimus ciuis & imperator eximius ut diximus in cap. de mutatione fortune indu stria quanta fuerat hinc facile conici potest q cum multarũ maximarũq; rerũ cura eẽt in uolutus & reip. Atheñ. administratione semp i tentus oium tñ ciuiũ suorum noĩa teste Ci ce. teste Quintiliano & nunc Valerii. memoriae mandauerit: & intra anni spacium persicam linguam optime perceperit. Cice. in Catone maiore Themistocles inquit omnium ciuium suorum perceperat nomina. Quintilianus uero de institutione oratoria in ca. de memoria. Caeterum inquit q̃tum natura studioq; ualeat memoria uel Themistocles testis est quem unum intra annum optime locutum persice constat. Districtus: implicitus interdum iratus & seuerus ac potens: p summam iniquitatem patria pulsus inuidia ciuiũ uel tyrannidis suspitiõe: uel quia ut diximus mos erat Athenis ut qui uirtute maximas opes comparassent ne libertati periculosus esset per decem annos exularet: ergo p summam iniquitatem quia iniquissimum erat patriae liberatorem: imperii amplificatorem & conseruatorem exilio mulctare quem ingentibus praemiis afficere debuerant. Parta commendatione per laborem Persicam linguam studiose addiscendo se regi gratum reddit & commendabilem.

## De Cyro & Mithridate regibus. Ca. DCCCXLVI.

CVius utriusq; industriæ laudem duo reges partiti sunt. Cyrus omnium militum suorum nomina: Mithridates duarum & uiginti gẽtium quę suo regno eius erant linguas discendo: ille ut sine monitore exercitum salutaret: hic ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

¶ Cuius utriusq; industriæ .s. in cõmemorandis nominibus ciuium: & edi scenda lingua psica hoc est aliena duo reges .s. Cyrus & Mithridates partiti sunt. Cyrus .s. rex persarum sup. partitus est laudem Themistoclis discendo nomina omnium militum suorum. & Mithridates rex ponti discendo linguas duarum & uiginti gentium: quae erant sub regno eius: ille .s. Cyrus discendo sup. nomina omnium suorum militum ut salutaret exercitum sine monitore .s. de nomine salutandi: hic .s. Mithridates discendo omnes linguas: ut posset alloqui sine interprete eos quibus imperabat.

CVius utriusq; industriae: Et posse omnium suorum nomina memoriae complecti & aliena lingua sine interprete uti quod utrunq; fecit Themistocles: Duo reges. Cyrus & Mithridates. Cyr⁹ fuit persarum rex potentissimus: de quo Iustinus multa tradit li. i. & nos in ca. de somnus: hunc magnae memoriae fuisse: & Solinus in ca. de homine & Quintilianus de institutione oratoria in ca. de memoria: & Pli. li. vii. na. hi. testantur: nam Solinus iquit Cyrus memoriae bono inclaruit: qui in exercitu cui numerosissimo praefuit nominatim singulos alloquebatur. Quintilianus uero ut supra diximus q̃tũ natura studio ualeat memoria uel Themistocles testis quem unum intra annum optime locutum persice constat: uel Mithridates cui duas & uiginti linguas quot nationibus iperauit traditur notas fuisse: uel crassus ille diues q cũ Asiae p̃esset quinq; graeci sermonis differentias sic tenuit ut qua quisq; cũ lingua postulasset: eadẽ ius sibi redditũ ferret. uel Cyrus quem omniũ militũ tenuisse creditũ est nomina. Sine monitore exercitum salu. Imperatores nominũ suggestores habere cõsueuerãt qui nomina militum eorũ auribus insererent quo blande nominatim milites appellando eorũ animos sibi maxime conciliarent hos monitores Romani nomenclatores appellabant.

## De Ocio. Titu. VIII.

OCium qd industriæ & studio maxime contrarium uidetur praecipue subnecti debet: nõ quo

De Ocio. Ti. VIII.

OCium quod industriae & studio: Cũ Nihil magis industriae & studio cõtrarium esse uideatur q̃ ocium quasi inconueniens & absurdum esse uidebat hoc

euanescit uirtus:sed quo recreatur:alterū etiā inertibus uitandum.alterum strenuis quoq; interdum appetendum est.Illis ne propriam uitam inertem exigant:his ut tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiant uegetiores.

¶Ocium quod uidetur maxime contrarium industriae & studio:debet pcipue subnecti:quia opposita iuxta se proposita maxime elucescunt(non tamen ocium de quo hic loquitur studio penitus contrariatur sed illi opitulatur unde addidit uidetur.s.in nomine ipso:quia ocium est contrariū negocium sed ut Cicero dicit:quidam i ocio sunt minime ociosi unde author addit)non sup.subnecti debet ocium quo uirtus euanescit.i.desperit:sed quo recreatur:alterum.s.ocium quo uirtus euanescit:uitandum sup. ē etiā inertibus.i.minime industriis & solertibus alterum.s.ocium quo uirtus recreatur:appetendum interdum etiam strenuis.Illis sup.euitandum est ociū quo uirtus euanescit:ne exigant.i.penitus agant propriam aut prope aut proprie uitam inertem.i.sine arte & industria:his sup.appetendum est(unde etiam bona appetimus)ocium quo uirtus recreatur:ut fiant uegetiores idest agiliores & expeditiores ad laborandum:tempestiua intermissione laboris.

## De Scipione & Lęlio. Cap. DCCCXLVII.

Par ueræ amiciciæ clarissimū Scipio & Lęli9:tum amoris uinculo:tum etiam omnium uirtutum inter se iunctum societate ut actuosæ uitæ iter ęquali gradu exequebantur:ita animi quoq; remissioni communiter acquiescebant:cōstant namq; eos caietę & laurenti uagas littoribus conchulas & calculos lectitasse:idq; se publius crassus ex socero suo.Q.scæuola q gener Lelii fuit audisse sæpenumero prędicauit.

¶Par &c.Scipio.s.maior & lælius par clarissimum.i.nobilissimum ueræ amiciciæ:iunctum.i.contextum inter se:tum.s.pariter uinculo amoris:tum etiam societate.i.cōmunicatione omnium uirtutum:ut.i.quemadmodum exequebantur.i.peragebant iter uitæ actuosæ:gradu æquali.i.æque magno progressu:ita acquiescebant.i.obtemperabant:quoq; cōmuniter: remissioni.i.recreationi animi per remissionem operis:namq;.i.quia:constat eos lectitasse.i.frequenter collegisse caietæ & laurenti.i.iuxta ea oppida littoralia conchulas.i.paruas conchas:uagas.i.dispersas:litteribus.s.maris tyrrheni:& calculos.i.paruos lapillos.Et Publius Crassus prædicauit se audisse id ex Quinto Scæuola Socero suo.i.patre uxoris suæ:qui scilicet scæuola fuit gener.i.maritus filiæ Lælii.

illis subiungere ideo breui utitur præfatione qua ostendat non incongrue factum esse cū post longa studia diutinosq; labores defatigati animi relaxationem quandam desiderēt qua recreati uegetiores:deinde & alacriores ad studia redeant atq; labores.Non quo uirtus euanescat Duo tangit ocii genera:unum eorum qui ueluti torpore quodam & langore animi in ocio marcescunt quod non solū fugiendum sed propemodum detestandum uidetur:alterum eorum qui a labore requiem & laxamentum quærunt quod expetendum est.Strenuis:impigris & promptis:& opponitur inertibus Tempestiua:Opportuna & i tempore facta.Vegetiores:Viuaciores & ualidiores.Deficerent assidua intentione animi nisi interdum ocio recrearentur.Ouidius Si nunq̄ cessas tendere mollis erit.

Par ueræ amicitiæ:Constat Scipionē & lælium teste Cic.summa amicitia fuisse coniunctos:ut igitur actuosæ uitæ studia & labores omnes communiter susceperant sic & animorum relaxationes & ocia pariter capessebant ut in littore caietæ marisq; tyrrheni pariter deambulantes conchulas calculosq; more puerorū sæpissime legerent:id laxationis genus in ociosis uiris turpe:in scipione & lælio fuisse uidetur honestum.Par clarissimum ueræ:duo par unū esse dicuntur ut par boum sic par amicorum quattuor autem uel paulo plura ueroru amicorum paria fuisse apud maiores legūtur ut thesseus & Pirithous Pylades & Orestes Paria amicorum.
Thideus & polinices Nisus & Eurialus inter quos Scipio connumerantur & Lælius Actuosæ uitæ:laboriosæ & uariis actionibus deditæ qualis industriorum & studiosorum hominum esse solet.Iter:laborem per similitudinem.Aequali gradu:in translatione persistit.Vagas:Dispersas per litus quidam legunt uagos.i.Lelium & Scipionem errantes.Conchulas:Testas piscium quibus:Romani postes & lecticas exornare consueuerant:sunt qui dicant græce ostraca appellari Calculos lapillos dictos q sua breuitate sine molestia calcantur unde calculus minima ps ponderis ex duobus granis lentis:& calculus numerus:calculatio supputatio.Lectitasse:Frequenter collegisse.Publius crassus:orator de quo Cicero li.de oratore mention ē facit & de eloquentia disputantem inducit:fuit autem Scæuolæ gener:ut li.iiii.ostendimus ca.de uerecundia.Ergo.P.Crassus Scæuolæ:Scæuola uero Lælii generi fuisse dicuntur de quo Lælio Cic.lib.qui inscribitur lælius hoc est de amicitia.Qu.Mutius augur Scæuola multa narrare de.C.lælio socero suo memoriter & iocunde solebat.

## De Scæuola. Cap. DCCCXLVIII.

Scæuola autem quietę remissionis eorum certissimus testis optime pila lusisse traditur qa uidelicet ad hoc diuerticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum transferre solebat:alea

Scæuola autē quietæ:Ut testis fuerat Scæuola Scipionem & lælium animi relaxandi gratia cōchulas & calculos in littore lectitasse ipse uero non minus post animi labores a forensibus officiis ad pilæ ludum se interdum conferebat non nunq̄ ad aleas & tesseras:ut eo laxamēti genere fatigatum animum relaxaret:hic teste Cic.lib.officiorū prio fuit.P.scæuolæ filius

Valerius maximus

quoq; & calculis uacasse interdum dicitur cum bene ac diu iura ciuium & cerimonias deorũ ordinasset:ut enim in rebus seriis scæuolam ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat:quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.

¶ Scæuola autem certissimus testis remissionis.i.relaxationis eoruz.s. dictorum quietæ.i.tranquillæ:hoc est per quietem:traditur lusisse optime.i. artificiosissime pila:instrumento noto:sed ut opinor alterius generis q̃ quo in gallia utuntur:nam itali adhuc pilam decuplo grandiorem & uento turgidam agitant. Quia uidelicet Scæuola:solebat transferre ad hoc diuerticulum idest repositorium & quasi reclinatorium :sicut in diuerticulo fessi de uia recreantur:animum suum fatigatum ministeriis forensibus idest actionibus iudicialibus.Dicitur etiam uacasse.i.se uacuum curis dedisse alex & calculis.i.taxillis aut lapillis in urnam iactitandis:cum ordinasset bene ac diu iura ciuium & cerimonias deoruz:quia augur erat & quasi pontifex enim.i.quia:ut.i.quemadmodum:ipse agebat.i.repræsentabat in rebus feriis.i.seueris & grauibus ac seorsum a risu positus:Scæuolam.i. personam grauem:hoc est seipso dignam:ita agebat in lusibus scurrilibus.i.iocularis:hominem scilicet uulgarem aut naturam humanam:quem.s. hominem natura rerum.s.creatrix:non sinit esse patientem.i. toleratiuum laboris continui.i.non intermissi:quia Quod caret alterna requie durabile non est:in homine præsertim.

iurisperiti a quo Cice.iuris ciuilis scientiam quantacunq3 foret accepisse dicitur:nam li. primo offi.inquit quorũ uero patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt eorum plæriq3 in hoc genere laudis student excellere:ut Qu.Mutius.P.filius in iure ciuili:fuit autem hic scæuola teste eodem Cice.in lælio iurisperitus & augur quem in li.de oratore Cic. inducit cum Crasso de eloquentia disputantem.Quietæ remissionis:ociosæ relaxationis est enim adiectiuum quietæ. Optime pila : Cum dicit optime significat illum ab adolescentia fuisse studiosissimum eius ludi:ut assidua exercitatione minime ineptus eius peritiam consecutus fuerit non mediocrẽ. Ad hoc diuerticulum:Digressionem : est autem a uiatoribus sumpta translatio qui a uia quiescendi gratia ad loca diuertuntur. Terentius ubi ad ipsum uenio diuerticulum:uel locus ẽ ad quem de itinere secedimus:diuersoriuz uero domus hospitalis ad quaz ex diuersis uiis conuenitur.Calculis: Tesseris uel taxillis ut calculos posuerit pro taxillis.Iura ciuium Vt pote qui iurisperitus.Et cerimonias deorum ut qui augur:nam alter pontifex fuit Cice. quo mortuo me ad pontificem Scæuolam contuli.Vt enim in rebus seriis.Licet sapienti rebus seriis interdum inserere ludos & ioca uel certe post seria ad ludos se & ioca conferre teste Cice.li.officiorum primo.Ludo autem & ioco uti illis quidem licet:sed sicut somno & quietibus certis tunc cum grauibus seriisq3 rebus satis fecerimus ergo Scæuola in rebus seriis se uirum grauem & auctoritate plenum:in ludis uero se hominem referebat.In scurrilibus:lusibus. Sine dubio deest particula quasi quod facere frequenter solent auctores. Vir.Medias inter cædes exultet amazon:uel scurrilibus iocolis non tamen turpibus quibus utuntur scurræ.Quem rerum natura:Natura inquit non patitur hominem labori semper insistere:nam licet uirtutis laus omnis in actione consistat ab ea tamen necesse est sæpe fiat intermissio multiq3 dantur ad studia reditus:nam ut inquit Ouidius.Quod caret alterna requie durabile non ẽ:Hæc reparat uires fessaq3 mẽbra leuat.

Externa:De Socrate phõ. Ca.DCCCXLIX.

IDq3 uidit:cui nulla pars sapiẽtiæ obscura fuit Socrates:ideoq3 non erubuit tunc cum interposita arundine cruribus suis cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade risus est.

¶ Idq3 &c.Et socrates cui nulla pars sapientiæ fuit obscura .i. non perspecta:uidit id.s.hominem non esse patientem continui laboris: ideoq3 non erubuit tunc cum risus est.i.irrisus aut risu affectus ab alcibiade nobilissimo ciue atheniẽsi ludens cum filiolis paruulis:arundine interposita suis cruribus loco equi puerilis quod & alii fecerunt.Vnde Flaccus Ludere par impar:equitare in arundine longa.

De Homero poeta.Ca.DCCCL.

HOmerus quoq3 igenii cælestis uates nõ aliud sensit uehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando:ut militare robur leui pacis studio relaxaret.

¶ Homerus quoq3 uates ingenii cælestis non aliud sensit aptando.i. applicando per testimonium carminum suorum manibus Achillis uehementissimis.s.ad opus bellicum fides canoras.i.citharam: ut relaxaret robur militare.i.seueritatem bellicam & rigorem leui.i.facili studio pacis id est cui in pace uacare solemus.

IDq3 uidit: Socrates terrestre quoddam oraculum & humanæ sapientiæ uenerabile sacrariũ non erubuit se cum filiolis pueriliter ludẽtem ab Alcibiade rideri dum ad eum salutandi gratia uenisset & arundines cruribus interponentem more puerorum offendisset.sciebat enim id sibi naturæ lege permitti laxamẽta quærere tãq̃ necessaria & nõ homini turpia qui fuerit studio & labore defensus Interposita arun. cru. qui more puerorum equitem imitaretur.

HOmerus.Hoc idem sensit Homerus cum Achillem uirum fortissimũ fidibus canentem sæpius itroduxit. Canoras fides.Resonantes cordas.

De ui eloquentiæ. Capitulũ.IX.

POtentiã.Quanta sit eloquentiæ uis atq3 potentia cum cæteri omnes quidem illa scripserunt tam græci q̃ latini tum in primis ipse pater eloquentiæ Ci. compluribus in locis & uoluminibus ostendit:quorum unum nobis hoc loco referre satis esse duxi:ubi rerum omnium dominam illam appellat.Ait enim lib.ii.de natura deorum.iam uero domina reruz ut uos soletis dicere:uis eloquendi:q̃ præclara q̃q3 diuina:q̃ primum efficit:ut ea quæ ignoramus discere:& ea quæ scimus alios docere possimus.

PQuanta uis eloquentiæ est.Ti.IX.

POtentiam uero eloquentiæ & si plurimum ualere animaduertimus tamen sub propriis exẽ

plis: quo scilicet uires eius testatiores fiant recognosci conuenit.

¶ Potentiam &c. Vero.i.sed:etsi.i.ꝗꝗ animaduertimus potentiam eloquētiæ ualere.i.posse plurimum: tamen conuenit sup eam recognosci sub pro priis exemplis: scilicet quo.i.ideo ut uires eius fiant testatiores.i.magis testatæ & comprobatæ.

De Valerio Cap.DCCCLI.

Regibus exactis plebs discedens a patribus iuxta ripam fluminis Anienis i colle qui sacer appellatur: armata consedit: eratq; non solum deformis sed etiam miserrimus reipublicæ status a capite eius cætera parte corporis: pestifera seditione diuisa. ac ni Valerii subuenisset eloquentia. spes tanti imperii i ipso pene ortu suo corruisset: Is namq; populum noua & insolita libertate temere gaudentem oratione ad meliora & saniora consilia reuocatum senatui subiecit.i. urbem urbi iūxit. Verbis ergo facundis: ira: consternatio: arma cesserunt.

¶ Regibus.s.Romāis Tarquinio & filiis exactis.i.expulsis Roma propter superbiam & stuprum lucretiæ: plebs scilicet Romana: discedens.s.p seditionem: a patribus.i.senatoribus & nobilibus (plusculo tamen interuallo) consedit.i.locum cepit armata iuxta ripam anienis fluminis in tyberim influentis (Nominatiuus est anio sed genitiuus fit ab antiquo Anien anienis) in colle.i.monticulo: qui appellatur sacer: & status reip. erat.s.tūc non solum deformis: sed etiam miserrimus: & hoc cætera parte corporis i.reip. hoc est ciuitatis: utpote plebe diuisa: pestifera seditione.i.per pestiferam seditionem. a capite eius: hoc est a patribus: qui quasi caput ciuitatis sunt: ac ni.i.nisi: eloquentia ualerii subuenisset: spes tanti imperii: quantum postea fuit: corruisset pene in ipso ortu suo. Namq; is.s.Valerius (cū Liuius alium id fecisse scribat) subiecit.i.audientem fecit senatui: populū gaudentem temere.s.inconsyderate: libertate noua.i.paulo ante parta & ita insolita: reuocatum ad meliora & saniora: consilia: oratione.s.sua: hoc est ut Li. dicit apologo magis ad rem faciente ꝗ diserto: subiecit dicit.i.iunxit urbi.i.præcipuæ parti urbis hoc est capiti. urbem.i.reliquum corpus: hoc est plæbem. Ergo ut hinc uires eloquentiæ cognoscamus: Ira consternatio.s.mentium: & arma ex consternatione in patres sumpta: cesserūt uerbis facundis: quia depositis armis in gratiam redierunt cum patribus: ob facundum apologum quem Oliuerius qui me breuem facit recitat.

Deinde hac cohortamur hac persuademus hac consolamur afflictos: hac deducimus a timore perterritos hac gestientes comprimimus: hac cupiditates iracundiasq; constringimus: hæc nos iuris legum urbium societate coniunxit: Hæc nos ab immani & fera uita segregauit: cum igitur ea sit uis eloquētiæ ut quicquid in rerum natura totoq; mundo laudabile sit in ea uersetur: cunctaq; eius adminiculis nitantur: foueantur: sustententur: illustrentur: nihil præterea dicendum ē nisi ut subiectis exemplis fiat illustrior atq; testatior Eius uires testatiores. Si inquit exempla proposuerimus: probabilior fiet eloquentiæ uirtus atq; uulgatior.

Regibus exactis. Discrepat a Liuio Val. hoc loco. nō eni uale. sed agrippam menenium fuisse tradit Liuius qui plebem a patribus dissidentem facta secessione sua eloquentia reconciliauit. cum ei secum ipsa ciuitas foret maxime discors in testino inter patres plebemq; flagrante odio propter nexos ob æs alienum excitauit: seditionem magno natu quidam qui cu; insignibus maiorum suorum prorumpens in foru; squalida ueste deformi uultu fœdiorq; corporis habitu: pallore ac matie perenni tota demq; specie oris efferata facto cōcursu clamitat. ductum se a creditore non in seruitiu;: sed in ergastulum & carnificinam. exacerbauit ita plebis animos in patres: ut nisi alter consul Seruilius mitioris ingenii concitatos animos multis pollicitationibus leniisset: in graue discrimen res fuerit futura maxime ingruentibus undiq; bellis: nam finitimi cognita seditione arma commouerant quibus superatis cum soluendi promissa tempus aduenisset: Alter consul appius insita superbia animo: ut uanam collegæ faceret fide;: ꝗ asperrime poterat ius de creditis pecūiis dicere: & qui ante nexi fuerant creditoribus tradere: tunc multomagis exacerbati plebis animi p dictatorem hisdem ferme pollicitationibus & edicto ne quis ciuem romanum uinctum aut clausum teneret: neu quis militis romani donec in castris esset bona possideret: aut uenderet liberos nepotesue eius moraretur: leniti sunt postremo cum etiam dictatoris promissis defraudarentur: tum demum secessio facta est in sacrum montem trans aniené: eo missus orator Menenius agrippa ad reconciliandā reuocandāq; plebē in urbē: Intromissus i castra prisco illo dicendi & horrido mō: nihil aliud ꝗ hoc narrasse ferē Tpe quo in hoie non ut nunc oia in unū consentiebant: sed singulis membris suum cuiq; consiliū suus sermo fuerat: indignatas reliquas partes: sua cura suo labore ac ministerio uentri omnia quæri: uentrem in medio quietū nihil aliud ꝗ datis uoluptatibus frui: conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent: nec os acciperet datū: nec dētes conficerēt: hæc ita dū uētrē fame domare uellent: ipsa una mēbra totūq; corpus ad extremā tabē uenisse: inde appuisse: uētris quoq; haud segne ministeriū eē nec magis ali;ꝗ alere: eū reddentē in oēs corporis ptes hūc quo uiuimus uigemusq; diuisum pariter in uenas maturū confecto cibo sanguinem cōparando. hic ꝗ intestina corporis seditio similis esset iræ plæbis in patres: flexisse mentes hominū plebēq; patrib9 recōciliasse: Quia si multo & horrido dicendi gn̄e tantum ualuit unius hois facundia: qd culta & exqsita faciet oratio. Dissidens. dissentiens: discrepans discordans. Fluminis anienis. Tribus passuum milibus distat ab urbe: & teste prisciano li. vi. declinatur anio anienis qd antiq secundū anologiā protulerunt aniē. Oui. xiiii. meta. Quas anienis aquæ. A capite.i.a senatu & patribus. Cætera parte.s. plebe: & alludit ad fabulam quam supra diximus. Vrbi urbem. Plebem quæ pars ciuitatis erat senatui alteri parti coniunxit. Verbis facundis. Eloquentiæ cessit omnis furor & impetus animi. Cicero concedat laurea linguæ.

Valerius maximus

Vae etiam marianos. Marius ut sae/pe dictum est ui patria pulsus colle/cto exercitu Cinnaeq3 coiunctus ui patriam repoposcit diis & hominibus infe/stus. & statim primo impetu hostiam urbis aliunaz capit & miseranda strage diripit: mox urbem ipsam per secordiam ciuium e ianicu lo pulso praesidio quadrato agmine ingressus ad principum caedem signo dato aliquato sae/uius q̃ aut in punica: aut in Cymbrica urbe saeuit. Octauii consulis caput pro rostris ex/ponitur: Antonius orator uir cōsularis ad ho spitem profugit ubi tectus tantam urbis tē pestatem declinaret: quod illi fortuna nō con cessit. hospes. n. quo lautius illum exciperet unum a caupone per seruum deposcit: Cau/po latere apud hospitem Marium antonium ex seruo cognoscit remq3 statim ad marium Cinnamq3 defert quo cognito delectos mi/lites cum. P. Antonio uelut Plu. dicit. P. Annio ad facundissimum oratorem caedendum mit tunt. P. Antonius ubi ad hospitem uenit cae/dis ministros introire & M. Antonium interfi cere iubet: ipse foris in uestibulo remoratur: hi uero postq̃ introgressi sunt cura data co/pia caedis maximus orator Antonius sic eos orationis suauitate demulsit: sic eloquentia sua a caedis cupiditate omniq3 impetu rep͡ssit: ut ad Antonium re infecta stupentes re/dierint. plane fatentes se oratione uictos illū occidere non potuisse: quos. P. increpitās stri cto gladio tectum irrust: & Antonium abtrū cat: caput ad Marium defert. quod ille mēsae imposuit ut non tam cibo q̃ eius spectaculo satiaretur. Constat hunc. M. Antonium teste Cic. y. tusculanarum quaestionum omnium suae aetatis fuisse eloquentissimum. Inhibue runt Repraesserunt: retinuerunt compescue/runt: ανηκοκειν. Steterat. in ambitu. In porticu remanserat: pudore credo detētus ne tantum uirum necessitudine sibi coniunctū trucidari uideret q̄q̃ ipse postmodum tā foe dum caedis ministerium peregerit.

De Iulio Caesare.

Diuus quoq3 Iulius. Dolobellam ex sicilia cui praetor praefuerat: repetū darum caesar postulauerat. L. Cotta dolobellae patrocinium suscepit: cuius aucto ritati: quia uelud parentem illum caesar cole ret & obseruaret resistere non sustinuit. tantū pro concione dixit extorqueri sibi causaz op timam ostendens: se illum ui eloquentiae faci le fuisse conuicturum ubi maximam sibi elo quentiae laudem comparuit. Quam caelestis numinis. Persistit in sua iam tū3 ab initio ope ris suscepta adulatiōe Valerius quae sine du bio posset omnibus esse fastidio. Columen. Sustentaculum. constat quidem caesarem plu rimum ingenio ualuisse ut teste Cicerone cū duo sint quibus excelluere romani si in utro uis tantum se Caesar exercuisset omnes faci le superasset: ut si tantum eloquentiae quan tum rei militaris studii & laboris imposuisset

## De Marco Antonio. Cap. DCCCLII.

Quae etiam marianos cinnanosq3 mucrores ci uilis profundendi sanguinis cupiditate furen tes inhibuerunt. Missi. n. a saeuissimus ducibus milites ad. M. Antonium obtruncandum sermone eius obstupefacti districtos iam & uibratos gladios cruore uacuos uaginis reddiderunt: quibus digressis. P. Anto nius (is. n. solus i ambitu expers antoniane facundiae steterat) crudele imperium truculento ministerio pere/git. Quā disertum igitur eum fuisse putemus: quem ne hostium quidem quisq̃ occidere sustinuit: qui modo uo cem eius ad aures suas uoluit admittere?

¶ Quae. s. uerba facunda inhibuerunt etiam mucrones. i. acutos gladios. Marianos & Cinnanos. i. percussorum a Mario & Cinna in Marcum An tonium missorum furentes cupiditate sanguinis ciuilis profundendi. Enim pro quia: milites missi a saeuissimis ducibus. i. Mario & Cinna ad obtrun/candum Marcum Antonium: non triumuirum sed oratorem clarissimum: obstupefacti sermone eius reddiderūt uaginis gladios uacuos cruore. i. nō imbutos sanguine eius districtos. i. e uagina raptos. & uibratos. i. in altum extensos iam. i. ad percutiendum cum quibus scilicet militibus digressis. P. Antonius consanguineus eius (Is enim solus steterat in ambitu id est cir/cuitu aut porticu aut in abitu. i. ut primus peracta caede abiret tanq̃ insons eius: expers. i. non particeps facundiae Antonianae) peregit imperium crude le. s. ducum illorum: ministerio truculento: quia in sanguinem suum saeuit dum se maxime purgare potuisset. Igitur q̄. i. q̃tum disertum putemus fuis se eum. s. Antonium quem ne quidem. i. non saltem aut non etiam quispiaz hostium sustinuit. i. potis fuit occidere qui modo. i. si modo uoluit admitte re ad aures suas uocem. i. orationem eius.

## De Iulio Caesare. Cap. DCCCLIII.

Diuus quoq3 Iulius q̃ caelestis numinis: tam ēt humani ingenii perfectissimum colunē uim facundiae propriae expressit dicendo in accusa tione. Cn. dolobellae quem reum egit extorqueri sibi cau sam optimam. L. Cottae patrocinio siquidem maxima tunc eloquentia questa est: cuius facta mentione quo/niam domesticum nullum maius adiecerim exemplum: peregrinandum est.

¶ Diuus quoq3 Iulius. s. caesar columen. i. culmen ac decus perfectissimū q̃. i. q̃tum numinis caelestis. i. diuinitatis tam. i. tantum etiam ingenii huma ni expressit. i. expresse indicauit: uim. i. uirtutem & potentiam propriae elo quentiae dicendo in actione Cnaei dolobellae. i. contra Cnaeum dolobellā quem egit reum. s. repetundarum optimam causam extorqueri sibi idest ui amicitiae & authoritatis non facundiae: eripi sibi Patrocinio Lucii Cot/tae: dolobellam defendentis. Siquidem maxima eloquentia urpete Iulii q̃ sta est tunc. s. sibi uim fieri per patrocinium Cottae. q. d. Iulius confixus in eloquentia sua non dubitauit quin reum perageret: sed gratia & authorita te Cottae sibi eripiendum nouit. Cuius. s. maximae eloquentiae Iulii caesa/ris mentione facta quoniam nullum. i. non ullum: non adiecerim. i. non ad diderim: etiam si conatus sim. ullum exemplum domesticum3 inanis caue le

gas inanis: eſt ſup. mihi peregrinandum. ſ. ad peregrinam eloquentiam trã ſeundum. ut alibi admonui author utitur illa uoce in rem in ſignificatiõe ſi plane præterita: ſed quæ eſſet præterita ſi aliud prius feciſſet uerbi gratia adiecerim uidetur poſitum pro adiecero ſed ſic ponit ac ſic dicat ſi adiece ro. merito dicas ꝙ adiecerim &c.

## Externa De Piſiſtrato. Cap. DCCCLIIII.

Iſiſtratus dicendo tantum ualuiſſe traditus ẽ ut ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterent: cum preſertim ex contraria parte amantiſſimus patriæ Solõ niteretur: Sed alterius ſalubriores erant conciões: alterius diſertiores Quo euenit ut alioqui prudentiſſima ciuitas libertati ſeruitutem preferret.

¶ Piſiſtratus traditus eſt ualuiſſe. i. potuiſſe tantum dicendo. i. eloquendo: ut Athenieñ capti oratione eius permitterent ei imperium regium: cum ꝓ ſertim Solõ amantiſſimus patriæ niteretur. i. contenderet ex cõtraria parte. i. libertatem priſtinam tuendam eſſe. Sed conciones. i. orationes ad populum alterius. ſ. Solonis erant ſalubriores. i. magis ſalutares: & alterius. ſ. Piſiſtrati diſertiores: quo. i. per quod euenit ut ciuitas. ſ. athenieñ. prudentiſſima alioqui. i. in alio quouis facto præferret libertati ſeruitutem id eſt mallet piſiſtrato cõmittere in ſe imperium: q̃ ut Solon ſuadebat libertatem conſeruare.

## De Pericle. Capitulum. DCCCLV.

Ericles autem feliciſſimus naturæ incrementis ſub anaxagora preceptore ſummo ſtudio ꝑpolitus: & inſtructus liberis athenarum ceruicibus iugum ſeruitutis impoſuit. Egit. n. ille urbem: & uerſauit arbitrio ſuo. Cũq; aduerſus uoluntatem populi loqueretur iocunda nihilominus & popularis eius uox erat. Itaq; ueteris comœdiæ maledica lingua quis potẽtiam uiri perſtringere cupiebat: tamen in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare. inq; animus eorum qui illum audierant quaſi aculeos quoſdã relinqui predicabat.

¶ Pericles autem (itidem Athenieñ.) feliciſſimis incrementis. i. habens feliciſſima incrementa naturæ. i. naturalis facundiæ perpolitus. i. ad conſummationem uſq; politus & inſtructus ſummo ſtudio: ſub Anaxagora præceptore. impoſuit ceruicibus athenarum. i. ciuium athenieñ. liberis. ſ. prius iugum. ſ. ſeruitutis. Enim id eſt quia: ille egit. i. direxit & uerſauit urbem. i. ciuitatem (hoc loco) arbitrio ſuo. Cũq; loqueretur aduerſus uoluntatẽ populi eius uox erat nihilominus iocunda & popularis. Itaq; lingua maledica id eſt detractoria ueteris comœdiæ in cuius locum ſucceſſit latina tragœdia: quia in utraq; uitia acerbe taxantur ſed acerbius in uetere comœdia ꝙ ea ſub propriis peccantium nominibus uitia notabantur. unde horatius primo ſermonum Eupolis atq; Cratinus Ariſtophaneſq; poetæ Atq; alii: quorum comœdia priſca uirorum eſt: Siquis erat dignus deſcribi ꝙ malus aut fur aut mœchus foret aut ſicarius aut alioqui famoſus multa cum libertate notabant &c. quis cupiebat perſtringere. i. carpere potent

facile dicendi palmam obtinuiſſet. R eſt egit Quia repetundarum e ſicilia ut diximus accuſauit. Peregrinandum eſt Ad externa exẽpla tranſeundum.

Iſiſtratus. Calliditate plurimum ualuit piſiſtratus teſte Macr. qua tyrãnidem magis q̃ eloquentia occupaſſe dicitur deuictus ſe duce megarenſibus cũ gratiæ plurimum & auctoritatis apud omnes cepiſſet: animum ad regnum adiecit uerberibuſq; uoluntariis domi affectus: lacerato q; corpore die quadam in publicum prodiit: & aduocata concione uulnera populo oſtendit: de crudelitate principum a quibus hoc ſe paſſum ſimulabat queritur: adduntur uocibus lachrymæ & inuidioſa oratione multitudo credula incenditur: amore plæbis inuiſum ſe ſenatui affirmat: obtinet ad cuſtodiaz corporis ſui ſatellitum auxilium per quos tãtam tyrannidem occupauit: fuit autem ut diximus in cap. de humanitate doctrina ingenio: & eloquentia tanta: ut ab athenienſibus imperium ſumma ui reſiſtente ſolone tandez obtinuerit: ui nãq; orationis fecit ut Athenieñ. illi ſe libertatemq; ſubiicerent: nec qc q̃ ualuit: ꝙ ſolon iuſtiſſimus & gratiſſimus orator aduocata concione in publicum proceſſerit ut diximus in cap. de ingratitudine. & impium illius conatum aperuit: tantũ igitur piſiſtrati ualuit eloquentia ut nulla ſolonis ſapientia: nulla uis nulla eloquentia reſiſtere potuerit. Cice. de piſiſtrato li. iii. de oratore: quis doctior iiſdem temporibus aut cuius eloquentia litteris inſtructior fuiſſe traditur q̃ piſiſtrati: qui primus Homeri libros cõfuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur: ut nũc habemus non fuit quidem ciuibus ſuis utilis: ſed ita eloquentia floruit ut litteris doctrinaq; præſtaret. Sed alterius. ſ. ſolonis qui tuẽda libertate concionabatur. Alterius. piſiſtrati: Alioqui in aliis rebus: ſignificat populum athenieñ. hac una in re fuiſſe imprudentiſſimum: qui oratione delinitus ſeruire q̃ imperare maluerit.

Ericles aũt. De pẽricle ſatis ſupra dictũ ẽ. i ca. de obitu filiorũ: & de cõtinentia qđ uero ad eiꝰ eloquẽtiã ſpectat tñ ualuit dicẽdi rõe & eloquẽtia ut athenienſem populũ ꝓ ſua uolũtate uerſaret & corũ aios quocũq; uellet facile ĩpelleret. đ quo ci. li. de oratore. iii. Quid pẽricles iqt de cuius ꝑtãte dicẽdi ſic accepimus ut cũ ꝯtra uolũtatez athenienſiũ loq̃ret ꝓ ſalute pr̃iæ ſeuerĩ tñ id ipſum qđ ille cõtra hoies populares diceret populare oib9 & iocũdũ uideret: Cuius ĩ labris ueteres comici cẽt cum illi male dicerẽt qđ tũ athẽis fieri licebat leporẽ habitaſſe dixerũt: tãtãq; ĩ eo ui fuiſſe: ut ĩ eorũ mẽtib9 q audiſſent q̃ſi aculeos quoſdã relinq̃ret. At hũc nõ declamator aliqs ad clepſidrã latere docuerat ſed ut accepimus clazomeni9 ille anaxagoras uir ſũmus ĩ maxiarũ rerũ ſcia:

Valerius maximus.

ti filio originē ducere traduntq; qui a Neptuno idē sanguinē trahere Thrasyllo teste memoratur:cui Pseusippus successit:habuit fratres plato Adimantē & Glauconē:& sororē Petonā de qua nascit Pseusippus:litteras didicit plato apud Dionysiū grāmaticū:exercitatus est apud Aristonē arguū palestritē: a quo Plato ꝓ egregio corpis habitu cognominatus ē cū teste Alexādro prius :Aristo ex aui paterni noīe diceretur. Studuit picturae: poe mata edidit:primo qdē ditirābos :deide melos & tragoedias:& quū tragicū certamē initurus eēt ante Dionysiacū theatrū: audito Socrate igni poemata exussit dicens. Hic Vulcane plato tua idiget ope. hic annuꝫ .xx. aetatis agēs audiuit Socratē. Illo mortuo audiuit Crathilū & hermogenē ānoꝝ .xxviii. teste hermo. megarā se ad euclidē cōtulit. hic cyrenē ꝓfectus Theodorū mathematicuꝫ: atqꝫ ide in italiam ad Pythagoreos Philolaū & Euritū postea i aegyptū ꝓfectus prophetas sacerdotesqꝫ audiuit:ubi comiteꝫ habuit Euripidē tragicū:regressus athenas in academia morabat. Idē teste Aristoxeno ter militauit:prio in Tanagrā:scdo in corithū: tertio i delū:ubi uictoriā habuit:ter nauigauit i Siciliā:prio ut isulā uideret tyrāno existēte Dioni. hermocratis filio ubi plato illi dixit nō id p̄stare tyrānū qd sibi eēt utile : nisi uirtute excelleret:cui Dionysius rńdit:uerba ociosorū senū sunt:cui plato:& tua tyrānidē sapiūt:Dionysius iratus uoluit platonē occidere sed a Dione & aristomene oratus se cōtinuit:illū tn̄ Polydi Lacedaemonio q ad eū legatus uenerat tradidit. Polydes uero illū secū ducēs in eginā uēdidit:quo tpe camāder eū reū mortis dicebat:q. s. capitale eēt si qs atheñ. eam insulam adiisset: sed allegatum e ē eum philosophum esse :quare disciplinae gratia absolutus est :hunc Anyceris Cyrenaicus emit. xx. minis:remisitqꝫ Athenas ad amicos:& statim pecunia Anyceridi per amicos restituta est. Alii dicunt missam a Dione illam pecuniam : eamqꝫ noluisse remissam:Polydem in Calabria superatum:& in Elice summersum fuisse fama est daemonem teste Fauorino :illi annuntiantē propter Platonem talia perpeti : haec sciens Dionysius scripsit ad Platonem ne in se maledicta torqueret:Cui rescripsit Plato sibi non tantum ocii superesse : ut Dionysii meminisset. Secundo iuit in Siciliam : & a minore Dionysio petiit terram & homines qui iuxta remp. ab eo constitutam uiuerent: non defuit Suspicio illum Dioni & Theotae persuadere temptasse:ut insulam tyranno liberarent: quo tempore Archytas Pythagoreus missa ad Dionysium epistola:Platonem purgauit:ereptumqꝫ Athenas remisit. tertio Siciliam accessit:Dionem reconciliauit Dionysio qua re non obtenta rediit in patriam. Cicero in Catone maiore : Platonem inquit

lissimum:ingenii quoq; diuina instructus abundantia: cum omnium iam mortalium sapientissimus haberetur:eo quidem usq; ut si ipse Iuppiter e coelo descendisset:nec beatiore facundia usurus uideretur:aegyptū peragrauit:dum a sacerdotibus eius gentis geometriae multiplices numeros coelestium obseruationem rationum percepit:quoq; tempore a studiosis iuuenibus certati Athenae Platonem doctorem quaerentibus petebātur:ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas uastissimosq; cāpos:effusam barbariem & flexuosos fossarum ambitus:aegyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror in Italiam transgressum ut ab Archyta Tarēti:a Timeo & Arione & Ceto Locris Pythagorę praecepta & instituta acciperet. Tāta enim uis:tanta copia litterarū undiq; colligenda erat:ut inuicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens:sub capite sophronis numeros habuisse fertur. Sic ne extrema quidem eius hora agitatiōe studii uacua fuit.

¶ Plato autem sortitus. i. a deo quasi in sortem nactus:athenas patriam: quod uulgares dicerent in patriam: & ineptiores pro patria: & Socratem praeceptorem:& idest simul locum. s. athenas:& hominem scilicet Socratem fertilissimum idest feracissimum & maxime productiuum doctrinae: & instructus quoqꝫ. i. ornatus abundantia ingenii diuina idest tā magna ut credi posset diuina:cum haberetur iam sapientissimus omnium mortalium:quidem idest certe eousqꝫ. i. intantum:ut si ipse Iuppiter idest summus deus putatus descendisset de caelo:nec uideretur usurus facundia elegantiore quātum ad stilū orationis:nec maiore quantum ad facundā sententiam aut persuadendi felicitatem:pagrauit. i. pertransiuit quasi per omnis agros aegyptum:dum. i. quo tempore:(Sunt qui legant ubi:sed quia additur:quoqꝫ tempore secutus sum lectionē quam priorē offendi) percepit a sacerdotibus eius gentis multiplices numeros geometriae. & sup. obseruationem rationum caelestium idest rationes caelestium cursuum obseruatas:& obseruando adnotatas a sacerdotibus aegyptiis:quoqꝫ. i. & quo tēpore athenae petebantur certatim idest cum certamine:& ita magna copia a iuuenibus studiosis quaerentibus scilicet sibi Platonem doctorem idest p̄ceptorem:ipse discipulus senum idest praesbyterorum Aegyptiorum lustrabat idest scrutabatur ripas Nili fluminis inexplicabiles idest inenarrabiles aut propter Nili originem incertam :aut potius propter eius excrementa itidem incerta:& quorum rationem nemo satis perspexit:nam tunc fiunt cum decrementis locus uideretur & uastissimos campos quos Nilus inundat aut irrigat quotannis:& barbariem idest barbarorum accolarum Nili regionem:effusam. i. dilatatam:& ambitus fossarum quae a latere sunt flexuosos idest incuruos & sinuosos. Quo idest quo circa :aut qua propter ego (inquit author) miror minus sup. Platonem transgressum sup. eē in Italiam (quae regio non erat barbara ut aegyptus) ut acciperet praecepta & instituta pithagorae:ab Archyta scilicet philosopho. Tarenti : & a Timeo & Arione & Ceto (alii legunt Eneto) locris idest in ea urbe italiae. Enim pro quia :tanta uis:& tanta copia litterarum erat colligenda undiqꝫ idest ex omni parte mundi:ut posset dispergi & dilatari inuicem idest uicissim:per totum orbem terrarum. ipse etiam decedens idest moriens:anno altero. i. secūdo & octogesimo:fertur habuisse sub capite:ut edisceret

Solium. dum erat populo suo:tota die in solio nullam in partem auerso pectore perdurabat.In solio:in regia sede.est autem Soliū ut uult Seruius proprie armarium uno ligno factum in quo reges sedebant propter tutelam corporis sui:dictū quasi so lidum:alii uero uolunt solium dictum esse per antiphrasin:quasi sellium:a sedendo.Ille etiam exercitus:Non paruum in se ne roboris indicium:q̄ a mane usq; ad uesperas equo insidens castra circuiret:stationes reuiseret:& reliqua imperatoria munera obiret:nihil deniq; ex his laboribus uel operibus quæ in adolescentia sustinuerat:in senectute omitteret.¶Ve neris quoq; usu.Hoc quoq; non paruum testimonium eius fortitudinis senilium q; uirium:q̄ extrema senectute:uel po tius ætate decrepita generare potuerit:natus enim septimum & octogesimum annum filium Mechinum generauit:si mu lieri fides est habenda.

De Gorgia Leontino philosopho.
Ca.DCCCLXXXIIII.

GOrgias Leontinus Isocratis & complurium magni ingenii uirorum præceptor sua senten tia felicissimus. Nam quum centesimum & se ptimum ageret annum:interrogatus quapropter tandiu uellet in uita remanere:quia nihil inquit habeo quod senectutem meam accusem.Quid isto tractu ętatis aut longius aut beatius?Iam alterum sęculum ingressus:ac q̄ in hoc querelam ullam inuenit:neq; in illo reliquit.

GOrgias Leontinus.Longissimæ & felicissimæ ætatis Gorgias Leonti nus in senectute sua nulla imbecilli tatis incommoda sensit:sed ad extremū usq; sui fati diem robustus permansit: de quo Ci cero libro de senectute.Qualem inquit Iso crates qui eum librum qui Panathenaicos in scribitur:quarto & nonagesimo anno scripsis se dicitur:uixitq; q̄nquennium postea:cuius magister Leontinus gorgias centum & septē compleuit annos.neq; unq̄ i suo studio atq; opere cessauit qui cum ex eo quereretur cur tamdiu uellet esse in uita:nihil habeo iquit q̄ accusem senectutem:præclarum respon sum & docto homine dignum. Quintilian9

¶ Gorgias leontinus praeceptor Isocratis & complurium.s. aliorum magni ingenii:felicissimus sua sententia.i.ut ipsemet de se iudicauit.Nam cū aggeret annum centesimum & septimum(hic ex more minorem praeposuit numerum)interrogatus quapropter uellet remanere tam diu in uita:inquit quia nihil habeo.i.quod propter quod accusem.i.damnem senectutē meam.Quid sup.fuit aut longius aut beatius isto tractu.i. ductu uitae.s. centum & septem annorum:q.d.fere nihil quia Ipse iam ingressus alterū saeculum.i.centenarium annorum.non inuenit ullam querelam in hoc.s. secundo saeculo neqʒ reliquit in illo:quia neqʒ iustam habuit querendi causam:neqʒ iniuste queri uoluit.

## De Xenophilo calcidensi pythagorico. Capitulum .DCCCLXXXV.

Biennio minor xenophilus calcidēsis pythagoricus:sed felicitate non inferior.Siquidem ut ait aristoxenus musicus omnis humani incommodi expers in summo perfectissimae splendore doctrinae extinctus est.

¶ Biennio &c.Xenophilus Calcidensis pythagoricus.i.sectator pythagorae minor.i.iunior sup.fuit q̄ Gorgias biennio.i.spacio duorum annorūʒ sed non sup.fuit inferior.i.minor:felicitate.Siquidem ut aristoxenus musicus ait:ipse expers.i.imunis omnis incommodi humani.i.hominibus accidere soliti extinctus est in summo splendore perfectissimae doctrinae.

## De Argantonio Gaditano Cap.DCCCLXXXVI.

Rgantonius autem gaditanus tandiu regnauit q̄diu etiam ad satietatem uixisse abūde foret:Octoginta.n.annis patriam suam rexit cū ad imperium.xl.annos natus accessisset:cuius rei certi sunt auditores.Quietiam Asinius pollio nō minia pars romani stili in tertio historiarum suarum libro centum illum &.xxx.annos expleuisse commemorat:& ipse numerosae uiuacitatis haud paruum exemplum.

¶ Argantonius autem Gaditanus & ita in ultimis hispaniae natus regnauit tam diu q̄diu foret abunde uixisse etiam ad satietatem.Rexit enim patriam suam octoginta annis cum accessisset ad imperium natus annos.xl.& ita.cxx.annos uixit.Cuius rei sunt certi authores ut Cice. & Plinius & quos illi secuti sunt.Quinetiam Asinius Pollio non minima pars.i.non contēptibilis sed egregius exercitor stili Romani.s.scribendo Romane:commemorat in tertio libro suarum historiarum:illum.s.Argantonium expleuisse annos centum & triginta &.i.etiam ipse.s.Pollio haud paruum imo magnum exemplum uiuacitatis numerosae:quia ipse etiam diu uixit.

## De Aethiopibus & Indis Cap.DCCCLXXXVII.

Vius regis consummationem annorū minus admirabilem faciūt. Aethiopes quos herodotus scribit centesimum & trigesimum annum transgredi:& Indie quibus Ctesias idem tradit.

uiero.li.iii.de institutione oratoria:Artium inquit scriptores antiquissimi,corax & Tisias siculi quos insecutus uir eiusdem insulae gorgias leontinus empedoclis ut traditur discipulus is beneficio longissimae uitae : nam cētum & nouem uixit annos cum multis simul floruit ideo & illorum de quibus supra dixi fuit aemulus & ultra socratem usqʒ durauit. Et paulo infra ostendit illuʒ Isocratis & aliorum plurimorum philoso.& oratoruʒ fuisse praeceptorem:hic primus fuit qui ꝓfiteri ausus fuerit de quacūqʒ re proposita ex tempore disputaturum.Centesimum & septimum. Quintilianus dicit centum & noueʒ uixit annos Plinius centum & octo uult euʒ uixisse annos li.vii.Isto tractu:hoc spacio.

Biennio minor:hunc eundem felicissimum uitae cursum Xenophilo calcidensi pythagorico uiro contigisse dicit:uiri q duobus annis minus q̄ gorgias uixisse dicatur:sed in eadem felicitate(:ut)nullum unq̄ humanae uitae incommodum senserit:fuerunt profecto benignissimo sydere nati.Perfectissimae doctrinae:Nihil ei senii defuit ad perfectam philosophiae doctrinam.

Rgantonius. Hic teste Herodoto li.historiarum primo fuit tartessiorum tyrannus cuius Cic.li.de senectute hanc breuiter mentionem facit. Expectemus inquit tartessiorum regis aetatem : fuit.n.ut scriptum uideo argantonius quidā gadibus qui octoginta regnauit annos centum uiginti uixit:quod ideʒ affirmat Plinius libro praedicto:hic ergo cunctos supra memoratos aetatis longitudine superauit: quippe qui tanto tempore regnauit quanto quidem alii complures uiuere posse laetarentur. Quinetiam Asinius pollio: Teste Valerio dicit hunc ad centesimum & trigesimum annū peruenisse.Non minima pars Romani stili Significat hunc diligentissimum fuisse rerū gestarum scriptorem:non inter inferiores connumerandum:quippe qui romanum stilum probe teneret.

Vius regis consumma . longissimae uitae Argantonius fuisse uidetur:sed minus admirabilis tanta aeui longinquitas:Siquam Herodotus tradit Aethiopū & si quam Thesias indorum aetatem considerare uoluerimus Nam constat utrosqʒ centesimi anni superasse metā.Solinus de aethiopibus ultra meroē inquit super exortum solis Macrobii aethiopes uocantur.dimidio.n. eorum potentior q̄ nostra est uita.hi macro Macrobii longaeui.

Valerius maximus

bil iustitiam colunt amant aequitatem pluri/mum ualent robore praecipuo:&c.Item ali/bi de indis Apud thesiam legitur quasdam foeminas sibi semel parare natosq; canos il lico fieri:esse rursum gentem alteram quae i iuuentute cana sit nigrescat in senectute ul/tra aeui nostri terminos permanentem.Con/summationem perfectionem:deductionem ad finem.

¶Huius &c. aethiopes quos herodotus scribit transgredi annum.s.uitae centesimum & trigesimum & Indi de quibus Ctesias(aut ut oliuerius scri bit Thesias)antiquissimus scriptor:tradit idem.s.q centesimum & trige simum annum transgrediantur:faciunt consummationem annorum huius regis.s.Argantonii minus admirabilem:quia non est magnopere mirandu in uno semel contigisse:quod in uniuerso populo quotidie fere contingit.

Aethiopes:Dicti sunt ab αἴθω quod latine est Cremo & ὤψ uultus eo q uultum nimio solis ardore habeant adustum uel ab aethiope uulcani filio qui totā aethiopia; a se denominauit:est autem aethiopia teste Solino ingentes:moribus cultu & natura dissimiles distributa.Quos herodotus dicit insup herodotus scytharum regem legatis cyri regis persarum senes complures ostendisse qui centum & uiginti annos peregerant. Thesias:antiquissimus historiarum scriptor.

Aethiopia.

## De Epimenide Cnosio Cap.DCCCLXXXVIII.

Et epimenides Cnosius:quem Theopompus dicit septem & quinquaginta & centum ānos uixisse.

¶Et Epimenides Cnosius.i.cretensis(profertur autem Cnosius)philosophus quem Theopompus dicit uixisse annos septem & quinquaginta & centum:hoc est supra centum.sup facit consummationem annorum huius regis minus admirabilem.

Epimenides:Hic philosophus cretensis fuit pythagorae coaetaneus teste Apuleio de quo Laertius li.de uita philosophorum fabulosa quaedam narrare uidetur:nam dicit quod a patre iussus ad pascua ducere oues circa meridiem diuertit i p ximam speluncam ubi quiquaginta & septē ānis] perpetuo sopore requieuit excitus quaesiuit oues.putabat.n.se parum obdormiuisse quas cum non inueniret in agru; reuersus cu uero agrum in alterius potestatem uenisse uideret & cuncta mutata esse praependeret rediit in oppidum ubi a iuniore fratre iam uetulo cognitus omnem ex illo didicit rei ueritatem:deinde philosophatus est:scripsitq; multa quae hoc loco referrae non est opus:mortuus est autem anno aetatis suae centesimo quiquagesimo septimo teste phlegone li.de longaeuis.Plinius dicit centesimo quinquagesimo tertio:ut autem cretenses tradunt teste Laertio ducentis nonaginta annis.Cnosius:Cretensis & Cnosio uico oriundus.

## De quibusdam Epiorū.Cap.DCCCLXXXIX.

Hellanicus uero ait quosdam ex gente epiorū que est pars Aetholiae ducentos explere ānos eiq; subscribit Dāiates hoc amplius affirmās Litorium quendam ex his maximarum uirium staturae q praecipuae trecentesimum annum cumulasse.

¶Hellanicus uero ait quosdam ex gente Epiorum(quae est pars Aetoliae.Sunt autem qui ut Oliuerius Epigerorum legante sed quia omnia in uersa sunt nos quantum possimus meliorem sequimur lectionem)explere annos.s.uitae:ducentos & Damiates seu ut alii scribunt damastes:subscribit.i.suffragatur & assentitur eidem affirmans hoc amplius quendam Littorium ex his maximarum uirium & staturae praecipue.cumulasse annum.s.uitae trecentesimum.

Hellanicus:hic populos quosdā aetholiam incolentes nomine epiperos:uel ut alii dicunt epios:qui oli dicti fuerunt helidenses ducentos annos explere dixit:cui Damastes assentiēs addit & illud:Lithorium quendam ex ea gente natum uasti corporis & maximarum uirum hominē trecentos annos uiuendo peregisse specium uitae satis admirabile:nobis praesertim qui uix natiuitam amittimus.Pli.haec omnia fabulosa esse:& ex errore annorum prouenisse quos alii sex mensium:alii trium constituisse dixit.Leonardus areti.in translatione Basilii:ego inquit siue quis Titonii senectute; siue:uiuacissimi apud nostros Matusalem q mille annos minus triginta dicit uixisse &c.

## De Dandone Cap.DCCCXC.

Alexander uero in eo uolumine qd de illyrico tractu composuit affirmat dandonem quendam ad quingentesimum usq; annum nulla ex parte senescentem processisse.

¶Alexander uero historiographus & cosmographus affirmat in eo uolumine quod composuit de tractu illyrico quendam Dandona seu Dandonem processisse usq; ad annum quingentesimum nulla ex parte senescentem.i.senio debilitatum aut immutatum.

Alexander:Alexander composuit librum de longitudine maris illyrici i quo praeter caetera memoratu digna illud esse refert Dandonem quendam ad quingentorum annorum aetatem sine senectute puenisse:quia in ea aetate senescere non uidebatur nullis animi & corporis uiribus debilitatus.De tractu illyrico quantum extendit illyricum mare.Nulla ex parte senescentem.Neq; animi neq; corporis uiribus deficiētē non sapientia non memoria carentem:quae senectutis uitia esse solent.

## De latinorum rege. Cap.DCCCXCI.

Sed multo liberalius xēophō cui9 περὶ γηρατος

Sed multo liberalior:Cu; plures fuerint xenophontes dubitari posset hoc loco de quo potissimum dicat sed facile conicitur de xenophonte atheniē

legitur. Is.n. latinorum regem octingentis uitæ annis donauit:at ne pater eius parum benigne acceptus uideretur ei quoq; sexcentos assignauit annos.

¶ Sed xenophō.s.Atheniēn.multo liberius sup.mentitus est aut scripsit: aut multo liberalius.i.largius dedit uitæ humanæ tcuius.s. xenophontis opus sup.aut liber: περι.i.de γηρατοσ.i.senectute:legit .Is.n. donauit (ppter hoc uerbū legā liberalius:aut liberalior sup.fuit regē latinoꝝ octingentis.i.octies cētū annis uitæ At ne pater eius.i.dicti regis uideret acceptus.s.a xenophonte parū benigne assignauit quoq; ei sexcentos annos:hoc aūt dicit author cum risu quodam:fabulosā; uidelicet existimās talē uitā. Neq; tamē illis subscripserim qui Mathusalem aut alterius i biblia nostra cōmemorati annos ad spaciū trimestre reuocant:Nā nō est uero simile eūdē authorē uidelicet Mosē in uno eodemq; ope uarias anni ratiōes fuisse secutū:at de solaribus annis qui.xii.funt mensiū locutū esse cōstat cū dicat. Vixit aūt heber triginta quattuor annis & genuit reu: Vixitq; phalech postq̄ genuit Reu ducentis nouē ānis & genuit filios & filias &c.ubi si de isdē annis loquitur nō est dubiū de magnis loqui:nā si de trimestribus loquatur Phalech fuerit dūtaxat octo annorū & sex mēsiū cū genuerit:qd ex aliis quoq; multis conuincere licet. Mirabilem etia uitam Ioannis de temporibus memorat Gaguinus in compendio historiæ gallicanæ.

si philosopho dici Socratis discipulo q primus oium philosophoꝝ historiam scripserit de quo supra satis dictū est. Et Cice.in libro de senectute. Cyrus inqt apud xenophontē eo sermone quē moriens habuit:cū admodū senex esset negauit se unq̄ sensisse senectutē suā imbecilliorē factā q̄ fuisset in adolescentia:hic igit in historiis suis liberalior fuit in præstanda hominibus uitæ lōgitudine. non enim dubitauit scribere latinoꝝ regem cuius nomē Vale.nō ponit octigētos uixisse annos eiusq; patrem sexcentos περι γηρατοσ hoc est de senectute.

## De Cupiditate gloriæ Cap.XV.

Gloria uero aut unde oriatur:aut cuius sit habitus:aut qua ratiōe debeat comparari & an melius a uirtute quasi non necessaria negligatur: uiderint hi quorum in cōtemplandis huiusmodi rebus cura teritur:quibusq; etiam quæ prudenter animaduerterunt facundę contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores & auctoribus facta sua reddere contentus:quāta cupiditas eius esse soleat propriis exemplis demonstrare conabor.

¶ Gloria uero aut unde oriat aut cuius habitus sit.i.utrū uirtutis an uitii: uel an electiuus an contēptiuus:seu eligibilis an cōtēptibilis:aut qua rōne .i.uia & modo debeat cōparari.i.acquiri:& an melius negligatur a uirtute .i.homine studioso uirtutis quasi non necessaria:scz ad assecutionē ueræ uirtutis:uiderint.i.permitto ut uideat (est.n.uerbū concessiui modi) quorum cura teritur.i.absumit in huiusmodi rebus cōtēplādis.i.in speculatione talium rerū:q buisq;.i.& qbus cōtigit.i.datū est etiā eloqui facūdæ quæ animaduerterut.i.cōsiderauerūt & excogitauerunt:q̄ res necessaria ē ad traditionē debitā unde contēnendi qui hanc partē cōtemnunt. Ego cōtētus in hoc opere reddere.i.assignare factis.i.rebus gestis authores.s.qui eas fecerunt & authoribus facta sua conabor demonstrare exemplis propriis.i. aptis quanta cupiditas eius.s.gloriæ soleat esse.

De Cupiditate gloriæ. Cap. XV.

Gloria uero: Scripturus de cupiditate gloriæ:eius diffinitionē & originē & habitū & modum pretermittere uelle dicit quoniā id magis philosophorum sit q̄ scriptoꝝ.philosophi.n.de rebus disputantes ab earū semp diffinitione incipiunt:quia ois q̄ a rōne suscipitur de aliqua re institutio debet a diffinitione proficisci ut intelligatur qd sit illud:de quo disputatur. scriptores uero res gestas dictis illustrare ac celebrare solitis & factis auctores & auctorib facta reddere cōtenti sunt:itaq; gloriæ diffinitione ptermissa tātū eorū exēpla subiungit qui eius cupidi fuisse uideantur. Gloria uero ut a multis diffinit est frequēs fama cū laude:quam Cic.tribus rebus cōstare dicit. Si diligit multitudo:si fide habet:si cū admiratione quadā honore dignos putet. Vñ oriat.an a magnitudine ai:an ab ambitiōe. Cuius sit habitus. Electiuus an cōtēptiuus: Nā si ab ambitiōe pficiscit:uitiū ē:& tūc habitus est cōtēptiuus:si ab ai magnitudine uirtus & tūc est habitus electiuus. Aut qua rōne debeat cōparari:an rebus bellicis:an domesticis:nā ex rerū publicaꝝ administratōe uel ex bellis gerēdis uel ex studiis litterarū gloria cōparatur. Socrates uero dicere solebat uiā ad gloriā proximā eē & quasi cōpendiariā:si quis id ageret ut qualis haberi uellet talis eēt. An melius a uirtute negligatur. Sicut nonnulli philosophi pcepta de cōtēnenda gloria tradiderunt:cum ipsi tamen appetisse gloriam maxime uisi sint:quia teste Cice.trahimur omnes studio laudis:& optimus qsq; maxime gloria ducitur. Et illi ipsi philo.libellis illis: quos de contemnenda gloria scribunt nomen suum inscribunt: in eo ipso in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt prædicari se & nominari uolunt:sed est fortis & magnanimi uiri gloriam non appetere:& sola suorum recte factorum conscia contentos esse:sæpe uiris maior gloria spreta redit. Quasi non necessaria: Quasi satis sit conscientia recte factorum. In contemplandis eiusmodi rebus. Philosophi origines uitiorū atq; uirtutum & uniuscuiusq; habitum diligenter inquirunt: Animaduerterunt. Viderint hi qui prudenti cogitatione sunt assecuti:& illud diserte uerbis tradere possunt:& ita suum meritum extenuat Valerius:cum se neq; sapientem:neq; profiteatur eloquentem. Factis auctores. Quoties res gestæ memoriæ produntur tunc authores factis & authoribus facta redduntur:quia & quæ fuerint & a quibus facta dicere solent immo res gestæ sine earum authoribus memorari ferme non possunt.

Superior Aphricanus. Quod insita sit hoibus gloriæ naturalis quædã appetitio: ex his exemplis facile cognosci põt cũ Scipio Aphri. supior qui hãnibalẽ ex italia retraxit: qui Carthaginem po. ro. tributariã reddidit: sciret tantã eẽ magnitudinẽ rerũ suarũ ut dũ Romanũ staret imperiũ earũ memoria nulla uetustate posset aboleri: uoluit tamẽ inter Corneliæ gẽtis monumẽta locari poetã Enniũ q sua gesta fuissẽt illius carminibus cõpræhẽsa quasi litterarũ imortalitati cõmẽdata: de quo Cice. in oratiõe pro Archia poeta Carus inqt fuit aphricano superiori noster Ennius itaq3 ẽt i sepulchro Scipionũ putatur is esse constitutus & in memoratis laudibus Pli. li. vii. Prior inquit Aphricanus. Qu. Ennii statuã sepulchro' impoñi suo iussit clarũq3 illud nomen: imo uero spolium: ex tertia orbis parte raptũ in cinere supremo cũ poetæ titulo legi. Monumentis. In sepulchris ut supra Ci. uel inter statuas & titulos. Nã monumenta dicunt sepulchra historiæ annales interdũ. hoc aũt fecit Scipio: quia gloriæ nimia cupiditate flagrabat. Sũmũ columen. Sustentaculũ. Capitoliũ ẽni arx fuit romanæ urbis quæ totius orbis terrarũ aliquãdo possedit iperiũ. Vir homerico Dignus inquit fuerat Scipio qui potius homeri q̃ Ennii aut alterius inepti poetæ carminibus decantaretur.

Similiter. Paris gloriæ Decius Brutus fuisse uidet: q Acciũ poetã simili honore uoluit decorare: Nã illius uersu • qbus sua facta cõtinebant in uestibulis tẽplorũ q̃ ex hostili præda facienda curauerat iussit impingi: ut illud opus Decii cura cõditũ fuisse cognosceret. Ci. in eadẽ oratione. Decius inqt Brutus sũmus uir & imperator Accii amicissimi sui carminibus tẽplorũ ac monumentorũ aditus exornauit suorũ. Illud ẽt ad huius hominis gloriæ cupiditatem spectare uidet q gladiatorũ munus in honore patris sui defuncti primus edidit romæ: ut diximus in capitulo de istitutis. Similiter honoratus. Quia nõ alio Decius Brutus Acciũ q̃ Ennium Scipio fuerat honore ꝓsecutus. Prõpta laudatione. Quia Brutum carminibus cõmendauerat: Qua cõmẽdatõe: Quia prompta esse uidebatur maxime delectatus est brutus. Ex suis manubiis. Manubiæ dicũtur hostium spolia. sed propriæ sunt pecuniæ ex uenditione prædæ recuperatæ.

NE Põpeius quidẽ magnus ab hoc affectu gloriæ: Nec põpeius inquit dissimulauit se gloriæ cupiditate affectũ e. sẽ qui Theophanẽ Mitylenæũ q suas res gestas memoriæ ꝓdidisset: nõ solũ romana ciuitate donarit: sed illũ accurata quoq3 oratiõe in concione laudarit: quod & Cic. in eadẽ quã diximus oratiõe testat. dicit eñi qd noster hic magnus q cũ uirtute fortunã adæquauit: nõne tũc Theophanẽ Mitilenæum scriptorẽ rerũ suarũ in concione militũ ci

## De superiore Aphricano Cap. DCCCXCII.

Superior Aphricanus Ennii poetę effigiem i monumentis corneliæ gentis collocari uoluit q ingenio eius opera sua illustrata iudicaret: non quidem ignarus q̃diu romanum imperium floreret: & Aphrica italię pedibus esset subiecta: totiusq3 terrarum orbis summum culmẽ arx capitolina possideret: eorum extingui memoriam non posse: si tamen illis litterarum quoq3 lumen accessisset magni æstimans Vir homerico q̃ rudi atq3 impolito pręconio dignior.

Supior aphricanus. Scipio maior carthaginis domitor uoluit effigiem i. imaginẽ ad uiuũ expressã: Ennii poetæ collocari i monumẽtis. i. reb9 memoratiuis & sepulchris ad memoriã seruandã extructis: gẽtis Corneliæ: hoc est suæ: q. i. quia: iudicaret opera sua illustrata igenio eius. s. Ennii poetæ nõ quidẽ ignarus. i. qui aphricanus nõ ignorauit: q̃diu iperiũ Romanũ floreret. & Aphrica eẽt subiecta pedibus italiæ & ars capitolina possideret sũmũ culmẽ. i. principatũ totius orbis terrarũ: memoriã eorũ. s. monumentorũ corneliæ gentis non posse extingui. i. deleri penitus: tamẽ æstimãs magni: si lumẽ quoq3 litterarũ accessisset. i. additũ esset illis. s. monumẽtis gẽtis suæ. ens sup. aut existens uir dignior ꝑconio homerico. i. qui ab homero excellentissimo poetarũ laudetur ut achilles olim q̃ ꝑconio rudi & ipolito quale erat Ennii: qui sententias bonas ĩcultis uerbis inuoluisse dicitur: unde & Maro dixisse fertur se aurum aut lapillos ex stercore Ennii colligere: dum sententias inde erueret.

## De Decio Bruto. Cap. DCCCXCIII.

Similiter honoratus animus erga poetã Acciũ Decii Bruti suis temporibus clari ducis extitit cuius familiari cultu & prompta laudatione delectatus eius uersibus templorum aditus quæ ex manubiis consecrauerat adornauit.

Similiter &c. Animus Decii Bruti ducis clari suis tẽporibus: extitit honoratus. i. honore effectus (quia honor est in honorãte) similiter erga Accium poetã: cuius. s. Accii cultu familiari: quia frequens tanq̃ cliens domi eius fuerat: & laudatione prõpta. i. prompto animo exhibita: delectatus adornauit aditus. i. uestibula templorum: quæ scilicet templa ipse Brutus consecrauerat. i. diis constructa dicauerat ex manubiis. i. parte prædæ duci competẽte: uersibus. i. carminibus eius. s. Accii poetæ.

## De Pompeio magno. Ca. DCCCXCIIII.

NE Pompeius quidem magnus ab hoc effectu gloriæ auersus: qui Theopanem Mitylenęum scriptorem rerum suarum i concione militum ciuitate donauit beneficium per se amplum accurata et & testata oratione prosecutus: quo effectum est ut ne qs dubitaret qui referret potius gratiam q̃ inchoaret.

Nequidẽ. i. nõ etiã aut nõ saltẽ põpeius magnus fuit auersus idest alienus aut abhorrens ab hoc affectu gloriæ: qui donarit ciuitate idest ciuem

Romanum fecerit in concione militũ.i.oratione quam habuit ad milites. Theophanẽ mitylenæum scriptorẽ rerum suarũ.i.a se:hoc est pompeio gestarum:& prosecutus est oratione accurata etiam & attestata.i.publice fatente hoc nomine ipsum ciuitate donatum:beneficium.s.donationis ciuitatis:amplum.i.magnificum per se.i.sine adiectione elogii aut testationis alicuius. Quo.i.per quam attestationem effectum est ut ne quis.i.nullus dubitaret quin.s.Pompeius referret potius gratiam scilicet debitam:q̃ inchoaret idest iniret nouam.

## De Lucio Sylla. Ca. DCCCXCV.

LVcius autem Sylla etsi ad neminem scriptorem animũ direxit tamen iugurtha a Boccho rege ad Marium perducto totam sibi laudem cupide asseruit ut annulo quo signatorio utebatur sculptam illã traductiõem haberet:& quãtus post ea:ne minimum quidem gloriæ uestigium contempsit.

¶ Lucius aũt Sylla:etsi.i.q̃q̃ ad neminem.i.nõ ad ullum non direxit:animũ ad ullum scriptorẽ:tamen Iugurtha rege Numidiæ perducto a Boccho rege mauritaniæ:ad marium.i.imperatorem cuius legatus Sylla agebat:asseruit.i.addixit & attribuit cupide sibi totã laudẽ:ita sup.ut haberet illam traditionem.s.Iugurthæ a Boccho:sculptã sup.in annulo quo utebatur signatorio.i.ut dicunt pro signeto. Et quantus sup.fuit postea? q.d. maximus euasit & tamen:ne minimum quidem uestigium gloriæ cõtempsit: hoc est qui ab incremento primo amplitudinis suæ sic gloriam captauit nunq̃ deinceps etiam uir maximus effectus eandem contempsit.

## De Scipione & quodam equite. Ca. DCCCXCVI.

ATq; ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam:Scipionem dõa militaria his qui strenuam operam ediderant diuidentem. T. Labienus ut forti equiti aureas armillas tribueret admonuit:eoq; se negante id facturum:ne castrensis honos in eo q paulo ante seruisset uiolaretur:ipse ex prędа Gallica aurum equiti largitus est. Nec tacite id Scipio tulit. Nam equiti:habebis inquit donum uiri diuitis:qđ ubi ille accepit proiecto ante pedes Labieni auro uultũ demisit. Idem ut audiuit Scipionem dicentem:Imperator te argenteis armillis donat alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas quę dulcedine glorię non tãgatur.

¶ Illa uero a claris uiris interdum ex humillimis rebus petita est.

¶ Atq; ut subnectam imperatoribus spiritum.i.animũ militis gloriosum i.gloriæ affectatorem: Titus Labienus admõuit Scipionem.s.numãtinũ diuidentem dona militaria iis qui ediderant strenuam operam.s.in re bellica aduersus hostes:ut tribueret equiti.s.cuidam forti sed humili licet strenuo:armillas.i.ornamenta brachiorum aureas:& eo.s.Scipione imperatore negante se facturũ id ne honos castrensis:uiolaretur.i.corrumperetur & ita minoris postea haberetur:in eo.s.si conferatur in eum qui seruisset idest seruus fuisset:paulo ante:ipse scilicet Labienus largitus est equiti aurum unde scilicet armillæ fierent : ex præda gallica idest ex ea portione quam obtinuerat Labienus ut legatus ex præda gallis direpta. Nec Scipio tulit id tacite idest dissimulanter : Nam inquit equiti : tu habebis donum uiri diuitis uidelicet armillas aureas quas : ut priuatus de-

nitate donauit: & nostri illi fortes uiri :sed rustici ac milites dulcedine quadã gloriæ cõmoti:quasi participes eiusdẽ laudis magno illo clamore approbarũt. Ab hoc affectu gloriæ auersus qui Theophanẽ Mitylenæum. Ab hac cupiditate.est enim cupiditas affect⁹ & passio quædẽ aĩ nostri. Referret potius gratiam quasi illi plurimũ deberet:q res suas litterarum monumentis credidisset.

LVcius aũt Sylla. Etsi nullum suis rebus gestis scriptorẽ adhibuit Sylla: quo maxĩe sit delectatus:aĩ sui tamen affectũ gloriæq; cupiditatem eo facile modo indicauit:q annulo suo quo tabellas obsignare cõsueuerat:Iugurthã captũ isculpserat:q̃q̃ nõ suis sed marii cõsulis auspiciis captus fuisset:suo tamen cõsilio atq; prudẽtia:nota est historia apud Salustiũ de bello iugurthino:diffisus enim uiribus suis iugurtha ad Bocchi getulorũ Regis generi sui fidẽ opesq; cõfugit a quo uiolata fide p ꝓditionẽ romãis auctore sylla traditus fuit. Annulo signatorio.quo ad sigillandas tabellas utebatur:nã in eo iugurthæ traditionẽ habebat insculptã. Quãtus postea. Eius deinde q̃ secuta ẽ magnitudo:facile declarat auiditatẽ gloriæ:nã nisi gloria fuisset accensus res tãtas gerendas non suscepisset ut rerum omnium ipse solus potiretur. Asseruit. Vendicauit attribuit ascripsit.

ATq; ut iperatoribus. Via gloriæ tãta ẽ:ut humilia ẽt penetrare pectora possit nemo ferme ẽ taз humilis q non nulus dulcedine capiat:In Scipionis exercitu miles bello Numãtino opa sua reipublicæ fideliter strenueq; nauata maluit ab Impatore argẽteis armillis q̃ aureis a legato donari q hæ utiles illæ uero gloriosæ sibi forẽt:non auaritia potuit puertere gloriã: ut cũ Labienus legatus q strenua huius militis opa fuerat usus impatori dixisset: aureis armillis militẽ ut donaret:idq; Scipio negasset:& idignatus Labienus e suis quæ sibi ex Gallica pda cõtigerat duas illi dedisset ubi primũ audiuit imperatorẽ dicentẽ habes diuitis hominis donum:statim illas ante legati pedes picerit: tristisq; discesserit : acceptis deinde argenteis ab imperatore cũ sũma lætitia inde abiit quasi nõ armillas:sed gloriam sui laboris pmiũ recepisset. Dona militaria. Quibus imperatores parta uictoria milites suos p cuiusq; meritis & uirtute donabant ad excitandã eni in animis hominũ uirtutẽ sapientissimi impatores Romãi apud quos armorũ & iperii gloria fuit uariis donis eos milites qui pro republica fortiter pugnassẽt: donare cõsueuerant armillis:hastis:eqs coronis militaribus:aliisq; muneribus qbus cæteri ad laudis studium & gloriæ cupiditatem incendebantur. Armillas aureas : Ornamenta sinistrarum : quibus sabini galliq; præcipue utebantur. Castrensis honos : Qui dentur militibus honos bene de republica Valerius maximus.

meritis. est autem præmium uirtutis honos q alit artes nō solū militares. sed & urbanas. Nō tacite tulit. Tacere ñ potuit Scipio ubi uidit a Labieno datas armillas esse milid. Vultū demisit: Quod pudoris siue tristitiæ signū fuit. Nulla tanta Sententia generalis & huic loco accōmodata: nemo ē tā abiectæ cōditiōis: quē gloriæ dulcedo ñ demulceat.
¶ Illa uero. Nō mirū est si humilis fortunæ uiri gloriæ cupiditate tanguntur cum eā clarissimi uiri in rebus etiā paruis & abiectis quæsisse uideantur.

NAz Fabius pictor. Rebus gestis & genere clarus: uir patricius cū i æde salutis quā Iunius bubulcus ex uoto dedicasset parietes suis manibus egregia pictura exornasset: nomen suū uoluit iscribere: ut q̄uis clara esset fabiorū domus multis illustribus uiris: q cōsules: augures: pretores iperatoresq; fuissent: hoc tñ ad gloriæ cōsūmationē accedere uoluit: ut sui igenii oblitterari memoria nō posset. Nomē suū. Vt Qu. Fabius hoc opus depinxit. Sacerdotiis. Nā ex Fabiis qdā fuere pontifices augures flamines Sordido studio. Iō suū nomē iscripsit picturæ: ne illius artis q̄ualacunq; foret gloria ex hoim memoria laberet. sordido āt dixit: qa studiū oē qd quæstus gratia suscipit: ut pictura sordidum dicitur & illiberale.

VIdelicet secutus. Ita domesticis externa subiūgit ut trāsitū nullū facere uideat. Iō iquit Fabi9 nomē suum picturæ uoluit iscribere: ut phidiæ seq̄ret exemplum: qui cū nomen suum in Mineruæ simulacro qd finxerat atheñis iscriberere nō liceret imagiñē suā finxit i clypeo: q aliter educi nō poterat nisi totū opus solueret Ci. tusculanarū quæ li. i. Quid enim Phidias sui similē spēm iclusit i clypeo Mineruæ cu; iscribere nō liceret. De hoc Phidia diximus i cap. de fiducia li. iii. q̄q̄ multo plura adiici posset quæ apud Pliniū aliosq; auctores leguntur ea tantū nobis referēt quæ ꝓposito nostro cōueniunt. Tota colli. solueretur: Tota operis compositio destrueretur.

SEd meli9 aliq̄to. Aemulus Themistocles alienæ gloriæ stimulis qbusdā ueluti furoribus agitabat: ei9 aliq̄ rōne cōsequēdæ: ut ea nisi parta dies atq; noctes cōquiescere nō posset. cū igit nocte i publicū sæpius ꝓdiret cogitabūdusq; uersaret i foro deābulās interrogatus qd ita faceret: qa me inqt Miltiadis trophea de somno excitāt. Ci. tusculanaꝝ qōnū li. iiii. siue qōne iiii. Noctu inqt ābulabat i publico Themistocles: q somnū cape nō posset: q̄rētibusq; respōdebat Miltiadis tropheis se a sōno suscitari. cogitabat eni q̄ō Miltiadis gloriā posset adequare uel ēt supare: q ut diximus supra in ca. de igratis & de pietate. Artaphernē & Datim Darii persarū regis præfectos qui cum centum milibus peditum & decem

derat Labienus: quod. s. dictum ubi ille. s. eques accepit. i. intellexit (aut q aurum ubi ille accepit sed prior expositio melior est) demisit uultu. ii. s. ii. signum indignationis: auro proiecto ante pedes Labieni. Idem: s. eques ut idest postq̄ audiuit Scipionem dicentem: Impetator donat te armillis argenteis: abiit alacer gaudio. i. præ gaudio. Ergo nulla humilitas. i. abiectio conditionis & status est tāta quæ nō tangatur dulcedine gloriæ.
¶ Vero. i. sed: illa. s. gloria: petita est interdum: &. i. etiam a uiris claris ex rebus humilibus: ut sequentia declarant unde est quasi quædam parasceue ad membrum nouum huius tituli.

## De Quinto Fabio. Cap. DCCCXCVII.

NAm quid sibi uoluit Quintus Fabius nobilissimus ciuis? q cū in æde salutis quā. C. Iunius Bubulcus dedicauerat parietes pinxisset: nomen his suū inscripsit. Id enim demum ornamenti familiæ consulatibus & sacerdotiis & triumphis celeberrimæ deerat: cæterum sordido studio deditum ingenium qualecunq; illum laborem suum silentio oblitterari noluit.

¶ Nam quid Quintus Fabius. s. pictor: ciuis nobilissimus. uoluit sibi: q cum pinxisset parietes in æde salutis: quam. s. ædem: Caius Iunius Bubulcus dedicauerat: inscripsit his nomē suū? Enim. i. quia: id demū. i. solu; deerat familiæ celeberrimæ. i. clarissimæ: consulatibus & sacerdotiis & triūphis Cæterum. i. sed: ingenium sup. eius deditum studio sordido. i. humili & nulli respectu bellicæ gloriæ aut resp. administrationi: utpote arti pingendi: noluit illum laborem suum qualecunq; oblitterari. i. teneri silentio i. pp silentiu;.

## Externa. De Phidia Ca. DCCCXCVIII.

VIdelicet Phidiæ secutus exemplū qui clypeo Mineruæ effigiem suam inclusit: qua cōuulsa tota operis colligatio solueretur.

¶ Videlicet. Continuo narrat rem & continuato filo cōnectit externa domesticis dicens. Videlicet idest uidere licet cur. s. Fabius id fecerit: quia secutus exemplum Phidiæ optimi statuarii apud athenas: qui inclusit clypeo Mineruæ a se sculptæ: effigiem suam. i. propriam: hoc est ipsius phidiæ: qua. s. effigie sua cōuulsa: tota colligatio operis solueretur: & ita inuidis præripuit facultatem imaginis suæ tollendæ e clypeo.

## De Themistocle. Ca. DCCCXCIX.

SEd melius aliq̄to si imitatione aliena capiebatur: Themistoclis ardorē esset æmulatus: quē ferunt stimulis uirtutum agitatum & ob id noctes inquietas exigentem: quærentibus quid ita eo tempore in publico uersaretur: respondisse: quia me trophea Milciadis de sōno excitant. Marathon nimirū animum eius & Arthemisium & Salamis naualis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant.
¶ Idem theatrum petens. cum interrogaretur cuius uox auditu illi futura esset gratissima: dixit eius a quo artes meæ optime canerentur. Dulcedini gloriæ pœne adiecit gloriam:

¶ Sed sup.Fabius pictor se capiebatur imitatione aliena.i.si uolebat aliquē imitari cuius auctoritate fulciretur æmulatus esset melius aliq̃to:ardorē.i.uehementē affectionē gloriæ Themistoclis ducis Athenien.quēq̃ s.themistoclē:ferunt.s.historiographi:agitatum stimulis uirtutū & ob id exigentē.i.transigentē noctes inquietas:respondisse quærentibus qd ita licet sic:eo tēpore uersaretur in publico.s.loco aut itinere: quia Trophea Milciadis.i.quæ clarissimus:Milciadis de hostibus tulerat:excitant me de sōno.Nimirū.i.haud dubie:Marathon campus uictoria Milciadis.& Arthemisiū & Salamis.i.loca in græcia iuxta Arthemisiū & Salaminā:nomina fertilia gloriæ nauali.s.ex nauali pugna pariendæ:illustranda scilicet tēpore futuro incitabant animū eius.s.Empedoclis facibus tacitis.i.occultis & iam tum animo conceptis nec dū editis.Quæras enim quomō Marathone ū incitabat ubi nihil actū erat:& quomodo cætera duo loca ubi adhuc nihil egerat?Sed de Marathone dicam q̃ per æmulationem icitabat:& de cæteris q̃ per spē pconceptæ uictoriæ:ē tñ satis obscure dictū. ¶Idē.s.Themistocles petens theatrū.i.spectaculū ludorū scænicorū cū interrogaretur cuius uox esset futura illi gratissima auditu.i.ad audiēduȝ: dixit.sup.uox eius a quo artes meæ:hoc est peritiæ in re militari & etiam publica gubernāda canerentur optime.q.d.qui me maxime laudauerit & ita pene.i.quasi adiecit dulcedini gloriæ gloriā:hoc est quasi ex affectatione tanta gloriæ gloriam assecutus est:quia gloriosum uisum est:esse tā gloriosum.i.affectatorē gloriæ.aut sic.Quia tantus uir palam professus est se gloriæ cupidū:ipse adiecit pene dulcedini gloriæ gloriam:hoc est sua aucto.itate effecit:ut affici dulcedine gloriæ gloriosum duceretur.Alii legunt Dulcedinem gloriæ pene:adiecit gloriosam.ut sit adiecit idest addendo illud effecit pene dulcedinem gloriæ gloriosam.

milibus equitū in græciā uenerant aduersus Athenienses:ipse cū decē milibus armatis cōsilio & uirtute sua superauit in cāpis Marathoniis qua uictoria excitatus ad uirtutem Themistocles:paulopost Arthemisiū & Salamina:gloriosissima uictoria nobilitauit:ut supra diximus in ca.de ingratis:nam cū cæteri existimarent a Barbaris in Marathōe re male gesta bellū se in posterū sustulisse Themistocles eā rē maiorū certaminū initiū ducebat esse ad eaq̃ obeūda pro græcia uniuersa se tanq̃ in palæstrā unxit:assiduęq̃ ciuitatē exercuit q̃ longissime futura prospiciens: Aemulatus.Imitatus est aūt æmulatio duplex teste Cice.Tusculanarū quæstiōe.iiii. Dicit enim æmulatio aut dupliciter.illa quē dicitur ut est in laude & in uicio nomen hoc. Nā & imitatio uirtutis æmulatio dicitur:sȝ ea nihil hoc loco utimur:est eni laudis & est æmulatio ęgritudo:si eo quod cōcupierit alius potiatur ipse careat.Stimulis.irritamentis.Marathon.Marathonia pugna q̃ magna fuit Milciadis gloria. Arthemisium & Salamis.Duo græciæ loca a Themistocle nobilitata illa gloriosa & prope icredibili pugna nauali:q̃ xersem qui totā ferme Asiā in græcia deportauerat eo cōsilio superauit & i patriā turpiter refugere coegit:ut nō se uictū sed a Themistocle cōseruatū fuisse existimaret:De Salamine diximus alio loco. Arthemisius uero ut qdā dicūt mōs est archadiæ ab herba illic abundāte q̃ sic denominatur dictus. Tacitis faci.Secretis stimulis & ardoribus:incitabat eni æmulatione Milciadis ad ea loca aliquo modo illustrāda:quæ demum copiosa facta sunt nauali pugnæ.Idē Theatrū.Nō dissimulauit hoc loco Themistocles se nimium gloriæ cupidum esse cum interrogantibus quæ illi uox gratissima foret respondit eius a quo suæ laudes exponerentur:Cicero in oratione pro archia poeta. Themistoclem illum summum Atheniis uirum dixisse aiunt:cum ex eo quæreretur quod ακροαμα aut cuius uocem libentissime audiret:eius a quo sua uirtus optime prædicaretur.

Aemulatō

Arthemisius

## De Alexandro rege.Ca.DCCCC.

Nam Alexandri pectus insatiabile laudisqui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mudos esse referenti.Heu me inquit miserum:q̃ nec uno quidem adhuc sū potitus.Angusta homini possessio gloriȩ fuit quæ deorum omnium domicilio sufficit.

¶Nam pectus Alexandri.s.magni sup.fuit insatiabile.i.inexplebile laudis.Qui inquit Anaxarcho comiti suo referenti.i.dicēti ex authoritate Democriti præceptoris scilicet sui:mūdos esse innumerabiles:Heu me miserum q̃ ne quidem idest non saltem uno.s.mundo sum potitus adhuc. Possessio gloriæ.s.diffusæ per hunc modum fuit angusta homini scilicet Alexandro(de quo Iuuenalis Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis)quæ s.possessio:sufficit domicilio omnium deorum.uerum dii(si modo dii essent)non capiuntur loco:at uerum deum si mille essent mundi capere neq̃ rent:uerum author forte de diuis suis imperatoribus loquitur quorū gloria terris terminabatur.

Nam Alexandri.Dici non potest q̃ta gloriæ cupiditate flagrarit Alexander:qui patris Philippi gesta se præsente:ut laudarent æquo aio pati non poterat:qa nihil audire cupiebat præter id quod suas laudes contineret & dicēte Anaxarcho comite suo:id quod acceperat a præceptore Democrito plures esse mundos uehementer ingemuit dicens:heu me miserum qui ne uno quidem adhuc sum potitus de quo Iuuena.in saty.Omnibus in terris unus pelleo iuueni non sufficit orbis idest Alexan. a pella colonia macedoniæ dicto ubi recensebantur equi a philippo patre: Anaxarcho De Anaxarcho dictum est in capitu.de patientia.Mundos innumerabiles Democriti sententia iam explosa:ut inquit ille:quicquid in esse deductum est locum habeat necesse est quia sine loco esse non potest quod si locum habet innumerabiles mundi aut eum locum ostendant:aut illi non credam.Angusta homini: Vere inquam insatiabile fuit pectus Alexandri:non enim illi sufficiebat quod omnibus diis sufficere potest.

Valerius maximus.

## De Aristotele Phõ. Cap. DCCCCI.

REgis & iuuenis flagrantissimæ cupiditati simi lem Aristotelis in capessenda laude sitim sub nectam. Is namqʒ theodecti discipulo oratoriç artis libros quos ederet donauerat: molesteqʒ postea se rés titulum eorum sic alii cessisse proprio uolumine qui busdam rebus insistens: planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse adiecit. Nisi me tantæ & tam late patentis scientiæ uerecundia teneret dicerem dignum philosophum: cuius stabiliẽdi mores altioris animi phi losopho traderentur.

REgis & iuuenis. Probat exẽplo Aristote. quod ab initio huius tractatus diximus & ipẽ paulo isra dicturus neminẽ esse qui nõ laudis gloriæ cupiditate tangatur: nã Aristoteles qui priceps philosophorũ creditur & eorũ qui de cõtẽnẽda gloria pcepta tradiderunt: ipsam gloriaʒ uehementer appetisse uidetur. Cum enim artis oratoriæ libros edidisset eosqʒ Theodecti discipulo sibi gratissimo dono dedisset: paulopost pœnituit eius laboris titulũ in alterius laudẽ & gloriã esse conuersum. Itaqʒ ut illũ sibi alia ratione uendicaret: in alio opere ubi de arte oratoria sibi dicendum erat: nolle se dicebat diutius illis rebus imorari: eo q in libris Theodectis de his plane satis disputasset: non potuisset apertius animi sui affectuʒ indicare. Et regis & iuuenis: tolerabilior in Alexandro tanta gloriæ sitis q̃ in Aristotele fuisse uidetur. Alexander enim & rex & iuuenis erat quorũ utrũqʒ uix sine cupiditate esse potest. Nisi me tantæ & tam late: Nisi me inquit tanti philosophi auctoritas deterreret dicerem constantiori philosopho Aristotelẽ fuisse tradendum: a quo eius mores i constantes corrigerentur confirmarenturqʒ: & est occupatio color rhetoricus cum id maxime dicimus quod nos præterire aut nescire aut dicere nolle profitemur.

❡ Regis &c. Ego subnectã cupiditati scilicet gloriæ flagrantissimæ. id est ardentissimæ regis & iuuenis: scilicet Alexandri (utrũqʒ autẽ ad cupiditatẽ facit & q rex erat cui omnia uidentur licere: & q iuuenis cui uideri solet q omnia possit) sitiʒ idest affectionẽ & desideriũ Aristotelis similẽʒ in capessenda. i. adeunda aut captanda laude. Nãqʒ is scilicet Aristoteles donauerat Theodecti discipulo libros artis oratoriæ: quos. s. libros Theodectes ederet. s. suo nomine tanq̃ a se compositos: & ferens postea moleste sup. se cessisse idest concessisse sic idest tam faciliter: alii quicũqʒ is fuisset cũ tamen Theodectẽ esse sciret: sed non doluit singulariter q Theodecti sed cõmuniter q alii cesserat titulũ idest inscriptionẽ eorũ: insistẽs quibusdã rebus: idest tractans quasdã res sup. in uolumine proprio idest suo nomine edito: adiecit dictũ esse sibi idest a se planius in libris Theodectis idest quos Theodectes ediderat licet ab Aristotele essent compositi. Nisi (inquit author) uerecundia tantæ & tã late patentis scientiæ scilicet Aristotelicæ teneret idest retraheret me: dicerẽ sup. Aristotelem philosophum dignum sup. esse: cuius mores traderentur stabiliendi idest confirmandi & stabiliores faciẽdi philosopho animi altioris. i. altiora quærentis: & nõ tã inconstanter & impudenter (ut omittamus q inique) donatõeʒ reuocãtis. nã si a se cõpositũ opus sciri uoluit: cur miserũ discipulum eius usurpatione infamem reddere sustinuit?.

## De Gloriæ dissimulatoribus. Cap. DCCCCII.

CAeterum gloria ne ab his quidem qui cõtemptum eius introducere conãtur negligitur: quoniam quidem ipsis uoluminibus nomĩa sua diligenter adiiciunt ut qđ professione eleuant usurpatiõe memoriç consequantur. Sed qualiscunqʒ horũ dissimulatio: proposito illorum longe tolerabilior est: qui dum æternam memotiam assequerentur: etiam sceleribus innotescere non dubitauerit.

CAeterũ gloria. Hoc idẽ Ci. in oratione p Archia poeta ut supra dixim᷒ & ipsi illi philosophi & illis libellis quos de cõtẽnenda gloria scribũt: suum nomẽ inscribũt: in eo ipso in quo pdicationem nobilitatẽqʒ despiciunt: prædicari se & noiari uolunt: rursus in tusculanis q̃stione. i. quid nostri philosophi. nõne i libris quos scribũt de contẽnenda gloria nomina sua inscribũt? ergo philosophi gloria: uerbis cõtẽnũt: re ãt cõcupiscunt. Negligitur: Verbis gloriã deprimũt: & insectantur eius tñ studiosi sũt. Vsurpatiõe memoriæ cõsequãtur: iõ sua nomina libris iscribũt qa posteroꝝ memoriæ se datũ iri uolũt: & hæc usurpatio memoriæ sibi laudẽ pariat. Sed qualiscũqʒ: Ac si diceret: ẽt si uituperãda sit tolerabilior: tñ est q̃ eoruʒ qui pessimo facinore illã sibi usurpare uoluerũt qualis Pausanias adolescens; qui Philippuʒ Macedoniæ regeʒ occidit: qualis ille q Ephesiæ Dianæ templum incendit: cuius nomen non ponitur. hi enim etiam sceleribus inotescere uoluerunt.

❡ Cæterũ. i. sed gloria ne quidẽ. i. non saltẽ negligitur ab iis qui conãtur introducere contẽptũ eius: hoc est qui de contẽnenda gloria libros scripserũt noĩa sua ut gloriã assequãtur i fronte libroꝝ posuerũt. Quietiã ut dicit Tacitus: sapiẽtibus cupido gloriæ nouissima exuitur) quoniã quideʒ adiiciũt diligẽter ipsis uoluminibus. s. q̃ de cõtẽnẽda gloria scripserũt: nomina sua: ut qđ eleuãt. i. deprimũt & cõtẽnẽdũ docẽt pfessiõe. i. doctrina sua assequant. i. obtineãt sup. id uʒ gloriã: usurpatõe. i. uẽdicatõe aut celebratõe memoriæ. s. sui. Sed qualiscũqʒ sup. ẽ: dissimulatio hoꝝ. s. q dicunt se gloriã cõtẽnere cũ cõtẽnendo eã q̃rãt: ipa ẽ tolerabilior lõge pposito illorũ: q dũ. i. dũmõ assequerent memoriã æternã nõ dubitarũt inotescere. i. notiores fieri sceleribus. i. p scelera sua. Et ita cũ uaria sint genera q̃ritãtiũ gloriã: quasi psatiõe quadã trãsit ad nouum genus. nã alii q̃runt gloriã arte & uirtute: alii cõtemptu: alii etiam maleficio insigni: unde sunt sequentia exempla.

## De Pausania. Cap. DCCCCIII.

QVorum e numero nescio an in primis Pausanias

QVoꝝ e nũero Pausanias. Valerius a Iustino & Plutarcho dissentit: non enim gloriæ sed ultionis cupiditate

debet referri: Nam cum Hermoclem procunctatus eēt: quonammodo subito clarus posset euadere atq; is respondisset si illustrem uirum aliquem occidisset futurū ut gloria eius ad ipsum redundaret: continuo Philippū interemit: & quidem qd petierat assecutus est. tam enim se parricidio q̄ Philippus se uirtute notum reddidit.

¶ Quorum. s. sceleribus inotescere uolentium: e numero: posset dici equo rum numero: nescio an pausanias. s. nobilis macedo debet referri ī primis. Nā cū percunctatus esset Hermoclē. s. sapientē quonāmodo possit euadere subito clarus: atq; is. s. Hermocles respondisset: si occidisset aliquem uirū illustrē: futurū sup. esse: ut gloria eius. s. illustris uiri: redūdaret ad ipsum: interemit cōtinuo philippū. s. regem macedonū patrē Alexandri: & quidē. i. certe assecutus est qd petierat: enim pro q2: ipse reddidit se tā notum parricidio. i. occidēdo patrē patriæ: hoc ē regē q̄. i. q̄tū philippus sup. reddiderat se notum uirtute. Oliuerius tamen & plaeriq; alii aliam assignant cædis eius rationem. ad philippi cædē Pausaniā impulsum eē dicunt: adhortante: ut uult plutarchus: Alexandro: & Olympiade multomagis icitāte: quoniā piniquo animo ferret se spretaz a Philippo: & aliā sibi superinduci Attali regis filiaz Cleopatrā. Cū igitur dies nuptiaruz esset: ut tradit Iustinus pro magnitudine duorum regū & collocantis filiā & uxorem ducentis apparatibus insignis nec ludorū magnificentia deessent: & ad eorū spectaculū Philippus sine custodibus medius inter duos Alexādros filiū generūq; cōstaret: Pausanias nobilis adolescens nemini suspectus occupatuz angustiis Philippū in transitu obtrūcat: diēq; lætitiæ destinatū foedū luctu funeris facit. Hic pausanias primis pubertatis ānis stuprū p iniuriā passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc ēt foeditas accesserat: q' pductum in cōuiuio solutūq; mero attalus nō suæ tantuz ēt cōuiuarū libidini uelut scortū uile subiecerat: ludibriūq; omniū inter coæquales reddiderat hanc rē ægre ferens pausanias: quærelā Philippo sæpe detulerat cū uariis frustrationibus non sine risu differret & honoratum insuper ducatu aduersariū cerneret: iram in ipsum Philippū uertit: ultionēq; quā ab aduersario non poterat: ab iniquo iudice exegit: Creditū ē igitur imissū ab Olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum Alexādrū ignarū patenæ cædis extitisse: quippe nō minus Olympiadē repudiū & prælatam sibi Cleopatram q̄ stuprum pausaniam doluisse. Alexandrūq; quoq; regni æmulum fratrem ex nouerca susceptū timuisse: eoq; actū ut in conuiuio antea primū cum Attalo mox cū ipso patre iurgaret: adeo ut ēt stricto gladio eū philippus cōsectatus sit: ægreq; a filii cæde amicorum præcibus exoratus: quāobrē Alexander ad auunculū se in epirū cū matre: inde ad reges Illyricorū contulerat: uixq; reuocanti mitigatus patri: præcibusq; cognatorū ægre redire compulsus Olympias quoq; fratrē suū Alexandrū epiri regē in bellū subornabat: peruicissetq; ni filiæ nuptiis pater generū occupasset: his stimulis iratū utriq; pausaniā de impunitate stupri sui q̄rentē ad tantū facinus impulisse creditur: nā legitur apud Herodotū: quærenti pausaniæ apud Alexādrū: nihil aliud respondisse: nisi Medeæ iambicū metrū pronūciasse: eū qui dedit: eū qui accepit. s. interfice & socerū & generū: Olympias ēt dicitur fugienti percussori equos præparatos habuisse ipsa deinde audita regis nece cum titulo officii ad exequias eadē nocte cucurrisse: in cruce pendentis pausaniæ capiti coronam imposuit: quod nemo alius audere nisi hæc superstite philippi filio potuisset: paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit & tumulum ei eodem fecit in loco parentariq; eidem quotannis incussa populo superstitione curauit: Apparet igitur pausaniam ad regis cædem impulsum: non consequendæ gloriæ ut Vale. tradit: sed ultionis sumendæ gratia. Pausanias Macedonicus nobilis adolescens cerestis filius & ab Oreste inclytum genus trahens: fuit & alter pausanias Lacedæmonius uir magnus qui cum patriam ab impetu persarum liberasset eo postmodum insaniæ peruenit: ut ipsam patriam cum tota græcia hostibus proderet uoluerit. Equidem quod petierat assecutus. Egregium & immortale nomen sibi comparauit cæde philippi. Tam enim se parricidio. Quantum Alexander sua uirtute tantum hic suo patricidio claritatis comparauit: nam quanto maior occisi gloria: tanto fuit occidentis nomen illustrius.

## De quodam qui propter gloriam incendere uoluit templum dianæ. Ca. DCCCCIIII.

ATq3. Sunt q putant hūc fuisse apellem. de quo supra satis dictū ē. Sed teste Plinio li. xxxv. fuit Nealtes & i caue pingendo ptogenes: de quo sic ait ptogenes floruit patria phicanus gentis rhodiis subiectæ. Paulo infra ubi loqtur de eius pictura: est in ea canis mire factus ut quem pariter casus & ars finxerit nō iudicabat se exprimere in eo spumā anhelantis: cū i reliqua omni parte quod difficillimū erat sibi ipse satisfecisset. displicebat autem ars ipsa nec minui poterat: ut uidebatur nimia ac longius a ueritate discedere: spumaq3 illa pingi nō nasci ex ore anxio animi cruciatu: cū in pictura uerū esse non uerisimile uellet absterserat: sæpius: mutaueratq3 peniculū nullo modo sibi approbans: postremo iratus arti q interlineretur: spongiam impegit inuiso loco tabulæ ex illaq3 reposuit ablatos colores qualiter cura optauerat: fecitq3 in pictura fortuna naturā. hoc exēplo similis & nealtē successus i spuma eq similiter spōgia pacta secutus dicitur cū pingeret popizouta retinēte pane: ergo constat in pictura plus casum ualuisse q artē eo q equi artificiose depicti cū naribus spumas ars reddere non posset: casus attulerit. Modo nō ferme uiuū. Ac si diceret nihil illi deerat præter spiritū. Spumā adiicere. Quibus hanelantis & a cursu redeuntis eq figura referret. Tam paruula materia: Vtpote spumas addere naribus quod uidebatur esse facillimum & in eo tamen ars est a natura decepta ut efficere non ualuerit q ipse sperauerat. Casus attulit. Hinc illud dictum probari potest casus ubiq3 ualet semper ubi pendat hiatus & cætera. Item plus & enim fati breuior ualet hora benigni q si me ueneri cōmendat epistola martis.

## De quodam pictore. Ca. DCCCLXXII.

ATq3 ut eiusdem studii adiiciam exēplum. Præcipuę artis pictor equum ab exercitatione uenientem modo non uiuū labore industriæ suæ compræhenderat. Cuius naribus spumam adiicere cupiens tantus artifex in tam paruula materia multum ac diu frustra tenebatur: indignatione deinde incensus spōgiam omnibus imbutam coloribus forte iuxta se positā appręhendit & ueluti corrupturus opus suum tabulę illisit quam fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coegit explere. Itaq3 qđ ars adumbrare nō ualuit casus imitatus est.

¶ Atq3 ut adiiciam exemplum eiusdem studii .s. pingendi: Pictor pcipue artis.s. Nealtes: compræhenderat labore suæ industriæ equum uenientem ab exercitatione.i. fatigatione & cursu: modo non.i. ut Oliuerius interpretatur ferme: aut hoc solo dempto q non omnino uiuum. Cuius naribus ipse cupiens adiicere spumam tantus artifex tenebatur multum ac diu frustra in tam paruula materia: deinde incensus indignatione q frustra laboraret: appræhendit spongeam imbutam omnibus coloribus: quia spōgia male appositos colores tergere solent: positam forte.i. a casu iuxta se: & ueluti corrupturus opus suum illisit.i. iniecit tabulæ.i. in tabulam pictā forma equina: quam directam ad ipsas nares equi: coegit explere desiderium pictoris: quia speciem spumæ de naso dependentis exhibuit. Itaq3 casus est imitatus id quod ars non ualuit adumbrare.i. adumbrando imitari.

¶ Suæ quéq3 artis optimū & auctorē esse & disputatorem. Ti. XIII.

SVæ artis Capitulu3 breue quo suæ quemq3 artis auctorem optimum esse paucis probat exemplis: optimū autem professorem artis appellat qui sua tenet inde: aliena uero callide studia metitur & æstimat qualis fuit scæuola clarissimus uir & interpres qui q̄uis eius rei sētentiam teneret ægregie tamen quotiens de iure prætorio consultores quibus optime consulere poterat semper ad furium & casellium qui se in eo iure assidue exercebant reiicere solitus

## Suæ quemq3 artis optimum & auctorem esse & disputatorem. Tit. XIII.

SVæ autem artis unumquemq3 & auctorem & disputatorem optimum esse ne dubitemus paucis exemplis admoneamus.

¶ Suæ &c. Autem.i. sed admōeamus paucis exēplis ne dubitemus quēq3 esse optimum & authorem & disputatorem.i. iudicem aut examinatorem suæ artis.

## De Quinto Scæuola.Ca.DCCCLXXIII.

QVintus Scæuola clariſſimus legum uates & certiſſimus quotieſcunq̃ȝ de iure prætorio cõ ſulebatur ad Furium & Caſelliũ:quia huic ſciẽ tiæ dediti erant:conſultores reiiciebat:quo quidem fa cto moderationem ſuam magis commendabat q̃ aucto ritatem minuebat:ab iis negocium aptius explicari poſ ſe confitendo qui quotidiano eius uſu callebant.Sapiẽ tiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt a quibus & pro pria ſtudia uerecundẽ & aliena tam callidè æſtimantur.

❡Quintus Scæuola clariſſimus & certiſſimus:quia peritiſſimus:uates.i. interpres legum:ſicut uates interpretes ſunt uoluntatis diuinæ:quotieſcun q̃ȝ conſulebatur de iure prætorio:reiiciebat.i.remittebat:conſultores id eſt a ſe conſilium petentes:ad Furium & ad Caſelliuȝ:ſcilicet iuriſprætorii pe ritos:quia ipſi dediti erant huic ſcientiæ.ſ.iuris prætorii.Quoquideȝ facto ipſe magis cõmendabat id eſt acceptam faciebat:modetationem ſuam qa ea parte iuris cui ſtuduerat præcipue contentus erat:q̃ minuebat authori tatem:confidendo negocium poſſe explicari aptius ab iis qui callebant id eſt quaſi callum induerant:quotidiano uſu eius:ſcilicet iuris prætorii. Igi tur ii ſup.ſunt ſapientiſſimi profeſſores artis ſuæ:a quibus &.i.ſimul: pro pria ſtudia æſtimantur id eſt cenſentur uerecunde:& aliena ſcilicet ſtudia tam callide.

## De Platone philoſopho.Ca.DCCCLXXIIII.

PLatonis quoq̃ȝ eruditiſſimum pectus hęc co gitatio attigit qui conductores aræ ſacræ de modo & forma eius ſecum ſermonem confer re conatos ad Euclidem geometrem ire iuſſit ſcientiæ eius cedens:immo profeſſioni.

❡Platonis &c.Hæc id eſt huiuſmodi cogitatio attigit quoq̃ȝ eruditiſſimũ pectus Platonis:qui iuſſit conductores aræ ſacræ id eſt qui conduxerant aram ſacram fabricandam Athenis:conatos conferre ſermones ſecum de modo & forma:eius.ſ.aræ ſacræ:ire ad Euclidem geometren:cedens ſcien tiæ:immo profeſſioni eius ſcilicet Euclidis qui geomætriam profitebatur: quam forte Plato non minus callebat:quia tamẽ aliam philoſophiæ par tem magis profitebatur eos ad Euclidem miſit.

## De Athenienſibus & Philõe.Ca.DCCCLXXV.

GLoriantur Athenæ armamentario ſuo nec ſine cauſa:eſt enim illud opus & impenſa & elegã tia uiſendum:cuius architectum Philonem ita facunde rationem inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſ ſe conſtat ut diſertiſſimus populus nõn minorem laudẽ eloquentiæ eius,q̃ arti tribuerit.

❡Gloriantur &c.Athenæ:hoc eſt ciues Athenieñ.(accipit enim frequẽ ter locum pro habitatoribus eius)gloriantur.i.ſeiactant armamentario.i.

erat: non ut ſuam ipſe ſcientiam damna ret quaſi uanam uel exiguam: ſed ut mo deſtiam in ſe maximam profiteretur qui alie nam pluris q̃ ſuam faceret æſtimaretq̃ȝ ſcien tiam.

QVintus Scæuola clariſſimus.De iu re prætorio de quo agit apud præ torem cuius profeſſores ſunt cauſi dici.Caſellium de quo flaccus neſcit q̃tũ Ca ſellius aulus.Reiiciebat:Remittebat.Calle bant:callide tenebãt & eius peritiſſimi erãt: nam callere ſi duplicat.i.callidũȝ eſſe & aſtu te aliquid tenere ſignificat ut dicenda ſilen daq̃ȝ calles ſimul profeſſores artis dicuntur: qui ſe ſcire aliquid profitẽtur & ab aliis quo q̃ȝ probantur.ſapientes uerò qui de ſuis ue recunde de alienis magnificeloquuntur.

PLatonis eruditiſſimum pectus Pla to conſultus de conſtituenda in arce palladis ara qui modus quæ ue illi forma melior eſſe poſſet:q̃uis geometræ pe ritiſſimus eſſet tamen ne alterius profeſſio nem ſibi uſurpare uelle uideretur ad Euclidẽ geometram ſuo tempore clarum conſultores reiecit.Conductores:Qui publice conſtituẽ dam aram conduxerant.hoc eſt certo precio faciendam ſuſceperant:ad Euclidem geome tram.Fuit Euclides teſte Laertio geometra inſignis megarenſis.uel ut alii dicunt gelo nus.Immo profeſſioni.Vtitur correctiõe qa dixerat ſcientiæ cedens:nam eius artis ſcien tia Plato non inferior erat Euclide:ſed nõ eã ſolam profitebatur:ergo ceſſit profeſſiõi qa Plato philoſophiam:Euclides uero geome triam profitebatur.

GLoriantur Athenæ.Poſt q̃ illorum exempla poſuimus qui ſuæ artis au ctores optimi fuerũt:de his quoq̃ȝ dicamus qui fuere diſputatores.Cum philo architectus ſuo tempore clarus Athenis ar mamentariũȝ magnifice fabricaſſet:die qua dam proceſſit in theatruȝ:interrogatus quid illud tam ſumptuoſe ædificaſſet cum popu lo grauis tanta uideretur impenſa operis ſui tam eloquenter rationem in concione diſſe ruit ut non minus eloquens q̃ peritus artifex ab omnibus fuerit iudicatus.Gloriant̃ Athe næ:propter operis magnitudinem atq̃ȝ præ ſtantiam.Armamentarium:Locus ubi arma menta hoc eſt nauium inſtrumenta reponun tur.Nec ſine cauſa Ac ſi diceret non immeri to:ſed iure.Viſendum:dignum quod ab om nibus uideretur & ſine dubio tempore Vale rii extabat opus illud & uideri poſſet nunc ne minimum quidem eius ueſtigium appa ret.

Valerius maximus

Mirifice: Hic fuit appelles qui de operibus suis uulgi quoq; iudicium dũ quaereret teste Pli. li. xxxv. perfecta opera sua proponebat in pergula transeuntibus: atq; post ipsam tabulam latens uitia q̃ notarentur auscultabat: uulgum diligentiorē iudicem q̃ se praeferens: feruntq; a sutore reprehensum q̃ in crepidis una intus pauciores fecisset ansas: eodem postero die superbe emendationem pristinae admonitionis cauillante circa crus indignatum prospexisse denunciantem ne supra crepidam sutor iudicaret quod idipsum in prouerbium uenit. A sutore: sutor est quem graeci a lucro cerdonem: nos uero calceolarium dicere possumus: qui i imagine crepidas ansulasq; culpauit quod apelles aequo animo tulit partemq; illam picturae reformauit: cum uero de crure disputare uellet: iratus apelles tace inqt o sutor. neq; enim id tuae artis est: paucis uerbis hominis impudentiam ostendit qui quod alterius proprium esset de eo disputare non erubesceret. nam teste Cice. li. i. tuscu. quaesti. graecorum prouerbium fuit quam quisq; nouerit artem in ea se exerceat ac disputet De crepida. Est calciamenti genus quod alii graecum: alii latinum esse uolunt ut diximus supra li. iii. ca. de nouo cultu corporis sed graecum magis dicendum est & nominatiuū ab actiuo graeco deductum. Ansulas: diminutiuum ab ansa. sunt autem ansulae quibus calciamenta & uesti nenta nectuntur: sunt enim qui ansulis magis q̃ fibulis delectentur.

De senectute. Ti. XIIII.

Senectus quoq;. De senectute dicturus obiectioni cuidam tacite occurrit: haec eadem ferme exempla i capitulo de industria fuisse notata: quis inqt aliquot clarissimos uiros ad extremam usq; senectutem cum summo studio & industria peruenisse diximus: hic tamen separatim de ipsa senectute suo titulo memoriae prodendum est: ut quorum aetati dii fuere propicii nostra ope & laude non defraudarentur: hic illa utilitas oritur q̃ multi his exēplis ad spē diuturnioris uitae excitabuntur & erunt haec exempla quaedam quasi adminicula longioris aeui quibus senes respectu antiquae foelicitatis ad uiuendam spe fient indies alacriores nos quoq; fiduciam capiemus nostri saeculi tranquillitatem fore diuturnam principis uitam & incolumitatem hac una spe prorogando. Prouecta: producta. Aliquot: ut in Catone. Socrate. Cleāte: multisq; aliis quos supra memorauimus. Ne cui deorum. Non debemus illis nostro labore deesse quo minus eos litterarum monumentis ornemus; quorum aetati dii maxime fuere indulgentes: ut eos diutissime uiuere uoluerint. Spe diuturnioris uitae. Si exempla iquit senectu

repositorio & forte etiam officina armorum praecipue naualium: suo idest quod prae caeteris nationibus magnis sumptibus extruxerant: nec sine causa: sup. gloriantur: enim. i. quia: illud opus est uisendum. i. dignum quod uisai & . i. simul: ipēsa. i. pp ipēsā: & elegātia. i. pp exqsitū ornatū eius. Cuius s. armamētarii cōstat architectū. i. principē aedificatiū philē. s. nomine reddidisse in theatro. i. loco patenti unde ab omnibus spectari nedum audiri posset: rationem institutionis suae. i. in armamentario illo extruendo: ita facunde ut populus disertissimus: quia non erat cultior lingua q̃ attica: attribuerit eloquentiae eius non minorem laudem q̃ arti eius.

De quodam artifice uidelicet Apelle. Ca. DCCCLXXVI.

Mirifice & ille artifex qui in opere suo moneri se a sutore suo de crepida & ansulis passus: de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere uetuit.

Mirifice sup. censuit ac dixit &. i. etiam: ille artifex sup. notissimus: uidelicet apelles qui passus. s. aequo aīo se moneri a sutore. i. calcifice aut crepidario suo: de crepida. i. calciamento in pede imaginis a se depictae: & ansulis. i. extremitatibus quibus crepidae aut capiuntur sicut pocula: aut ligātur: uetuit incipientem etiam disputare de crure. s. picto: in cuius pede crepidam damnauerat: ascendere supra plantam. i. ad res quarum cognitionem non haberet: unde exiit adagium: ne ultra crepidam sutor. sup. inquirat aut iudicet: hoc est nemo ultra q̃ didicit.

Senectus ipsa morbus est.

De Senectute. Tit. XIIII.

Senectus quoq; ad ultimum sui finem prouecta in hoc eodem opere inter exempla industriae in aliquot claris conspecta est: separatim tamen & proprium titulum habeat: ne cui deorū immortalium praecipua indulgentia affuit ei nostra ornata mētio defuisse existimetur: & simul spe diuturnioris uitae quasi adminicula quaedam dentur quibus insistens alacriorem se respectu uetustae foelicitatis facere possit: tranquillitatemq; saeculi nostri qua nulla unq̃ beatior fuit: subinde fiducia confirmet salutaris principis incolumitatem ad longissimos humanę cōditionis terminos prorogando.

Senectus quoq; prouecta ad ultimum finem sui. i. usq; ad extremū fati aut cursus naturalis: conspecta est in hoc eodem opere inter exempla industriae. i. cum de studio & industria ad extremum usq; uitae seruatis loquemur: in aliquot claris uiris: ut in Catone. Socrate. Cleanthe & quibusdā aliis: tamen. i. nihilominus habeat &. i. etiam proprium titulum (Non inepte ergo in titulos diuisimus libros & titulos in capita sua exempla) ne nostra mentio ornata ab effectu. i. ornatiua: existimetur defuisse ei. s. senectuti: cui praecipue indulgentia. i. concessio deorum immortalium: affuit. i. pns & auxiliatrix fuit. Et simul spe. i. per spem diuturnioris uitae: quasi adminicula. i. fomenta & media dentur. s. senectuti: hoc est senum multitudini: quibus. s. adminiculis insistens. i. innitens possit facere se alacriorem respectu felicitatis uetustae. i. quae contingat uetertimis quibusq;. q; pro &: ut sup.

fiducia.i.bona confidentia:confirmet.i.corroboret subinde.i.interdum: tra quillitatem saeculi nostri.i.praesentis:qua.s.tranquillitate nulla.s.alia tranquillitas fuit unq̃ beatior:confirmet inquam prorogando.i.extendēdo inco lumitatem principis salutaris.s.Tyberii:ad longissimos terminos humanae conditionis.i.uitae homini a fatis datae.

## De Mar.Vale.Coruino .Ca.DCCCLXXVII.

MArcus Valerius Coruinus centesimum annū compleuit:cuius inter primum & sextum con sulatum quadraginta sex anni intercesserunt: suffecitq; integris uiribus corporis non solum speciosissimis reip.ministeriis:sed etiam exactissimę agrorū suorum culturę & ciuis & patrisfamiliae optabile exemplum.

¶Marcus Valerius Coruinus compleuit centesimum annū uitae sup.suae: inter cuius primum & sextum consulatum quadragintasex anni intercesse runt: & ipse suffecit.i.satis fuit aut satis fecit non solum speciosissimis ministeriis reip.sed etiam exactissimae culturae agrorum suorum:uiribus cor poris integris:existens sup.optabile & ita omnibus imitabile exemplum &.i.simul.ciuis.s.boni & patris familiae.

tis narrauerimus spē dabimus his qui se diutius uicturos esse diffidunt:nam q̃ in aliis ui demus idē nos sperare possumus:ergo exēpla nostra aetatis quaedam adminicula hoc est sustentacula senectutis. Tranquillitatem hoc ad assentationem dictum est a qua discedere non potest:dicit enim praeterq̃ q̃ spes nos ad aetatem alacriores esse facit eorum exemplo qui foeliciter uixerunt illud & accedet q̃ tranquillitatem aetatis nostrae hac una spe confirmabimus si imperatorem nostrum diutius uicturum sperabimus uel potius confidemus.Ille nāq; uno tenore aequitatem seruabit.Prorogando:producendo scilicet spe.

MArcus Valerius Coruinus. Cicero i Catone maiore qui dicitur a nōnullis de senectute.M.quidem Valeriū Coruinum inquit accepimus ad centesimum annum uitam suam produxisse cum eēt exacta iam aetate in agris eosq; excoleret:cuius inter primum & sextum consulatum sex & q̃dragintа anni interfuerunt.Pli.li.vii.Marcus Valerius Coruinus inquit centum impleuit annos cuius inter primum & sextum consulatum.xlvi.anni fuere.Idē sella curuli semel ac uicies sedit quoties nemo alius:adaequauit eius uitae spacium Metellus pontifex:Ita q̃tum spacium aetatis maiores nostri esse uolunt ad senectutis initium tantus illi cursus honorum fuit.M.Valerius coruinus.Hic Coruinus dictus est teste Liuio decade ab urbe condita q̃ gallum a quo prouocatus fuerat ad singulare certamen insidente galea Coruo & unguibus rostroq; infestante hostem interemit. Quadragintaseptem:Pli.& Cice.dicunt sex & quadraginta interuenisse.hoc autem dicit Val.ut robustam eius senectutem ostendat.Suffecit:durauit:ualuit integris uiribus ad rerum tam publicarum q̃ priuatarum administrationem & ad exactissimam agrorum culturam quod laudabile fuit cum in senibus uires minuantur fiantq; indies languidiores.

## De Metello.Cap.DCCCLXXVIII.

HVius uitę spatium ęquauit Metellus:quartoq; anno post consularia imperia senex admodū pontifex maximus creatus.tutelam cerimoniarum per duos & uiginti annos.neq; ore in uotis nuncupandis hęsitante:neq; in sacrificiis faciendis tremula manu gessit.

¶Cuius.s.Marci Valerii:spacium uitae.s.centum annorum:Metellus.s.pius aequauit.i.ad aequalem numerum uiuendo perduxit: & creatus pontifex maximus quarto anno post imperia consularia.i.postq̃ imperator fuerat. ens sup.senex admodum.i.ualde:gessit tutelam.i.protectionem: cerimoniarum.i.mysteriorum rerum diuinarum per duos & uiginti annos: neq; ore haesitante idest uacillante aut titubante in uotis nuncapandis idest pronuntiandis nominatim: neq; manu tremula idest tremente in sacrificiis faciendis.

HVius uitae spatium.Hic est Metellus ille qui pius cognominatus:eius Metelli pater:quia debellata isula Creta cretici nomen ē assecutus de quo Cicero i eodē Catone.Ego inq̃t.L.Metellū memini puer q cū quadriēnio post alterū cōsulatū pōtifex maximus eēt factus.xxii.ānos ei sacerdotio pfuit:ita bonis uiribus eē extremo tēpore aetatis ut adolescentiā nō requireret: hic ergo in aetate tā puectiori pōtifex factus in eo magistratu p duos &.xx.ānos ita se gessit:ut nō senex:sed iuuenis eē uideret:neq; ei ligua i pnūtiādo:nō manus i administrādo illi defuerunt:ut lingua balbucinaretur: aut manus tremeret:qđ senectutis uitiū eē solet. Spatiū.s.centū ānorū.Ore haesitāte. Solent saepissime senes ppeditiori ligua nō plēa uerba pferre.Votis nūcupandis:Quia ut supra diximus:duplex est uotū scđm quosdam:cōceptum & nūcupatiuū.Ore haesitante.Lingua tardante aut praepediente.Tremula manu:Quia in senibus esse soleat tremor quidā membrorum & praesertim manuum ac pedū exhaustis iam uiribus:hic uero constanti manu dum sacra tractaret semper fuit siue cultrum a capite uictimae ad caudam deduceret:siue mola uictimam cultrumq; aspergeret seu uictimae iugulum aperiret.

## De Quito Fabio Maxio.ca.DCCCLXXIX.

QVintus autem Fabius Maximus duobus & sexaginta annis auguratus sacerdotium susti

QVintus autem Fabius. Ad cētesimū annum peruenisse Fabium hoc uno probat argumento ualerius: q̃ duobus & sexaginta annis augur fuerit. Plyn. uero dicit tribus &.lx.libro.vii.naturalis hi

Valerius maximus

sto.quem honorem non nisi aetate prouectio ri cõe qui poterit: cum eiusmodi dignitas adolescentibus nunq̃ nec iuuenibus dari con sueuerit:ergo si tempus quo creatus est au/ gur:& quo auguratum gessit in unum colle gerimus:saeculi spatium inueniemus.qd idẽ sentire uidetur Liuius decade secundi punici belli lib.ultimo qui dicit.Quītus Fabius ma ximus moritur exactae aetatis:si quidem ue rum est:Augurem duos &.lx.annos fuisse q dam auctores tradunt:uir certe fuit dignus tanto cognomine:uel si nouum ab eo incipe/ ret:supauit paternos honores:auitos aequa uit:pluribus uictoriis & maioribus praelus auus insignis Rullus:sed omnia aequare unus hostis Hannibal potest:cautior tamen q̃ promptior hic habitus ẽ. Robu sta iam aetate:utpote in uirilitate. Saeculi: Hoc est centum annorum:sic enim uoluere maiores saeculum esse spatium cen tum annorum:quod hinc facile compraehendi potest.

nuit:robusta iam aetate id adeptus:quę utraq; tempora si in unum conferantur:facile saeculi modum expleue rint.

¶Quintus autem Fabius maximus sustinuit.i.potenter gessit sacerdotiũ auguratus duobus & sexaginta annis:adeptus id.s.sacerdotium augura/ tus.i.pertinens ad augures:aetate iam robusta:& ita uerosimiliter ad trige simumoctauum annum peruenerat:unde addit.Quae utraq3.i.ambo tem pora.s.sexaginta duorum annorum & robustae aetatis quae est.xxxvi. aut xxxviii.annorum:si conferantur in unum.i.si simul computentur: expleue rint facile modum.i.mensuram saeculi.i.centum annorum.

## De Marco Perpenna.Ca.DCCCLXXX.

Iam de Marco Perpenna quid loquar qui om nibus quos in senatu rogauerat superstes fuit: septemq; tãtummodo quos censor collega Lu cii Philippi legerat epatribus conscriptis reliquos uidit: toto ordine amplissimo diuturnior.

¶Iam quid loquar de Marco Perpenna qui fuit superstes.i.superuiuens omnibus quos rogauerat.s.sententiam in senatu:(Alii tamen legunt uoca uerat:quod si est legendum:legatur in senatum:ut sit quos uocauerat qui esset consul in senatum.i.ut conuenirent in curiam)Et uidit tantummodo idest duntaxat septem reliquos idest relictos in uita:e patribus conscri ptis quos ipse censor & collega Lucii Philippi legerat idest elegerat in se natores:existens diuturnior scilicet in uita:toto ordine amplissimo idest senatorio.

Iam de.M.Perpẽna.Hic arguit diu uixisse.M.Perpennam:q: omnibus senatoribus quos ipse consul die in ti consulatus uocauit in curiam:superstes ui xerit omnibus insuper illis quos censor lege rat in senatu exceptis septem Ply.li.vi.natu ralis histo.Marcus perpenna & nuper Lu/ cius Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententiam rogauerant superstites fuere:Perpenna septem reliquit ex his quos censor legerat:uixit ãnos nonagintaocto: fuit ergo ordine senatorio:qui suo tempore fuit diuturnior:& hinc colligere possumus senẽ admodum fuisse:quo tempore fuit a Pom/ peio superatus & caesus:q̃q̃ Strabo dicat in asia morbo consumptum fuisse: ut diximus in capitulo de humili loco natis. Superstes fuit:Vixit post omnes illos sẽatores quos ip se consul saepius uocauerat in curiam Cen/ sor: In censura cum.L.Philippo elegerat se natum:& tamen longitudine uitae superauit omnes quos elegerat praeter septẽ:quos mo riens in uita reliquit.

## De Appio Claudio.Ca.DCCCLXXXI.

Appii uero aeuum clade metirer(quia infinitũ numerum annorũ orbatus lũinibus exegit)ni si quattuor filios:quinq; filias:plurimas clien telas:rem deniq; publicam hoc casu grauatus fortissi/ me rexisset.Quinetiam fessus iam uiuendo lectica se in curiam deferri iussit:ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet:hunc caecum aliquis nominet.a quo pa tria quod honestum erat per se parum cernens coacta ẽ prouidere?

¶Appii &c.Vero pro sed:ego metirer.i.mensurarem:aeuum.i. spatium ui tae Appii.s.Claudii Caeci:clade.i.calamitate eius(quia exegit infinitũ nu merum annorum orbatus luminibus)nisi grauatus hoc casu.i.amissione uisus:rexisset fortissime quattuor filios:quinq3 filias: plurimas clientelas i.plurimos qui suae fidei & patrocinio se commiserant:& dẽiq3.i.ut semel dicam nisi remp.rexisset fortissime.Quinetiam ipse sessus iam uiuendo ius sit se deferri in curiam lectica in qua aegrotantes & ingredi nequeuntes de ferri solent:ut prohiberet pacem deformem.i.turpem reipu.romanae :fieri cum Pyrrho rege Epirotarum.Nominet sup.merito aliquis hunc.i. talem uirum tam multa animo uidentem:caecum a quo patria cernens.i. prospi

Appii uero aeuum. Tullius in Catõe. Ad Appii Claudii senectutem acce debat q: caecus esset:tamen is quũ senatus sententia inclinaret ad pacem cum Pyrrho:foedusq3 faciendum:non dubitauit dicere illa quae uersibus consecutus ẽ Ennius. Quo nobis mentes rectae quae stare solebãt Ante hac dementi sese flexere ruina.caeteraq3 grauissime inquit notum uobis est carmẽ:& tamen ipsius Appii constat oratio. Atq3 ille egit haec decimoseptimo anno post alterum consulatum:quum inter duos consulatus an ni decem interfuissent:censorq3 ante consula tum superiorem fuisset:ex quo intelligit Pyr rhi bello grandem sane fuisse:sic a patribus accepimus.Item paulo infra quattuor robu stos filios:quinq3 filias:tantam domum:tan tas clientelas Appius regebat:& caecus & se nex.Intentum enim animum tanq̃ arcum ha bebat:nec languescẽs succumbebat senectu ti.tenebat enim non modo auctoritatẽ: sed etiam imperium in suos:metuebant serui: ue rebantur liberi:charum omnes habebant:ui

cieas parum. Non satis per se. i. lumina reliquorum ciuium sup. id qd erat honestum coacta est prouidere scilicet per consilium illius. q. d. minime di cendus est fuisse caecus.

gebat in illa domo & mos patrius: & disci plina: ex his igitur Ciceronis uerbis Appium diu uixisse facile comprehendimus. Cuius caecitatis causam diximus primo libro capi tulo de neglecta religione: q Herculis sacra ad humile seruorum ministerium transtulisset. De Pyrrhi bello quoque saepius dictum est: quare non est historia toties repetenda: satis constat senatus uoluntatem ad pacem cum Pyrrho facienda con ditionibus illi quidem gratis: senatui uero omnino non honestis fuisse: inclinatam anteq hic solus lectica in curiam dela tus: quia ire pedibus tum caecitate: tum senio confectus non posset: oratione sua reuocauit: fecitq; ut Pyrrhus non con ditionibus sed armis pelleretur ex Italia cum summa populi Romani gloria. Appii aeuum clade metirer. Non auderem i quit dicere Appium dum fuit in caecitate uixisse: quippe qui non in luce sed in tenebris uitam quasi in ipsa morte duxisse uideatur nisi me hortaretur eius summa prudentia: qua filiorum turbam: plurimas clientelas: rempublicam atq; priuatã fortissime rexisset: quaq; senatum a turpi pace cum Pyrrho facienda dissuasisset: quae quidem res non hominem caecum sed perspicacissimum fuisse declarat. Clade: Caecitate oculorum. Metirer: Terminarem eius uitam usq; ad caecitatem: re liquum autem tempus quo captus luminibus uixit: non uitam: sed mortem potius nominarem. Fessus uiuendo: senio con fectus. Deformem pacem: Quae Pyrrho magis q̃ senatui honesta esse uidebatur. Hunc caecum: Nemo inquit hominem tanta prudentia praeditum: qui uideret quae senatus non praeuiderat: iure caecum appellauerit.

## De. Liuia. Rutilii. de Terentia Ciceronis & Clodia filia Auli. Ca. DCCCLXXXII.

Mulieribus etiam uitae spacium non minus lõ gum in compluribus apparuit: quarũ aliquas strictim retulisse me satis erit. nã & Liuia Ru tilii septimum & nonagesimum: & Terentia Ciceronis tertium & centesimum: & Clodia Auli filia quindecim filiis ante enixis quintum decimum & centesimum exple uit annum.

¶ Mulieribus. Spatium uitae apparuit etiam in compluribus mulieribus non minus longum: q̃ in uiris. Quarum sat erit me retulisse strictiz aliquas Nam & Liuia Rutilii sup. coniunx aut filia: expleuit septimum & nonage simum annum. s. aetatis suae: & Terentia Ciceronis. s. uxor: sed ab eo repu diata: explaeuit annum tertium & centesimum (ubi post centum praeter morem minorem numerum praeponit) & Clodia filia Auli: quindecim fi liis enixis. i. partis aut amissis per mortem: ante. s. q̃ moreretur: expleuit an num quintumdecimum & centesimum: ubi similiter minor numerus prae ponitur: quod usitatius dicas: centesimum & decimumquintum: aut deci mumquintum supra centesimum.

## De Hierone Syculo & Masinissa rege Numidiae. Ca. DCCCLXXXIII.

Vngam his duos reges quorum diuturnitas reipub. nostrae fuit utilissima Siciliae rector Hiero ad nonagesimum annum peruenit. Ma sinissa rex Numidiae hunc modum excessit: regni spatiũ sexaginta emensus annis & ante omnes homines robore senectae admirabilis. Constat eum (quemadmodum Ci cero refert libro quem de senectute scripsit) nullo unq̃ imbri: nullo frigore: ut caput suum ueste tegeret: adduci potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem uesti gio perstare solitum: non ante moto pede: q̃ consimili la

Mulieribus. Quaedam etiam longae uae mulieres fuisse leguntur: qualis Liuia Rutilii. Terentia Ciceronis: Clodia Auli filia. quarum Liuia septimum & nonagesimum impleuit annum. Terentia ter tium & centesimum: Clodia quae has longe superauit quintumdecimum & centesimum. De quibus Ply. li. vii. mentionem facit. Dicit enim ex faeminis. Liuia Rutilia nonaginta septem annos excessit. Statilia Claudio pri cipe ex nobili domo nonagintanouem. Te rentia Cicerõis. ciii. Clodia Ofellii. cxv. haec quidem enixa quindecies alias quoq; com memorat longissimae aetatis foeminas quas hic referre non est opus: quoniam a Valerio non ponuntur. Strictim: Breuiter & summa tim Terentia Ciceronis uxor post exilium & reuocationem in patriam per diuortiũ nu psit Crispo Sallustio Ciceronis inimico dein de Hortensio. Quindecim filiis enixis Passi ue positum est enixis: in lucem productis alii habent amissis: quod sine dubio melius est: ut significet illam quindecim filiis extinctis fuisse superstitem.

Vngam his duos reges. De exter nis dicturus digniora exempla pre ponit duorum. s. regum Hieronis & Masinissae Hiero rex Syracusarum fuit: Hiero.
cuius infantia suae futurae maiestatis dicitur fuisse prenuntia: quippe qui genitus a patre nobili: sed ex ancilla natus ne dehonestaret paternum genus expositus fuit. Sed paruulũ & humanae opis indigentem apes congesto circa iacentem melle: multis diebus aluere: ob quam rem responso aruspicum admoni tus pater qui regnum infanti portendi cane bant: paruulum recollegit: omniq; studio ad spem maiestatis que promittebatur instituto eidem adolescenti prima belli ineundi aqui la in clypeo: & noctua in hasta consedit: qd ostentum & in consilio cautum & manu prõ ptum regemq; futurum significabat: denique aduersus prouocatores saepe pugnauit: sem perq; uictoriam reportauit: A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est: pulchri tudo ei corporis insignis: uires quoq; in ho mine admirabiles fuere: in alloquio blãdus:

bore iuuenes fatigasset:ac si quid agi a sedente oporte ret:toto die sæpenumero nullam in partem conuerso corpore in solio durasse. ille uero etiam exercitus equo insidens:noctē diei plærunq; iungēdo duxit:nihilq; omnino ex his operibus que adolescens sustinere assueuerat:quominus in senectute ageret omisit. Veneris quoq; usu ita semper uiguit. ut post sextum & octogesimū annum filium generaret:cui Methymato nomen fuit:terram quoq; quam uastam & desertam:acceperat:perpetuo culturę studio fructiferam reliquit.

¶ Iungam his.s.iam dictis:duos reges.s.Hieronem & Masinissam:quorū diuturnitas.s.uitæ:hoc est longæuitas fuit utilissima reipu.nostræ:hoc est Romanæ:quia ambo fautores illi uixerunt. Hiero rector.i.gubernator Siciliæ peruenit ad annum nonagesimum.s.ætatis suæ. Masinissa rex Numidiæ excessit hunc modum.i.hanc mensuram ætatis : emensus spatium regni.i.quo regnauit.lx.annis.&.i.etiam admirabilis robore senectæ.i.senilis ætatis:ante omnes homines.s.reliquos. Constat eum (quemadmodū cicero refert sup.in libro quē scripsit de senectute) nullo imbri & nullo frigore potuisse adduci.i.cogi aut psuaderi:unq̄ ut tegeret caput suū ueste ut capitio aut galero aut tyara:aut pileo &c. Ferunt.s.rerum ueterum scriptores aut recitatores:eundem.s.masinissam:solitum perstare.i.stantē mā sisse:in eodem uestigio:non motis pedibus:aliquot horis:pede.s.suo non moto anteq̄ fatigasset iuuenes consimili labore.s.perstandi in eodem uestigio.ac ferunt si oporteret quid agi a sedente:durasse.i.permansisse in solio i.sede regali:sæpe numero tota die:corpore nullam.i.non ullam:non conuerso in ullam partem. Vero.i.sed insuper:ille.s.masinissa:insidēs equo duxit etiam exercitus iungendo plærunq; diei.s.toti:noctem:hoc est equitando totum diem & partem noctis anteq̄ descenderet:& nihil omnino omisit quo minus ageret in senectute ex his operibus q̄ ipse adolescens assueuerat sustinere.i.tolerare. Viguit quoq;.i.etiam usu ueneris semper ita: ut generaret filium post sextum & octogesimum annum:cui.s.filio : nomen fuit Methymato (Quidam tamen scripserunt Mechino) & reliquit quoq;.i.etiam perpetuo studio culturæ:terram fructiferam quam acceperat s.in principio regni uastam.i.nullo fructu aut domicilio ornatam: & desertam.s.ab habitatoribus.

in negocio iustus:in imperio moderatus erat prorsus ut nihil ei deesse uideretur præter regnum. Itaq; a Syracusanis primo imperator deinde rex creatus est:socius fuit populi Romani:qui primo punico bello inita societate & amicitia:per quinquaginta annos usq; ad ultimum suæ uitæ diem in fide & officio permansit:de cuius liberalitate qua in populum Ro.secundo punico bello usus fuerit diximus in capitulo de liberalitate. Vixit autem teste Liuio nonaginta annos:qui.li.iii. decadis secundi punici belli dicit. Non facile erat nonagesimum iam agenti annum circūsesso dies noctesq; muliebribus blanditus liberare animum & conuertere ad publicam prima tamq; curam. Masinissa ut dictum est lib.v. cap.de ingratitudine: ætatem suam ad centesimum extendit annū:robore tanto in ea ætate ut adolescentiæ uires licet diminutas non desiderare uideretur. De quo Cic.in Catone maiore. Audire te arbitror Scipio hospes tuus habitus Masinissa quæ faciat hodie nonaginta natus annos quum ingressus iter pedibus sit in equum non ascendere uelle:cū autem sit in equo ex equo non descendere : nullo imbre:nullo frigore adduci ut capite operto sit:summamq; in eo esse siccitatem corporis. Itaq; omnia probantur exequi regis officia & munera. Diuturnitas:longa uita quorum. Hunc modum excessit. Superauit hunc uitæ terminum:quippe qui centum impleuit annos. Regni spatium: Regnauit annis sexaginta. Robore senectæ. quia fuit quouis sene robustior. Equidem ferunt: Certare cum iuuenibus.solebat de patientia:quisnam diutius in eodem uestigio persistere posset: quare in re cunctos fatigando uincebat : quod idē legitur de Socrate:ut in cap.de patientia tetigimus. Perstare: Perseueranter stare. Ac si qd agi Siue stare:siue sedere opus erat:id mirabiliter faciebat Masinissa:nam si ius illi dicē

Solium. dum erat populo suo:tota die in solio nullam in partem auerso pectore perdurabat. In solio:in regia sede. est autem Soliū ut uult Seruius proprie armarium uno ligno factum in quo reges sedebant propter tutelam corporis sui:dictū quasi solidum:alii uero uolunt solium dictum esse per antiflicon:quasi sellium:a sedendo. Ille etiam exercitus: Non paruum in senе roboris indicium:q a mane usq; ad uesperas equo insidens castra circuiret:stationes reuiseret:& reliqua imperatoria munera obiret:nihil deniq; ex his laboribus uel operibus quæ in adolescentia sustinuerat:in senectute omitteret. ¶ Veneris quoq; usu. Hoc quoq; non paruum testimonium eius fortitudinis senliumq; uirium:q extrema senectute:uel potius ætate decrepita generare potuerit:natus enim septimum & octogesimum annum filium Mechinum generauit:si mulieri fides est habenda.

GOrgias Leontinus. Longissimæ & felicissimæ ætatis Gorgias Leontinus in senectute sua nulla imbecillitatis incommoda sensit:sed ad extremū usq; sui fati diem robustus permansit: de quo Cicero libro de senectute. Qualem inquit Isocrates qui eum librum qui Panathenaicos inscribitur:quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur:uixitq; quinquennium postea:cuius magister Leontinus gorgias centum & septē compleuit annos.neq; unq̄ i suo studio atq; opere cessauit qui cum ex eo quæreretur cur tamdiu uellet esse in uita:nihil habeo iquit q accusem senectutem:præclarum responsum & docto homine dignum. Quintilianus

## De Gorgia Leontino philosopho. Ca.DCCCLXXXIIII.

GOrgias Leontinus Isocratis & complurium magni ingenii uirorum præceptor sua sententia felicissimus. Nam quum centesimum & septimum ageret annum:interrogatus quapropter tandiu uellet in uita remanere:quia nihil inquit habeo quod senectutem meam accusem. Quid isto tractu ętatis aut longius aut beatius? Iam alterum sęculum ingressus:neq; in hoc quęrelam ullam inuenit:neq; in illo reliquit.

¶Gorgias leontinus praeceptor Isocratis & complurium.s. aliorum magni ingenii: felicissimus sua sententia.i.ut ipsemet de se iudicauit. Nam cũ aggeret annum centesimum & septimum (hic ex more minorem praeposuit numerum) interrogatus quapropter uellet remanere tam diu in uita: inquit quia nihil habeo.i.quod propter quod accusem.i.damnem senectutẽ meam. Quid sup. fuit aut longius aut beatius isto tractu.i. ductu uitae.s. centum & septem annorum: q.d. fere nihil quia ipse tam ingressus alterũ saeculum.i.centenarium annorum. non inuenit ullam querelam in hoc.s. secundo saeculo neq; reliquit in illo: quia neq; iustam habuit querendi causam: neq; iniuste queri uoluit.

uero.li.iii.de institutione oratoria: Artium inquit scriptores antiquissimi, corax & Tisias siculi quos insecutus uir eiusdem insulae gorgias leontinus empedoclis ut traditur discipulus is beneficio longissimae uitae: nam cẽtum & nouem uixit annos cum multis simul floruit ideo & illorum de quibus supra dixi fuit aemulus & ultra socratem usq; durauit. Et paulo infra ostendit illuz Isocratis & aliorum plurimorum philoso. & oratoruz fuisse praeceptorem: hic primus fuit qui ꝓfiteri ausus fuerit de quacũq; re proposita ex tempore disputaturum. Centesimum & septimum. Quintilianus dicit centum & nouez uixit annos Plinius centum & octo uult euz uixisse annos li.vii. Isto tractu: hoc spacio.

## De Xenophilo calcidensi pythagorico. Capitulum .DCCCLXXXV.

Biennio minor xenophilus calcidẽsis pythagoricus: sed felicitate non inferior. Siquidem ut ait aristoxenus musicus omnis humani incommodi expers in summo perfectissimae splendore doctrinae extinctus est.

¶Biennio &c. Xenophilus Calcidensis pythagoricus.i.sectator pythagorae minor.i.iunior sup. fuitq̃ Gorgias biennio.i.spacio duorum annoruz sed non sup. fuit inferior.i.minor: felicitate. Siquidem ut aristoxenus musicus ait: ipse expers.i.imunis omnis incommodi humani.i.hominibus accidere soliti extinctus est in summo splendore perfectissimae doctrinae.

Biennio minor: hunc eundem felicissimum uitae cursum Xenophilo calcidensi pythagorico uiro contigisse dicit: uin ꝙ duobus annis minus q̃ gorgias uixisse dicatur: sed in eadem felicitate (:ut) nullum unq̃ humanae uitae incommodum senserit: fuerunt profecto benignissimo sydere nati. Perfectissimae doctrinae: Nihil ei sed nil defuit ad perfectam plurimae doctrinam.

## De Argantonio Gaditano Cap.DCCCLXXXVI.

Argantonius autem gaditanus tandiu regnauit q̃diu etiam ad satietatem uixisse abũde foret: Octoginta.n.annis patriam suam rexit cũ ad imperium.xl.annos natus accessisset: cuius rei certi sunt auditores. Quietiam Asinius pollio nõ minia pars romani stili in tertio historiarum suarum libro centum illum &.xxx. annos expleuisse commemorat: & ipse numerosae uiuacitatis haud paruum exemplum.

¶Argantonius autem Gaditanus & ita in ultimis hispaniae natus regnauit tam diu q̃diu foret abunde uixisse etiam ad satietatem. Rexit enim patriam suam octoginta annis cum accessisset ad imperium natus annos.xl. & ita.cxx. annos uixit. Cuius rei sunt certi autores ut Cice. & Plinius & quos illi secuti sunt. Quinetiam Asinius Pollio non minima pars.i.non contẽptibilis sed egregius exercitor stili Romani.s.scribendo Romane: commemorat in tertio libro suarum historiarum: illum.s. Argantonium expleuisse annos centum & triginta &.i.etiam ipse.s.Pollio haud paruum imo magnum exemplum uiuacitatis numerosae: quia ipse etiam diu uixit.

Argantonius. Hic teste Herodoto li. historiarum primo fuit tartessiorum tyrannus cuius Cic.li.de senectute hanc breuiter mentionem facit. Expectemus inquit tartessiorum regis aetatem: fuit.n.ut scriptum uideo argantonius quidã gadibus qui octoginta regnauit annos centum uiginti uixit: quod idez affirmat Plinius libro praedicto: hic ergo cunctos supra memoratos aetatis longitudine superauit: quippe qui tanto tempore regnauit quanto quidem alii complures uiuere posse laetarentur. Quinetiam Asinius pollio: Teste Valerio dicit hunc ad centesimum & trigesimum annũ peruenisse. Non minima pars Romani stili Significat hunc diligentissimum fuisse rerũ gestarum scriptorem: non inter inferiores connumerandum: quippe qui romanum stilum probe teneret.

## De Aethiopibus & Indis Cap.DCCCLXXXVII.

Huius regis consummationem annorũ minus admirabilem faciũt. Aethiopes quos herodotus scribit centesimum & trigesimum annum transgredi: & Indie quibus Ctesias idem tradit.

Huius regis consumma. longissimae uitae Argantonius fuisse uidetur: sed minus admirabilis tanta aeui longinquitas: Siquam Herodotus tradit Aethiopũ & si quam Thesias indorum aetatem considerare uoluerimus Nam constat utrosq; centesimi anni superasse metã. Solinus de aethiopibus ultra meroẽ inquit super exortum solis Macrobii aethiopes uocantur. dimidio.n. eorum potentior q̃ nostra est uita. hi macro- Macrobii longaeui.

Valerius maximus

bil iustitiam colunt amant aequitatem pluri/mum ualent robore praecipuo:&c.Item ali/bi de indis Apud thesiam legitur quasdam foeminas sibi semel parare natosq; canos il lico fieri:esse rursum gentem alteram quae i iuuentute cana sit nigrescat in senectute ul/tra aeui nostri terminos permanentem.Con/summationem perfectionem:deductionem ad finem.Aethiopes:Dicti sunt ab αἴθω quod latine est Cremo & ὤψ uultus eo ꝙ uultum nimio solis ardore habeant adustum uel ab aethiope uulcani filio qui totã aethiopiaz a se denomina uit:est autem aethiopia teste Solino ingentes:moribus cultu & natura dissimiles distributa.Quos herodotus dicit insup herodotus scytharum regem legatis cyri regis persarum senes complures ostendisse qui centum & uiginti annos perege rant.Thesias:antiquissimus historiarum scriptor.

Aethio/pia.

¶Huius &c.[a] ethiopes quos herodotus scribit transgredi annum.s.uitae centesimum & trigesimum & Indi de quibus Ctesias (aut ut oliuerius scri bit Thesias)antiquissimus scriptor:tradit idem.s.ꝙ centesimum & trige simum annum tran grediantur:faciunt consummationem annorum huius regis.s.Arganthonii minus admirabilem:quia non est magnopere mirandũ in uno semel contigisse:quod in uniuerso populo quotidie fere contingit.

De Epimenide Cnosio Cap.DCCCLXXXVIII.

Et epimenides Cnosius:quem Theopompus dicit septem & quinquaginta & centum ãnos uixisse.

¶Et Epimenides Cnosius.i.cretensis(profertur autem Cnosius)philoso phus quem Theopompus dicit uixisse annos septem & quinquaginta & centum:hoc est supra centum.sup facit consummationem annorum huius regis minus admirabilem.

Epimenides:Hic philosophus creten sis fuit pythagorae coaetaneus teste Apuleio de quo Laertius li.de uita philosophorum fabulosa quaedam narrare uidetur:nam dicit quod a patre iussus ad pa scua ducere oues circa meridiem diuertit i p ximam speluncam ubi quinquaginta & septẽ ãnis]perpetuo sopore requieuit excitus quae siuit oues.putabat.n.se parum obdormiuisse quas cum non inueniret in agruz reuersus cũ uero agrum in alterius potestatem uenisse ui deret & cuncta mutata esse praependeret re diit in oppidum ubi a iuniore fratre iam ue/tulo cognitus omnem ex illo didicit rei uerita tem:deinde philosophatus est:scripsitq; mul ta quae hoc loco referrae non est opus:mortuus est autem anno aetatis suae centesimo quinquagesimo septimo teste phas gone li.de longaeuis.Plinius dicit centesimo quinquagesimo tertio:ut autem cretensestradunt teste Laertio ducentis nona ginta annis.Cnosius:Cretensis & Cnosio uico oriundus.

De quibusdam Epiorũ.Cap.DCCCLXXXIX.

Hellanicus uero ait quosdam ex gente epiorũ que est pars Aetholiae ducentos explere ãnos eiq; subscribit Dãiates hoc amplius affirmãs Litorium quendam ex his maximarum uirium staturae ꝙ praecipuae trecentesimum annum cumulasse.

¶Hellanicus uero ait quosdam ex gente Epiorum(quae est pars Aeto/liae.Sunt autem qui ut Oliuerius Epir erorum legante sed quia omnia in uersa sunt nos quantam possimus meliorem sequimur lectionem)exple re annos.s.uitae:ducentos & Damiates seu ut alii scribunt damastes:sub/scribit.i.suffragatur & assentitur eidem affirmans hoc amplius quendam Littorium ex his maximarum uirium & staturae praecipue.cumulasse an num.s.uitae trecentesimum.

Hellãicus:hic populos quosdã aetho liam incolentes nomine epiperos:ul ut alii dicunt epios:qui oli dicti fue runt helidenses ducentos annos explere di/xit:cui Damastes assentiẽs addit & illud:Li thorium quendam ex ea gente natum uasti corporis & maximarum uirium hominẽ tre centos annos uiuendo peregisse specium ui tae satis admirabile:nobis praesertim qui uix natiuitam amittimus.Pli.haec omnia fabu losa esse:& ex errore annorum prouenisse quos alii sex mensium:alii trium constituis sent dixit.Leonardus areti.in translatione Ba silii:ego inquit siue quis Titonii senectutez siue:uiuacissimi apud nostros Matusalem q mille annos minus triginta dicit uixisse &c.

De Dandone Cap.DCCCXC.

Alexander uero in eo uolumine qd de illyrico tractu composuit affirmat dandonem quen/dam ad quingentesimum usq; annum nulla ex parte senescentem processisse.

¶Alexander uero historiographus & cosmographus affirmat in eo uolu mine quod composuit de tractu illyrico quendam Dandonã seu Dando nem processisse usq; ad annum quingentesimum nulla ex parte senescen tem.i.senio debilitatum aut immutatum.

Alexander:Alexander composuit li/brum de longitudine maris illyrici i quo praeter caetera memoratu digna illud esse refert Dandonem quendam ad qu gentorum annorum aetatem sine senectute p uenisse:quia in ea aetate senescere non uide/batur nullis animi & corporis uiribus debili tatus.De tractu illyrico quantum extendit illyricum mare.Nulla ex parte senescentem. Neq; animi neq; corporis uiribus deficiẽtẽ non sapientia non memoria carentem:quae senectutis uitia esse solent.

De latinorum rege. Cap.DCCCXCI.

Sed multo liberalius xẽophõ cui9 περι γηρατος

Sed multo liberalior:Cuz plures fue runt xenophontes dubitari posset hoc loco de quo potissimum dicat sed facile conijcitur de xenophonte atheniẽ

legitur. Is.n. latinorum regem octingentis uitæ annis donauit: at ne pater eius parum benigne acceptus uideretur ei quoq; sexcentos assignauit annos.

si philosopho dici Socratis discipulo q primus oium philosophorum historiam scripserit de quo supra satis dictu est. Et Cice. in libro de senectute. Cyrus inqt apud xenophontē eo sermone quē moriens habuit: cū admodū senex esset negauit se unq̄ sensisse senectutē suā imbecilliorē factā q̄ fuisset in adolescentia: hic igit in historiis suis liberalior fuit in praestanda hominibus uitæ lōgitudine. non enim dubitauit scribere latinorum regem cuius nomē Vale. nō ponit octīgētos uixisse ānos eiusq; patrem sexcentos περι γηρατοσ hoc est de senectute.

¶ Sed xenophō. s. Athenieñ. multo liberius sup. mentitus est aut scripsit: aut multo liberalius. i. largius dedit uitæ humanæ: cuius. s. xenophontis opus sup. aut liber: περι. i. de γηρατοσ. i. senectute: legit. Is. n. donauit (ppter hoc uerbū legā liberalius: aut liberalior sup. fuit) regē latinorum octingentis. i. octies cētū annis uitæ At ne pater eius. i. dicti regis uideretur acceptus. s. a xenophonte parū benigne assignauit quoq; et sexcentos annos: hoc asit dicit author cum risu quodam: fabulosa; uidelicet existimās talē uitā. Neq; tamē illis subscripserim qui Mathusalem aut alterius i biblia nostra cōmemorati annos ad spaciū trimestre reuocant: Nā nō est uero simile eūdē authorē uidelicet Mosē in uno eodemq; ope uarias anni ratiōes fuisse secutū: at de solaribus annis qui. xii. sunt mensiū locutū esse cōstat cū dicat. Vixit aūt heber triginta quattuor annis & genuit reu: Vixitq; phalech postq̄ genuit Reu ducentis nouē ānis & genuit filios & filias &c. ubi si de iisdē annis loquitur nō est dubiū de magnis loqui: nā si de trimestribus loquatur Phalech fuerit dūtaxat octo annorū & sex mēsiū cū genuerit: qd ex aliis quoq; multis conuincere licet. Mirabilem etiā uitam Ioannis de temporibus memorat Gaguinus in compendio historiæ gallicanæ.

## De Cupiditate gloriæ Cap. XV.

Gloria uero aut unde oriatur: aut cuius sit habitus: aut qua ratiōe debeat comparari & an melius a uirtute quasi non necessaria negligatur: uiderint hi quorum in cōtemplandis huiusmodi rebus cura teritur: quibusq; etiam quæ prudenter animaduerterunt facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores & auctoribus facta sua reddere contentus: quanta cupiditas eius esse soleat propriis exemplis demonstrare conabor.

¶ Gloria uero aut unde oriat aut cuius habitus sit. s. utrū uirtutis an uitii: uel an electiuus an contēptiuus: seu eligibilis an cōtēptibilis: aut qua rōne. i. uia & modo debeat cōparari. i. acquiri: & an melius negligatur a uirtute. i. homine studioso uirtutis quasi non necessaria: sed ad assecutionē ueræ uirtutis: uiderint. i. permitto ut uideat (est. n. uerbū concessiui modi) quorum cura teritur. i. absumit in huiusmodi rebus cōtēplādis. i. in speculatione talium terū: qbusq;. i. & qbus cōtigit. i. datū est etiā eloqui facūdæ quæ animaduerterunt. i. cōsiderauerūt & excogitauerunt: q̄ res necessaria ē ad traditionē debitā unde contēnendi qui hanc partē cōtemnunt. Ego cōtētus in hoc opere reddere. i. assignare factis. i. rebus gestis authores. s. qui eas fecerunt & authoribus facta sua conabor demonstrare exemplis propriis. i. aptis quanta cupiditas eius. s. gloriæ soleat esse.

De Cupiditate gloriæ. Cap. XV.

TAm Hercule: Quemadmodum capitolium fuit instar atrii Scipiōi:sic & curia Catoni:senatus Catoni certissimo uiro in omni uirtutis genere præstanti magnificum illud retribuit:ut eius imaginem in curia collocaret ut apud se tāti uiri memoria iugiter seruaretur:qui sua uirtute non fortunæ beneficio ad dignitatem & amplitudinem prouenisset:cuius consilio capta & euersa fuisset Carthago.Tam me Hercule Suppie q curia est atrium magni Catonis superioris.Effigies illius.Sic catonis effigiem ad omnium officiorum celebritatem senatus cōferebatur Scipionis cornelia gens referre cōsueuerat Plini.Imago huius inqt funeris gratia produci solet.Gratum ordinem.Laudat patrum conscriptorum gratitudinem qui de patria bene meritum & rei publicæ quondā amantissimum senatorem uirtutum omniu3 copiosissimum cuius consilio & auctū & cōfirmatum esset imperium Romanum:secum semper habitare uoluerit:Cuius prius consilio.Quia ut supra diximus: duo præstantissimi senatores inter se magnopere dissentiebant de euertenda carthagine Cato & Scipio nasica.Cato suadebat euertendam esse carthaginem quæ foedera sæpius frangeret sæpiusq3 rebellaret:at Scipio contra relinquendam esse censebat ut esset exercitatio quædam iuuentuti romanæ quæ bellis assueta ociosa esse non posset.uerebatur Scipio id futurum quod euenit ne subacta carthagine debellatisq3 exteris gentibus cum hostes deessent in seipsos arma conuerterent.tamen secundum Marci catonis sententiam factum est senatusconsultum:ut bellum carthaginensib9 inferretur & subacta carthago euerteretur.

## De Catone Maiore Cap.DCCCCVI.

TAm Hercule q curia:superioris Catonis effigies ad eius generis officia expromitur. Gratum ordinem qui utilissimum reipublicæ senatorem tantum non semper secum habitare uoluit omnibus numeris uirtutis diuitem.magisq3 suo merito q fortunæ beneficio magnum:cuius prius consilio q Scipionis imperio est deleta Carthago.

¶Tam.i.tantum hercule.s.teste aut uindice:capitolium est scipioni instar atrii:q.i.q̄tum effigies Catonis superioris.i.maioris:uidelicet censoris expromitur.i.quasi e promptuario sumitur:curia.i.loco quo senatus conueniri solebat ad officia generis eius.quoties opus sit tota familia ut i pompa funebri.Gratum.i.o gratum ordinem.s.senatorium qui uoluit senatorem utilissimum reip.uidelicet Catonem superiorem tantummodo.i.forme (ut oliuerius exponere solet cuius expositioni hic locus maxime arridet ) aut hoc solo dēpto q non uiuum sed in imagine habitare secum semper senatorem inquam diuitem omnibus numeris.i.gradibus aut punctis uirtutis (quod uni christo uere addicitur.)& magnum magis suo merito(quia n̄ ponebat spem in aura populari nec in alia quauis re extra se) q beneficio fortunæ cuius consilio carthago est prius deleta q imperio scipiōis.In qua re grauiter potius q prouide sensit ut Oliuerius diserte recitat.

VErū specimē.Omniū maximū:maxieq3 gloriosū fuisse q nasicæ cōtigit pace aliorū dicere ausim qui tantum tam grauissimi senatus iudicium inter tot uiros omnis ætatis:atq3 in omni uirtutis genere præstantissimorum hominum ipse sit in adolescentia consecutus ut omniu3 optimus iudicaretur.de quo Solinus Vir optimus inquit Scipio nasica iudicatus est: non priuato tantum testimonio sed totius senatus sacramento quippe quo iuuentus dignior nō fuerit cum præcipue religionis crederetur ministerium cum oraculum moneret accersiri a pessimunte sacra matris deum Berecynthiæ plī.de uiris illustribus.P.Scipio nasica a senatu uir optimus iudicatus matrem deū hospitio recepit & alio loco de claudia in fine dicit templum ædificauit nasica qui uir optimus iudicabatur.Liui.secundi punici belli li.ix.causam huius aduectionis affert simul romanos ab oraculo dicit admōitos ut ab omnium optimo susciperetur hospitio.deinde subiungit.Accessit consultatio de matre idea accipienda præter q q.M.Valerius ex legatis prægressus actutum in italiam fore nun

## De Scipione Nasica Cap.DCCCCVII.

UErum specimē honoris a Scipione quoq3 Nasica oboritur. Eius namq3 manibus & penatibus nondum quæstoris:senatus Pythii Apollinis mōitu Pessimunte accersitam deam excipi uoluit: quia eodem oraculo præceptum erat ut hæc ministeria matri deum a sanctissimo uiro præstarentur. Explica totos fastos:constitue omnes currus triumphales:nihil tamen in eorum principatu speciosius reperies.

¶Verum.i.sed specimen.i.decus spectabile aut experimentum honoris oboritur.i.occasionaliter oritur quoq3 Scipione Nasica:namq3.i.quia senatus.i.coetus senatorum Romanorum uoluit monitu.i.ex monitu Apollinis Pythii.i.Pythonis interemptoris:qui apud delphos colebatur: deam s.Berecynthiam:quæ mater deum censebatur accersitam.s.Romam pessimunte id est ex eo loco phrygiæ:excipi manibus & penatibus eius nondum quæstoris.i.qui nondum quæsturam gesserat:quæ tamen inter infimos magistratus reponitur quia præceptum erat eodem oraculo scilicet

quad eam accersendam apollo pythius praeceperat ut haec ministeria .s. recipi manibus e nauibus & deferri primum in penates praestarentur ma/tri deum a uiro sanctissimo.i.qui esset omnium optimus. Explica.i.euolue totos fastos.i.quicquid scriptum est in libris de diis aut sanctis uiris aut diebus festis: constitue.s.ante oculos tuos: omnes currus triumphales: ta/men nihil non aliquid: non inuenies aliquid speciosius in principatu.i. pro gatiua eorum.i.aut morum speciosius scilicet q̃ hoc: quod est iudicari: opti mum uirum esse in tanta multitudine.

clauerat regis nuncius aderat Taracone ea; esse haud paruae rei iudicium senatum tene bat qui uir optimus in ciuitate esset: ueram certe uictoriam eius rei sibi quisq; mallet: q̃ ulla imperia honoresue suffragio patrum seu plebis delatos. P. Scipionem filium eius qui in hispania: ceciderat adolescentem nondum quaestorium iudicauerunt in tota ciuitate ui rum optimum esse. Pli. hunc unum esse dicit qui a condito aeuo uir optimus sit iudicatus & dignus qui matrem deum domi usq; ad conditum templũ exciperet. Eius namq; manibus. Nam cum omnibus matronis hostiam ire iussus obuiam deae deamq; ipsam de naue accipere & in ter ram elatam tradere ferendam cum matronis. Ouidius fastorum. Nasica excepit templi non praestitit auctor. Augustus nunc est ante metellus erat. Nondum quaestoris. Adolescentem fuisse ostendit qui nondum quaestor factus fuit Sic & Li uius dixit adolescentem nondum quaestorium Pythii apollinis: quia ut diximus apollinem consuluere romani per legatos quae ratio foret transportandae romam deae: Respondit apollo per attalum id facere posse romanos: iussit insuper ut cu aduecta foret eam exciperet qui omnium uir optimus esset. Explica totos fastos: Exaggerat rem ipsam ualerius si om/nium romanorum gesta honoresq; percurreris. si omnes omnium imperatorum triumphos in unu; constitueris nihil erit quod huic uni de scipione iudicio conferri posse uideatur. nihil enim maius esse potest q̃ omnium morum omnisq; sancti tatis principatum obtinere. Explica euolue & percurre. Fastos: libros in quibus fasti dies continebantur & in quibus re/ges consules caeteriq; magistratus describebantur a fascibus dicti. Nihil morum principatu Quia ipse princeps morum iudicatus fuit. nam eius mores caeteri omnibus praepositi sunt totius senatus iudicio.

## De Scipione Aemiliano. Cap. DCCCCVIII.

Radunt subinde nobis ornamenta sua Scipio nes commemoranda. Aemilianum.n.populus ex candidato aedilitatis consulem fecit: eundẽ q cum quaestoriis comitiis suffragator .Q. Fabii. M. fratris filii in campum descendisset: consulem iterum re duxit. Eidem senatus bis sine sorte prius Aphricam: de inde Hispaniã dedit. Atq; haec neq; ciui cupido neq; se natori ambitioso quemadmodum non solum uitae eius seuerissimus cursus sed etiam mors clandestinis illata i sidiis declarauit.

Tradunt &c. Sciplones.s.superior & nasica. & inferior tradunt subide .i.per aliquot interualla (nam licet in plaerisq; locis eorum meminit: tamen aliorum quoq; mentionem interserit) ornamenta.i.decora sua cõmemerã da nobis.i.a nobis: aut tradunt nobis ea cõmemoranda. Enim.i.quia: po/pulus.s.Romanus fecit Aemilianum.s.scipionem minorem in Aemiliorũ familiam per adoptionem datum: consulem ex candidato aedilitatis.i.cum esset candidatus.i.competitor ad aedilitatem obtinendam campum ingres sus: & reduxit eundem iterum consulem: cum descendisset in campum scili cet martium: comitiis quaestoriis.i. conuocationibus populi ad creandos quaestores: suffragator.i.ad suffragia obtinenda precator Quinti Fabii fi/lii Marci fratris. Senatus dedit eidem bis sine sorte.i.extra sortem (nam cõ sules legitime prouincias sortiebantur: priuati autem extra sortem ex spe ciali priuilegio aut dono easdem obtinebant prius aphricam deinde hispa niam: atq; sup. dedit haec: neq; ciui cupido.i.auaro; neq; senatori ambi/tioso.i.cupido honorum: quemadmodum non solum seuerissimus cursus uitae eius sed etiam mors illata insidiis clandestinis: quia in cubiculo suo no ctu interemptus est: declarauit: quia si ambitiosus fuisset: aemulos timuis set & ab illis se muniuisset qd quia non fecit simplicẽ se ciuẽ declarauit.

Radunt. Scipionum familia cuius/uis generis ornamentis omnium cla rissima semper in omni laudis gene re praedicanda se offert: ita ut nulla sit quae cum illa possit nec audeat gloria & ornamen to certare Superiori aphricano & nasicae mi rifica contigerunt ornamenta sed non mino/ra reddita sunt inferiori. cum. n. candidatus aedilitatem peteret consul creatus: rursus cu; die comitiorum in campum descendisset: ut Qu. Fabio nepoti suo suffragaretur consul praeter opinionem domum deductus est. qd q duae prouinciae aphrica & hispania fue/runt illi extra ordinem demandatae: hic pro festo gloriam quanto minus appetebat eo maiorem assequebatur: q autẽ ambitiosus non fuerit & rigidissimus suae uitae cursus & mors per insidias suis in penatibus illata faci le declarant. Ex candidato. Ex petitore aedili tatis. Suffragator. Non candidatus descende rat ut magistratum peteret. sed ut nepoti suf fragaretur uel ut alii dicunt: fratri: ut fauore & auctoritate sua. Qu. Fabius quaesturam assequeretur. Qu. Fabii. Saepius dictum est paulum aemiliũ ex quattuor liberis duos dua bus familiis in adoptionem tradidisse: alterũ genti fabiae qui Fabius maximus dictus est: alterum Scipionum qui Aphricanus inferior est appellatus. Sine sorte. Extra ordinem nul la collegae cum quo sortiretur habita mentio ne. Aphricam. Cum deleuit carthaginem. Hi spaniam. Cum sustulit numantiam. Clande/stinis occultis insidiis. quomodo mors illi fuerit per insidias illata diximus in capi. de moderatione.

## De Marco Valerio. Cap. DCCCCIX.

Arcum quoq; Valerium duabus rebus isigni bus dii pariter atq; ciues speciosum reddide/

Arcum quoq; Valerium Cum duo praeclara ornamenta. M. Valerio me rito contigerint: alterum a diis. alte/rum ab hominibus illi tradita fuisse dicunt. nam diuinum sine dubio fuit q aduersus p uocatorem Gallum fortiter dimicãti coruus

illi semper assuerit & rostro ac unguibus hostem infestando plurimum iuuerit ciues dein de hominis uirtute cōmoti āte legitimū tempus ei consulatum demandarunt. Pli. de uiris illustribus. Reliquias senonum Camillus ꝓsequebatur aduersum ingentem gallum prouocatorem solus Vale. tribunus militum omnibus territis processit Coruus ab ortu solis galeam eius insedit & inter pugnandum ora oculosq; uerberauit: hoste uicto Valeri9 coruinus dictus est: hic cum ingens multitudo aere alieno oppraessa capuam occupare tentasset & ducem sibi Quintum necessitate cōpulsum fecisset sublato aere alieno seditionez compressit Liuius dictator inquit magistro equitum. A. Cornelio cosso dicto consularia co nitia habuit aemulumq; decoris sui absentem. M. Valerium coruinum: id enim illi deinde cognominis fuit summo fauore populi: tres & uiginti natum annos consulem renunciauit. Cominus pugnanti: Singulari certamine dimicanti. Propugnatorem: Defensorem: qui per Valerium contra Gallum pugnaret. Vetustae originis: Valeriorum familia uetustissima fuit in urbe Ro. quae ab hoc Valerio coruini nomen accepit. Summo ornamento: consulatui. Tam celeritate: Quia longe citra legitimum tempus consul creatus uigesimotertio suae aetatis anno Et principio: qa primus e familia sua consul factus fuerit.)

AC ne Quinti quidez Scaeuolae Hoc Scaeuolae clarissimum cōtigit: ꝙ cum Asia prouincia sibi sorte obuenisset in ea administranda ita se gessit: ut senatus deinde omnibus in eam prouinciam ituris magistratibus Scaeuolam administrandae ꝓuinciae normam exemplumq; proponeret: ex quo facile intelligi potest q̄ta innocentia & integritate: quanta rursus prudentia: & magnanimitate prouinciam illam administrauerit: cum senatus decreuerit ut eius normam exēplumq; seruarent praefecti & magistratus: nihil in eo quod ad iustissimi uiri: sapientissimi hominis & integerrimi praefecti gloriam pertineret defuisse uidetur. Hic est ille scaeuola quem Carbo in ea prouincia diligentissime obseruauerat: accusaturus si quid peccasset: ulciscendi patris gratia: qui ab hoc Scaeuola fuerat aliquando damnatus: sed tanta fuit Scaeuolae integritas: ut nullum illi criminandi locū reliquerit. Quez. L. Crassus. Hoc dicit ad discretionem aliorum qui multi Scaeuolae dicti sunt: ut augur: ut pontifex: ut iurisperitus ut alii Scaeuolam: Voluit senatus ut prouinciam illam administraturis omnibus Scaeuola foret exemplum: ut ea fide & integritate: eo cōsilio; aequitate: rēpu. administrarent: quibus Scaeuola gubernasset.

INhaerent illi uoci. Ne Marius quidem hoc ornamenti genere caruit: si enim minus illi gloriosum Scipionis iudicium fuisse uidetur q̄ septem consulatus: nam ut in eius uita legitur: cum in Hispania

runt: illi cum quodam gallo cominus pugnanti coruum pugnatorem subiicientes: hi tertium & uigesimum annū ingresso consulatum largiti: quorum alterum decus uetustae originis optimi hominis gens coruina amplexa cognomē usurpat: alterum summo subiungitur ornamēto: tam celeritate q̄ principio consulatus gloriando.

Marcum &c. Dii pariter atq; homines reddiderunt quoq; .i. etiam Marcum Valerium. s. Coruinum: speciosum .i. spectabilem & decorum duabus rebus insignibus .i. eminentibus. Illi. s. dii reddiderunt speciosum: subiicientes .i. clam inicientes: ipsi pugnanti cum quodam Gallo: Cominus .i. conserta manu in singulari certamine: coruum. s. autem pugnatorem: quia oculos Galli alis infestantē: hi. s. ciues: sup. reddiderunt speciosum: largiti sup. ei ingresso annum tertium & uigesimum: consulatum: cum ante trigesimū lex eum inire uetaret. Quorum alterum. s. beneficium a diis collatum: gens Coruina amplexa decus .i. tanq̄ decus uetustae originis optimi hominis. s. primi coruini: aut optimi ominis: usurpat cognomen .i. pro cognomine ut coruina dicatur: alterum. s. a ciuibus collatum beneficium subiungitur summo ornamento: gloriando .i. dum gloriatur tam celeritate consulatus: quia ante uigesimum quartum annum consul factus fuit: q̄ principio: quia primus in familia sua consul fuit.

## De Quinto Scaeuola. Ca. DCCCCX.

AC ne Quinti quidem Scaeuolae quem Lucius Crassus in consulatu collegam habuit gloria parum illustris: qui Asiam tam sancte & tam fortiter obtinuit: ut senatus deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus: exemplum atq; formam officii Scęuolam decreto suo proponeret.

Ac nequidem .i. non saltem aut non etiam gloria Quinti scaeuolae quem Lucius Crassus habuit collegam in consulatu suo sup. fuit parum illustris: quia multum illustris fuit. Qui obtinuit Asiam tam sancte & tam fortiter ut senatus proponeret deinceps decreto suo magistratibus ituris in eam ꝓuinciam: Scaeuolam exemplum atq; formam officii.

## De. C. Mario. Ca. DCCCCXI.

INhaerent illi uoci posterioris Aphricani septem. C. Marii consulatus: ac duo amplissimi triumphi (ad rogum enim usq; gaudio exultauit) qui cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereretur & forte inter coenam quidam Scipionem interrogasset si quid illi accidisset: quēnam resp. ęque magnum habitura esset imperatorem: respiciens se supra ipsum cubantem: uel hunc dixit. Quo augurio perfectissima uirtus maximam oriētem uirtutem uiderit: ne certius an efficacius acciderit: perpendi uix potest: Illa nimirum coena militaris speciosissimas tanta

in urbe Mario futuras coenas ominata est. Postq̃ Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius peruenit: nemo fuit qui non illi tanq̃ diis immortalibus apud sacra mẽsæ suæ libauerit.

¶ Inhærerent &c. Septem consulatus ac duo amplissimi triumphi Caii Marii.i.quos Caius Marius Arpinas gessit ac duxit: inhærent.i.fixi sunt quasi fundamentum sunt: illi.s.nobili uoci Aphricani superioris ( Enim p quia: Marius sup.exultauit gaudio.i.prospero successu: usq3 ad rogum.i. usq3 ad funus suum: qui.s.Marius quum mereretur stipendia equestria.i. militaret pro mercede in equo: sub eo duce: uidelicet Scipione: & quidam interrogasset forte inter coenam.i.coenandum Scipionem: quemnam resp. habitura esset imperatorem æque magnum siquid.s.aduersi ( intellexit autem necem: sed ad euitandum malum omen: non audebat dicere: si mortem obiuerit ) accidisset illi.i.si occideretur aut moreretur: scipio sup. respiciens se cubantem supra ipsum.s.marium: dixit: uel.i.etiam aut saltẽ hunc s.equitem licet ignobilem: strenuum tamen. Quo augurio uix potest perpendi.i.discerni: ne.e.an perfectissima uirtus.s.Scipionis: hoc est Scipio præditus iam tum uirtute consummatissima: uiderit.i.prospexerit quasi p spiritum prophetiæ & uim diuinandi: maximam uirtutem orientem.s.in mario: certius.i.infallibilius: an sup.acciderit.i.a casu contigerit efficacius Nimirum.i.haud dubie: illa coena militaris.i.qua inter milites utpote in exercitu Scipio talia de Mario prædicauit: ominata est.i.augurauit & quasi omine quodam præsignauit Mario: speciosissimas.i.honorificẽtissimas coenas futuras Mario.i.in honorem Marii: in tanta urbe: quanta est Roma. Nam postq̃ nuntius peruenit.s.Romam initio noctis: Cimbros deletos ab eo.s.Mario: nemo fuit sup.Romæ qui non liberauit.i.obtulerit illi s.Mario: tanq̃ diis immortalibus apud sacra mensæ suæ: hoc est qui non struxerit epulum lætitiæ: sicut Galli ignes extruunt: & inter epulandũ Mario adhibuerit: & quasi sacra libamina obtulerit.

De.Cn.Pompeio.Ca. DCCCCXII.

IAm quæq; in.Cn.Pompeium & ampla: & noua gesta sunt hinc assensione fauoris. illinc fremitu iuidiæ litterarum monumẽtis obstrepitur. Eques Romanus proconsul in Hispaniã aduersus Sertorium pari imperio cum Pio Metello principe ciuitatis missus est: nondum ullum honorem auspicatus bis triumphauit. Initia magistratuum a summo imperio cepit: tertium consulatum decreto: senatus solus gessit. De Mithridate & Tigrane: de multis præterea regibus & gẽtibus: plurimisq; ciuitatibus & prædonibus unum duxit triumphum.

¶ Iam ( continuatiua est particula ) obstrepitur.i.cum strepitu memoratur monumenta litterarum.i.scriptis multorum: quæ cum strepitu quodam & frequentia leguntur: quæ.s.magnifica & ampla: & noua & inusitata: gesta i.congesta sunt in Cneum Pompeium.s.magnum: hinc.i.ex una parte: assensione.i.aspiratione fauoris: illinc.i.ex altera parte fremitu inuidiæ: quia sæpe qui per inuidiam summis uiris obesse nituntur: prosunt illis ad gloriam: ut Iuno Herculi: Pelias Iasoni &c. Ipse sup.eques Romanus.i.quũ esset tantum eques missus est proconsul.i.functurus consulari potestate: i Hispaniam: aduersus Sertorium: pari potestate.i.habens parem potestatẽ

sub Aphricano posteriore stipendia faceret: & forte in coena iuxta imperatorem discumberet: quia plurimi faceret illum imperator: quidam ex astãtibus siue serio: siue ioco Scipionem interrogauit: si quid illi forte accidisset: quem imperatorem sibi parem resp.esset habitura: conuersus in Marium & percusso eius humero: Scipio illum futurum sine ulla cunctatione respondit: qđ eius quæ postmodum euenit futuræ magnitudinis uerissimũ uaticinium fuit: sed tunc oẽs qui aderant facile cognouerunt quanti Marium faceret Scipio: nam reuera nihil ad omnem dignitatem & amplitudinẽ consequenda3 Mario deerat præter generis dignitatem teste Sallustio. Inhærent Innituntur & infixi: quasi dependent a uoce Scipionis septem Marii consulatus: q secuti sunt. Duo amplissimi triumphi alter de Iugurtha rege numidiæ: alter de cymbris senonibus & teuthonis. Ad rogum usq3 id est usq3 ad mortem gaudio exultauit præterq̃ cum in paludibus delituit: & ad eum occidẽdum minturnas missus est Cymber: o Valeri sed illud comparatione felicitatis tam adeo breue fuit: ut merito dici possit ad mortẽ usq3 exultasse: nam septimo consulatu periit. Equestria: tunc decurio fuit Marius. Vel hẽc etiam: hunc marium uel saltem hunc Mariũ: nam uel utrumq3 significat interdum disiunctiua est: hac uoce significauit Scipio Mariũ futurum imperatorem qui sibi cõparari posset. Quo augurio: non facile inquit iudicari potest: id ne dixerit Scipio ex certa animi sententia: quia ita sua uirtute futurum præuidisset: an fortuito quodam uocis iactu tãq̃ diuinasset futurum quod euenit: omnio tamẽ appellat augurium. Perpendi: Examinari: iudicari. Nimirum coena militaris. Certe inquit ĩ coena militari præuidit Scipio sumptuosas illas coenas quas popul9 Ro. ea nocte qua nuntiatum fuit Cymbros ab eo fuisse deletos in honorem Marii celebrauit Coena militaris: quæ in castris facta est. Nemo fuit q non illi liberauit. In omnibus sacris epulis primitias diis offerebãt: in ea nocte nõ diis sed mario libarunt.

IAm quæ in.Cn.Pompeium. Quæ ampla & magnifica Pompeio contigerint: licet ex multis auctoribus colligi possit: ut e plyn.natu.historiæ li.vii. qui eius titulos omnes: triumphosq3 summatim percurrens: illum non solum Alexandri magni: sed Herculis & liberi patris fulgore3 adæquasse dicit: & e Plutarcho qui eius uitam describens: cum quasi de toto orbe triũphasse ostendit: hæc tamen omnia ex Ciceronis Pompeiana facilius ac breuius: cũ igitur auctorem hoc loco sequar quoniam eius uerius erit testimonium. Dicit enim non commemorabo nuper ita nobis patribusq3 nostris esse uisum ut in uno.C.mario spes imperii poneretur: ut idem cum Iugurtha: idẽ cu3 Cymbris: idem cum Theutonicis bellũ ad

cum Metello Pio principe ciuitatis.f.Romanae:& triumphauit bis: nondum auspicatus.i.auspicio adeptus:aut ingressus ullum honorem .i.magistratum honorificum.nam proconsulatus non erat in urbe sed in prouicia: coepit initia magistratuum a summo imperio:quia non gradatim uenit p aedilitatem:quaesturam:praeturam &c.ad consulatum:sed non gestis minoribus:summos honores adiit:gessit tertium consulatum solus.i. sine collega:& id decreto senatus duxit unum triumphum.i.simul & semel triūphauit de Mithridate rege ponti:de Tigrane rege Armeniae:praeterea de multis regibus.f.aliis:ut de Ariobarzane:Pharnace:Aristobolo:& gentibus.i. nationibus quas.xii.subegit:& plurimis ciuitatibus:quia quasi de omni gentis:& praedonibus:ut de Pyratis:Cilicibus:de quibus late Oliuerius.

ministraret:in ipso Cn.Pompeio: in quo non ui constitui nihil uult.Qu.Catulus q̄ multa sint noua summaq; Catuli uoluntate constituta recordamini quid tam nouum q̄ adolescentulum priuatum exercitum difficilem reipu.Syllae conficere confecit:huic praeesse p̄ fuit rē optime ductu suo gerere gessit: quid tam praeter consuetudinem q̄ homini padolescenti cuius a senatorio gradu aetas longe abesset imperium atq; exercitum dari: Siciliam permitti atq; Aphricam:bellum i ea administrandum fuit in his prouinciis singulari innocentia grauitate:uirtute:bellum in Aphrica maximum confecit:uictorem exercitum deportauit:quid uero ita inauditum q̄ equitem romanum triumphare:at eam quoq; rem populus Ro.non modo uidit:sed etiam omnium studio uisendam putauit:quid tam inusitatum q̄ quum duo consules clarissimi fortissimiq; essent:eques romanus ad belluz maximū formidolosissimūq; pro consule mitteretur:missus est:quoquidem tempore quum esset non nemo in senatu qui diceret nō oportere mitti hominem priuatum pro consule.L.Philippum dixisse dicitur non se illum sua sententia pro consule.sed p consulibus mitti:tanta in eo reipu.bene gerendae spes constituebatur:ut duorum consulum munus unius adolescentis uirtuti committeretur:quid tam singulare q̄ ut ex senatusconsulto legibus solutus consul ante fieret q̄ ullum alium magistratum per leges capere licuisset:quid tam incredibile q̄ ut iterum eques romanus ex senatusconsulto triumpharet ? haec in hominibus omnibus noua post hominum memoriam constituta sunt:ea tam multa non sunt q̄ haec quae in hoc uno homine uidemus apparere.Iam quae in Cn.Pompe.Dissensionem inter auctores & harum reruz scriptores esse dicit:q alii a Pompeio fauentes:haec omnia recte facta a senatu populoq; romano fuisse dicant:alii quadam inuidia commoti rep̄hendant q contra leges & maiorum consuetudinem tot tantaq; Pompeio tributa fuerint:& simul notanda est constructio:quia dicit:obstrepitur quae in Pompeium congesta sunt:subauditur enim pro his:nam posito relatiuo subauditur antecedens.Hinc assensione fauoris:propter eos qui recte factum esse dicunt.Fremitu inuidiae:propter eos qui liuore ducti non recte factum esse dicunt:q contra leges & maiorum consuetudinem:tot tantaq; Pompeius fuisset assecutus.Litterarum monumentis:Quia scriptores de his suum quoq; adhibuere iudicium.Obstrepitur:Circūsonatur : obtunditur: murmuratur:uociferatur.Eques Romanus:Hoc idē affirmat Cicero in Philippicis.Liuius tamen libro nonagesimo primo dicit eum fuisse quaestorem quando aduersus Sertorium cum imperio consulari missus est.Equitem uero fuisse dicit eum in Aphricam missus est aduersus.Cn.Domitium proscriptum.Et Hiericam uel Hiarbam:ut alii dicunt regem Numidarum bellum molientes:quos uictos interemit natus annos quattuor & uiginti:& de Aphrica triumphauit:quod ad eam diem nemini unq̄ contigerat:ut eques romanus triumpharet:sed Ciceroni magis credendum ē:qui haec omnia uidit & sensit.Bis triumphauit:semel de Aphrica deuictis:ut supra Dormitio:& Hiera rege rursus de Sicilia uicto Carbone: qui flens muliebriter mortem tulit:nam uictum occidit.Auspicatus per auspicium consecutus.Initia magistratuum:Non ille per gradus inferiores ad summum ascendit:sed primus illi magistratus fuit consulatus:ad quem per aedilitatem:quaesturam:aliosq; magistratus reliqui ciues peruenire consueuerant.Tertium consulatum:hoc ex auctoritate.m.Bibuli Catonis necessarii factum est:cuius sententiam Cato laudauit:ut in eius uita legitur.De mithridate rege Ponti:de Tigrāe rege Armeniae:cuius filius cum uxore triumphantis currum prosecuti sunt Zosimetis cum uxore.Aristobolus rex iudaeoruz.De multis regibus.De Ariobarzane:Pharnace:Aristobolo.Plurimis ciuitatibus.Ciuitates prope noningentas cepit inter quas & Hierosolymam ubi templum ad iudaeorum urbem ad id tempus inuiolatum spoliauit:ex quo creditur non illi post illam spoliationem prospere quicq̄ cessisse.Et gentibus:Nam gentes siue nationes duodecim subegit.Praedonibus:Piratas celerius q̄ credi potest superauit.Vnum duxit triumphum.De his omnibus semel triumphauit:& triumphātis currum prosecuti sunt reges supra memorati.Plutarchus de tertio Pompeii triumpho ex quibus gentibus triumphauerit sic breuiter tradit.Erant quippe regiones hae:pontus:Armenia:Cappadocia:Paphlagonia Media:Colchis:Tiberia:Albania:Syria:Cilicia:Mesopotamia:praeterea hi qui circa phoeniciam & Palestinam incolunt:Iudaei:arabes:Piratarum etiam quotquot genera terra mariq; debellata erant:inter haec notabantur castella haud pauciora q̄ mille captae ciuitates ferme noningentae:piraticae naues octingentae:urbes praesidiis romanis firmatas esse unde quadraginta:his quoq; addebantur uniuersa urbis romanae tributa ante id bellum quinquagies decies centena milia fuisse:cum his uero quae po.Ro.ipse quaesiuit:octogies & quinquies decies centena milia:in aerarium praeterea uasa:aurum:argentumq; signatam ad uiginti milia talentorum:praeter quae militibus diuisa sunt:quorum qui minus accepit mille & quingētos aureos tulit:captiui post principes Piratarum in triumpho ducti.Tigranis armenii filius cum uxore filiaq; ipsius regis Tigranis Cosinae coniunx:rex Iudaeorum Aristobolus.Mithridatis soror cum liberis quinq;.Scytharum quoq; q̄ multae mulieres.Albanorum & Tiberorum ac regis Comagenorum obsides ducti.Trophea quoq; complura notata:omnia praeliorum munera quae aut se duce:aut per legatos adeptus erat maximum & splendidissimum fuit:& quod Romanorum nemini hactenus obtigit:q trinum e trina uniuersi orbis parte triumphum duxit:nam licet tres ex hac una parte antea triumphauerint:ipse tamen primum ex Aphrica:secundum ex Europa:tertium hunc ultimum ex Asia ducens triumphū quodammodo uisus est ex uniuerso ambitu orbis triumphasse.

De.Q.Catulo. Ca.DCCCCXIII.

QVintum etiam Catulum populus romanus uoce sua tantum non ad sydera usq; euexit ,Nā

QVintum etiam Catulum.Non parū illustrae fuit quod euenit Quito Catulo:qui cum po.Ro.dissuadere uellet non esse Mithridatis prouinciam Pōpeio demandandam: quaesiuit ex populo in quo

cum ab eo pro rostris interrogaretur si in uno Pompeio magno omnia reponere perseuerasset absumpto illo subiti casus incursu:in quo spem esset habiturus:summo cõsensu acclamauit in te. Vim honorati iudicii admirabilem Siquidem magno Pompeio cum omnibus ornamẽtis quæ retuli duarum syllabarum spatio inclusum Catulum æquauit.

¶ Quintum &c. Populus romanus tantummodo.i.quasi:raut hoc solo dem pto q non facto sed uoce sua euexit etiam Quintum Catulum usq3 ad sydera. Nam cum populus romanus interrogaretur ab eo.s. Catulo : pro rostris.i.in concione ante rostra:si populus sup.perseuerasset reponere.i. collocare omnia.s.ornamenta sua:in uno.s.solo pompeio magno:in quo eét habiturus spem:illo.s.Pompeio absumpto.i.si forte absumatur & pereat incursu.i.impetu subiti.i.importuni casus:acclamauit summo consensu: in te.hoc est in Catulo.Vim.i.o uim admirabilem iudicii honorati.i. honorifici:si q uidem.i.quoniam:populus æquauit Catulum inclusum spatio duarum syllabaru m.s.in te:hoc est intellectum per pronomẽ te:Pompeio magno:cum omnibus ornamentis quæ retuli.i.recitaui in superiori capite.

De Marco Catone. Ca.DCCCCXIIII.

Potest & Marci Catoni e Cypro cum regia pecunia reuertentis appulsus ad ripam Tiberis memorabilis uideri cui naue egredienti consules & cæteri magistratus & uniuersus senatus populusq3 romanus officii gratia presto fuit:non q magnũ pondus auri & argenti:sed q.M.Catonem classis illa i columẽ aduexerat:lætatus.

¶ Potest &c. Appulsus.i. Applicatio ad ripam tyberis Marci Catonis reuertentis e cypro cum pecunia regia:pro qua missus fuerat ne cypri rebellarent:potest uideri &.i.etiam memorabilis.i.s. Catoni:egredienti naue: consules & cæteri magistratus & uniuersus senatus populusq3 Romanus fuit presto.i.obuiam prodiit:gratia officii.i.honoris debiti impendendi:lætatus non q classis illa aduexerat magnum pondus auri & argenti:sed q aduexerat Marcum Catonem incolumem:qui tamen per inuidiam missus erat:unde etiam subsistere noluit.

De Lucio martio. Ca.DCCCCXV.

Sed nescio an præcipuum sit.L.martii insitati decoris exemplum quem equitem Romanum duo exercitus.Pu.&.Cn.Scipionum interitu uictoriaq; Hãnibalis lacerati ducem legerũt:quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta:nullum ambitionis locum relinquebat.

¶ Sed nescio an exemplum Lucii Martii sit præcipuum decoris insitati: quem sup.entem equitem Romanum:duo exercitus lacerati interitu Publii & Cnei Scipionum & uictoria Hasdrubalis qui eos uicerat in hispania:legerunt.i.elegerunt ducem(Senatus tamen non approbauit eo q si essent spem habituri:absumpto forte Pompeio in quem tunc omnia conferrent summo omnium consensu succlamatum est in te.Ci. in Pompeiana. Reliquum est ut de.Qu. Catuli auctoritate & sententia dicendum esse ui deatur:qui cum ex uobis quæreret:si in uno. Cn.Pompeio omnia poneretis:si quid de Pompeio factum esset in quo spem essetis habituri:cœpit magnum suæ uirtutis fructum ac dignitatis:cum omnes una prope uoce in eo ipso spem habituros esse dixistis : etenim talis uir:ut nulla res tanta sit ac tam difficilis: quam ille non & consilio regere: & integritate tueri:& uirtute conficere possit: ex his ergo uerbis populus Ro.Pompeii gloriæ Catulum adæquauit. Ad sydera usq3 euexit: Hyperbole ẽ:Populus Ro.maxime Catulũ suis uerbis extulit. Absumpto: Extincto Pompeio aliquo subito fortunæ impetu. Vim honorati iudicii:qui diligenter librauerit: populi uocem uim maximam inesse cognoscet: ut duobus uerbis facile significauerit Catulum nihilo inferiorem esse Pompeio. Vim admirabilẽ: Vehemẽtiã admiratione dignã. Duarum syllabarum spatio: Videlicet in te.

Potest.M.Catonis. De profectione. M.catonis in Cyprum:de regia pecunia romam transuecta de Cypro in prouinciæ formam redacta dictum est:qđ uero ad eius gloriam pertinet & quod fuit magnificum contigit ex hac expeditione reuertenti:non solum consules cæteriq3 magistratus:sed omnes quoq3 senatores.populus uniuersus:obuiam honoris gratia prodierunt: magnam præferentes lætitiam non q inco lumis redisset spes maxima patriæ & decus senatus romani. Appulsus:appulsio applicatio.est enim nomen hoc loco non participiũ. Officii gratia. Præstandi honoris gratia. Præsto fuit:obuiam progressus.

Sed nescio an præ. Notata est hystoria in capit. lo de prodigiis libr. i. Fuit hoc illi magnificum & illustre q duobus in hispania occisis Scipionibus reliquiæ totius exercitus in unũ collectæ summo consensu imperiũ ei detulerunt : qui cum in propinquo bina pœnorum castra paucis millibus passuum distarent et hortatus milites proxima castra intempesta nocte adortus est:& tum hostem uictoriæ fiducia incompositum aggressus:ne nuncium quidem cladis reliquit breuissimo tempore militi ad requiem dato:eadem nocte rapti famam rei gestæ progressus altera eorum castra inuasit ita bis similiusus euẽtu deletis utrobiq3 pœne amissas populo Romano hispanias restituit. Quo tempore. Hoc illi tanto gloriosius fuit q non ambitione quæsitum nõ alia ratione expetitum fuisse dici possit: quippe in tanto discrimine ubi omnium salus erat sapientissimo credenda fuerat. In ultimas angustias:in ultimum uitæ discrimen ubi spes nulla salutis esse uideretur.

Valerius maximus

Erito uirorū sulpitia. Est sexui quoqꝫ foemineo suus reddendus honor ut si quid magnificum illis côtigerit silentio non praetermittatur ne id factum inuidia esse uideatur itaqꝫ sulpitia uirorū commemorationi subiūgi merito posse uideatur haec paterculi filia & fuluii flacci coniunx cū ex libris sybillinis senat9 decreuisset ut ueneris uerticordiae simulacrum consecraretur ut mulieres uidelicet in pudicitiam conuerterētur: & decem uirorum mandato castior matrona dedicationi praeficeretur inter centum quae ex omni mulierum turba castiores electae sunt haec sulpitia fuit & ex his deinde selectae sunt decem praestantiores in quibus omnium iudicio & ipsa connumerata est: postremo cum ex decem peteretur prima ipsarum mulierum consensu sulpitia datur. Plin. li.vii.na.hysto. pudicissima inquit foemina semel matronarum sententia iudicata est sulpitia paterculi filia uxor Fuluii Flacci electa ex centum praecipuis quae simulacrum ueneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Verticordiae: quae impudicarum mulierum corda ab libidine ad pudicitiam uerteret. nam a uertendo corde uerticordia dicta est uenus. Caeterum quia sine diminutione Quandoquidem inquit externorum uirorum exempla sine detractione amplitudinis Romanae cômemorare possumus: de his quoqꝫ dicamus.

Pythagorae tanta ueneratio. De hac pythagorae ueneratione. Cice. li.i. de na. deo. Non sunt inquit tam auctores in disputando ꝙ rationis momenta quaerenda quinetiam obest plaerunqꝫ his qui discere uolunt auctoritas eorum qui se docere profitentur. desinunt enim suum adhibere iudicium cum id habent ratū quod ab eo quē probant iudicatum uident. nec uero probare soleo id quod de pythagoricis accepimus quos ferunt si quid affirmarent in disputando cum ex his quaereretur quare ita esset respondere solitos ipse dixit. ipse autem erat pythagoras tantum praeiudicata opinio poterat ut ēt sine ratione ualeret auctoritas In disputatione deducere. Disputare de ea re quam pythagoras asseruisset. Interpellati: interrogati ab aliis. Scholatenus: Magnus quidem honos tribuebatur pythagorae: sed is dūtaxat a discipulis ꝙtum ad scholā eius pertinebat ueneratio haec erat eximia. ulterius uero non procedebat: & idem est quod dicit scholatenus. i. quod pertinet ad scholam: quem autē in disputando siue docendo pythagoras morem seruauerit. uide Aul. gel. li.i. ca.ix. illa urbium suffragiis: illa subaudi ueneratio. Vrbium propter crotoniatas.

Nixo croto. Discipulorum iudiciū scholam non extendebat sed quod sequitur in urbe celebratum est. Cuꝫ enim se in calabriam pythagoras contulisset quae tūc magna graecia dicebatur Crotonae ludum aperuit. Crotoniatae cognita pythia satis modeste uictoriam suam ad eum scripserat) sup. eo tempore: quo salus eorum deducta in ultimas angustias nullum locum ambitioni aut ambitioni relinquebat: quia ubi de salute agitur uero iudicio res decernitur: nec unde res sed unde salus dependeat eligitur.

## De Sulpitia. Ca.DCCCCXVI.

Merito commemorationi uirorū Sulpitia Seruii Paterculi filia. Q. Fuluii Flacci uxor adiicitur: quae cum senatus libris sibyllinis per decem uiros inspectis censuisset ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur quo facilius uirginum mulierumqꝫ mens a libidine ad pudiciciam conuerteretur: & ex omnibus matronis centum ex centum autem decem sorte deductae de sanctissima foemina iudicium facerēt: cunctis castitate praelata est. Caeterum quia sine ulla diminutione Romanę maiestatis: externa quoqꝫ isignia respici possunt: ad ea trāsgrediamur.

Merito &c. Sulpitia filia Seruii Paterculi & sup. uxor Quinti Fuluii Flacci adiicitur merito commen orationi uirorum. Quae cum senatus censuisset libris sibyllinis inspectis per decem uiros ad hoc creatos ut simulacrum Veneris Verticordiae. i. habentis potestatem cordis uertendi ut misera gentilitas credebat: consecraretur: quo. i. ideo ut mens uirginum. i. non corruptarum & mulierum. i. corruptarum conuerteretur facilius ad pudiciciam: & centum. s. matronae ex omnibus negociis: autem. i. sed: decem. s. matronae ductae sorte facerent iudicium de sanctissima foemina: quae scilicet simulacrum illud consecraret: praelata est cunctis. s. aliis castitate. i. in castitate aut ob castitatem. Faciens autem transitum ad externa dicet. Caeterum. i. sed: quia insignia quoqꝫ externa possunt respici sine ulla diminutione maiestatis Romanae: transgrediamur ad ea.

## Externa. De Pythagora. Ca. DCCCCXVII.

Pythagorę tanta ueneratio ab auditoribus tributa est: ut quae ab eo acceperant in disputationem deducere nefas existimarent: quinetiam Interpellati ad reddendam causam hoc solum respondebant αυτοσ ἐφη Magnus honos sed scholatenus: illa urbium suffragiis tributa.

Pythagorae &c. Tanta ueneratio tributa est Pythagorae ab auditoribus. s. eius: ut existimarent nefas sup. esse: deducere in disputationem ea ꝙ acceperant ab eo. Quinetiam interpellati. i. requisiti ad reddendā causam: respondebant hoc solū: αυτοσ. i. ipse: εφη. i. dixit. Magnus honos sup. in ea re exhibitus est pythagorae. sed scholatenus. i. in schola dūtaxat: illa s. quae dicentur: tributa sunt suffragiis. i. uotis urbium.

## De eodem Pythagora. Ca.DCCCCXVIII.

Nixo Crotoniatae studio ab eo petierant ut senatum ipsorum qui mille hominum numero constabat consiliis suis uti pateretur: opulētis

ſimaq; ciuitas tam frequenter uenerati poſt mortem domum eius Cereris ſacrarium fecerũt:q; illa urbs uiguit & dea in hominis memoria & homo in deæ religione cultus eſt.

¶Enixo &c. Crotoniatæ populi illi italiæ petierant ab eo.ſ.pythagora: ſtudio enixo.i.accurato & laborato ac diligenti:ut pateretur ſenatũ ſpſo rum qui conſtabat numero mille hominum uti cõſiliis ſuis:& ciuitas opu lentiſſima.i.ipſi ciues opulentiſſimi:uenerati frequenter ſup.eum in uita: fecerunt domum eius uenerati frequenter poſt mortem ſacrariũ Cereris. q.ȝ.i.& quantum aut q̃diu illa urbs ſcilicet Croton uiguit:&.i.ſimul dea.ſ. Ceres ſup.culta eſt in memoria hominis.ſ.pythagoræ:& homo.ſ.pythagoras cultus eſt in religione deæ.

gerat ſapientia & integritate cenſuerit ſemp eius conſiliis utendum eſſe in ſenatu qd ab il lo ſummo ſtudio contenderunt:ut ſibi fieri li ceret.quis enim ſenatus corã nunc eroſus cẽt quippe mille hominum tamen uni tantũ pythagoræ tribuerunt ut eius conſiliis eorũ le natus plurimum ſuſtentari poſſe uideret:qa inter tot ſenatores nemo inueniretur: qui cũ illo in ſapientia & uirtute conferri poſſe uide retur:quare poſt eius mortem domum cereri conſecrarunt:ut eſſet in quo dea ſub homi nis illius memoria & homo ſub deæ religio ne coleretur.hoc autem fecerunt Crotoniatæ quia pythagoras prædicare conſueuerat domum philoſophantis eſſe ſacrariũ ſapientiæ & ueriſſimũ dei templum. Enixo ſtudio.

Vehementi & propenſo ſtudio. Crotoniatæ: Croton uel ut alii dicunt crotona:ſed teſte Oui. Croton dicitur:nam protulit genitiuum crotonis:nec inhoſpita tecta Crotonis.eſt autem ciuitas calabriæ quæ poſſeſſiuum ſiue primitiuum facit Crotoniata. Ciuitas uenerati. Sinthedis figura nota.licet enim ciuitas enunciatione fœminini generis ſit: ſignificatione tamen maſculinum habet incluſum. Domum eius cereris: Voluerunt illius domum eſſe cereris templum in quo dea cum pythagoræ memoria coleretur & pythagoras cum deæ religione ueneraretur. Croton.

## De Gorgia leontino. Ca.DCCCCXIX.

Gorgiæ uero leontino ſtudiis litterarum ætatis ſuæ cunctos præſtanti adeo ut primus in conuentu poſcere qua de re quiſq; audire uellet auſus ſit.uniuerſa græcia in templo delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit:cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet.

¶Gorgiæ &c. Vero.i.ſed:uniuerſa græcia poſuit Gorgiæ Leontino præſtanti.i.ſuperanti cunctos ſuæ ætatis ſtudiis litterarum adeo.i.in tantum: ut auſus ſit primus poſcere in conuentu.ſ.hominum de qua re quiſq; uellet audire quia de omni ſcibili diſputare potuit:poſuit dico, i templo Apollinis delphici ſtatuam ex ſolido auro cum collocaſſet ad id tempus:ſtatuas ſup.cæterorum.i.ſapientum aut philoſophorum:auratas ideſt auro incruſtatas & tectas.

Gorgiæ uero leontino: Non paruũ fuit quod obtigit Gorgiæ leontino pp ſummũ ei⁹ igeniũ ſingularẽ q.... ab uniuerſa græcia illi aurea ſtatua fuit i apollinis templo repoſita cũ ad id tempus nemini unq̃ contigiſſet qa omnibus argenteæ non aureæ ſtatuerentur Cicero de oratore libro.iii. Ipſe ille leontinus gorgias quo patrono ut Plato uoluit phõ ſuccubuit orator:quia aut nõ eſt uictus unq̃ a ſocrate neq; ſermo ille Platonis uerus eſt: aut ſi eſt uictus eloquentior uidelicet fuit & diſertior Socrates eſtuit tu appellas copioſior & melior oratorſed hic in illo Platonis libro de omni re quacunq; in deſcriptionem queſtionemq; reuocetur ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitetur ipſe princeps ex omnibus auſus eſt in conuentu poſcere qua de re quiſq; uellet audire:cui tantus honor habitus eſt ab uniuerſa græcia ſoli:ut ab omnibus delphis non aurata ſtatua ſed aurea ſtatueretur. Cunctos præſtanti:excellenti & ſuperanti omnes doctrina.dicimus autem præſto te & præſto tibi. Terẽ.dii immortales homini homo quid præſtat. Saluſt.omnes homines qui ſe ſtudent præſtare cæteris ani mantibus. In conuentu:in corona & congregatione hominum ſolido auro:integro non cauo ſed pleno.

## De amphiarao. Ca.DCCCCXX.

Eadem gens ſummo conſenſu ad amphiaraũ decorandum incubuit:locum i quo humatus eſt in formam conditionemq; templi redigendo. Atq; inde oracula capi inſtituendo:eius cineres idẽ honoris poſſident quod pythicæ cortinæ:quod aheno dodonæ:quod hamonis fonti datur.

¶Eadem gens.ſ.græcanica:incubuit.i.diligenteȝ quaſi toto pectore operam dedit:ſummo conſenſu ad decorandum amphiaraum .ſ.uatem:redigendo in formam & conditionem templi:locum i quo humatus eſt ab humo.ſ.abſorptus. Atq; inſtituendo oracula capi inde.i. ex eo templo & adtro:cineres eius poſſident idem honoris ideſt eundem honorem:quod datur cortinæ pythicæ.i.ſecreto antri delphici quod datur aheno.i.æreo ſimulacro in formam columbæ aut lebetis dodonæ ſyluæ e cuius tinnitu futura iudicabant:autem male legunt quidam Athenæ (ſed ut dixi)exemplari adiuſi:& quod datur fonti Hammonis.i.iouis arenarii:qui Baccho

Adem gens: Non minus ſtudioſa fuiſſe uidetur græcia in decorando amphiarao q̃ fuerat i Gorgia leontino:nam ex uniuerſæ græciæ decreto templum ibi cõſtitutum eſt ubi amphiaraus bello thebano ſubito terræ hiatu fuerat abſorptus cum armis & equo: & idem non aliter q̃ ex delphici Apollinis & iouis Hãmonis templis oracula petebantur.magnificum profecto quod obtigit amphiarao:ut in dandis reſponſis Apollini par foret & Hammoni: amphiarai nota eſt hyſtoria apud Statium.fuit autem uates clariſſim us & in

adolescentia ab argonautis acceptus qui dein de bello thebano cū montē ascendisset uisu rus quid ex eo bello uenturū esset argiuis inter caetera praeuidit se ex eo bello non reuersurū quare ut fata uitaret latebras quaesiuit ubi delitescens cū ab adrasto cogi nō posset: sed ab eriphile eius uxore quae capta monili argiae adrasti filiae & polinicis uxoris: quod olim Vulcanus hermione priuignae fabricauerat cupiditatem auri coniugis saluti ꝓposuit: indicatus & ad bellum ductus: quo primum die descendit ī campum facto repente maximo terrae motu telluris uoragine absorptus obiit. Humatus: sepultus & a terra deuoratus. Formam: quantum ad speciem & qualitatem templi. Conditionē: quantum ad dignitatem. Capi. ora: instituerunt praeterea ut eo templo deos consulturi atq; futura cogituri oracula peterent. Eius cineres: Cineres inquit amphiarai eundem honorem sunt consecuti: quem Apollo: quem iuppiter Hāmon quem dodona silua. Athenae dodoneae Dodona fuit epiri oppidum habens propinquum nemus ioui consecratum quernum totum in quo dabant responsa columbae. sunt qui dicant hoc nemus fuisse etiam palladi consecratum quorum sententiam sequitur nunc Valerius dicens athenas dodoneas propter palladem. fuit autem in eo nemore nobilis quercus ex quo praeciosissima uasa fiebant. unde Virgilius. Dodoneosq; lebetas dixit. Hāmonis fonti. ioui. Hāmoni nota est fabula quare dicatur iuppiter Hāmon idest arenarius: nā ea alio loco notauimus. hunc autem magnus Alexander patrem suum esse existimauit: cuius fons erat magnae uenerationis: licet simulachrum arietis formam referret.

per libyen exercitum ducenti cum siti pene deficerent: apparuit in arena sub specie arietis & ad fontem perduxit: ubi extructo templo responsa dedit ad quem etiam Alexander magnus qui se Hāmonis filium mentiebatur peruenit: ab illius sacerdotibus adulanter exceptus: ut perq̄ graphice in Rapsodia sua descripsit Sabellicus.

## De Pherenice. Ca. DCCCCXXI.

PHerenices quoq; non uulgaris honos cui soli omnium foeminarum gymnico spectaculo interesse permissum est: cum ad olympia filium Euclea certamen ingressum adduxisset Olympionico patre genita fratribus eandem palmam assecutis latera eius cingentibus.

¶ Pherenices &c. Honos quoq; Pherenices: mulieris graecanicae (Oliuerius legit Beronices: sed in melioribus exemplaribus Pherenices legiē: Beronice autem iudicio Plynii fortunatissima fuit in terris mulier: utpote regina: regis filia uxor & mater: de qua hic non loquitur Scienus autē a nice deducta ni producere: unde penultima acuetur) sup. fuit non uulgaris cui soli omnium foeminarū permissum est interesse spectaculo gymnico. i. agonis & exercitii utilis: cum adduxisset ad Olympia idest olympica certamina: Euclea filium. s. suum: ingressum certamen. s. olympicum: genita patre Olympionico idest qui in olympiis uicerat: & fratribus assecutis idest qui obtinuerant eādem palmam: hoc est olympicā: cingētibus latera eius.

PHerenices: Apud graecos mulieri silicebat olympicis ludis & certaminibus interesse: & recte quidē ubi homines nudi plaerūq; certarent a mulieribus ob pudicitiam non spectandi quē morē Statius primo thebaidos per transitū tangit cū dicit exclusaeq; expectant praemia matres: quod igiē nulli unq̄ mulieri concessum fuerat datū est berenici mulieri: ut olympico certamini cum filio & fratribus posset interesse: nec imerito quippe: quae patrem: q̄ filium: q̄ fratres in eo certamine saepe uictores & gloriosam inde palmam referentes haberet. Beronice: Alia est beronice de qua suo loco dicemus in capitulo de ultione. Gymnico spectaculo: olympico certamini in quo nudi homines se palestra exercebant: ubi mulierib9 interesse non licebat. Euclea: filiū suum: quez cum ad certamē illud adduxisset ipsi quoq; aditus ad spectandū certamē patuit. Olympionica uel ut aliī dicunt olympionico patre genita: idest quae nata erat ex patre saepe uictore olympici certaminis. non enī patris ꝓprium est nomen sed a uictoria certaminis illius ita denominatus. Olympionicus enim is dicitur qui in olympico certamine uicit: nam ΝΙΚΗ graece latine dicitur uictoria. Fratribus eius latera cin. Circundata geminis fratribus eius certaminis saepe uictoribus: non mirum igitur si ei soli concessum fuit spectare ludos cum illorum palma suorum quasi haereditaria fuisse uideatur.

Explicat liber octauus.

Incipit liber nonus.

## Valerii maximi Liber nonus.

BLandum etiam malum luxuria: quam accusare aliquanto facilius est q̄ uitare: operi nostro inseratur: non quidem ut ullum honorem recipiat sed ut scipsam recognoscens ad poenitentiam impelli possit. Iungatur illi libido quoniam ex iisdem uitiorum principiis oritur: neq; aut a repraehēsione aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexę.

BLandum etiam malum. Nonus & ultimus liber in cuius principio agiē de luxuria atq; libidine: q̄ uitia cum turpissima sint magis uidebantur silentio ꝓtermittenda q̄ inter clarissima uirtutum exēpla cōmemoranda: ne hac una ratione quodammodo honestari crederentur quare Valerius hac breui praefatione sui consilii rationem ostendit: ut dicat se ideo uelle de luxuria atq; libidine hoc loco praecurrere non ut commemoratione sua honoris quicq̄ recipiant: sed ut oculis hominum eorum turpitudine subiectas illas temperati & fru-

At campana luxuria p̄q̄ utilis ciuitati nostræ fuit:Inuictum.n.armis hannibalem illecebris suis complexa uincēdum romano militi tribuit:illa uigilantissimum ducem illa exercitum acerrimū dapibus largis abundanti uino:unguentorum fragrātia ueneris usu lasciuiore ad sōnum & delitias euocauit:ac tum demum fracta & contusa punica feritas est cum Seplasia ei & Albana castra esse cœperunt. Quid ergo his uitiis fœdius? Quid etiam damnosius? quibus uirtus atteritur.uictoriæ elāguescunt:sopita gloria in infamiam conuertitur:animiq; pariter & corporis uires expugnantur adeo ut nescias ab hostibus ne an ab illis capi perniciosius habendum sit.

¶ At.i.sed luxuria campana in qua elanguit uirtus hannibalis: fuit perq̄ idest ualde utilis ciuitati nostræ idest romanæ Enim idest quia ipsa complexa suis illecebris idest oblectamentis: Hannibalem scilicet pœnorum ducem inuictum armis:tribuit sup.eum uincendum militi Romano: ut apud Nolam & postea in aphrica illuc reuocatum:illa scilicet luxuria campana euocauit dapibus largis:a uino abundanti fragrantia idest odoriferentia:unguentorum:usu ueneris idest coitus lasciuiore scilicet q̄ natura requirat:ducem uigilantissimum scilicet prius utpote hannibalem & exercitum scilicet eius acerrimum scilicet prius:ad somnum & delicias:ac feritas punica est fracta & conuicta tum demum:cum castra cœperunt esse ei Sephlasia & albana idest unguentata & meretricio ueneno.imbuta in Sephlasia & Albana regionibus capuæ urbis.quod potius dicam q̄ ut de albæ ciuitatis luxu intelligam.Nam plateæ & portæ denominari solent aut ab inquilinis.alterius urbis aut q᷑ ea ad eam urbem iter fiat. Ego cuz sic elanguerit dux talis cum tali exercitu:quid sup.est fœdius his uiciis.s.luxuriæ & libidinis? Quid etiam damnosius.q.d.nihil utpote quibus uirtus atteritur.i.absumitur paulatim:uictoriæ elanguescunt.i.tepescēdo pereunt: & gloria sopita.i.cooperta ut ignis sopitur cineribus conuertitur in infamiā: & uires animi pariter & corporis expugnantur.i.uincuntur:adeo

At campana luxuria:post cannēsem cladem satis constat capua tuz luxuriante longa felicitate ac indulgētia fortunæ & maxime inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis:ad hannibalem cum romanorum insultatione defecisse:ad quam cum appetēte hyeme hannibal exercitum in hiberna deduxisset:partemq; hyemis maiorem illum in tectis habuisset:aduersus omnia mala diu sæpeq; durantem bonis inexpertum atq; insuetum militem hac una hibernatione perdidit: nam quem nulla uis mali uicerat:nimia bōa & immodicæ uoluptates perdidere & eo impensius quo auidius ex adolescentia in eas immerserant.Somnus.n.& uinum & epulæ & scorta lineaq; & ocium consuetudine in dies blandius ita eneruarunt corpora aioſq; ut magis deinde uictoriæ præteritæ eos q̄ præsentes tutarentur uires:malusq; id peccatum ducis apud peritos artium militariū habetur:q̄ q᷑ non ex cannensi acie protinus ad urbem romanam duxisset.illa.n.cunctatio distulisse modo uictoriam uideri potuit:hic error uires ademisse ad uincendum.Itaq; uelut si cum alio exercitu a capua exiret:nihil usq̄ pristinæ disciplinæ tenuit. nam & redierunt plærisq; scortis impliciti & ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt uiaq; & alios labor militaris excepit:tyronum modo corporibus armisq; deficiebant & deinde per omne æstiuorum tempus magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur:neq; aliæ latebræ q̄ capua desertoribus erant. Seneca ad lucilium epistola.L.Quomodo cuiq; potest.de hac luxuria campana una hiberna inquit hannibalem soluerunt: & indomitum illum niuibus atq; alpibus uirum eneruare campaniæ fomenta:armis inuictus uitiis uictus est:nam paulo supra de locis illis uoluptuosis ita tradit:quemadmodum inter tortores habitare nolim:sic nec inter popinas quidem uidere ebrios per littora errantes: & comessationes nauigantium.& simphoniarum cantibus strepentes lacus & alia quæ uelut solu

Valerius maximus

i.in tantum ut nescias an habendum.i.censendum sit perniciosius capi ab hostibus an ab illis.s.dictis uitiis.

ta legibus luxuria non tantum peccat sed publicat. Illecebris suis cõplexa. Quae suis uoluptatibus:quibus abundat hannibalem cõprehendit.nam capua prona semper ciuitas in luxuriam fuit:non ingeniorum modo uicio:sed affluenti copia uoluptatum & illecebris omnis amoenitatis maritimae terrestrisqꝫ.& tunc licentia tantopere lasciuiebat:ut nec libidini:nec sumptibus modus esset:quod Liuius hannibali capuae.Qu.Curtius Alexandro babiloniae accidisse dicit.Fragrantia : Odore:est.n.substantiuum.Fracta & contusa fentas: Ut facile deinde uinci potuerit:quae ad id tempus fuerat inuicta & indomita.primus autem marcellus illam uinci posse docuit apud nolam.ubi hannibalis exercitum fudit atqꝫ fugauit : Tum seplasia Alii habent sclapsa:est autem platea capuae:sic appellata:in qua myropolae hoc est unguentarii soliti sunt negociari. Cuius Cicero meminit in oratione contra.C.pisonem:ubi de lege agraria disputat:& testimonio Cice.seplasia dicta est q̃uis sclapsia dicatur a ualerio sed id fortasse factum est errore uel imperitia librariorum. Albana castra Mollia & effoeminata: constat.n.albanos fuisse molliores:& albae magnus fuit usus unguẽtorum:ergo castra poenorũ facta sunt albana. Quid his ergo uitiis foedi. Concludit hanc particulam:ostendens nihil inueniri posse turpius:nihil perniciosius luxuria atqꝫ libidine:quibus uirtutes non offuscantur modo sed penitus tolluntur. Sopita gloria: Per haec uitia omnis rerum gestarum gloria parta extinguitur:infamia accenditur:incommoda & mala multa subsequuntur. Adeo ut nefas Ab hostibus capi turpe est sed a uoluptatibus & luxuria multo foedius ac etiam &c.

## De Volsciniensibus Cap.DCCCCXXXII.

QVae etiam Volsciniensium urbem grauibus & erubescendis cladibus implicarunt Erat opulẽta:erat moribus & legibus ornata:Hetruriae caput habebatur:sed postq̃ luxuria prolapsa est:in profundum iniuriarum & turpitudinis decidit:ut seruorum se insolentissimę dominationi subiiceret:qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi:mox & uniuersam rempub.occupauerunt:testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant:conuiuia coetusqꝫ ingenuorum fieri uetabant:filias dominorum in matrimonium ducebant.postremo lege sanxerunt ut stupra sua in uiduis pariter atqꝫ nuptis impunita essent:ac nequa uirgo ingenuo nuberet cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis, dilibasset.

QVae etiam Volsciniensium.L.Florus li.i.Postremi italicorum in fide manfere:uolscini opulentissimi hetruscorum implorantes opem aduersus seruos quõdam suos qui libertatem a dominis datam in ipsos erexerant:translataqꝫ in se repu.dominabantur:sed hi quoqꝫ duce Fabio gurgite poenas dederunt:nam uolscini quoad ciuitates leges iuraqꝫ seruarunt: parsimoniaeqꝫ & frugalitati opera dederunt hetruriae principatum facile obtinuerunt:postq̃ uero luxuriae atqꝫ libidini obnoxii facti sunt sensim labente disciplina ueteris modestiae non solum imperium sed etiam libertatem amiserũt:& qđ foedius est:in seruorum suorum potestatem superbissi.namqꝫ dominationem inciderunt a quibus ea passi sunt:quae uix i ipsis seruis toleranda forent: Sed a senatu duce fabio liberati sunt. Haetruriae caput: Tria capita hetruriae antiqui esse uoluerunt: Aretium : Perusium: & Volscinium. Lege sanxerunt Lege cõfirmarunt:ut impune quis posset cum uidua cũqꝫ nupta stupra cõmittere. Ac ne qua uirgo: Sed multo detestabilius:ut omnis uirginitatis delibatores essent Delibassent:ut ipsi priores cum uirgine nupta coirent: & uirginitatis florem ipsi colligerent.

Quae.s.uitia dicta hoc est luxuria & libido implicauerunt etiam urbeꝫ uolsciniensem qui sunt populi hetruriae cladibus grauibus & erubescendis i.turpibus tam in se q̃ in origine sua Sup.ea aut eorum urbs erat opulenta:erat ornata moribus & legibus habebatur.i.aestimabat caput hetruriae sed postq̃ prolapsa est luxuria.i. per luxuriam ipsa decidit in profundum iniuriarum & turpitudinis.i.facta est obnoxia omni iniuriae & turpitudini:ita sup.ut subiiceret se dominationi.i.tyrãnidi seruorum.s.suorum insolentissimae.i.superbissimae & intolerabilissimae:quia nihil impotentius aut insolentius seruo cum regnare coeperit. Qui.s.serui ausi primum admodum.i.ualde pauci intrare ordinem senatorium i.effici senatores mox.i.paulo post ut.i.postq̃ occupauerunt uniuersam rempublicam iubebant testamenta scribi ad arbitrium suum uetabant conuiuia & coetus.i.congregationes ingenuorum.i.non seruorum fieri.s.in urbe nequa conspiratio fieret in eos:ducebant in matrimonium filias dominorum:postremo sanxerunt.i.constituerunt tanq̃ rem sanctam lege:ut stupra sua pariter in uiduis atqꝫ in nuptis essent impunita:ac nequa uirgo nuberet ingenuo.i.libero & liberis parentibus nato:cuius castitatem aliquis ex numero ipsorum.s.seruorum:non delibasset.i.defloraſſet ante.i.priusq̃ ingenuo nuberet.

## De Xerse Capitulum.DCCCCXXXIII.

AGe Xerses opum Regiarum ostentatione eximia eo usqꝫ luxuria gaudens ut edicto p̃miũ ei proponeret:qui nouum uoluptatis genus reperisset:q̃ta dum deliciis nimiis capitur amplissimi imperii ruina euasit?

AGe Xerses. Cice.tusculanarum quaestionum li.v.siue quaestio.v. Xerses inquit refectus omnib9 praemiis donisqꝫ fortunae non equitatu:non pedestribus copiis:non nauium multitudine:non infinito pondere auri contentus praemium proposuit qui inuenisset nouam uoluptatem qua ipse ñ fuit contentus.nec.n.finem unq̃ inueniet libido.dum igitur libidini & uoluptatibus intẽtus est:eas cum imperio pariter amisit. Ostẽ

¶ Age(adhortandi particula)Xerxes.s.rex persarum omniũ opulẽtissimus gaudens eximia ostentatione opum.i.facultatum & diuitiarum regiarum eo usq;.i.in tantum luxuria.i.per luxuriam(Nam ut dixi:luxuria non tantum in libidine sed in omni luxu.i.superfluorerum sumptu est)ut proponeret edicto.i.publico mandato facto praemium ei qui reperisset nouum genus uoluptatis.Quanta.i.o quanta ruina imperii amplissimi euasit.i.uix elapsus est dum capitur nimiis deliciis.quasi dicat maxima.

## De Antiocho Rege Syriæ.Ca.DCCCCXXXIIII.

ANtiochus quoq; Syriæ rex nihilo continentioris exempli:cuius cæcam & amentem luxuriã exercitus imitatus magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit:argenteaq; uasa ad usum culinæ cõparauit:& tabernacula textilibus sigillis adornata statuit:auaro potius hosti prędа optabilis q̃ ulla ad uincendum strenuo mora.

¶ Antiochus quoq; rex Syriæ sup.est exempli nihilo id est in nullo continentioris.i.minus luxuriosi:hoc est æque luxuriosi.cuius luxuriam cæcam & pro.i.amentem exercitus sup.eius imitatus ex.i.pro magna parte: habuit clauos aureos subiectos crepidis.i.calceamentis suis.& comparauit uasa argentea ad usum culinæ.i.ut dicunt coquinæ:& statuit tabernacula.i.tentoria adornata sigillis.i.paruis signis:textilibus.i.intertextis ex auro & argento:more auleorum sumptuosorum:existens potius præda optabilis hosti auaro:q̃ ulla mora sup.hosti strenuo ad uincendum.i.q exercitus aptior erat ad inuitandum hostem ueluti ad prædam : q̃ ad terrendũ a uictoria nimia mora.

tatione eximia.Plurimum ostentabat regias opes suas:sed tantopere luxuria lætabatur: ut luxuriosis hominibus nouum uoluptatis genus excogitantibus præmia daret. Quanta ruina:Quasi dicat ingenti quippe qui classem prope incredibilem & exercitum numerosum quibus neptuno iouiq; cathenas iponere minabatur:breui tempore cum ipso pro pe imperio amisit.

ANtiochus quoq;:Hannibal i aphrica uictus ad Antiochum in asiã cõfugit:& pacis impatiens hostem po.Ro.toto orbe quærebat:qua non prius destitit:q̃ Antiochum ad bellum aduersus Romanos concitauit:Antiochus suis opibus & nomine regio fretus non dubitauit bellũ mouere:Itaq; parato exercitu:cuius pars maior aureos clauos crepidus subiectos habebat: argentea uasa pro fictilibus ad usum culinæ: multaq; alia superflua & luxuriosa gestabat illum euismodi insignibus aureis & argẽteis florentem:currus quoq; falcatos & elephantos cum turribus:equitatumq; frenis monilibus ac faleris præfulgentem cum hannibali ostentasset:quæsiuit ex eo nunquid ea satis essent Romanis:de uiribus & numero militum dicens:tum hãnibal utpote callidus imperator satis inquit erunt Romãis q̃uis auarissimi sint:illius aurum & ornamenta militũ significans.hic ergo statim occupatis insulis græcisq; littoribus bellum intulit po.Ro.& tanq̃ uictor ocia luxusq; agitabat:in euboea iuxta euripum positis castris:aureis sericisq; tentoriis:sub ipso freti murmure:cum inter fluenta:tibiis fidibusq; concineret:collatis undiq; q̃uis per hiemem rosis ne cũ aliquo ducum genere agere uideretur uirginum puerorumq; delectus habebatur. Talem ergo regem iam luxuria debellatum po.Ro.primo Atilio glabrione consule deinde Scipione Asiatico cum fratre Aphricano legato ducibus facile superauit:hic rex incredibile dictu quibus auxiliis:quibus copiis consederat trecenta milia peditum:equitum falcatorumq; curruum non minor numerus:elephantis ad hoc immensæ magnitudinis auro:purpura:argento:& suo ebore fulgentib9 aciem utriusq; uallauerant.Ad usum culinæ:si ad usum mensæ habuisset tolerabilius fuisset.Tabernacula textilibus sigil.adornata:Tentoria pictis auleis exornata.Textilibus sigillis:purpureis imaginibus intertextis:uel auleis in quibus erant imagines intextæ:nam signum significat imaginem cuius diminutiuum est sigillum.Ulla ad uincendum mora.Ornamenta illa potuissent irritare auarum hostem ad pugnam:at uiro forti qui semper pugnæ paratus est nullam moram facere potuissent ad uictoriam:quia non spe prædæ:sed gloriæ consequendæ gratia pugnat uir fortis.

## De Ptolemæo rege ægypti.Ca.DCCCCXXXV.

IAm Ptolemæus rex accessione uitiorum suorũ uixit:Ideoq; Physcon appellatus:cuius nequitia quid nequius?Sororem natu maiorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit:postea deinde filia eius per uim stuprata ipsam dimisit:ut uacuum locum nuptiis puellæ faceret.

¶ Iam(Continuatiua particula)Ptolemæus rex.s.Aegypti:uixit.i.creuit sup.eum:accessione.i.incremento uitiorum suorum aut uixit accessione.i.propter accessionem idest incrementum uitiorum suorum:quia tantam uoluptatem ex eis capiebat q suauius sibi ex eis uiuere uideretur.Ideoq;.i.& ideo appellatus est physcon uel a φυσιοσ i.i.superbia & inflatione . uel ab eo quod est φυσ(ξοοσ.i.uiuificans uitam producens.Cuius ne

IAm ptolæmeus rex: Hic fuit Ptolemæus euergetes secundus qui teste strabone li.xvii. phiscon dictus fuit:nam a primo euergete qui tertius post Alexandrum imperauit ægypto:tum ipsi etiã omnes uixerunt usq; ad eum Ptolemæum q pompeium interemit:in quo genus & imperium Ptolemæorum qui lagidæ dicti sunt euersum penitus:& extinctum fuit: hic ergo euergetes secundus teste Iustino lib.xxx.omnes suos crudelitate & luxuria superauit:quippe qui regno per parricidiũ obtẽto ad utriusq; parentis necem fratris quoq; cædem adiunxit:& his rebus ueluti fœliciter gestis luxuriæ sese tradidit:quem omnis secuta est regio:quæ breui tempore militiæ studiis depositis ocio atq; desidia corrupta marcescebat hic reuolutus in omnem luxum occisa Euridice uxore eademq; sorore sua Agathocleæ meretricis capit illecebris:atq; ita omnia ma

gnitudine nominis ac maiestatis oblitus no/ctes in stupris:dies in conuiuiis:consumit:adduntur instrumenta luxuriæ tympana & tripudia:nec iam spectatur rex sed magister nequitiæ neruorum oblectamenta modulatur: hæc primo labentis regiæ tacita pestis & occulta mala fuere:deinde crescente licentia: iã

quitia id est luxuria:quid nequius.i.luxuriosius & magis perditum;q.d.nihil.quia coegit sororem maiorem natu.i.grandiorem e duabus nuptam fratri cõi.s.sibi & illi:nubere sibi deinde filia eius.s.sororis ex cõi fratre : stu/prata.s.a se:per uim:dimisit postea ipsam.s.sororem suam matrem stupratæ:ut faceret nuptiis puellæ locum uacuum:quia non licebat filiam & matrem habere couxores.

nec a parietibus regiæ domus contineri meretricis audacia potest.quam proteruiorem sociata cum agathocle fratre ambitiosæ pulchritudinis scortorquotidiana regis stupra faciebant.Accedebat & mater Euanthe quæ geminæ sobolis illecebris deuinctum regem tenebat:itaq; non contentæ rege iam etiam regnum possident:iam in publico uisuntur:iam salutãtur:iam comitantur Agathocles regis lateri iunctus ciuitatem regebat:tribunatus præfecturas & ducatus mulieres ordinabant:nec quisq̃ in regno suo minus q̃ ipse rex poterat:cum interim relicto quinquẽni ex eudice sorore filio moritur.Accessio.Augmentum.Phyton appellatus.Quasi serpens hoc est crudelis & imitis.Strabo dicit non Phytonem sed Phy/sconem fuisse appellatum.

## De populo ægypti.Ca.DCCCCXXXVI.

Consentaneus igitur regibus suis gentis ægy/ptiæ populus qui ductu Archelai aduersus aulum gabinium mœnibus urbis egressus :cũ castra uallo atq; fossa cingere iuberet:uniuersus succlama/uit ut id opus publica pecunia faciendum locaretur quapropter deliciis tam eneruces animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

¶Consentaneus &c.Igitur qa mẽbra caput fere sequũt:& populus pricipes ac prælatos suos populus gentis ægyptiæ:consentaneus sup.fuit regibus suis:qui egressus mœnibus urbis.i.sc ductu Archelai.s.regis substituti ob beronicem coniugem & regis filiam ac sororem aduersus Aulum Gabinium:qui suffragio Pompeii magni Ptolemæum reducendum in regnum receperat:cum scilicet Archelaus iuberet:aut potius populus egres/sus iuberetur ab Archelao cingere castra uallo atq; fossa succlamauit uniuersus ut id opus locaretur faciendum pecunia publica. Quapropter ani mi.s.ægyptiorum tam eneruces.i.effracti deliciis non potuerũt sustinere spiritum idest acrimoniam exercitus nostri idest Romani:quia cum duce suo fere omnes occisi sunt.

Consentaneus : ptolemæus Auletes ultimæ cleopatræ reginæ pater:propter intoleranda flagitia ab Alexandrinis eiectus Romam confugit & a Pom/peio susceptus senatuiq; commendatus supliciter petiit ut in regnum restitueretur : de qua re sæpius agitatum est in senatu multis eam restitutionem expetentibus quia gloriosum esse uideretur regem habere clientẽ:nã qui eum restituisset eius patronus dicebatur quare multi eam principes summa ambitione deposcebant inter cæteros lentulus atq; Pompeius teste Cice.lib.i.epistolarum familiarium:Sed hæc restitutionis prouincia a Põpeio magis demandata q̃ a senatu decreta ẽ Aulo Gabinio qui cum regem reduceret. Archelaus quẽ sibi Beronice regina huius ptolemæi filia natu maior:quam Alexãdrini eiecto patre reginam constituerant uirum con/iunxerat:cum exercitu aduersus eum profectus est:& positus extra mœnia castris cum ea fossa & uallo cingi iuberet effœminat⁹ populus & luxuria perditus magna uoce succlamauit ut ea prætio facienda locaret qua uoce docuit Archelaus facile intelligere quid ẽẽ tali exercitu sibi de uictoria sperandum eẽt: ex quo facile euenit ut cum toto exercitu cæderetur regina quoq; interempta fuit & Ptolemæus pater in regnum restitutus:Archelai corpus.M.Antonius qui tunc sub Gabinio militabat diligenter conquisitum regio funere cremandum ho/nestandumq; curauit ut legitur in uita.M.Antonii.Tam eneruces: Tam effœminati & molles.

## De Cypriis. Ca.DCCCCXXXVII.

Sed tamen effœminatior multitudo Cypriorũ qui reginas suas mulierum corporibus ue/lut gradibus constructis quo mollius uestigia pedum ponerent currus conscendere æquo animo sustinebant.uiris enim si modo uiri erant uita carere q̃ tam delicato imperio obtemperare satius fuit.Hæc est societas uiciorum lasciui uultus & nouę cupiditati inhærentium oculorum ac delicato uultu affluctis perq; uarios illecebrarum motus uolitantis animi.

Sed tamen effœminatior:Cyprus insula inter alias orbis terrarum insulas famosissima diuitiis semp abundans & luxui plurimum dedica:ut eam ueneri sacram dicat esse florus:inter alias delicias illud quoq; seruat q regínæ currus ascensuræ gradus sibi faciant ex mulierum corporibus quo pedes earum mollius sustententur : quid hoc delicatius quid illius prouinciæ uiris turpius:qui tam delicato mulierum im/perio parere non recusant quibus honestior mors esset q̃ tam luxuriosum imperiũ.Effœminatior:Licet intolerabiles sint ægyptiorũ regum libidines:Cypriorum tamen multo intolerabiliores .Multitudo:bene multitudinẽ appellauit non populum quasi inconditam fœminarum turbam.Velut gradibus: Subiectis sibi ancillis siue aliarum mulierum cor/poribus per ea tanq̃ per scalarũ gradus currus ascendebant.Hæc societas uitiorũ:Ostẽ

¶Sed tamen:hoc est licet eneruces deliciis fuerunt ægyptii:multitudo Cypriorum sup.fuit effœminatior.i.mollior & minus uirilis : qui sustinebant

æquo animo reginas suas conscendere currus corporibus mulierũ in for mam graduum dispositarum:ut prima primum gradum:secunda secundũ & ita deinceps facerent.quo.i.ideo ut:sup.reginæ ponerent uestigia pedũ mollius.s.super corpora q̃ super gradus scalares aut super scabella. Probat q̄ effeminatior fuit enim.i.quia:satius.i.eligibilius fuit uiris:si modo erãt uiri(q.d.corpore quidem uiri sed animo erant fœminæ)carere uita: q̃ obtemperare.i.inseruire imperio tam delicato. Hæc.i.huiusmodi sup.est societas uitiorum.s.dictorũ luxuriæ & libidinis:utpote societas lascivi uultus & oculorum inhærentium.i.infixorum nouæ cupiditati & animi affluentis delicato uultu:& uolitantis per uarios motus illecebrarum.Hoc ē ubi luxuria & libido regnãt:adsunt tanq̃ comites uultus lasciuus:oculi petulci & cupidi:& animi delicati atq; illecebrosi:hæc autem addit ut ex contrariis transitum faceret:addit enim.

dit quid sit luxuria atq; libido.Lasciui uult9 Ad lasciuam speciem attinet:est enim lasciui uultus genitiui casus. Oculorum inhærentiũ Oculorum spectantium semper nouas cupiditates.Animi affluentis Abundantis molli apparatu & per multas uoluptates discurrẽtis ut cum una oblata fuerit altera statim excogitetur & dum semper in exquirendis illecebris mens intenta est nunq̃ conquiescat.

De Crudelitate. Titu.II.

CRudelitatis uero horridus habitus truculenta species:uiolenti spiritus:uox terribilis:omnia minis & cruentis imperiis referta cui silẽtium donare incrementum est adiicere.Etenim quem modũ sibi ipsa statuet sine sugillationis quidem frenis fuerit reuocata? Ad summam cum penes illam sit timeri penes nos sit odisse.

¶Crudelitatis &c.Vero.i.sed.q.d.econtrario.habitus.i.disposito uultus crudelitatis.i.hominis crudelis.est sup.horridus id est asper & dirus aspectu:species.i.protractio colorum est truculenta.i. atrox spiritus sup. sunt uiolẽti:uox sup.est terribilis:omnia sup.eius dicta & facta sunt referta minis & imperiis cruentis.i.ad cruoris effusionem pertinentibus : cui donare silentium.i.nihil de ea dicere:hoc est eam non reprahendere : est adiicere incrementum:quia si neq; dicto:neq; facto resisteretur crudelibus crudeliores efficerentur.Etenim.i.nam certe quem modum.i.mensuram aut finẽ ipsa statuet sibi(si ne quidem.i.non saltẽ fuerit reuocata.s.ab impetu suo: frenis sugillationis.i.timore denigrationis famæ & increpationis?q.d.nullum Ad summam.i.ut summatim loquar & semel o nota dicam:cum penes illam.i.in potestate illius.s.crudelitatis sit timeri:Odisse.i.odio prosequi sit penes nos idest in potestate nostra:sed ut Cice.docet durare non potest quem multi oderint:& pessimus diuturnitatis custos est metus.

De Crudelitate. Titu.II.

CRudelitatis:q̃ sit detestanda crudelitas ex ipsius descriptione colligitur.Sed aduersatiua coniunctio uero au ui pertinet ut cum superiori coniungatur capitulum.Horridus habitus:Aspera forma.Truculenta species:Crudelis aspectus: nam crudeles semper in uultu feritatem quãdam præ se ferunt.Cui silentium:Tacere inquit de crudelitate est ipsam crudelitatem augere quæ nullum sæuiendi sibi faciet modũ nisi uituperatiõis freno fuerit repressa:æquũ igitur est ut de illa dicamus & dicendo uituperemus:uituperando reprimamus. Sugillationis:Notationis & infamiæ:nam nisi uituperetur contineri aut refrenari non poterit impunitatem sortita cum naturaliter sit efferata & uiolenta.Penes illam sit timeri:Crudeles semper timeri uolunt quos semper odisse solemus iuxta illud tragicum : oderint dum metuant.

De Lucio Sylla.Ca.DCCCCXXXVIII.

LVcius Sylla quem neq; laudare neq; uituperare quisq̃ satis digne potest:quia dũ quæsiit uictoriam Scipionem se populo Ro.dũ exercuit hannibalem repræsentauit:egregie namq; auctoritate nobilitatis defensa crudeliter totam urbem:atq; omnes Italiæ partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit.Quattuor legiones contrariæ partis fidem suam secutas in publica uilla quæ i martio campo erat:nequicq̃ fallacis dextræ misericordiam implorantes obtruncari iussit quarum lamentabiles queritatus trepidæ ciuitatis aures receperũt:lacerata ferro corpora tyberis impatiẽs tanti oneris cruẽtatis aquis uehere coactus est.

¶Quinq; milia prænestinorũ spe salutis per.P.Cethegum data extra mœnia municipii euocata cum abiectis

LVcius Sylla:Cice.lib.de finibus bonorum & malorum dicit.L. Syllã trium pestiferorum uitiorum fuisse n agitrum luxuriæ:auaritiæ:& crudelitatis: crudelitate uero cunctos superasse:nam quãta in ciues:quanta in socios:quanta in omnes factionis aduersæ crudelitate usus fuerit & hic & in eius uita cognoscere possum9 Neq; laudare:Si eius uirtutes & res clarissime gestas laudem ingentem:si uitia & crudelitatis exempla respexeris uituperationem maximam meruisse uidebitur:nam in uictoriis Scipioni:in crudelitate hannibali parem inuenies.Egregiæ nobilitatis:Marius plebẽ: Syllam senatum & nobilitatem defendebat: & hinc diuersis studiis propter mitridaticam prouinciam in ciuile bellum exarserunt:i quo superiore Sylla non solum urbem Romanã sed totam Italiam crudelitate repleuit : nam præter hæc quæ infra referuntur apud sacriportum apud collinam.lxx.amplius milia sylla concidit:teste.L.floro.Quattuor legiones. Florus dicit fuisse tantẽmodo quattuor hominum milia.Pli.de ui.illu.nouem milia . In

armis humi corpora prostrauissent:interficienda protinusq̃ per agros dispergenda curauit. Quattuor milia & Dcc. dirę proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas rettulit:uidelicet ne memoria tam praeclarę rei dilueretur. Nec contentus in eos sæuire:qui armis a se dissenserant:etiam quieti animi ciues propter pecuniæ magnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit. Aduersus mulieres quoq̃ gladios distrinxit:quasi parum cædibus uirorũ satiatus. Id quoq̃ inexplebilis feritatis indicium:abscissa miserorum capita mõ nõ uultum ac spiritum retinentiã cõspectũ suũ afferri uoluit:ut oculis illa:qa ore nefas erat mãdaret.

¶Quã porro se crudeliter in. M. mario prętore gessit? quem per ora uulgi ad sepulchrum luctatiæ gentis pertractum non prius uita priuauit q̃ oculos infœlicis erueret & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi uerisimilia narrare uideor: At ille etiam. M. plectorium q̃ ad eius supplicium exanimis ceciderat:continuo ibi mactauit:nouus punitor misericordię:apud quem iniquo animo scelus intueri scelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit minime. Nam. C. Marii cuius etsi postea hostis:quęstor tamen aliqñdo fuerat erutos cineres in Anienis alueum sparsit. Ex qbus actis felicitatis nomẽ afferendum putauit.

publica uilla. Omnis domus extra urbẽ uel oppidum aut castellum dicitur uilla hoc est in agris posita:sed in campo martio fuit domus constructa quae publica uilla dicebatur Fallacis dextrae. Quia in fidem eos acceperat:impunitatemq̃ promiserat. Lamentabiles quiritatus: Querelas lamentabiles quae tantae erant ut campo martio exaudirentur i urbe. Lacerata ferro corpora: Non satis habuit in uiuos ad necem usq̃ sæuire nisi etiã in mortuos crudelitate uteretur:quorum cadauera piscibus deuoranda in tyberim deiici iussit.

¶Quinq̃ milia praenestinorũ. Alia par superiori crudelitas praenestini qui iuniorem Marium receperant cum. A. cethego Syllæ praefecto obsiderentur sponte in deditionem fide data uenerunt:quos omnes extra mœnia euocatos humiq̃ prostratos iussit occidi & eorum corpora spargi per agros. Quattuor milia & septingentos: Ne tanti facinoris memoria posset aboleri:proscriptorum nomina qui iugulati fuissent in publicas tabulas referri uoluit:res certe memoranda nouis annalibus atq̃ recenti historia. Tam praeclarae rei: Hironia est ac si diceret. Detestandae. Dilueretur:solueretur aboleretur. Nec contentus in eos. Ac si diceret tolerabilius uidebatur in hostes aut inimicos sæuire. id enim ulciscendi gratia factum uideri posset: inquietos uero atq̃ pacificos sed diuites id non solum crudele sed etiam auarum: & propterea Cicero recte dicit trium perniciosorum uitiorum fuisse magistrum:luxuriae:auariciae: & crudelitatis. Quieti animi:qui huic bello se immiscere noluerant & neutram partem seq.

**Nomenclator.** Per nomenclatorem Nomenclator dicitur q nomina ciuium tenens ea principibus per urbem incedentibus subiiciebat ut unumquẽq̃ nominatim salutarent. his enim artibus principes ciuium gratiam inire studebant:p hos igitur nomenclatores Sylla diuitum nomina edoctus proscribebat eos. Aduersus mulieres quoq̃: Hoc quoq̃ ad crudelitatis augmẽtũ in fœminas usq̃ sæuire quod semper uiro forti turpissimum est adiudicatũ. Id quoq̃ inexplebilis feritatis: alii habent inexpiabilis. Crudelitas plusq̃ punicam uoluptatem ex contemplandis cæsorum capitibus mirificam capere:quae si licuisset non oculis tantum:sed ore quoq̃ deuorasset:scipionis norbani aliorumq̃ multorum ad se delata capita in eius atrio iussit affigi:unde domus eius officina crudelitatis est appellata.

¶Quã porro crudeliter in. M. marium: tantopere crudelitate delectabatur ut exquisito supplicii genere. M. marium praetorem affici uoluerit:quẽ ad catuli nepotis sui sepulchrũ pertractũ oculis manibus cruribusq̃ defossis seruatum aliquãdiu:ut per singula membra moreref:non occidi sed excarnificari iusserit. Per ora uulgi:spectante populo. Luctatiæ gẽtis: Catuli nepotis sui qui a gẽte lucta

¶Lucius sylla quẽ quisq̃ neq̃ potest laudare satis digne. s. in bene factis neq̃ uituperare satis digne in maleficiis:dum querit uictoriam scilicet in Marium. repraesentauit (nescio cur tempus mutet:legendum enim uidetur aut dum quaesiit uictoriam repraesentauit aut dum quaerit repraesentat: & similiter in sequenti particula:legam ergo dum quaesiit & exercuit sic) dũ quaesiit uictoriam repraesentauit. i. exhibuit aut retulit:populo Romano Scipionem. i. ciuem utilissimum reip. dum exercuit uictoriam scilicet iam partam:repraesentauit hannibalem:sæuissimum in ciues Romanos hostẽ Enim pro quia:authoritate nobilitatis defensa egregie. i. eximia uirtute: inundauit. i. perfudit crudeliter totam urbem. s. Romam atq̃ omnes partes italiæ fluminibus sanguinis ciuilis: Sylla sup. iussit quattuor legiones partis contrariae. i. inimicae:secutas fidem suam. i. sibi deditas data fide de salute:obtruncari in uilla publica. i. in quadam domo ad rem p. pertinente: quae erat in campo Martio:implorantes nequicq̃. i. frustra misericordiam dextere fallacis. s. scyllae qui ea prius fidem dederat & nunc occidi iusserat quarum. s. legionum quaeritatus. i. quaerelas:aut potius quiritatus. i. quiritationes & quiritium inuocationes:lamentabiles & ita miserabiles aures ciuitatis trepidae. i. anxiae & prae anxietate decurrentis receperunt: & tyberis impatiens tanti oneris coactus est uehere aquis cruentatis corpora. s. legionum illarum lacerata ferro.

¶Quinq̃. Affert alia testimonia crudelitatis syllae dicens Et sup. sylla curauit. i. mandauit accurate:quinq̃ millia praenestinorum spe salutis data p P. cethegum:euocata (sunt qui legant euocatos sed non placet licet ad rẽ respexerit quia sequitur interficienda potius legaq̃ euocatorum) extra mœnia municipii. s. sui praenestis:cum prostrauissent:corpora sup. sua:humi:armis abiectis:curauit inquam interficienda & dispergẽda protinus p agres ut feris & alitibus prædæ essent. Et sup. retulit in tabulas publicas. i. publico scripto exposuit legẽdos quattuor milia & sexcẽtos iugulatos edicto

dirae praescriptionis:uidelicet.i.uidere l3 cur id fecerit:& est fronsane memaria tam praeclarae rei diluerettur.i.diffllueret & deleretur nec contentus
sae ure in eos qui dissenserant a se armis:adiecit etiam ciues animi quieti.
i.pacis amatores:conquisitos per nomēclatorem.i.nominum cuiusq3 pro
nuntiatorem propter magnitudinē pecuniae non propter culpā:numero
proscriptorum.i.procul a salute scripto significatorum ut ubicunq3 īuenirentur occidi impune possent.Et sup.ipse distrinxit.i.denudauit quoq3
gladios aduersus mulieres quasi parum satiatus caedibus uirorū.Id quo
q3 qd sequitur ē sup.aut fuit in eo indiciū feritatis inexplebilis:uoluit ca
pita miserorū abscissa:modo non.i.fere aut cum paululum absuerit quin
retinentia uultum.s.pristinum ac spiritum afferri in conspectum suum:ut
manderet ea oculis:quia nefas erat.s.mandere ea ore.¶Quā &c.Porro
q̄.i.q̄tum crudeliter gessit se in Marco Mario praetore:aut potius in Mar
cum marium praetorem:q.d.crudelissime:quem pertractum per ora uul
gi.i.omnibus uidentibus:ad sepulchrum gentis luctatiae.i.Catuli nepotis
eius priuauit uita sed non prius q̄ erueret oculos infelicis & confringeret
singulas partes corporis Ego uix.i.cum difficultate(iquit author)uideor
mihi narrare uerisimilia at.i.attñ aut in super:ille.s.Sylla:mactauit ibi.i.
ad sepulchrum luctatiae gentis:cōtinuo Marcum plaetorium q͏ ceciderat
exanimis ad supplicium eius.s.Marci marii amici sui.Mactauit dico existens nouus.i.insolitus punitor misericordiae:apud quem intueri scelus.i.
crudelitatem illam in innocentes ciues:animo iniquo.i.moleste ferēte:fuit.
idest reputatum est:admittere scelus.Sed saltem pepercit umbris mortuo
rum ?Minime sup.pepercit:Nam sparsit:hoc est spargendos curauit in al
ueum anienis .s.fluminis in tyberim cadentis cineres Caii marii erutos.s.
e sepulchro:cuius.s.marii:etsi.i.q̄q̄ sup.fuit postea hostis:tamen fuerat ali
quando.s.in bello iugurthino in Aphrica questor:quia iugurtham a Boc
cho per marium ad hoc missus impetrauerat.Ex quibus actis.s.tam cru
delibus & impiis:sylla sup.putauit nomen felicitatis:asserendum.i.uendicandum sibi.dixit enim se felicem cum nihil fuerit eo īfelicius quia prosp
ad scelera successus summae īfelicitatis est augmentum:neq3 tandē caruit
iustae ultionis uirga.

## De.C.Mario.Ca.CCCCCXXXIX.

CVius tamen crudelitates.C.Marii inuidiam
leuant.Nam & ille nimia cupiditate persequen
di inimicos iram suam nefarie distrinxit.C.Cę
saris consularis & censorii nobilissimum corpus igno
bili saeuitia trucidando:& quidem apud seditiosissimi
& abiectissimi hominis Varii bustum:id enim malorū
miserę tūc reip.deerat:ut Varii Caesar piaculo caderet.
Pene tanti uictoriae eius non fuerunt:quarum oblitus
plus criminis domi q̄ laudis ī militia meruit.
¶Idem caput.M.Antonii abscissum suis manibus in
ter epulas per summam animi ac uerborum īsolentiam
aliquādiu tenuit:clarissimiq; & ciuis & oratoris sangui
ne contaminati mensae sacra passus.Atq; etiam.P.Ani
um qui id attulerat in sinum suum recentis caedis uesti
giis aspectum recepit.

¶Cuius.s.Syllae crudelitates licet se ob eas felicē putauit:tamen tā ma
gnae fuerunt q͏ leuant.i.diminuunt inuidiam Caii marii.Nam &.i.etiā ille
s.marius:distrinxit.i.exercuit nefarie irā suam nimia cupiditate persequen
di inimicos:trucidando saeuitia ignobili.i.quae in ignobilibus esse solet:no
bilissimum corpus Caii Caesaris sup.uiri:consularis & censorii idest qui
consulatum & censuram gesserat:Et quidem apud bustum idest sepul
chrum continens ustos cineres:Varii hominis seditiosissimi & abiectissi

tia originem ducebat.At ille etiam.M.Plaeto
rium.hoc quoq3 testimoniu3 crudelitatis im
mensae q.M.Plaetorium nulla alia de causa
nisi qd cum marii corpus uideret tam crude
liter dilacerari prae misericordia ceciderit in
sincopin:statim iusserit occidi:ut nō solū cru
delitatis:sed etiam misericordiae nouus ultor
eēt.Nouus pūitor:Exaggeratio crudelitatis:
ut etiā puniret q misericordia cōmouerētur:s
S3 ut breuiter huius imanissimi hominis sae
uitia repetat:quis illos connumerare posset:
quos i urbe passi3 qsqs uoluit occidi:donec
admonēte fursidio uiuere aliquos debere ut
eēnt qb9 imparet:ppposita ē ingēs illa tabu
la & ex ipo eqstris ordinis flore duo milia:uel
ut alii uolūt plures electi q mori iuberent:no
ui generis edictū piget post haec referre.Lu
dibrio habita fata carbōis:fata sorani ptori
os atq3 deilecos bebiū sine ferro ritu ferarū in
ter man9 lācinatū:mariū ut diximus p succisa
singula membra mori coactū:positis deniq3
singulorum hoīu3 fere poenis:Mūicipia italiae
splēdidissima sub hasta uenierūt Spoletum.
Inter ānā pnestē.Florētia:nā sulmonē uetus
oppidū sociū atq3 amicū(facinus idignu3)
nōdū expugnatū ut obsides iure belli & nō
morte dānati duci iubent:sic dānatā ciuitatē
iussit sylla deleri:& alia nefanda crudelitatis
exēpla edidit ut in mortuorum umbras ēt grassaret.Nā Marii cineres erutos:Spargi in pro
fluentē iussit:qbus oib9 ita pactis uoluit foe
lix appellari q fera belua noiari debuerat:q
oēs tyrānos crudelitate supasse uideatur q̄q
Marius leuiorē hāc feritatis inuidiā suā cru
delitate eē faciebat:q nihilo mitior i syllanos
fuisse uidet.Distrinxit.Nudauit:aperuit.
NAm & ille nimia:quāta fuerit Ma
rii crudelitas:ut alios auctores omit
tā:ex flori dictis breuiter colligit:ur
be eni potitus post exiliū cū Cina carbōe &
sertorio statim ad principiū caedē ut discurre
retur signū dedit:ubi aliq̄to saeuius q̄ aut in
cymbrica urbe saeuitū ē.Octauii cōsulis ca
put p rostris exponit.Antonii cōsularis i ma
rii ipsius mēsis.Caesar & fimbria i penatib9
domorum suarum trucidant Crassi pater & filius
i mutuo alter alterius aspectu.Bebium atq3
numitoriū p mediū forū unci traxere carnifi
cū.Catulus se ignis haustu ludibrio hostiu3
exemit:Merula flamēdialis in capitolio Io
uis ipsius oculos uenarum cruore respsit:Archa
rius ipso uidente mario confessus est:quia
fatalem illam scilicet manum non porrexe
rat salutanti haec tot senatus funera intra ca
lendas & Idus Ianuarii mensis:nam Ma
rius teste Liuio lib.lxxx.editis multis scele
ribus idibus ianuariis decessit:septima illa
marii purpura dedit quid futurum fuit si an
num consularis implesset.rursus Marius iu
uenis & carbo consules post aduentum syllae
profligatosq3 exercitus suos quasi desperata
uictoria ne inulti pirent sanguine senatus sibi
parentabant:obsessaq3 curia de senatu tam

q̄ de carcere qui iugularetur educti: qd funera in foro in circo in patentibus tēplis: nam cū Mutius scæuola pōtifex uestales amplexus aras tantū nō eodē igne sepelit. Lāponi9 atq; thelesinus sānitū duces atrocius Pyrrho & Hānibale cāpaniā hetruriāq; populātur & sub spē partiū se uidicāt. C. Cæsaris: Hic ē ille cæsar orator q cū catulo fratre a Ci. in ii. oratoris li. inducit in tusculanū uenisse ut diuinitus de eloquētia crassum disputantem audirēt: quē marius urbe potitus ad bustū uilissimi hōis uarii cuiusdam: quem occiderat sylla ptractū tanq̄ uictimā ad illius umbræ expiationē iussit occidi. Hominis. s. uarii cuiusdā ueronensis. Seditiosissimi Constat hūc uariū seditiosissimū fuisse q principes accusare cōsueuerat: iter quos & M. scaurū Piaculo caderet ad purgationē ueluti hostia caderet. Pene tanti uictoriæ eius nō fuerunt. Vt licitū esset tantū uirū tā abiecti hominis umbris parētari. Plus criminis: Propter crudelitatē. Quā laudis Propter res gestas. Idē caput M. An. Hic fuit ille orator eximius q cunctos eloquētia sua ante superauit teste Ci. potuitq; orationis suauitate marianos milites demulcere. ac cædis inferendæ cupiditatē reprimere: nisi. P. Antonius qui eius orationi non interfuerat: post illos ingressus illū occidisset: cuius caput mario inter epulas oblatū tanta cum alacritate suscepit: manibusq; pertractauit. ut plane omnibus animi insolentiam ostenderet: insuper ipsum Antonium interfectorem arcte complexus est tanq̄ ab illo maximum omnium: beneficium recepisset. M. Antonii oratoris quem cum crasso de eloquentia disputantem in oratore suo Cicero introducit.

rui. Id enim malorum deerat tūc miseræ resp. ut Cæsar. s. Caius homo nobilissimus: caderet piaculo. i. quasi ad purgationem & expiationem cædis Varii: Victoriæ sup. Marii in Iugurthā & cimbros aut theuthonicos pene. i. quasi nō fuerunt tanti. s. ualoris & pretii (quod hoc loco licet dicere: quia licet non exponam: emi tanti idest tanti p̄cii: sed tanto p̄cio: tamē bene dixero emi equū tanti. s. p̄tii: aut equum qui tanti fuit: uidelicet pretii) hoc est non erant tanto p̄tio æstimandæ: Quarū. s. uictoriarū ipse marius oblitus meruit plus criminis. i. criminationis & execrationis domi. i. in urbe q̄ laudis in militia. Idē. s. Marius tenuit aliquādiu suis māibus: inter epulas. i. epulandū per sūmam insolentiam. i. superbiam animi ac uerborū: caput Marci Antonii abscissum. s. a Publio Antonio: passus sacra mensę contaminari sanguine clarissimi & ciuis & oratoris. Atq; etiā recepit. s. ad mēsam Publium Anniū qui attulerat id. s. caput. M. Antonii: in sinum suū. s. Marii. Nam si de Annii sinu intelligatur dicendum esset in sinu suo aspersum uestigiis recentis cædis non tamen ab eo sed a publio Antonio factæ nisi qui Antonius dictus sit dicendus.

## Da Damasippo Ca. DCCCCXL.

Damasippus nihil laudis habuit qd corrumperet: itaq; memoria eius licentiore accusatione perstringitur: cuius iussu principum ciuitatis capita historiarum capitibus permixta sunt: Carbonisq; Aruinæ trūcum corpus patibulo affixum gestatum est: adeo aut flagitiosissimi hominis prętura multum: aut reipublicæ maiestas nihil potuit.

Damasippus nihil habuit laudis quod corrūperet. s. turpiter agēdo: quia nihil unq̄ honeste egerat: itaq; . i. & ita memoria eius idest quæ est de eo: perstringitur idest uiolenter inuaditur accusatione licentiore: quia impunitior. Cuius iussu capita principum ciuitatis permixta sunt capitibus historiarum quia principes inter hostias mactati sunt & corpus Carbonis Aruinæ truncum idest detruncatum ablato capite gestatum est. s. ad ostentationē in opprobrium affixum patibulo. adeo aut p̄tura hominis flagitiosissimi. s. damasippi potuit multum aut maiestas reip. i. omnium qui p̄erāt iustitiæ potuit nihil: quia permiserunt damasippum contra fas in inocentem sæuire.

Damasippus: Hic nulla uirtute præditus nulla laude clarus merito accusari potest: q in mariana tempestate & ipse supra modū sæuierit: quippe qui nobilissimos ciues syllani nominis defensores inter uictimas tanq̄ beluas crudeliter necari: & aruinæ tribuni plebis truncū in sublime elatū per ora uulgi deferri iusserit de quo Salustius in catilinario. Nostra memoria uictor Sylla cū Damasippū & alios eiusmodi: qui malo reipublicæ creuerant iugulari iussit: quis non factū eius laudabat hoies scelestos & factiosos: qui seditionibus rē publicā exagitauerunt: merito necatos aiebant: Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quisq; domum aut uillam postremo uas aut uestimentum alicuius concupiuerat: dabat operā ut is in proscriptorum numero esset: ita illi quibus damasippi mors lætitiæ fuerat: paulo post ipsi tradebantur: nec prius finis iugulandi fuit q̄ sylla oēs suos diuitiis expleuit. Nihil laudis habuit quod corrumperet: Ac si diceret Marius atq; sylla suarum gestarum rerum laudes & gloriam crudelitate corrupe runt: ut sine damnatione laudari non potuerint. hic uero nullam habuit laudem quam potuerit crudelitate diminuere: quare liberius accusari potest. Patibulo: Cruci affixum: patibulum a patiendo dictum: q in eo mortem noxii patiantur. Flagitiosissimi hominis prætura: Tantum inquit ualuit Marii potentia oppressa repu. ut in ea nihil autoritatis haberet amplissimus ordo. Prætura scilicet Damasippi qui tunc præerat urbi. Reipu. maiestas. Vel senatus uel quia tunc Aruina tribunus plæbis erat & sacrosancta maiestas tribunitia habebatur: cui nihil tunc profuit. Liuius de mario libro quadragesimo Marius inquit uir cuius si examinarentur cum uirtutibus uitia haud facile sit dictu utrum bello melior an pace perniciosior fuerit adeo quam rempublicam armatus seruauit eam primo togatus omni genere fraudis: postremo armis euertit.

## De Nūatio Flacco Romano. Ca. DCCCCXLI.

Numatius āt Flaccus Pōpeiani nominis acrior q̄ pbabilior defēsor: cū ab imperatore Cæsare in Hispania inclusus mœnibus Attinguen

Numantius autē flaccus: Hic ē Flaccus ille qui in omni uita Catonem imitari uolebat & quāuis longe a se ueritate illius abesset licentius tamen plærūq; loquebatur: nam cum Pompeium consules admonerent ut diligenter uideret quorsum euaderent cæsaris opes quæ reipublicæ

sium obsideretur:efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere uesaniæ exercuit. Omnes enim eius oppidi ciues quos studiosiores Cæsaris senserat iugulatos muris præcipitauit. Fœminas quoq citatis nominibus uirorum qui in contrariis castris erant ut cædes coniugũ suarum cernerent & maternis gremiis suppositos liberos trucidauit. Infantes alios ĩ cõspectu parẽtũ humo infigi: alios superiactos pilis excipi iussit:quæ auditu etiã intolerabilia Romano iussu lusitanis manibus administrata sunt:cuius gentis præsidio Flaccus uallatus diuinis operibus uecordi pertinacia resistebat.

¶ Numatius (aut Numancius aut Numatius (tã uarie enim scriptũ reperi) autẽ Flaccus defensor nominis Pompeiani.i.quærelæ Pompeii Magni:acrior q̃ probabilior (More suo q̃ comimiles gradus dat cum ratio uideatur secundo loco positiuũ exigere. Nam sicut consuete dicas uir magis acer q̃ probabilis:ita dicendum uidetur acrior q̃ probabilis : quia magis acer non est aliud q̃ acrior) cum ipse inclusus mœnibus attinguenfiũ.i.populorum Hispaniæ:unde addit in hispania:obsideretur ab imperatore cæsare.i.Iulio:exercuit efferatam crudelitatẽ suaʒ truculentissimo genere uesaniæ.Enim.i.quia præcipitauit muris idest de muris iugulatos omnes ciues oppidi quos senserat studiosiores Cæsaris.i.partibus eius. Trucidauit .i.truculenter occidit:quoqʒ idest etiam fœminas & hoc nominibus uirorum citatis:hoc est nominatim ut adessent uocatis:uirorum inquaʒ qui erant in castris contrariis.i.cæsarianis:ut cernerent.i.uiri:cædes.i.occisiones coniugum.i.uxorum suarum:& trucidauit liberos suppositos gremiis maternis. Et iussit alios infantes infigi humo in conspectu parentu:& iussit alios superiactos pilis excipi pilis. Quæ.i.facta intolerabilia etiam auditu:sunt administrata manibus lusitanis.i.lusitanorum:iussu Romano.i.Romani præfecti.Cuius gentis.i.lusitaniæ præsidio Flaccus uallatus resistebat pertinacia uecordi idest experte prudentiæ operibus diuinis.i.cæsaris inter deos referendi

Externa De Carthaginẽsibus. Ca. DCCCCXLII.

Transgrediamur nunc ad illa quibus ut par dolor:ita nullus nostræ ciuitatis rubor inest. Carthaginenses Attilium regulum palpebris resectis machinæ in qua undiq̃ præacuti stimuli eminebãt inclusum uigilantia pariter & continuo tractu doloris necauerunt. Tormenti genus indignum passo auctoribus dignissimum. Eadem crudelitate usi in milites nostros martio certamine in suam potestatem redactos nauibus substrauerunt:ut earum carinis ac pondere elisi inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent:tetro facinore pollutis classibus ipsum mare uiolaturi.

Transgrediamur nunc ad illa:scilicet externa & primum ad carthaginensia quibus ut idest quemadmodum dolor par idest æqualis inest :ita nullis rubor idest nulla uerecundia nostræ ciuitatis inest:quia externa crudelitas nullam incutit Romanis uerecundiam. Incipiens autem narrare dicit. Carthaginenses necauerunt Attilium regulum (qui ubi persua periculosæ uidebatur: Pompeius occisos eos esse iussit:quia cum prius uno pede terram percussisset se totum orbem commoturum dixeret:fretus.s.potentia & auctoritate sua totuʒ orbem complexa. Occupatis deinde gallis auctisq; cæsaris uiribus ut iam apertũ reipublicæ periculum uideretur: Tunc Numatius iste Pompeio dixisse fertur nunc pede percute terram O Pompei:sed qđ ad eius crudelitatem pertinet tanta fuit ut nihil immanius nihil truculentius audiri posset sicut in littera uidere possumus:Quã pbabilior:Quia nõ laudẽ sʒ infamiam ex ea re pp crudelitatẽ est cõsecutus. Truculentissimo genere uesaniæ: Sæuissimo furoris genere. ¶ Fœminas : Alia teterrima feritas:cũ nõnulli ex oppidanis ad cæsarẽ confugissent in castra:Flaccus iste crudelissimus uxores & liberos eorũ i muros adduci iussit:deinde citatis eaꝝ uiris ueluti ad colloquium:in illorum conspectu iussit crudeliter necari:trucidatis prius in matrum ãplexibus liberis infantibus. Infantes alios: Hic uero multo crudelius:ut quosdam infantes:ante ora parentum humo defigi siue terræ colli di alios ueluti pilas iactatos telis excipi iuberet:quæ quidem auditu nedum uisu fœda & intolerabilia dici possunt. Quæ auditu: Execratu quodammodo hanc flacci crudelitatẽ cum romani semper humanitatis principes extiterint unus inuentus Flaccus qui barbaram crudelitatem superauerit. Diuinis operibus: Non discedit ab assentatione sua Valerius uesana pertinacia:Quia sperabat se diuinis operibus cæsaris posse resistere a quo tandem superatus iustas crudelitatis pœnas dedit.

Transgrediamur: De supplicio Attilii reguli & crudelitate q̃ usi fuerint in eum Crathaginenses diximus in capitulo de seruata religiõe libro primo. Nõ est igitur repetenda historia. Ut par dolor quia Carthaginensibus sæuitum sit in Romanos dolor quidem ad romanos pertinet non autem rubor:quia nulla inde infamia sicut a sua ipsorum crudelitate. Machinæ: Uasi cuidam:est enim Machina etiam fabrica instrumentum compositio:unde etiam pro insidiis aliquando ponitur. Præacuti: ualde acuti clauí. Auctoribus dignissimum:Quia cõstat carthaginenses crudelissimos fuisse & hac crudelitatis ĩfamia semper notatos:ergo illis crudelitas conuenit. Eadem usi crudelitate in milites nostros martio certamine:hoc fuit eodem bello primo punico nõ de imperatore:sʒ etiam de militibus captis supplicium crudele sumpserunt:quos fundo nauium substratos necauerunt. nouum mortis & supplicii genus sæuitas barbara excogitauit : dum supra modum in romanos sæuire gestit. Pollutis classibus :Humano sanguine nauibus aspersis. Mare uiolaturi deductis scilicet nauibus Romanorum sanguine pollutis.

ipsum mare quodāmodo uiolare uidebantur cum illud humano sanguine respergerent.

Vcius Sylla quem neq; laudare neq; uitupe rare quisq̃ satis digne potest: quia dũ quaesiit uictoriam Scipionem se populo Ro. dũ exer cuit hannibalem repraesentauit: egregie namq; auctorita te nobilitatis defensa crudeliter totam urbem: atq; om/ nes Italię partes ciuilis sanguinis fluminibus inunda/ uit. Quattuor legiones contrarię partis fidem suam se cutas in publica uilla quae i martio campo erat: nequicq̃ fallacis dextrae misericordiam implorantes obtruncari iussit quarum lamentabiles queritatus trepidae ciuitatis aures receperũt: lacerata ferro corpora tyberis impatiẽs tanti oneris cruẽtatis aquis uehere coactus est.

¶ Quinq; milia praenestinorũ spe salutis per. P. Cethe/ gum data extra mœnia municipii euocata cum abiectis

Vcius Sylla: Cice. lib. de finibus bo norum & malorum dicit. L. Syllaz trium pestiferorum uitiorum fuisse n agistrum luxuriae: auaritiae: & crudelitatis: crudelitate uero cunctos superasse: nam quã ta in ciues: quanta in socios: quanta in om/ nes factionis aduersae crudelitate usus fue rit & hic & in eius uita cognoscere possum9 Neq; laudare: Si eius uirtutes & res clarissi me gestas laudem ingentem: si uitia & crude litatis exempla respexeris uituperationem maximam meruisse uidebitur: nam in uicto riis Scipioni: in crudelitate hannibali parem inuenies. Egregiae nobilitatis: Marius plebẽ: Syllam senatum & nobilitatem defendebat: & hinc diuersis studiis propter mitridaticam prouinciam in ciuile bellum exarserunt: i quo superiore Sylla non solum urbem Romanã sed totam Italiam crudelitate repleuit: nam praeter haec quae infra referuntur apud sacri portum apud collinam. lxx. amplius milia syl la concidit: teste. L. floro. Quattuor legiones. Florus dicit fuisse tantẽmodo quattuor ho minum milia. Pli. de ui. illu. nouem milia. In

Valerius maximus.

publica uilla. Omnis domus extra urbeȝ uel oppidum aut castellum dicitur uilla hoc est in agris posita: sed in campo martio fuit domus constructa quae publica uilla dicebatur Fallacis dextrae. Quia in fidem eos acceperat: impunitatemqȝ promiserat. Lamentabiles queritatus: Querelas lamentabiles quae tantae erant ut campo martio exaudirentur i urbe. Lacerata ferro corpora: Non satis habuit in uiuos ad necem usqȝ saeuire nisi etiaȝ in mortuos crudelitate uteretur: quorum cadauera piscibus deuoranda in tyberim deiici iussit.

¶. Quinqȝ milia praenestinorũ. Alia par superiori crudelitas praenestini qui iuniorem Marium receperant cum. A. cethego Syllae praefecto obsiderentur sponte in deditionem fide data uenerunt: quos omnes extra moenia euocatos humiqȝ prostratos iussit occidi & eorum corpora spargi per agros. Quattuor milia & septingentos: Ne tanti facinoris memoria posset aboleri: proscriptorum nomina qui iugulati fuissent in publicas tabulas referri uoluit: res certe memoranda nouis annalibus atqȝ recenti historia. Tam praeclarae rei: Hironia est ac si diceret. Detestandae. Dilueretur: solueretur aboleretur. Nec contentus in eos. Ac si diceret tolerabilius uidebatur in hostes aut inimicos saeuire. id enim ulciscendi gratia factum uideri posset: inquietos uero atqȝ pacificos sed diuites id non solum crudele sed etiam auarum: & propterea Cicero recte dicit trium perniciosorum uitiorum fuisse magistrum: luxuriae: auariciae: & crudelitatis. Quieti animi: qui huic bello se immiscere noluerant & neutram partem seq.

Nomenclator. Per nomenclatorem Nomenclator dicitur q nomina ciuium tenens ea principibus per urbem incedẽtibus subiiciebat ut unumquẽqȝ nominatim salutarent. his enim artibus principes ciuium gratiam inire studebant: p hos igitur nomenclatores Sylla diuitum nomina edoctus ꝓscribebat eos. Aduersus mulieres quoqȝ: Hoc quoqȝ ad crudelitatis augmẽtũ in fœminas usqȝ saeuire quod semper uiro forti turpissimum est adiudicatuȝ. Id quoqȝ inexplebilis feritatis: alii habent inexpiabilis. Crudelitas plusq̃ punicam uoluptatem ex contemplandis caesorum capitibus mirificam capere: quae si licuisset non oculis tantum: sed ore quoqȝ deuorasset: scipionis norbani aliorumqȝ multorum ad se delata capita in eius atrio iussit affigi: unde domus eius officina crudelitatis est appellata.

¶. Quã porro crudeliter in. M. marium: tantopere crudelitate delectabatur ut exquisito supplicii genere. M. marium praetorem affici uoluerit: queȝ ad catuli nepotis sui sepulchrũ pertractuȝ oculis manibus cruribusqȝ defossis seruatum aliquãdiu: ut per singula membra moreretur: non occidi sed excarnificari iusserit. Per ora uulgi: spectante populo. Luctatiae gẽtis: Catuli nepotis sui qui a gẽte lucta

armis humi corpora prostrauissent: interficienda protinusq; per agros dispergenda curauit. Quattuor milia & Dcc. dirę proscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas retulit: uidelicet ne memoria tam praeclarę rei dilueretur. Nec contentus in eos saeuire: qui armis a se dissenserant: etiam quieti animi ciues propter pecuniae magnitudinem per nomenclatorem conquisitos proscriptorum numero adiecit. Aduersus mulieres quoq; gladios distrinxit: quasi parum caedibus uirorũ satiatus. Id quoq; inexplebilis feritatis indicium: abscissa miserorum capita mõ nõ uultum ac spiritum retinentiã cõspectũ suũ afferri uoluit: ut oculis illa: qa ore nefas erat mãderet.

¶Quã porro se crudeliter in. M. mario prętore gessit? quem per ora uulgi ad sepulchrum luctatiae gentis pertractum non prius uita priuauit q̃ oculos infœlicis erueret & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi uerisimilia narrare uideor: At ille etiam. M. plectorium q; ad eius supplicium exanimis ceciderat: continuo ibi mactauit: nouus punitor misericordię: apud quem iniquo animo scelus intueri scelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit minime. Nam. C. Marii cuius etsi postea hostis: questor tamen aliq̃do fuerat erutos cineres in Anienis alueum sparsit. Ex qbus actis felicitatis nomẽ asserendum putauit.

¶. Lucius sylla quẽ quisq̃ neqȝ potest laudare satis digne. s. in bene factis neqȝ uituperare satis digne in maleficiis: dum querit uictoriam scilicet in Marium. repraesentauit (nescio cur tempus mutet: legendum enim uidetur aut dum quaesiit uictoriam repraesentauit aut dum quaerit repraesentat: & similiter in sequenti particula: legam ergo dum quaesiit & exercuit sic) dũ quaesiit uictoriam repraesentauit. i. exhibuit aut retulit: populo Romano Scipionem. i. ciuem utilissimum reip. dum exercuit uictoriam scilicet iam partam: repraesentauit hannibalem: saeuissimum in ciues Romanos hostẽ Enim pro quia: authoritate nobilitatis defensa egregie. i. eximia uirtute: inundauit. i. perfudit crudeliter totam urbem. s. Romam atqȝ omnes partes italiae fluminibus sanguinis ciuilis: Sylla sup. iussit quattuor legiones partis contrariae. i. inimicae: secutas fidem suam. i. sibi deditas data fide de salute: obtruncari in uilla publica. i. in quadam domo ad rem p. pertinente: quae erat in campo Martio: implorantes nequicq̃. i. frustra misericordiam dexterae fallacis. s. syllae qui ea prius fidem dederat & nunc occidi iusserat quarum. s. legionum quaeritatus. i. quaerelas: aut potius quiritatus. i. quiritationes & quiritium inuocationes: lamentabiles & ita miserabiles aures ciuitatis trepidae. i. anxiae & prae anxietate decurrentis receperunt: & tyberis impatiens tanti oneris coactus est uehere aquis cruentatis corpora. s. legionum illarum lacerata ferro.

¶. Quinqȝ. Affert alia testimonia crudelitatis syllae dicens Et sup. sylla curauit. i. mandauit accurate: quinqȝ millia praenestinorum spe salutis data p P. cethegum: euocata (sunt qui legant euocatos sed non placet licet ad rẽ respexerit quia sequitur interficienda potius legaȝ euocatorum) extra moenia municipii. s. sui praenestis: cum prostrauissent: corpora sup. sua: humi: tar mis abiectis: curauit inquam interficienda & dispergẽda protinus p agros ut feris & alitibus praedae essent. Et sup. retulit in tabulas publicas. i. publico scripto exposuit legẽdos quattuor milia & sexcẽtos iugulatos edic o

diræ præscriptionis:uidelicet.i.uidere lȝ cur id fecerit:& est sroniane memoria tam præclaræ rei dilueretur.i.diffluerent & deleretur nec contentus sæuire in eos qui dissenserant a se armis:adiecit etiam ciues animi quieti.i.pacis amatores:conquisitos per noméclatorem.i.nominum cuiusqȝ pronuntiatorem propter magnitudiné pecuniæ non propter culpã:numero proscriptorum.i.procul a salute scripto significatorum ut ubicunqȝ ibue-nirentur occidi impune possent.Et sup.ipse distrinxit.i.denudauit quoqȝ gladios aduersus mulieres quasi parum satiatus cædibus uirorȝ.Id quoqȝ qd sequitur é sup.aut fuit in eo indiciũ feritatis inexplebilis:uoluit capita miserorũ abscissa:modo non.i.fere aut cum paululum absuerit quin retinentia uultum.s.pristinum ac spiritum afferri in conspectum suum:ut manderet ea oculis:quia nefas erat.s.mandere ea ore.¶Quã &c.Porro q̃.i.q̃tum crudeliter gessit se in Marco Mario prætore:aut potius in Marcum marium prætorem:q.d.crudelissime:quem pertractum per ora uulgi.i.omnibus uidentibus:ad sepulchrum gentis luctatiæ.i.Catuli nepotis eius priuauit uita sed non prius q̃ erueret oculos infelicis & confringeret singulas partes corporis Ego uix.i.cum difficultate(iquit author)uideor mihi narrare uerisimilia at.i.attñ aut in super:ille.s.Sylla:mactauit ibi.i.ad sepulchrum luctatiæ gentis:cõtinuo Marcum plætorium q cecíderat exanimis ad supplicium eius.s.Marci marii amici sui.Mactauit dico existens nouus.i.insolitus punitor misericordiæ:apud quem intueri scelus.i.crudelitatem illam in innocentes ciues:animo iniquo.i.moleste ferẽte:fuit.idest reputatum est:admittere scelus.Sed saltem pepercit umbris mortuorum?Minime sup.pepercit:Nam sparsit:hoc est spargendos curauit in alueum anienis.s.fluminis in tyberim cadentis cineres Caii marii erutos.s.e sepulchro:cuius.s.marii:etsi.i.q̃q̃ sup.fuit postea hostis:tamen fuerat aliquando.s.in bello iugurthino in Aphrica questor:quia iugurtham a Boccho per marium ad hoc missus impetrauerat.Ex quibus actis.s.tam crudelibus & impiis:sylla sup.putauit nomen felicitatis:asserendum.i.uendicandum sibi.dixit enim se felicem cum nihil fuerit eo ifelicius quia prosp ad scelera successus summæ ifelicitatis est augmentum:neqȝ tandé caruit i ustæ ultionis uirga.

## De.C.Mario.Ca.DCCCCCXXXIX.

HVius tamen crudelitates.C.Marii inuidiam leuant.Nam & ille nimia cupiditate persequendi inimicos iram suam nefarie distrinxit.C.Cæsaris consularis & censorii nobilissimum corpus ignobili sæuitia trucidando:& quidem apud seditiosissimi & abiectissimi hominis Varii bustum:id enim malorũ miseræ tũc reip.deerat:ut Varii Cæsar piaculo caderet. Pene tanti uictoriæ eius non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi q̃ laudis i militia meruit.

¶Idem caput.M.Antonii abscissum suis manibus inter epulas per summam animi ac uerborum isolentiam aliquãdiu tenuit:clarissimiq; & ciuis & oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus.Atq; etiam.P.Anium qui id attulerat in sinum suum recentis cædis uestigiis aspersum recepit.

¶Cuius.s.Syllæ crudelitates licet se ob eas felicẽ putauit: tamen tã magnæ fuerunt q leuant.i.diminuunt inuidiam Caii marii.Nam &.i.etiã ille.s.marius:distrinxit.i.exercuit nefarie irã suam nimia cupiditate persequendi inimicos:trucidando sæuitia ignobili.i.quæ in ignobilibus esse solet:nobilissimum corpus Caii Cæsaris sup.uiri: consularis & censorii idest qui consulatum & censuram gesserat : Et quidem apud bustum idest sepulchrum continens ustos cineres : Varii hominis seditiosissimi & abiectissimi ria originem ducebat.At ille etiam.M.Plætorium.hoc quoqȝ testimoniuȝ crudelitatis immensæ q.M.Plætorium nulla alia de causa nisi qd cum marii corpus uideret tam crudeliter dilacerari præ misericordia ceciderit in sincopin:statim iusserit occidi:ut nõ solũ crudelitatis:sed etiam misericordiæ nouus ulcer cẽt.Nouus pũitor: Exaggeratio crudelitatis: ut etiã puniret q misericordia cõmouerẽtur: Sȝ ut breuiter huius imanissimi hominis sæuitia repetaẽ:quis illos connumerare posset: quos i urbe passiȝ qsqs uoluit occidi :donec admonẽte furfidio uiuere aliquos debere ut cẽnt qb9 imparet:ꝓposita é ingẽs illa tabula & ex ipo eqstris ordinis flore duo milia:uel ut alii uolũt plures electi q mori iub erent: noui generis edictũ piget post hæc referre. Ludibrio habita fata carbõis:fata sorani p̃tori os atqȝ dẽileos bebiũ sine ferro ritu ferarȝ inter man9 lãcinatũ:mariũ ut diximus p succisa singula membra mori coactũ:positis deniqȝ singulorȝ hoiuȝ fere pœnis:Mũicipia italiæ splẽdidissima sub hasta uenierit Spoletum. Inter ãnd p̃neste.Florẽtia: nã sulmonẽ uetus oppidũ sociũ atqȝ amicũ (facinus idignuȝ) nodũ expugnatũ ut obsides iure belli & mo morte dãnati duci iubentur:sic dãnatã ciuitatẽ iussit sylla deleri:& alia nefanda crudelitatis exẽpla edidit ut in mortuorȝ umbras ẽt grassaret.Nã Marii cineres erutos:Spargi in profluentẽ iussit:qbus oib9 ita pactis uoluit fœlix appellari q fera belua noiari debuerat:q oẽs tyrãnos crudelitate supasse uideatur q̃q̃ Marius leuiorẽ hãc feritatis inuidiã suã crudelitate eẽ faciebat:q nihilo mitior i syllanos fuisse uideẽ.Distrinxit.Nudauit : aperuit.

NAm & ille nimia:quãta fuerit Marii crudelitas:ut alios auctores omittã:ex flori dictis breuiter colligiẽ: urbe eni potitus post exiliũ cũ Cina carbõe & sertorio statim ad principiũ cædẽ ut discurreretur signũ dedit:ubi aliq̃to sæuius q̃ aut in cymbrica urbe sæuitũ ẽ.Octauii cõsulis caput ꝓ rostris exponiẽ.Antonii cõsularis i marii ipsius mẽsis.Cæsar & fimbria i penatib9 domorȝ suarȝ trucidantẽ Crassi pater & filius i mutuo alter alterius aspectu.Bebium atqȝ numitoriũ p mediũ forũ unci traxere carnificũ.Catulus se ignis haustu ludibrio hostiuȝ exemit:Merula flamẽdialis in capitolio Iouis ipsius oculos uenarȝ cruore respsit:Archarius ipso uidente mario confessus est : quia fatalem illam scilicet manum non porrexerat salutanti hæc tot senatus funera intra calendas & Idus Ianuarii mensis: nam Marius teste Liuio lib.lxxx.editis multis sceleribus idibus ianuariis decessit : septima illa marii purpura dedit quid futurum fuit si annum consularis implesset.rursus Marius iuuenis & carbo consules post aduentum syllæ profligatosqȝ exercitus suos quasi desperata uictoria ne inulti pirent sanguine senatus sibi parentabant:obsessaqȝ curia de senatu tam

q̄ de carcere qui iugularēt̄ eductī: qd funerū in foro in circo in patētibus tēplis? nam cū Mutius scaeuola pōtifex uestales amplexus aras tantū nō eodē igne sepelit. Lāpōni9 atq; thelesinus sānitū duces atrocius Pyrrho & Hānibale cāpaniā hetruriāq; populātur & sub spē partiū se uidicāt. C. Caesaris: Hic ē ille caesar orator q cū catulo fratre a Ci. in li. oratoris li. inducit in tusculanū uenisse ut diuinitus de eloquētia crassum disputantem audirēt: quē marius urbe potitus ad bustū uilissimi hois uarii cuiusdam: quem occiderat sylla ptractū tanq̄ uictimā ad illius umbrae expiationē iussit occidi. Hominis. s. uarii cuiusdā ueronensis. Seditiosissimi Constat hūc uariū seditiosissimū fuisse q principes accusare cōsueuerat: iter quos & M. scaurū Piaculo caderet ad purgationē ueluti hostia caderet. Pene tanti uictoriae eius nō fuerunt. Vt licitū esset tantū uirū tā abiecti hominis umbris parētari. Plus criminis: Propter crudelitatē. Quā laudis Propter res gestas. Idē caput M. An. Hic fuit ille orator eximius q cunctos eloquētia sua aetate superauit teste Ci. potuitq; orationis suauitate marianos milites demulcere. ac caedis inferendae cupiditatē reprimere: nisi. P. Antonius qui eius orationi non interfuerat: post illos ingressus illū occidisset: cuius caput mario inter epulas oblatū tanta cum alacritate suscepit: manibusq; pertractauit. ut plane omnibus animi insolentiam ostenderet: insuper ipsum Annium interfectorem arcte complexus est tanq̄ ab illo maximum omnium: beneficium recepisset. M. Antonii oratoris quem cum crasso de eloquentia disputantem in oratore suo Cicero introducit.

rii. Id enim malorum deerat tūc miserae resp. ut Caesar. s. Caius hetro nobilissimus: caderet piaculo. i. quasi ad purgationem & expiationem caedis Varii: Victoriae sup. Marii in Iugurthā & cimbros aut theuthonicos pene. i. quasi nō fuerunt tanti. s. ualoris & pretii (quod hoc loco licet dicere: quia licet non exponam: emi tanti idest tanti p̄cii: sed tanto p̄cio: tamē bene dixero emi equū tanti. s. p̄tii: aut equum qui tanti fuit: uidelicet pretii) hoc est non erant tanto p̄tio aestimandae: Quarū. s. uictoriarū ipse marius oblitus meruit plus criminis. i. criminationis & execrationis domi. i. in urbe q̄ laudis in milicia. ¶ Idē. s. Marius tenuit aliquādiu suis mābus: inter epulas. i. epulandū per sūmam insolentiam. i. superbiam animi ac uerborū: caput Marci Antonii abscissum. s. a Publio Antonio: passus sacra mense contaminari sanguine clarissimi & ciuis & oratoris. Atq; etiā recepit. s. ad mēsam Publium Anniū qui attulerat id. s. caput. M. Antonii: in sinum suū. s. Marii. Nam si de Annii sinu intelligatur dicendum esset in sinu suo aspersum uestigiis recenti: caedis non tamen ab eo sed a publio Antonio factae nisi qui Antonius dictus sit dicendus.

## Da Damasippo Ca. DCCCCXL.

Damasippus nihil laudis habuit qd̄ corrumperet: itaq; memoria eius licentiore accusatione perstringitur: cuius iussu principum ciuitatis capita historiarum capitibus permixta sunt: Carbonisq; Aruinae trūcum corpus patibulo affixum gestatum est: adeo aut flagitiosissimi hominis pretura multum: aut reipublicae maiestas nihil potuit.

Damasippus: Hic nulla uirtute praeditus nulla laude clarus merito accusari potest: q in mariana tempestate & ipse supra modū saeuierit: quippe qui nobilissimos ciues syllani nominis defensores inter uictimas tanq̄ beluas crudeliter necari: & aruinae tribuni plebis truncū in sublime elatū per ora uulgi deferri iusserit de quo Salustius in catilinario. Nostra memoria uictor Sylla cū Damasippū & alios eiusmodi: qui malo reipublicae creuerant iugulari iussit: qs non factū eius laudabat hoies scelestos & factiosos: qui seditionibus rē publicā exagitauerunt: merito necatos aiebant? Sed ea res magnae initium cladis fuit. Nam uti quisq; domum aut uillam postremo uas aut uestimentum alicuius concupiuerat: dabat operā ut is in p. oscriptorum numero esset: ita illi quibus damasippi mors laetitiae fuerat: paulo post ipsi tradebantur: nec prius finis iugulandi fuit q̄ sylla oēs suos diuitiis expleuit. Nihil laudis habuit quod corrumperet: Ac si diceret Marius atq; sylla suarum gestarum rerum laudes & gloriam crudelitate corruperunt: ut sine damnatione laudari non potuerint. hic uero nullam habuit laudem quam potuerit crudelitate diminuere: quare liberius accusari potest. Patibulo: Cruci affixum: patibulum a patiendo dictum: q in eo mortem noxii patiantur. Flagitiosissimi hominis praetura: Tantum inquit ualuit Marii potentia oppressa repu. ut in ea nihil autoritatis haberet amplissimus ordo. Praetura scilicet Damasippi qui tunc praeerat urbi. Reipu. maiestas. Vel senatus uel quia tunc Aruina tribunus plaebis erat & sacrosancta maiestas tribunitia habebatur: cui nihil tunc profuit. Liuius de mario libro quadragesimo Marius inquit uir cuius si examinarentur cum uirtutibus uitia haud facile sit dictu utrum bello melior an pace perniciosior fuerit adeo quam rempublicam armatus seruauit eam primo togatus omni genere fraudis: postremo armis euertit.

¶ Damasippus nihil habuit laudis quod corrūperet. s. turpiter agēdo: q̄a nihil unq̄ honeste egerat: itaq;. i. & ita memoria eius idest quae est de eo: pstringitur idest uiolenter inuaditur accusatione licentiore: quia impunitioe Cuius iussu capita principum ciuitatis permixta sunt capitibus historiarum quia principes inter hostias mactati sunt & corpus Carbonis Aruinae truncum idest detruncatum ablato capite gestatum est. s. ad ostentationē in opprobrium affixum patibulo. adeo aut p̄tura hominis flagitiosissimi. s. damasippi potuit multum aut maiestas reip. i. omnium qui p̄erāt iustitiae potuit nihil: quia permiserunt damasippum contra fas in innocentem saeuire.

## De Nūatio Flacco Romano. Ca. DCCCCXLI.

Numatius āt Flaccus Pōpeiani nominis acrior q̄ pbabilior defēsor: cū ab imperatore Caesare in Hispania inclusus moenibus Attinguen-

Numantius autē flaccus: Hic ē Flaccus ille qui in omni uita Catonem imitari uolebat & quāuis longe a se ueritate illius abesset licentius tamen plerūq; loquebatur: nam cum Pompeium consules admonerent ut diligenter uideret quorsum euaderent caesaris opes quae reipublicae

sium obsideretur:efferatam crudelitatem suam truculentissimo genere uesaniæ exercuit. Omnes enim eius oppidi ciues quos studiosiores Cæsaris senserat iugulatos muris præcipitauit. Fœminas quoq; citatis nominibus uirorum qui in contrariis castris erant ut cædes coniugũ suarum cernerent & maternis gremiis suppositos liberos trucidauit. Infantes alios ĩ cõspectu parẽtũ humo ĩfigi: alios superiactos pilis excipi iussit:quæ auditu etiã itolerabilia Romano iussu lusitanis manibus administrata sunt:cuius gentis præsidio Flaccus uallatus diuinis operibus uecordi pertinacia resistebat.

¶ Numatius (aut Numandus aut Numatius (tã uarie enim scriptũ reperi) autẽ Flaccus defensor nominis Pompeiani.i.querelæ Pompei Maxgni:acrior q̃ probabilior (More suo q̃ consimiles gradus dat cum ratio ut dicatur secundo loco positiuũ exigere. Nam sicut consuete dicas uir magis acer q̃ probabilis:ita dicendum uidetur acrior q̃ probabilis: quia magis acer non est aliud q̃ acrior) cum ipse inclusus moenibus attinguensiũ.i.populorum Hispaniæ:unde addit in hispania:obsideretur ab imperatore cæsare .i.Iulio:exercuit efferatam crudelitatẽ suã truculentissimo genere uesaniæ. Enim.i.quia præcipitauit muris idest de muris iugulatos omnes ciues oppidi quos senserat studiosiores Cæsaris.i.partibus eius. Trucidauit.i.truculenter occidit:quoq; idest etiam fœminas & hoc nominibus uirorum citatis:hoc est nominatim ut adessent uocatis:uirorum inquã qui erant in castris contrariis.i.cæsarianis:ut cernerent.i.uiri:cædes.i.occisiones coniugum.i.uxorum suarum:& trucidauit liberos suppositos gremiis maternis. Et iussit alios infantes infigi humo in conspectu parentum:& iussit alios superiactos pilis excipi pilis. Quæ.i.facta intolerabilia etiam auditu:sunt administrata manibus lusitanis.i.lusitanorum:iussu Romano.i.Romani præfecti. Cuius gentis.i.lusitaniæ præsidio Flaccus uallatus resistebat pertinacia uecordi idest experte prudentiæ operibus diuinis.i.cæsaris inter deos referendi

## Externa De Carthaginẽsibus. Ca. DCCCCXLII.

TRansgrediamur nunc ad illa quibus ut par dolor:ita nullus nostræ ciuitatis rubor inest. Carthaginenses Attilium regulum palpebris relectis machina in qua undiq; pacuti stimuli eminebãt inclusum uigilantia pariter & continuo tractu doloris necauerunt. Tormenti genus idignum passo auctoribus dignissimum. Eadem crudelitate usi in milites nostros martio certamine in suam potestatem redactos nauibus substrauerunt:ut earum carinis ac pondere elisi insuitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent:tetro facinore pollutis classibus ipsum mare uiolaturi.

Transgrediamur nunc ad illa:scilicet externa & primum ad carthaginensia quibus ut idest quemadmodum dolor par idest æqualis inest:ita nullus rubor idest nulla uerecundia nostræ ciuitatis inest:quia externa crudelitas nullam incutit Romanis uerecundiam. Incipiens autem narrare dicit. Carthaginenses necauerunt Attilium regulum (qui ubi persua periculosæ uidebãtur:) Pompeius occisos eos esse iussit:quia cum prius uno pede terram percussisset se totum orbem commoturum diceret:scilicet.i.potentia & auctoritate sua totuz orbem complexa. Occupatis deinde gallis auctisq; cæsaris uiribus ut iam apertũ reipublicæ periculum uideretur: Tunc Numatius iste Pompeio dixisse fertur nunc pede percute terram O Pompei:sed qd ad eius crudelitatem pertinet tanta fuit ut nihil immanius nihil truculentius audiri posset sicut in littera uidere possumus: Quã pbabilior: Quia nõ laudẽ sz ifamiam ex ea re pp crudelitatẽ est cõsecutus. Truculentissimo genere uesaniæ: Sæuissimo furoris genere. ¶ Fœminas: Alia teterrima feritas:cũ nõnulli ex oppidanis ad cæsarẽ confugissent in castra: Flaccus iste crudelissimus uxores & liberos eorũ i muros adduci iussit:deinde citatis eaꝜ uiris ueluti ad colloquium:in illorum conspectu iussit crudeliter necari:trucidatis prius in matrum ãplexibus liberis infantibus. Infantes alios: Hec uero multo crudelius:ut quosdam infantes:ante ora parentum humo defigi siue terræ collidi alios ueluti pilas iactatos telis excipi iuberet:quæ quidem auditu nedum uisu fœda & intolerabilia dici possunt. Quæ auditu: Execratu quodammodo hanc flacci crudelitatẽ cum romani semper humanitatis principes extiterint unus inuentus Flaccus qui barbaram crudelitatem superauerit. Diuinis operibus: Non discedit ab assentatione sua Valerius uesana pertinacia: Quia sperabat se diuinis operibus cæsaris posse resistere a quo tandem superatus iustas crudelitatis pœnas dedit.

TRansgrediamur: De supplicio Attilii reguli & crudelitate q̃ usi fuerint in eum Crathaginenses diximus in capitulo de seruata religiõe libro primo. Nõ est igitur repetenda historia. Ut par dolor qꝛ a Carthaginensibus sæuitum sit in Romanos dolor quidem ad romanos pertinet non autem rubor:quia nulla inde infamia sicut a sua ipsorum crudelitate. Machinæ: Vasi cuidam:est enim Machina etiam fabrica instrumentum compositio:unde etiam pro insidiis aliquando ponitur. Præacuti: ualde acuti clauí. Auctoribus dignissimum: Quia cõstat carthaginenses crudelissimos fuisse & hac crudelitatis ifamia semper notatos:ergo illis crudelitas conuenit. Eadem usi crudelitate in milites nostros martio certamine:hoc fuit eodem bello primo punico nõ de imperatore:sz etiam de militibus captis supplicium crudele sumpserunt:quos fundo nauium substratos necauerunt, nouum mortis & supplicii genus sæuitas barbara excogitauit: dum supra modum in romanos sæuire gestit. Pollutis classibus: Humano sanguine nauibus aspersis. Mare uiolaturi deductis scilicet nauibus Romanorum sanguine pollutis

ipsum mare quodámodo ululare uidebantur cum illud humano sanguine respergerent.

Horũ dux hánibal cuius maiori ex parte uirtus sæuitia constabat &c. Liuius tamẽ hunc multis uirtutibus p̄ditum dixit q̄ is ingentia uitia adæquabant inhumana crudelitas: perfidia plusq̄ punica: nihil ueri: nihil sancti: nullus dei metus: nullũ iusiurādũ nulla religio. Fuit ergo crudelissimus imperator. In Flumine gelo. Virgi. gelaq̄ appellatur a quo oppidũ illi appositũ cognominatuq̄ est: Apparet camerina procul cāpiq̄ gelōi. Immanisq̄ gela fluuii de nomine dicta: ẽ autem fluuius syciliæ inter camerinã & agrigentam Exercitũ traduxit. Corporibus Romanis ponte facto. Hoc idẽ fecisse sparta cum Frontinus dicit libro primo. Spartacus inquit fossā quæ erat a Marco Crasso circũuallatus cæsis captiuorum pecorũq̄ corporibus repleuit & supgressus est. Vt æque terrestriũ scelestium. Vt ita fluuiales & terrestres aquas polluerent sicut primo punico bello maritimas crudelitate corruperant.

Idem captiuos nostros onere & itinere fes. Alia sæuitia barbara ut captiuos romanos q̄bus pro seruis uteretur cũ longo itinere fessi i mposita sibi grauissima impedimentorũ onera ferre non possent succisis primis pedũ partibus relinquebat inutiles: quos uero i castra perduxerat iter se sanguine coniunctos tanq̄ gladiatores ferro decernere coegit. Quo quidem spectaculo ipse non prius satiatus est q̄ omnibus consumptis eo genere mortis superstes nullus esset: quid illud q̄ inter cadaueruq̄ strues in cānensi clade mensas parasse dicitur ut non minus cæsorũ sanguine q̄ epularũ uoluptate satiaretur. discedẽs quoq̄ ex italia cũ ad ferendam opẽ patriæ reuocaretur oẽs italici generis qui in aphricā illũ sequi abnuentes concesserant in laciniæ iunonis delubrum inuiolatum ad eã diẽ in templo ipso foede crudeliterq̄ interemit. Paria fratrum Tanq̄ paria gladiatorũ ut frater cũ fratre p̄pinquus cũ p̄pinquo ferro certarẽt seq̄ mutuis uulneribus occiderent: quo mors illis grauior esset. Iusto igitur illũ. Merito illũ odere romani quem ad uoluntariã deniq̄ mortẽ cōpulerunt: naq̄ subactis tādẽ carthaginẽsibus cũ inter pacis cōditiones abrupti fœderis ultioneq̄ deposceret Hánibalem quẽ oĩs rupti fœderis culpa trāsferebat: ad antiochũ regẽ syriæ cōfugitq̄ cũ aduersus romanos bella pararet & Hánibalis consilia sperneret uictus a romanis & pacẽ coactus hánibali significauit illum peti a romanis quo cognito ad prusiã bithiniæ regem se contulit quem cum aduersus Eumenem ponti regem excitasset: Eumeneq̄ hánibalis consilio prusias superasset: metuens senatus Ro. ne sibi nouum bellum suscitaretur: ab Hannibale. T. Quintum flaminium ad regem prusiam miserunt: qui utrunq̄ regem componeret Hannibalem deposceret: non illi similiter Romanorum postulationem rex perfidus indicauit: sed eum in Romanorum manibus hoc est. T. Quintii qui ob eam causam uenerat: ut Hannibalem Romam captiuum duceret: ita tradit: ut uix sumendi ueneni quod in annulo regio more gerebat. tempus ei super-

sit ne per se fieret redẽptio captiuorũ carthaginẽ. ut iusiurandũ seruaret ad hostes reddit, palpebris sup. eis. i. coperculis oculorũ resectis. i. abscissis: inclusum machina. i. dolio ut quidam uolunt: in qua. s. machina stimuli acuti. i. claui: eminebāt. i. extabant: undiq̄. i. ex omni parte necauerunt diu uigilātia quia abscisis palpebris dormire non potuit: & cōtinuo tractu doloris. Sup. o genus tormẽti indignũ passo. s. regulo q id passus erat: & dignissimum authoribus. s. eius passionis. Carthaginẽ. sup. usi eadem crudelitate in ciues nostros. i. Romanos: redactos in suam potestatem: certamine martio. i. bellico: substrauerũt eos nauibus: ut ipsi elisi. i. contriti carinis. i. aluis ac fundis earum. s. nauium satiarent feritatem barbaram inusitata ratione. i. uia ac specie mortis: uiolarunt. s. carthaginenses ipsum mare classibus pollutis tetro. i. foedo & diro facinore.

## De Hannibale. Ca. DCCCCXLIII.

Horum dux hánibal cuius maiore ex parte uirtus sæuitia constabat in flumine Gelo corporibus romanis ponte facto exercitum traduxit. ut æque terrestrium scelestum carthaginensium copiarũ egressum terra: q̄ maritimarum Neptunus experiretur. Idem captiuos nostros oneribus & itinere fessos: iam prima pedum parte succisa relinquebat. Quos uero in castra perduxerat paria fratrum & propinquorum suorũ gẽs ferro decernere cogebat: neq̄ ante sanguine explebatur q̄ ad unum uictorem omnes redegisset. Iusto ergo illum odio uerumtamen tardo supplicio senatus Prusiæ regis factum supplicem ad uoluntariam mortẽ cōpulit.

Horũ huiusmodi hominũ dux Hannibal cuius uirtus. s. bellica constabat ex maiore partæ sæuitia traduxit exercitũ ponte facto in flumine gelo quod est in Sicilia inter Camerinam & Agrigentum: corporibus Romanis. ut terra experiretur æque scelestum egressum copiarum carthaginẽ. terrestrium idest per terras ductarum: q̄ neptunus maritimarum (& ita accepit terram pro tellure) Idem scilicet Hannibal relinquebat nostros idest Romanos milites captiuos idest quos ceperat fessos. oneribus & itinere: & ita progredi nequeuntes: prima parte pedum iam idest prius succisa: ne amplius ingrederentur saltem recte. Vero. i. sed cogebat decernere ferro idest dimicare & altero alterũ interficiente experiri uter uiueret: eos sup. quos perduxerat in castra iũgens idest constituens ad dimicationem paria fratrũ idest ex fratribus & propinquis inter se: neq̄ explebatur idest satiebatur ante idest prius sanguine q̄ redegisset omnes ad unum. s. ultimum uictorem qui non habebat cũ quo amplius certaret: qui uero semel uicerant iterum alteri coniungebantur donec omnes præter unũ eẽnt interfecti: unde male quidam legunt: Quosdam autem ubi legendum est: Quos autem &c. Ergo quia tam sæuus in Romanos fuit: senatus compulit illum scilicet Hannibalem factum supplicem Prusiæ regis thythiniæ ad mortem uoluntariam quam sibi intulit: odio iusto uerum. s. sed tamen supplicio tardo quia nimis diu regnarat.

esse:qui quidem annulus ut dixit iuuenalis fuit cannarum uindex ac tanti sanguinis ultor:iustinus tamen dicit Hannibalem audito legatorum aduentu sumpto ueneno legationem morte præuenisse.Plu.uero plures opiniones de morte Hanbalis refert.nam alios dicit esse qui uelint eum a seruo fuisse interfectum:alios qui tauri sanguinem illum hausisse dicāt: alios qui uenenum ad similes casus præparatum bibisse cum magna execratione regis prusiæ.Prusiæ regis Bythiniæ.

## De Rege Mithridate Cap.DCCCCXLIIII.

TAm hercule q̄ mithridatē regem qui una epistola.lxxx.milia ciuium romanorum in asia p urbes negociandi gratia dispersa interemit:tātæq; prouinciæ hospitales deos iniusto:sed non inulto cruore respersit:quoniam cum maximo cruciatu ueneno repugnantem spiritum suū tandem succumbere coegit. Simulq; piacula crucibus illis dedit:quibus illos amicos suos auctore gauro spadone libidinosus obsequio scelestus imperio affecerat.

¶ Tam &c.Hercule.i.per herculē:tam.s.iusto odio cōpulit senatus hānibalem ad mortē uoluntariā q̄ Mithridatē regem ponti:qui interemit una epistola.i.mandato misso epistola una:octoginta milia ciuiū Romanorū dispersa in asia per urbes gratia negociandi.i.mercandi & respersit deos hospitales.i.qui hospitalitati p̄sunt:tantæ prouinciæ quanta est asia cruore iniusto.i.iniuste fuso sed nō inulto:quoniam ipse coegit spiritū suū repugnantē ueneno:q̄a munitū Mythridatica cōfectione cōtra uiz ueneni:succumbere tandem cum maximo cruciatu.i.uiolentissima morte & simul dedit piacula.i.expiationes illis crucibus quibus ipse libidinosus obsequio i.obsequendo iniquo & turpi uoto spadonis:& scelestus imperio.i.imperādo(unde turpis erat quia ut Eunucho obsequaretur id uoluit:s3 scelestus quia quod uoluit imperauit)affecerat illos.s.notissimos & insontissimos amicos suos authore Gauro spadone.

TAm hercule q̄ mithridatē.Mithridates sæuitia pro uirtute abutebat̄:naz bellu3 suscepturus aduersus Roma.edictū per omnes Asiæ urbes misit:ut oēs q in asia forent romanæ ciuitatis hoīes interficerent:fuerunt aūt supra octogiota milia romanorū qui negociandi uel alterius rei gratia dispersi erant in asia.præterea domus:templa & aræ.humana omnia atq3 diuina iura uiolata sunt:cuius licet feras:meritas tamen pœnas dedit:nā tribus demū ingentib9 bellis fœlicitate syllæ:aut uirtute luculli & pōpei magnanimitate uictus:& defectiōe ciuiu3 pharnacisq3 filii scelere p̄uentus male tētato ueneno spiritū expulit:nā pharnaces eius filius pōpeii gratiā ipsum iā amisso regno obsessū ad mortē coegit:qui ueneno accepto cū parū p̄fecisset a milite gallo noie bitroco:a quo ut se iuuaret petierat interfectus est.Pli.lib.xxv.naturalis historiæ:hunc dicit quotidie antidotū contra uenena sumere solitū.Gellius uero li.xvii.de noctibus atticis Anates inq̄t pōticas dicunt edendis uulgo uenenis uictitare: Scriptū est a leneo Cn.pompei liberto mithridatē illū ponti regiæ medicinæ rei & remediorum in id genus solertē fuisse solitūq3 earum sanguinē miscere medicamentis quæ de iungēdis uenenis ualent eūq3 sanguinē uel potētissimū esse in ea coctione siue confectione: ipsum autem assiduo regem talium medullarum usu a clandestinis epularum insidiis cauisse:quin & scientem quoq3 ultro:ut ostentandi gratia uenenum rapidū & uelox sæpenumero hausisse:atq3 id cū sine noxa fecisse:q̄obrē cū postea p̄lio po.Ro.uictus metu sui in ultima regni refugisset:& mori decreuisset:& uenena uiolentissima festinandæ necis causa frustra expertus:suo se ipse gladio transegit.Plinius uero nepos de uiris illustribus.mithridates inquit a pompeio nocturno prœlio uictus in regnum confugit ubi per seditionem popularium a pharnace filio in turre obsessus uenenum sumpsit:quo tardius agente quia aduersus uenena multis ante medicaminibus corpus firmarat: immissu3 percussorem gallum auctoritate uultus uel atroci uultu territum reuocauit & in cædem suam manum trepidantis adiuuit. Alii uero acutissimo ueneno extinctum illum fuisse ferunt:quos Lucanus secutus:ait Post cilicas ne uagos & lassi pontica regis:Prælia barbarico uix consūmata ueneno.Iustinus hūc dicit ideo se uenenis bibendis assuefecisse q̄ puer a tutoribus fuisset ueneno petitus:aduersus quorum insidias se hac una ratione muniuit.Tam hercule:Subauditur iusto odio senatus Hannibalem ad uoluntariam mortem coegit q̄ etia3 compulit mithridate3.Hospitales deos:Apud maiores sancta habebantur hospitii iura quæ uiolare nefas.Virgilius.Iuppiter hospitibus:nam te dare iura loquuntur:uiolauit ergo hospitalia iura cum mandauit omnibus asiaticis ut hospites romanos cuncti necarent.Non inulto.Quia de rege tandē sum p̄sere supplicium:quem ad uoluntariam mortem compulerunt Crucibus illis:suppliciis & tormentis:Auctore gauro spadone:hunc in deliciis mithridates habebat:ad cuius nutum nihil non facere paratus erat:hic ergo multos regis amicos: qui tam fœdum regiæ libidinis ministerium periniquo animo ferebant:de medio tolli curauit Spadone:Eunucho:inter spadonem & eunuchum sunt qui nullam uelint esse differentiam nisi in deriuatione.nam utrunq3 a græco deducitur spado ἀπὸ τοῦ σπάειν a trahendo q̄ trahunt & delibantur genitalia non penitus tolluntur sed eneruantur quibusdam instrumentis ut uirilia agere non possint.Eunuchus uero dicit q̄ bonam mentem habeat.i.nulla libidine uexatam p̄pterea q̄ sit euiratus:nam genitalibus caret ἀπὸ τοῦ εὖ bene καινοῦν mentē ἔχειν habere.Libidinosus obse.Cognitus ē rex libidinosus qui tam turpi libidinis ministro est obsecutus:ut amicos suos illi infensos occidi iusserit.Scelestus imperio qui scelus non mediocre cōmisit ut fidos amicos spadonis gratia mori imperauit:hic mithridates annos quadraginta romano restitit imperio.

## De gētis Thraciæ regina Ca.DCCCCXLV.

DVmulisintis Diogiridis filiæ thraciæ regis & si minus admirabilem crudelitatem gentis ip

CIsentis diogiridis: Thraces crudelitate præstare non homies tātū s3 aues quoq3 testātur: nā hyrūdines ad eā gentē æstate nō de

uolant crudelitatē metuentes: Est enim cenīnēsi regionē oppidū quoddā Fluuiopoli nomine: uel ut Plinius dicit Bizecis regia quondā Terei regis inuisum hyrūdinibus & teste Solino alitibus illis inaccessū est equorū diomedis humanis carnibus uescētium stabulū execratū. Fuere in ea prouincia reges feritate insignes ut tereus: ut diomedes & alii complures inter quos Cysenis: regina q̄ crudelitatis uelut rabie quadam furibunda medios secari homines natorū corpora parētibus epulanda apponi iubebat aliaq3 huiuscemodi saeuitiae exēpla faciebat. Crudelitatem gētis: de q̄ Virgi. Heu fuge crudeles: terras fuge litus auarū. Quare nō mirū est inuētā eē faeminam rabiosam crudelitate furentē. Medios homines secare: Quē morē seruat turcus ille saeuissimus. Nec parētes liberorū: Beatus augustinus de indis loquēs hāc eandē asserit crudelitatē filios parentū intestina comedere: & idē beatus Thomas eorū crudelitatē exhorrens dixit. Domine quouis me mitte praeter q̄ ad indos.

Itē Ptolemaeus. De uitiis & crudelitate huius saeuissimi regis dictū est in capitulo de luxuria: ibi quaerēda est historia. Sed ad ea quae de illo supradicta sunt hoc ēt accedit q̄ ubi se ciuibus suis ob crudelitatē inuisum eē cognouit: metuēs futurū qd euenit: regno. s. pulsum iri: remediū uoluit ex scelere excogitare plebē ferme oēm trucidari iuuenturē in gymnasio cōgregatam ferro flāmaq3 circūdari & totā necari curauit. Teterrimū exēplū. Turpissimū & sordidissimū exēplū sicut i capitulo de luxuria mōstratū est. Referēdus: recitādus narrādus. Sustulerat: susceperat & nutriuerat. Iuuēalis tollere dulcē cogitat haeredē. In conspectu suo: Ante oculos suos qd saeuius fuit. Pro munere natalitio: Curauit rex iste saeuissimus ut haec munera reginae darentur in cōuiuio quo die natale suū celebraret: quae res nō reginae tātū s3 ēt uniuersae ciuitati acerba & luctuosa fuit. Periode quasi ipse cladis expers. Quasi non sibi filius: sed e sola cleopatra natus: ac si diceret: qui nullum patris sensum haberet Adeo caeco furore: Tanta erat crudelitas furori permixta ut ēt ipsa uires reciperet & incrementū ad explenda scelera. Efferuescit incenditur. Munimentū: firmamētū: sed potius fomentū. Frequens iuuentute gymnasiū. Die ludorum iuuenes in gymnasium frequenter conuenerant: ut de more ludos celebrarēt: est locus exercitii gymnasium ut saepe diximus.

sius feritas narrandam tamē rabies saeuitiae facit: cui nec uiuos homines medios secare: nec parētes liberorū uesci corporibus nefas fuit.

Numulli finitis &c. Eth. i. q̄q̄ feritas ipsius gentis. s. thraciae facit crudelitatem. Numullinitis (sunt tamen qui legant Cysenis) filiae diogindis regis thraciae minus admirabilem: quia minus mirum ubi totus populus ferox & crudelis est reginam crudelissimam fuisse: tamen rabies. i. enormitas saeuitiae facit sup. eam narrādam. i. dignam quae narraretur ad detestationē. Cui. s. reginae nec fuit: hoc est non uidebatur aut non reputabatur nefas: secare homines uiuos medios aut medio. i. per medium nec parentes uesci corporibus liberorum. i. filiorum suorum aut etiam filiarum legitimarū.

## De Ptolemęo rege ægypti Cap. DCCCCXLVI.

Iterum Ptolemaeus physcon emergit paulo ante libidinosę amentię teterrimum exēplum: idem inter pręcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculētius? filium suum nomine Memphitem quem ex cleopatra eadem sorore & uxore sustulerat liberalis formae optimae spei puerum in conspectu suo occidi iussit: pedes eius praecisos & caput eius & manus in cistam chlāyde opertos pro munere natalitio matri misit: perinde quasi ipse cladis quā illi inferebat expers: ac non infelicior q̄ in communi orbitate cleopatram miserabilem: cunctis se inuisum redderet Adeo caeco furore summa quaeq̄ efferuescit crudelitas: cui munimentum ex se ipsa repe it. Nam cum animaduerteret q̄to sui odio patria teneretur timori remedium scelere petiuit quoq̄ tutius plebe trucidata regnaret frequens iuuentute gymnasium armis & igni circūdedit omnesq̄ qui in eo erant partim ferro partim flāma necauit.

Iterū &c. Ptolemaeus Physcō rex aegypti: emergit iterum. i. s. notandū profert educens caput e profundo uitiorū habitus sup. paulo ante cū3 de luxuria & libidine ageretur exemplum teterrimum. i. turpissimū & pessimū: amentiae libidinosae idē referēdus iter pcipua idicia. i. signa aut ostēta crudelitatis. Quid enim truculentius. i. atrocius sup. est hoc facto. s. eius quod dicam. Ipse iussit Mēphitem filiū suū quē sustulerat. i. genuit educandū curauerat ex Cleopatra eadē sorore & uxore: puerū formae liberalis. i. ingenuae & liberis hoibus dignae: & optimae spei. i. idolis bonos mores pmittētis: occidi i cōspectu suo: & misit matri. s. Cleopatrae p munere natalitio. i. quo pricipes & cōiuges se mutuo donare solebāt i natali suo: pedes eius. s. filii sui: pcisos. i. āte abscissos: & caput eius & manus opertos chlamyde i cistā. s. iclusos: aut in cista legēdū ē pinde quasi. i. tāq̄ ipse esset expers cladis. i. calamitatis quā ipse iferebat illi. s. Cleopatrae matri: quia cū cōis eēt natus: cōis erat clades: ac ipe rex nō sup. eēt infelicior q̄ Cleopatra: q̄ redderet in cōi orbitate. i. priuatiōe liberorū: Cleopatrā miserabilē. i. dignā miseratiōe cūctis: & se iuisam cūctis: sed minoris infelicitatis ē quēpiā eē miserabilē q̄ iuisum: deteriorq3 ē cōditio male faciētis q̄ patiētis: cū peior sit culpa q̄ poena. Adeo. i. intantū caeco furore efferuescit. i. ebullit sūma quaeq3 crudelitas: ut ē regū & principū: cui. s. crudelitati sūmae: ipsa reperit munimētū ex se. i. p nouā crudelitatē ueterē ptexit: nā cū aiaduerteret Ptolemaeus quāto odio sui patriis teneret: petiuit scelere. s. nouo remediū timori. i. ne nimis cogeretur suos quibus odio erat timere: quoq3. i. & quo ipse regnaret tutius plaebe trucidata: ipse circūdedit armis & igni gymnasium. i. locum exercitiorum & ludorum: frequens. i. abundantem iuuentute. i. multitudine iuuenum: & necauit omnes qui erant in eo: partim ferro & partim flamma.

## De Ocho dicto Dario. Ca.DCCCCXLVII.

Ochus autem qui postea Darius appellatus est sanctissimo Persis iureiurando obstrictus:ne quem ex coniuratione quæ septem magos cum eo oppresserat:aut ueneno:aut ferro:aut ulla ui:aut iopia alimentorum necaret:crudeliorem mortis rationem ex cogitauit:quæ hos iunctos sibi non perrupto uinculo re ligionis tolleret:septum enim altis parietibus locum ci nere compleuit:suppositoq; tigno prominente:benigne cibo & potione exceptos in eo collocabat:e quo sono sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant.

¶Ochus autem qui postea appellatus est Darius:obstrictus Persis sanctissimo iureiurando ne necaret quem.i.aliquem ex coniuratione.i.multitudine coniuratorum quæ oppresserat cum eo septem magos qui tyrannidem exercuerant:aut ueneno:aut ferro:aut ulla ui.i.uiolentia:aut iopia: alimentorum : excogitauit crudeliorem rationem.i.modum & uiá mortis quæ.s.ratio:tolleret.s.de medio uiuentium:hos iunctos sibi:uinculo religionis iurisiurandi:nõ perrupto:cõpleuit enim septū.i.circundatum altis parietibus cinere:& tigno.i.ligno transuerso prominente.i.longe eminente extra cineres:supposito.i.clanculū imposito:& locabat in eo.i.tigno : eos exceptos benigne.i.abunde cibo & potione:e quo.s.tigno ipsi sopiti somno.i.profunde propter crapulam dormientes decidebant.i.deorium cadebant in illam congeriem.s.cinerum insidiosam.Misera autem & improuida erat tunc mortalitas quæ regem iuramento astringens non adiecerat clausulam illam generalem:nec alia quauis ratione:qua adiecta religione solui non potuisset.

## De Ocho artaxerse.Ca.DCCCCXLVIII.

Apertior & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxersis crudelitas:qui Ocham sororem atq; eãdem socrum uiuam capite defodit:& patruū cum centum & amplius filiis ac nepotibus uacua area destitutum iaculis confixit nulla iniuria lacessitus:sed q in his maximam apud Persas probitatis & fortitudinis laudem consistere uidebat.

¶Apertior &c.Crudelitas alterius Ochi Artaxersis cognomine:fuit sup. apertior & tetrior.i.dirior:qui defodit capite uiuam Ocham seu Ochaxiz sororem atq; eandem socrū.s.suã:quia eius filiam duxerat:& confixit iaculis patruū.s.suū:hoc est fratrem patris sui cū centum & amplius filiis & nepotibus:destitutum.i.seorsum ab aliis statutū sup.in area uacua:nulla.i. non ulla:non lacessitus.s.ab eo ulla iniuria sed q.i.quia ipse uidebat maximam laudem probitatis & fortitudinis apud Persas consistere in his.s. patruo & filiis eius ac nepotibus.

## De Atheniensibus Ca.DCCCCXLIX.

Consimili genere æmulationis istincta ciuitas Atheniensiū idigno gloriæ suæ decreto Aegineosium iuuentuti pollices abscidit:ut classe potens populus in certamen maritimarum uirium secū descendere nequiret.Non agnosco Athenas timori remedium a crudelitate mutuantes.

Ochus qui postea.Quomodo darius fuerit rex cõstitutus mõstratū é in ca. de fortitudine:& in ca.de uafie dictis & factis:quod uero ad crudelitaté eius ptinet cū rex cõstitutus populo iureiurãdo : firmasset se nullū ex pricipibus septé qui cõiurationis aduersus magos socii fuissét:ueneno ferro:aut alia ui aut inedia oppressurū:illeq; potentiam metués nouū mortis & crudelitatis genus excogitauit:quo se metu & religione solueret : locū parietib9 cinxit:eūq cineribus repleuit : suspensum tignū superimposuit:pricipes luxuriosis epulis uinoq; repletos in eo collocauit: qui crapula sopiti in cinerosum pelagus deciderét:et obrutiq; sunt oés:existimauit se rex iste periurus hac consilii calliditate:se posse & libidini pariter suæ & religioni satisfacere : quod num ita est:fraus enim distinguit nõ dissoluit periuriū.Principum auté noia fuerūt hæc. Oanes: Itaphernes:Gobrias :Megabizus : Aspitics : Hydarnes.Inopia alim.entorq; :Fame & iedia. Hos iunctos:Alii habét coniūctos.i.sibi graues ac difficiles:quorq; opes atq; potentiam metuebat.Vel iunctos:quasi simul administrantes : quorq; auctoritas magna foret apud regem:ita iubente populo.Non perrupto uinculo religionis:Non uiolato sacramento ut ipse putabat . Congeriem:Cinerum cumulū & cõgregationem:uafrum regis cõsilium:sed a crudelitate mutuatum.

Apertior &.Non est in Dario finita regum Persarum crudelitas:naz Ochus cognomine Artaxerses Dario lõge crudelior fuisse uidetur:q nõ in ciues quos metueret sed in suos supra modum sæuiuit: sororem cuius filiā duxerat uxorem:terræ uiuam defodit: patruum cum centum liberis atq; nepotibus telis transfigi imperauit in area uacua alligatum:nec id ulla iniuria lacessitus:sed q illeq; maximas opes & ingentem apud Persas uirtutis opinionem esse uidebat:quare timebat ne in illum Persæ regium transferrent imperium Eandem socrum:Erat & socrus: qa eius filiam duxerat uxorem. Cum centum & amplius filiis:barbarum erat non singulas : sed plures habere coniuges:quotquot scilicet alere potuissent.Virg.Vidi Hecubam centumq; nurus.Item quinquaginta illi thalami. Salu. alii denas:alii plures:sed reges eo amplius . Nulla iniuria lacessitus Exaggeratio crudelitatis Ochi:qui in sontes necauerit sanguine sibi coniunctos.

Consimili genere.Cicero lib.iii.officiorum. Durius esse inquit athenienses qui sciuerunt ut Aeginetis qui classe ualebant pollices præciderentur : hoc uisum est utile:nimis enim imminebat propter propinquitatem ægina Pireo:sed nihil quod crudele utile.est enim hominū naturæ quã sequi debemus maxie inimica crudelitas:ppter utilitaté igit athenieses id crudelitatis exemplum ediderunt : ut æginensium iuuentuti pollices præscindi ex decreto iusserint : De secum na

uali certamine contendere possent: in quo plu rimũ illos ualere cognoscerent. Cõsimili gene re æmulationis: Sunt enim athenienses Ochi crudelitatẽ imitati: nã queadmodum Ochus patrui & eius filiorũ atq; nepotũ probitatem habuit suspectã: sic athenienses æginẽsiũ; ui res timuerunt: qui metus illos fecit esse crude les. Aeginensiũ: Aegina est insula & urbs in q̃ regnauit Aeacus ab Aegina Aesopi filia deno minata: sed antea dicebat̃ ænopia: teste Oui dio lib. vii. metamorphoseos. Aenopiam ueteres appellauere: sed ipse Aeacus æginã genitricis nomine dixit. Pollices in q bus manuũ uis omnis pene tota consistit. Non agnosco Athenas: Cum athenienses humanitatis semper fuerint præcepto res: quippe apud quos philosophorum præcepta uiguerunt: a seipsis alienati fuisse uidentur: ut non cognoscantur Athe nienses qui timori remedium a crudelitate tanq̃ barbari mutuari uoluerint. Mutuantes: Sicut Ptolemæus: de quo supra.

PRotrahat. Dicturus de auaritia eā quodāmodo diffinit. Salusthus uero multo melius dicit enim. Auaritia pecuniae studiū habet quā nemo sapiens unq̄ concupiuit ea quasi uenenis malis ībuta: corpus animūq; uirilē effoeminat: sempq; īfinita & insatiabilis est: neq; copia neq; inopia minuit Cl. illā igni cōparauit: cui quāto plus materiae supipoit: tāto magis incenditur: sic & auaritia quāto plus habuerit: tantomagis cōcupiscit: nā semper Crescit amor nūmi q̄tū ipsa pecunia crescit. ut Iuue. unde ē illud trītū apud omnes prouerbiū: cum caetera uitia senescant: sola auaritia iuuenescit. Auidissima uorago: cupidissima ꝓfunditas q̄ nulla copia repleri possit. Praedae: nemo est q dubitet auaritiā esse ꝑdae ministrā: auarus enim propter auiditatē nullū q̄stū sibi turpē esse putat: naq; quotidie fraudat: decipit: poscit. paciscit: aufert: arripit. spoliat: expilat: depeculatur: testamenta supponit: oīa denīq; p fas & nefas accumulat: ergo qa nūq̄ satiat: recte uoragini cōparatur. Neq; habēdi fructu felix: felix ē qui ex rebus partis fructum capit: hoc antē non accidit auaro: non igitur felix.

CVm admodum. Cice. li. iii. offi. Consideremus inquit quae faciunt hi qui habentur boni. L. Minutii Basilii locupletis hominis: falsum testamentum qdaz e graecia romam attulerunt: quoq; id facilius obtinerent scripserunt secum Marcum Crassum & Quintum Hortensium: homines eiusdē ciuitatis potētissimos: q cū illud falsū esse suspicarētur: sibi aūt nullius essent cōscii culpae: alieni facinoris: munusculū nō repudiauerūt: qd ergo satin hoc est ne deliqsse uideātur Mihi certe nō uidetur. Vide igitur qd faciat auaritia uiros clarissimos qui boni habebant Romanae ciuitatis pricipes impulit ad ꝓbationē testamenti quod sibi aliorū bonorū insidiator obtulerat. Subiecisset: nam mortuo Minutio testamentum illi nō Minutii testatoris: sed aliud a se scriptū subiecit. Quibus Minutius ignotus fuerat: Argumētuz potissimū testamētū illud falsum eē: q ab ignoto essent haeredes conscripti. Quantā culpā: Inuehitur quodāmō i hos Valerius: cū dicat tantū crimen tā leui reprahensione pstrigi nō debere: qppe cū ciuitatis lumina curiae foriq; principes tanta auaritia capti sint: ut etiā falsum testamētū cōprobare uoluerint. Quā breuiter retuli. Quasi dicat quae lōgiori oratione & reprahensione fuit prosequenda. Captura: Lucrum: utilitas: acquisitio: a capiendo dict i ut captura piscium. Texerunt: Defenderunt amplitudine sua quia nemo inuentus est qui contra horum hominum auctoritatem: testamentum illud rescindere auderet.

VErum aliquanto maior. Vis magna auaritiae Crassum & Hortensiū in cessit: sed multo maior Cassiū: quā

De Auaritia. Ti. IIII.

PRotrahatur etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorū manifestae praedae auidissima uorago nec habendi fructu felix: & cupiditate quaerendi miserrima.

Protrahatur. Quia de uitiis se non libenter scribere protestatus ē: dicit Protrahatur etiam in medium. i. publicetur etiam auaritia indagatrix. i. inquisitrix lucrorum latentium. i. occultorum aut ignobilium: & auidissima uorago praede manifestae: nec felix fructu habendi (quia auarus ut dicit Flaccus. Quaerit & inuentis miser abstinet: & ut dicit Seneca. Taz deest auaro quod habet q̄ quod non habet) & miserrima cupiditate quaerēdi i. acquirendi: unde diuitiae acquiruntur ab auaris cum labore: custodiuntur cum timore: deseruntur cum dolore.

De Marco Crasso &. Q. Hortensio.
Capitulum. DCCCCLXVI.

CVm admodum locupleti. L. Minutio Basilio falsum testamentum quidam in graecia subiecisset: eiusdemq; confirmandi gratia potentissimos ciuitatis nostrę uiros. M. Crassum &. Q. Hortensium: quibus Minutius ignotus fuerat: tabulis haeredes inseruisset: q̄q̄ euidens fraus erat: tamen uterq; pecunię cupidus facinoris alieni munus non repudiauit. Quantā culpam q̄ leuiter retuli: lumina curię: ornamenta fori: quod scelus uindicare dedebant: inhonesti lucri captura inuitati auctoritatibus suis texerunt.

Cum quidam in graecia subiecisset. i. falsum pro uero scriptum imposuisset Lucio Minutio Basilio admodum. i. ualde locupleti. i. diuiti: testamētum. i. attulisset Romam falsum testamentum: quo ipse se fingebat haeredem a Lucio basilio institutum: & inseruisset tabulis haeredes . i. cohaeredes: aut pro parte quadam haeredes: potentissimos uiros ciuitatis nostrae s. M. Crassum: & Quintum Hortensium gratia eiusdem. s. testamēti cōfirmandi: quibus. s. uiris Minutius. s. defunctus fuerat ignotus: q̄q̄ fraus erat euidens: tamen uterq; cupidus pecuniae non repudiauit munus facinoris alterius sed quia consenserunt etiam ipsorum. Quantam. i. o q̄tā culpam: q̄. i. o quantum leuiter. i. faciliter retuli. i. recitaui. q. d. maximam facillime. Quia lumina curiae. i. senatus: ornamenta fori. s. iudicialis: texerunt. i. protexerunt & operuerunt authoritatibus suis: inuitati. i. allecti captura. i. assecutione lucri inhonesti. i. turpis: sup. illud scelus: quod debebant uindicare i. punire: uidelicet fallacis usurpationis haereditatis.

De. Q. Cassio. Ca. DCCCCLXVII.

VErum aliquanto maiores uires i Quinto Cassio exhibuit. qui in Hispania Silium & Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprahensos quinquagies sestertium ab illo: ab hoc sexagies pactus dimisit. At quis dubitet si alterum tantum daretur: iugulum quoq; suū aequo animo illis fuisse prębiturum?

¶ Verum.i.sed:auaritia sup.exhibuit & ostendit uires maiores aliquanto in Quinto Cassio:qui.s.Cassius dimisit.s.saluos:Silium & Calpurniū deprehensos in hispania cum pugionibus.i.cultris acutis:manu capi & teneri solitis:gratia sui.s.Cassii occidendi:pactus.i.pro dimissione sestertiū quinquagies.i.quinquaginta sestertia:ab illo.s.Silio:& sestertium sexagies.i.sexaginta sestertia ab hoc.s.Calpurnio.At quis dubitet si alterum tantum.s.ptium:hoc est quinquagies & sexagies sestertium daretur.s.cassio sup.Cassium fuisse præbiturum:illis uidelicet Silio & Calpurnio iugulum quoq3 suum animo æquo.i.libenti.q.d.nemo:cum idem fere fecerit:quia accipere pecuniam ab eis qui pecuniam acceperant ad occidendum est inuitare eos ad rursus accipiendum.

De Lucio Septimuleo.Capi.
DCCCCLXVIII.

Ceterum auaritia ante omnes.L.Septimulei præcordia possedit:qui cum.C.Gracchi familiaris fuisset caput eius abscindere:& per urbē pilo fixum ferre sustinuit.quia Opimius consul auro id se repensurum edixerat.Sunt qui tradant liquato plūbo eum cauati partem capitis quo ponderosius esset explesse.Fuerit ille seditiosus:bono perierit exemplo:clientis tamen scelesta fames in has usq3 iacentis iniurias esurire non debuit.

¶ Ceterū auaritia possedit pcordia.i.intimas affectiones Lucii Septimulei ante omnes.i.plus q̄ omnium aliorū:qui cū fuisset familiaris Caii gracchi: sustinuit.i.potis fuit & in animum induxit: abscindere caput eius & ferre per urbem sup.ipsum fixū pilo.i.telo Romano:quia Opimius consul edixerat.i.publico edicto promiserat se repensurum auro.i. redempturum reponendo tanti ponderis aurum quanti erat caput Gracchi.Sunt.s. scriptores rerum qui tradunt eum.s.septimuleum:explesse.i.farsisse & replevisse partem capitis cauati.i.facti cōcaui:plūbo liquato.i.fuso: quo.i. ut ipsum caput esset ponderosius.Fuerit.i.esto sane fuerit ille.s.C.Gracchus seditiosus:& perierit bono.i.utili exemplo.i.ut alii ciues caueant seditionem excitare:tamen fames.i.cupiditas scelesta clientis.s.Septimuleiq Caium Gracchum dum uiuebat coluerat ut patronum:non debuit esurire i. extendi usq3 in has.i.huiusmodi tam contumeliosas iniurias:iacentis.s. patroni.Pulchre perstat in metaphora:addens ad famem esurire.

Hispaniæ prouinciæ præfectus Siliū & calpurnium qui coniurauerant in eum deprehēdisset cū pugionibus quibus eū occisuri uenerant:pecunia corruptus utrūq3 dimisit icolumē:nā alter quinquagies sestertiū:alter sexagies daturū promisit.Aliquanto maiores:Scilicet uires dedit auaritia.Pugionibus.Pugio breue telū lateri adhærens:a pungendo:uel ut alii uolūt a pugno dictus.At quis dubitet.Exaggerat huius hominis auaritiā:ut dicat eū pcio uitā fuisse uenditurū:si quis tantūdē obtulisset:quantū ab utroq3 illorū accepisset:iugulū ei sine dubio resecandum pbuisset.

Ceterum auaritia.Superiores ferme omnes Septimuleius auaritia superauit:qui auri sacra fame cōpulsus sanctæ amicitiæ iura uiolauit.Quum enim Caii Gracchi familiarissimus esset:ut i uita gracchorū superius legitur:post damnatū Gracchū animum fortuna mutauit.proposito enim per consulem præmio quicunq3 Gracchi caput detulisset ad eum illi tantūdem auri repēsaturum:nulla mora scelestissimus homo caput amici truncatum non solum ad cōsulem detulit:sed etiam euacuato cranio infusoq3 plūbo quo plus auri reciperet:infixū hastæ per ora uulgi deportauit:tāq̄ cæsi hostis spolium.Pilo infixum:Quod fuit multo fœdius.Auro repensurum.Edictum fecerat Opimius consul:se tantum auri daturum:quāti pōderis Gracchi caput esset :ei scilicet qui caput illud ad se detulisset.Liquato:soluto & liquefacto plumbo.Cauatam partem :Videlicet educto cerebro ex cranio:quod etiam in M.crasso a milite Partho factum fuisse legimus.Fuerit ille seditiosus:Fac ita esse ut seditionis causa leges ferre uoluerit Gracchus :& merito cæsus fuisse uideatur:non tamē debuit cliens tanto auaritiæ impetu ferri:ut patronum bene de se meritum auri cupiditate tam crudeliter necaret:ut etiam mortuo insultaret.Fuerit ille seditiosus:Concedatur inquit seditiosum fuisse Gracchum:hoc autē dicit quia dubitatur an priuatarum opum cupiditate:an reipu.utilitate agrarias leges ferre uoluerit.C.Gracchus.Cicero in exhortationibus indigne cæsum fuisse fatetur:naz & Opimius consul paulo post fuit interemptus:siue propter quasdam seditionum suspiciones:siue propter iniustam Gracchi mortem.Bono perierit exemplo:Occisus fuerit pro utilitate reipub.ut a seditionibus sibi caueant reliqui ciues cum exēplo Gracchi moniti sint quæ seditiosis uiris præmia decernantur.Tamen scelesta fames:Scelerata cupiditas.Vir.Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.Esurire:Vehementer cupere:& permansit in translatione:qa dixerat fames : ideo esurire subiunxit.

De Ptolemæo rege Cypriorum.
Capitulum.DCCCCLXIX.

Dium merita Septimuleii auaritia ptolemæi autem regis Cypriorum risu prosequēda.Nā cum anxiis sordibus magnas opes corripuis

Dium merita.Merito inqt Septimulei auaritia ē odio:at Ptolemæi regis est risu psequenda:diximus i ca. de moderatiōe:cū senatꝰ audisset Ptolemæū regē Cypri grandem conflare pecuniā:ueritus ne tantis opibus rex incitatus bellum renouaret:Cyprum in prouinciæ formam redigere constituerunt : quod ubi regi nun

tiatum est opes suas petisse quod erat existi mauit: itaq; ut romanos opinione & pecūia frustraretur: eā totā nauibus īposuit eo animo ut his perforatis obrueretur: quod quū in altū petisset: auaritia ductus facere nō sustinuit: nā consiliū salubritate refertum auaritia ꝑuertit. nā aurū & argētū quo nihil carius illi esse poterat: perdere nō sustinuit: itaq; reuersus opes quibus periturus erat reponere maluit: q̄ illis perditis salutem seruare: naȝ senatus Catonē cū classe misit qui regiam pecuniā romā deportaret quod ubi sensit ptolemaeus nimio dolore peitus ueneno fata ꝑuenit. Anxiis fordibus. Sollicitis auaritiae cupiditatibus: nā proprie auaritia sordes appellatur eo q̄ hominē sordidissimū faciat. Corripuisset: Congregasset propterq; eas se periturū uideret & ideo omni pecunia īposita nauibus. Quia senatus Cyprū prouinciam eē decreuerat. A diuitiis possessus est: Reuera diuitiarū seruū regē hunc fuisse dicit.

De superbia Cap. V.

AT q; ut superbia: transit ad sup̄biā & impotentiā. primū autē exemplū ꝑit. M. Fuluii flacci cōsulis qui cuȝ leges re. p. a. perniciosissimas ferre uellet: unam ut quicūq; peteret ciuitas daretur. Alterā ut si senatus id nō probaret ꝑuocatio fieret ad populū: rogatus uix adduci potuit ut in curiam ueniret: ubi de his legibus quas ferre uolebat accuratius consultaret: deinde cum partim moneretur partim rogaretur a senatu ut ab ea sententia desisteret nulla ratione adduci potuit ut tantae autoritatis ordini responsum ullum daret: magna ꝑfecto illius pectori īsita sup̄bia q̄ dū senatus āplitudinē spnit
Supbia. nō se cōsulē sed tyrānū exhibuit. Supbia & īpotētia. Ex sup̄bia seqtur impotētia. deide
Impotētia. ex impotētia arrogātia. sup̄bia uitiū est quo qs caeteris ēt īmerito uult supesse hoc ē prae
Arrogantia stare ceteris. Impotentia: cū ꝑ ira & cupiditate qs cōtineri nō pōt: quo minus saeuiat: Arrogantia deinde nascitur: nā cū īmoderato aīi affectu rapitur qs ad cōtumeliā: tūc oīa sibi arrogat: quibus ēt īdignus est. In cōspicuo: i apto in manifesto. De ciuitate danda. Declarat ipsas leges ut qcūq; ciuis Romanus fieri uoluerit id ei sp liceret: nā dare ciuitatē nihil aliud est: nisi ciuē creare: pari rōne accipere i ciuitatem & donare ciuitatem & donare ciuitate. De prouocatione: Alia lex statuebat ꝑterea ut si illi qui ciuitatem cupiebant per senatū impedirentur quo minus ciues Romani fierent prouocationem habere possent ad populum: ut si populus censeret dandam eis esse ciuitatem: inuito senatu crearentur Ciuitatem mutare. Suam. s. urbem relinquere & romam capessere. Tyrannici spiritus: Si uni tantum senatori responsum denegasset: tyrānus merito iudicari potuisset. sed cuȝ uniuersum senatum contempserit: plus q̄ tyrannus dici potest.

set: propterq; eas periturum se uideret: & ideo omni pecunia imposita nauibus in altum processisset: ut classe perforata suo arbitrio periret: & ut hostes praeda carerent: nō sustinuit mergere aurum & argentum: sed futurum suae necis praemium domum reuexit: proculdubio hic non possedit diuitias: sed a diuitiis possessus est: titulo rex insulae: animo autem miserabile mancipium.

ℭ Odium &c. Auaritia Septimuleii merita sup. est odium: autē. i. sed auaritia Ptolemaei regis Cypriorū prosequēda sup. est risu: alii legunt odio ut sit prosequenda odio sed sic legendum esset merito. Nam cū corripuisset i. undiq; capiendo coaceruasset sordibus anxiis. i. auaritia anxia magnas opes. i. diuitias & uideret se periturum propter eas & ideo omni pecunia imposita nauibus processisset in altum. s. mare: ut classe perforata periret suo arbitrio: & non arbitrio hostium: & ut hostes carerent praeda non sustinuit. i. non potuit submergere. i. submergere & obruere aurum & argentum: sed reuexit domum sup. ipsum futurum praemium necis suae. Hic (inquit author) proculdubio non possedit diuitias: sed possessus est a diuitiis rex insulae. s. Cypri: titulo. i. denominatione: autem. i. sed mancipium miserabile. i. seruus miserabilis animo. s. suo.

## De Superbia & impotentia Capitulum. V.

## De Marco Fuluio Placco Ca. DCCCCLXX.

ATq; ut superbia quoq; & impotentia in conspicuo ponantur. M. Fuluius flaccus consul. M. Planci Hipsei collega: cū perniciosissimas reipu. leges introduceret de ciuitate danda & de prouocatione ad populum eorum qui ciuitatem mutare uoluissent: aegre compulsus est ut in curiam ueniret: deinde partim monenti: partim oranti senatui ut incepto desisteret responsum non dedit: Tyrannici consul spiritus habebatur: si aduersus unum senatorem hoc modo gessisset quo flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate uersatus est.

ℭ Atq; ut superbia quoq; & impotentia. s. animi efferati & nequeuntis prae superbia aut ferocitate sese continere intra modum: ponantur in conspicuo. i. loco euidenti adductis exemplis Marcus Fuluius Flaccus cōsul: collega. i. socius in consulatu: Marci Planci Hipsei: cum introduceret leges perniciosissimas. reip. utpote de ciuitate danda. s. cuicūq; uolenti: & de ꝑuocatione ad populum eorū qui uoluissent mutare ciuitatem. i. cuȝ in alia prius essent ciuitate fieri ciues Romani aut cum prius Romani: alterius fieri ciuitatis aegre. i. difficulter compulsus est ut ueniret in curiam deinde non dedit responsum senatui partim monenti & partim oranti ut desisteret incepto Consul. s. quicunq; haberetur spiritus. i. affectus tyrannici: si gessisset si hoc modo. i. tam superbe aduersus. i. erga unum senatorem: quo flaccus uersatus est in contemnenda maiestate totius ordinis amplissimi.

## De Marco Druso. Cap. DCCCCLXXI.

Vae amētia a. M. quoqꝫ Druso tri. ple. per summam contumeliam uexata est. Parum. n. habuit. L. Philippum consulem: quia se interpellare concionantem ausus fuerat obtorta gula & quidem nō per uiatorem sed per cliētem suum adeo uiolēter in carcerem praecipitem egisse ut multus e naribus eius cruor perfunderetur. Verum etiam cum senatus ad eum misisset ut in curiam ueniret: Quare non potius inquit ipse in hostiliam curiam propinquam rostris ad me uenit? Piget adiicere qd sequitur: tribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni uerbis paruit.

¶ Quae amentia. s. similis superbiae & arrogantiae est quoqꝫ uexata idest agitata per summā contumeliā a Marco Druso tribuno plaebis. Enīꝫ. i. qa ipse habuit. i. reputauit parum egisse Luciū Philippū cōsulē praecipitem in carcerē gula obtorta. i. ī trāsuersum flexa: quia ausus fuerat interpellare i. impedire interloquendo: ipsum. s. Drusum: concionantē. i. uerba facientē ad populū. Et quidē ausus sup. est egisse in carcerem non per uiatorē idest publicū ministrū: sed per clientem. i. familiarē suū adeo uiolenter ut multus cruor perfunderetur e naribus eius. Verum etiā. i. insuper: cum senatus misisset ad eū ut ueniret in curiam: inquit quare ipse senatus non uenit potius ad me in curiam hostiliam propinquam rostris? Piget. i. miseret (inquit author) sup. me adiicere quod sequitur. s. adiiciendum ex seriae rei gestae. Tribunus. s. plebis uidelicet Drusus: despexit imperium senatus: quia noluit in curiam senatoriam uenire: & sup. senatus paruit uerbis tribuni: qa in Curiam hostiliam uenit.

## De Cneo Pompeio Cap. DCCCCLXXII.

Neus autem pompeius q̄ insolenter egit? Qui balneo egressus ante pedes suos prostratum Hipseum ambitus reum & nobilem uirum & sibi amicum iacentem reliquit: contumeliosa uoce proculcatum. nihil. n. eum aliud agere q̄ ut conuiuium suū moraretur respondit: & huius dicti conscius securo animo coenare potuit. Ille uero etiam in foro non erubuit. P. Scipionem socerum suum legibus noxium: quas ipse tulerat in maxima quoqꝫ reorum & illustrium ruina muneris loco a iudicibus deposcere maritalis lecti blanditiis statum reipublicae temperando.

¶ Cnaeus autem Pōpeius: q̄. i. q̄tū putas insolenter egit. Qui egressus balneo reliquit Hipseum reū ambitus. i. accusatum ꝙ malis artibus magistratū affectasset uirū & nobilem & amicū sibi prostratū ante pedes suos. i. Pompeii: reliquit dico iacentem proculcatū (non pedibus) sed uoce cōtumeliosa: enim. i. quia: nihil. i. non aliquid: respondit eum non agere aliquid aliud: q̄ ut moraretur. i. expectaret conuiuiū suum: & conscius huius dicti idest cum conscientia remordente sciret se id superbe dixisse: potuit coenare animo securo idest semoto a cura & anxietate. ¶ Ille uero &c.

Vae amentia: Notata est historia in ca. de libere dictis: ubi uidimus quō M. Drusus tri. ple. se uelut senat patronū fecerat: & plebē ad se gracchanis legib9 eiusdēqꝫ socios ad plebē spe ciuitatis erexit: qbus pollicitus esset si secatus ptes defēderent: paulopost ciues romanos futuros: cū igit dies promulgādi leges adeēat subito tāta uis hoīum undiqꝫ apparuit: ut hostiuꝫ aduētu obsessa ciuitas uideret: ausus tamen abrogare de legibus cōsul philippus. sed apprachēsum faucibus uiator nō ante dimisit q̄ sanguis in ora & oculos redundaret: hic igit tāta supbia elapsus est. ut ēt senatu petenti ut in curiā ueniret respōdere nō dubitauerit ut ad se potius ille ueniret: erat aūt in hostilia curia & ita unius insolētissimi tribuni senatus imperio parere coactus ē: nescio qd insolētius dici posset. Amentia Superbia amentiae similis. Interpellare. impedire. Nō quidē per uiatorē Dissentit a floro: qui hoc p uiatorem factū dicit Pli. de uiris illustribus per ipsū Drusum: dicit. n. Consuli legibus agrariis resistenti ita collū in contiuio obtorsit ut multus sanguis efflueret de naribus. Nō quidē p uiatorē reipublicae. Si per uiatorē consulē cōprachendi iussisset: res minus indignitatis habuisset sed tyrānice clientem misit in consulem.

Neus autē Pōpeius: Hipseū Pompeii amicissimū Cic. cū aliis ī locis tū in epistolis familiaribus plane testatur: quē pro Pōpeio in restōne Alexandrina plurimum elaborasse dicit ut illa prouincia Pōpeio decerneretur: hic igitur ambitus damnatus ꝙ in petitione consulatus largitione populum corrupisset uenit ad Pompeium aduersus damnationem auxilium ab eo suppliciter petiturus: erat tum in balneis Pompeius more maiorum paulopost coenaturus expectauit Hipseus donec egrederetur e balneis prouolutus: deinde ante eius pedes rogat ut sibi adesse uelit: cui Pompeius superbe satis moraturus inquit uenisti conuiuium meum: non erubuit Pompeius nobilem uirū sibi amicitia coniunctum uidere humi prostratum & pedes eius complexum tam cōtumelioso responso praeterire. Quā insolenter. Scilicet se gessit. Proculcatum Oppressum pessundatum. Moraretur. Differret. Ille uero: Tulerat Pompeius legem de largitione & corruptela qua multi illustres uiri damnati sunt: ubi socerum suum Scipionem hac lege damnari praecepit: cum trecentis & sexaginta iudicibus egit ut opitularentur socero: accusator cum iudices uideret e foro prosequi Scipionem continuo iudicium dimisit: Plutarchus in uita Pompeii Caeterum inquit cum in reos ambitus ac ex largitione corruptos praesideret leges scribens p quas iudicia ferebantur in caeteris se honestum integrum seruauit praesidiuꝫ ornatumqꝫ simul & quietem in curia suo consensu suisqꝫ armis praebens: in Scipione tantum socero: q

cũ dãnari uidebatur: crimen nõ effugit apud n. sese trecentis & sexaginta iudicibus domi conuocatis auxiliũ illi attulit: quare accusator ab rei impetitione destitit cum Scipionez uidisset medio foro a iudicibus prascomitatum: item paulo infra Post paucos etiã dies hipseus uir consularis iudiciũ uitans cogni to Pompeium ad cœnã lotum proficisci eius genibus accubuit. eũq; obsecrare cœpit: sed Põpeius cũ fastu eũ pterit: illũ inquiens cœnam sibi disperdere aliudq; conclusit nihil: Non erubuit: Quod signũ est insolentiæ. Socerũ suũ. Nã Corneliã filiã Põpeio dederat uxorẽ Scipio. Legibus: De largitione & corruptela. Virorũ ruina: Quia multi his legibus dãnati sunt. Muneris Loco beneficii. Maritalis lecti blanditiis. Vxoris illecebris ductus socerũ rogauit absolui contra leges quas ipse tulerat: ac si diceret ad uxoris libidinem reipublicæ statum temperauit.

recitat iterũ eiusdẽ exemplũ dicens. Verũ .i. sed: Ille. s. Pompeius magnus: non erubuit in foro. s. iudiciali: di. poscere a iudicibus loco muneris .i. ut sibi condonatũ haberet: Publiũ Scipionem socerum suũ: qa Corneliã eius filiam duxerat noxiũ idest obnoxiũ legibus. s. latis contra largitionẽ & corruptelã: quas leges: ipse. s. Põpeius tulerat quoq; .i. etiam in maxima ruina .i. pscriptio reorũ & illustriũ. s. uirorũ: temperando blanditiis lecti maritalis .i. uxori suæ Corneliæ filiæ. P. Scipionis statũ reip. .i. faciendo ut iudices ob amorẽ coniugis Scipionẽ absoluerent.

TEtrũ facto: De triũuirorũ pscriptione sæpius dictũ ẽ Antonii. s. Octauii & Lepidi quam crudeliter nimis exercuerunt: in ea proscriptione Antonius nõ crudelis solũ sed dicto factoq; supbissimus apparuit. cum in alios tum i primis i cassetiũ ruffum: quẽ multis cũ aliis proscripserat: cuius caput cum a percussoribus iter epulas ei fuisset oblatum a tanta spectaculi fœditate cæteri omnes cõuiuæ oculos auerterunt ipse uero nõ mõ nõ auertit: sed etiã p summã insolentiam insaltauit: suscepto. n. capite manibusq; ptractato ac sæpius reuoluto expectãtibus cõuiuis quidnã dicturus esset: demũ se illũ nescire uel nõ nouisse dixit: superbe satis: nã in illius contemptu dixit. Facto Quod iter epulas caput ruffi tractaret Dicto q se illũ ignorare diceret. Auersantibus: Quia nõ posset tãtã spectare fœditatez. Superba de senatore: i senatorẽ supbus q illuz quẽ oẽs nouerant se ignorare diceret. Impotens in occisum: q eius caput diu pertractatũ tanq̃ ignotum abiecerit.

SAtis multa nimia rerũ felicitas ad eã insolentiam regem Alexandrum prouexit ut etiã philippum regem sibi patrẽ esse fastidiret: seq; iouis Hãmonis filiũ pdicaret: contẽptis deinde Macedonicis moribus & cultu psicos habitus & instituta susciperet: deniq; spreto humano cultu ut se deum faceret fastigio caput exornaret. Virtus: in rebus gerendis uirtus illius maxima semper enituit. Felicitas: Qua uno tenore psperé ipsi cuncta cesserunt. Exultauit: Sublata est: Fastidio philippi: Quia fastidiebat philippum patrem corrupto sacerdote se Hãmonis filiũ prædicari iussit. Asciuit Asseruit uel dicauit Instituta persica: Nam more psarũ: se adorari passus est: qui apud eos salutandi modus est. Spreto mortali habitu: Non contentus fuit diademate quo utuntur reges. Diuinum caput æmulatus est: imitatus ẽ diuinã maiestatez sumpto fastigio diuinaq; corona qua deorum capita coronantur. Nec fuit ei pudori: Non erubuit Alexander nimio successu elatus dissimulare hominem & deorũ cultu aucupari sed dũ hoies deosq; cõtẽnit id illi merito contigit: ut in deorum numero locum non inuenerit. Qu. curtius Alexander in

## De Marco Antonio Cap. DCCCCLXXIII.

TEtrum facto pariter ac dicto. M. Antonii cõuiuium. Nam cum ad eum triumuirũ Cesetii Ruffi senatoris caput allatum esset auersantibus id cæteris propius admoueri iussit: ac diu diligẽter q̃ considerauit: cunctis deinde expectantibus quid nam esset dicturus: hunc ego inquit notum non habui. Superba de senatore: impotens de occiso confessio.

¶ Tetrum &c. Conuiuium Marci Antonii. s. triumuiri sup. fuit tetrum & dirum & execrabile pariter facto ac dicto. Nam cum caput Cesetii Ruffi senatoris esset allatum ad eum triumuirum iussit id admoueri .i. applicari propius: cæteris auersantibus idest auerso uultu respuentibus id. s. ut admoueretur ac considerauit id diu & diligenter: deinde cunctis expectantibus quidnam esset dicturus. s. de Cesetio inquit ego non habui hunc notum: quæ sup. confessio fuit superba de senatore: quem per contemptũ se dixit non nosse & impotens .i. se temperare nequeuntis de occiso.

## Externa De Alexandro rege. Cap. DCCCCLXXIIII.

SAtis multa de nostris: aliena nunc adiiciãtur. Alexandri regis uirtus & felicitas tribus insolentiæ euidentissimis gradibus exultauit. Fastidio. n. Philippi Iouem Hãmonem patrem asciuit: tedio morum & cultus macedonici: uestem & instituta psica assumpsit. Spreto mortali habitu diuinũ caput æmulatus est: nec fuit ei pudori: filium ciuem hominem dissimulare.

¶ Satis multa sup. dicta sunt de nostris .i. domesticis exemplis sup. exempla aliena .i. externa adiiciantur Virtus & felicitas Alexandri regis: s. Macedonum exultauit .i. præter modum se extulit: tribus euidentissimis gradibus insolentiæ idest insolitis superbiæ Asciuit. n. i. aduocauit sibi Iouẽ hãmonem .i. Arenarium sic dictum eo q arenis libycis baccho apparuerat i specie arietis: fastidio .i. propter superbum contemptum philippi. s. patris eius ueri assumpsit uestem & instituta persica .i. mores persicos in se uenerando tedio morum & cultus macedonici idest patriæ suæ & sup. æmulatus est idest assimulauit caput diuinum: utpotẽ Iouis Hãmonis: ha-

bitu.i.ornamento capitis mortali.i.mortalem decente nec fuit ei pudori dissimulare.i.dissimulando negare filium sup.esse se philippi.s.macedonici regis ciuem.s.macedonicum gerendo se persico more: & hominem uendicando sibi cultum praesertim capitis diuinum.

quit non homines sed etiam deos despicit:q postulat deus credi.

## De Xerxe rege. Cap DCCCCLXXV.

IAm Xerxes cuius in nomine superbia & impotentia habitat:suo iure tam insolenter usus est q graeciae indicturus bellum adhibitis asiae principibus ne uideret inquit meo tantummodo usus consilio uos contraxi. ceterum mementote parendum magis uobis q suadendum: Arroganter etiam si uictori repetere ei regiam contigisset tam deformiter uicti nescias utrum insolentius dictum an impudentius.

Iam (continuatiua particula) Xerses.s.rex persarũ in cuius nomine interpraetatur quia dominator:superbia & impotentia habitat:usus est suo iure quod habuit in subditos tam insolenter.i. imodeste:q ipse indicturus.i.cum uellet indicere graeciae bellum inquit principibus asiae adhibitis ego contraxi uos.i.coegi in consilium uenire:ne uideret usus tantũmodo consilio meo Caeterum.i.sed memẽtote uobis parendum sup.esse magis q suadendum.s.quid faciat.Arroganter sup.dictum etiam si contigisset ei uictori repetere regiam sup.suã in perside:& tu nescias utrum dictum uicti tam deformiter.su.sit insolentius an impudentius.

IAm xerses.Hoc etiam herodotus tradit cum xerses statuisset bellum graecis inferre oẽs Asiae principes conuocari iussit qbus p̄sentibus ita fatus ẽ: uos inquit in unũ coegi ut mei consilii participes facerẽ.caeterũ scitote uobis esse parendũ:quid arrogantius:nihil aliud dicere uoluit nisi uelitis nolitisue bellũ hoc gesturus sum. In cuius nomine.Audito nomine xersis ipsa superbia cognoscitur quae tanta in eo fuit ut etiam ipsis diis minitari ausus fuerit:ut cõpedes neptuno:de quo quidã dixit. Qui mare:qui terras:qui coelũ territat armis.Cõtraxi:in unũ coegi.Arroganter etiam si uictori: Si uictor de graecis triũphasset eius tamen dictũ arrogans uisum fuisset.Tã deformiter uicti:Qui nauali p̄lio a Themistocle superatus in patriam piscatoria naui turpiter effugere coactus est.

## De Hannibale Cap.DCCCCLXXVI.

HAnnibal autem cannensis pugnę successu elatus nec admisit quẽq̃ ciuium suorum i castra nec responsum ulli nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara uoce affirmantem prospexisse se quonam modo paucis diebus Romae in capitolio coenaret:aspernatus est. Adeo foelicitatis & moderationis diuiduum contuberniũ est.

Hannibal autẽ elatus successu pugnae cãnensis de qua centies dictum est:nec admisit quẽq̃ ciuiũ suorũ in castra:nec dedit ulli responsum nisi per interpraetem.i.interlocutorem:Aspernatus est quoq3 Maharbalem affirmantem clara uoce ante tabernaculum suum se prospexisse.i.prouidisse aut animaduertisse quonãmodo coenaret paucis diebus.i.intra paucos dies Romae in capitolio.i.summa arce.Adeo idest usqueadeo & intantum: contuberniũ.i.domicilium felicitatis & moderationis est diuiduum idest inter se diuisum:quia non bene conueniunt nec in una sede morantur.

HAnnibal:autem cannensis de superbia qua usus fuerit: Hannibal post uictoriã ut suorũ neminem admiserit ut responsum per interpraetem dederit.Liuius qui cãnensem pugnam ambitiose describit nullam prorsus mentionem facit: quinimo post uictoriã suos illi cõgratulatos fuisse dicit his uerbis:Hannibali uictori cum caeteri circũfusi gratularentur suaderẽtq3 ut tãto perfunctus bello diei quod reliquum eẽt noctisq3 insequentis quietem & ipse sibi sumeret & fessus daret militibus.Maharbal p̄fectus equitũ minime cessandũ ratus imo ut quid hac pugna sit actũ scias Hannibal die quarto inquit uictor in capitolio epulaberis sequere cum equite ut prius te uenisse q̃ uenturũ sciant inimici.Hãnibal inquit:laeta res est:sed uia maior q̃ ut eã statim capere animo possim:itaq3 uoluntatẽ se laudare Maharbalis ait:ad consiliũ pensandũ tẽporis opus esse:tũ Maharbal:nõ omnia eidẽ dii dedere: uincere scis Hanibal:uictoria uti nescis:qđ idem tradit & Plutar.in uita Hãnibalis nec superbiae ullam prorsus mentionẽ facit.Successu:Foelicitate & rebus prosperis.Admisit:Ad se recepit uenientem salutandi aut gratulandi gratia.Per interpretem:per internuncium:nam si quis forte uenisset legatus non ipse sed interpres responsa dabat.Ante tabernaculum.Quia tentorium ingredi non licebat.Paucis diebus:Liuius dicit tertio die.Adeo felicitatis & moderationis:uix felicitas & consilium coniungi possunt cum res secundae utplurimum insolescere faciant homines.Moderationis temperantiae atq3 consilii. Diuiduum:separatum.Contubernium:Consortium atq3 societas:nam faelicitas:rerumq3 successus sic plaerũq3 hominũ mẽtes nimia laetitia peruertit:ut nulla ratione sibi moderari possint.

## De Carthaginensibus & Campanis. Capitulum.DCCCCLXXVII.

INsolentiae uero inter Carthaginensem & Campanum senatum quasi aemulatio fuit.ille enim separato a plebe balneo lauabatur:hic diuerso

INsolentiae uero: Tanta fuit campanorum superbia ut cum Carthaginensibus contendisse uideantur: nam quemadmodum hi balnea separata habebant in quibus plebei lauari non poterant uel certe non licebat: sic illi forum plaebis

a nobilitate distinctum in ciuitate fundarunt cuius rei Gracchus meminit oratione cōtra Plautium. Quasi æmulatio: Quasi inuidia & concertatio: hoc est contentio: nam campani pœnos: pœni Campanos in superbia æmulabantur. Diuerso foro: Quia nō eodē plebis & principibus iura redaebantur: sed alteris altero foro.

De Perfidia. Cap. VI.

Occultum iam &: Dicturus de perfidia eam quodammodo diffinit: ut dicat perfidiam esse quandam occultā fraudem insitam hominum pectoribus quæ semper mentiri aut fallere concupiscit. Occultum & insidiosum malum: Diffinitio est perfidiæ quæ latenter insidias aliis innectit. E latebris suis: in conspicuo ponatur ut cognosci possit & cognita uitari. Mentiri & fallere: uerbis & re decipere. nā mentitur aliquis cū sciens quempiam fallere cupit fallit reb9 ipsis: Fructus. Finis perfidiæ est quæstum dolo malo querere & patrato scelere fructus subsequitur. T'ū certus: Et præcipue certus fructus est cum ille in quem perfidia intenditur inuolutus fallaciis crudeliter tractatur: s3 cū perfidiæ additur crudelitas detestabilius nihil esse potest. Tantum incōmodi: Per comparationem uituperat eam q tantum iacturæ humano generi perfidia quantum utilitatis bona fides affert: ergo quantum hæc laudanda tantum illa uituperanda.

Romulo regnante: Nota est historia post raptas sine more Sabinas alias q3 fœminas nouissimum a sabinis bellum est ortum multoq3 id maximum fuit. nihil enim per iram & cupiditatem actum est a sabinis sicut a crustuminis antēnatibus ceninensibus qui pari iniuria fuerant affecti non ostenderunt sabini bellum prius q̄ intulerunt. consilio etiam additus dolus est. Spurius tarpeius Romanæ præerat arci: huius filiam uirgine3 auro corrupit Tatius ut armatos sabinos in arcem accipiat: Nam aquarū ierat tum forte puella ad sacrificia faciēda. Accepti obrutam armis necauerunt: seu ut ui capta potius ars uideretur: seu prodendi exēpli causa ne quid usq̄ fidum proditori esset. Additur fabulæ quod uulgo sabini aures armillas magni ponderis brachio leuo gēmatosq3 magna specie annulos habuerūt. pepigisse eā quod in sinistris manibus haberent eo scuta illi pro aureis congesta. sunt qui ea3 ex pacto tradendi quod sinistris māibus eēt decreto arma petisse dicant: & fraude uisam agere sua ipsam peremptam mercede. tenuere tamen arcem sabini hac perfidia usi quod proditricem fraude necarunt. Sacris: ad sacrificia facienda quæ instabant. Armis obrutam. Sic & Ouidi. Arcisq3 uia tarpeia reclusa. Dignam animam pœna congestis exuit armis. Absit repræhensio. Non est in

foro utebatur: quem morem capuæ aliquandiu retētum. C. quoq3 Grachi oratione in Plautium scripta patet.

Insolentiæ &c. Vero. i. sed: quasi æmulatio. i. superba concertatio insolētiæ fuit inter senatum carthagiñ. & Campanum. Enim. i. quia ille. s. carthagineñ senatus: lauabatur balneo separato a plebe. hic. i. senatus campanus utebatur foro. s. iudiciali: diuerso sup. a plæbe. Quem more3 patet quoq3 oratione Caii Gracchi scripta in. i. contra Plautium: retentum aliquandiu capuæ scilicet postq̄ ad imperium redierat.

De Perfidia. Titu. VI.

Occultum iam & insidiosum malum perfidia a latebris suis extrahatur. Cuius efficacissimæ uires sunt mentiri ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit: tum certus cum crudelitatem nefariis uinculis circundedit: tantum incommodi humano generi afferens. quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus repræhensionis q̄ illa laudis consequitur.

Occultum &c. Perfidia malum occultum & insidiosum extrahatur iam e latebris suis. i. proferatur in medium. cuius uires efficacissimæ sunt mentiri ac fallere. & sup. cuius fructus. i. utilitas consistit in aliquo scelere admisso: quia nemo perfidia utitur in opere bono (tametsi dolus etiam non malus sit ut medicorum ægrum pie fallentium) ens sup. tum. i. tunc certus cum circundedit crudelitatem uinculis nefariis. i. laqueis perfidiæ: afferēs generi humano tantum incommodi: quantum salutis bona fides præstat. Igitur cum talis sit perfidia: habeat sup. ipsa non minus reprachensionis. q̄ illa. s. bona fides: consequitur laudis.

De Tatio Sabino. Ca. DCCCCLXXVIII.

Romulo regnante Spurius Tarpeius arci præerat: cuius filiam uirginem aquam sacris petitum extra mœnia egressam Tatius: ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet corrupit: mercedis nomine pactus quæ in sinistris manibus gerebant. Erant autem his armillæ & annuli magno ex pōdere auri: loco potitum agmē sabinorum puellam præmium flagitantem armis obrutam necauit. perinde quasi promissum q ea quæ leuis gestauerāt: soluit. Absit repræhēsio quia impia proditio celeri pœna uindicata est.

Romulo regnante qui primus Romæ regnauit: Spurius Tarpeius p̄erat arci. s. tarpeiæ seu capitolinæ Cuius. s. Tarpeii filiam uirginem egressam extra mœnia petitum aquam sacris. i. ad sacrificia: ad quæ opus erat aqua uiua idest riui fluentis: ut reciperet sabinos armatos in arcem secum idest cum ipso Tatio eorum duce pactus scilicet cum puella nomine mercedis ea quæ gerebant scilicet sabini in manibus sinistris: autem idest

se.i.armillæ erant his & annuli ex magno pondere auri: Agmen Sabinorum positum loco.i.receptum per puellam in capitoliũ necauit armis: puellam flagitantem.i.exigentem præmium perinde quasi promissum qꝫ soluit ea quæ gestauerant leuis: uidelicet scuta: Absit inquit author reprehẽsio.s.perfidiæ quia impia proditio.s.arcis facta per tarpeiam: est uindicata celeri poena: hoc est quia filia meruerat perire: licet turpe fuerit sabinis id facere.

quit hec perfidia reprehendendã quia scelerata puella impiam fecit proditionem patris & patriæ & grauiori etiam supplicio digna uidebatur.

## De Seruio Galba. Cap. DCCCCLXXIX.

Seruius quoqꝫ galba summę perfidiæ. Trium enim lusitaniæ ciuitatum conuocato populo tanq̃ de commodis eius acturus: octo milia quibus flos iuuentutis consistebat: electa & armis exuta: partim trucidauit & partim uendidit: Quo facinore maximam cladem Barbarorum magnitudine criminis antecessit.

Seruius quoqꝫ Galba. Hæc historia posita est in capitulo de iudiciis uel infamibus li.viii. Quo facinore maximam. Quamuis lusitanorum clades maxima fuerit. maius tamen Galbæ crimen detestabiliorqꝫ perfidia fuit. ex quo maius & ipse supplicium merebatur q̃uis illud euaserit ut supra ostendimus.

Ascen. ❡ Seruius quoqꝫ Galba sup. fuit summæ perfidiæ. Enim pro quia populo trium ciuitatum lusitaniæ.i.illius regionis in hispania quæ nunc portusgalliæ nomen habet conuocato.s.ad se: tanq̃ acturus sup. esset de cõmodis.i.utilitatib9 eius.s.populi: trucidauit partim & uendidit partim.i.pro parte: octo seu ut alii legunt nouem milia in quibus flos iuuentutis consistebat electa & exuta armis Quo facinore ipse Galba antecessit.i.superauit maximam cladem barbarorum.s.lusitanorum quos forte immerito Barbaros uocat: magnitudine criminis quia plus mali contraxit in se Galba q̃ intulit deceptis: Grauior enim est culpa q̃ poena.

## De Cneo Domitio. Cap. DCCCCLXXX.

Cnæum autem Domitium summi generis & magni animi uirum nimiæ gloriæ cupiditas perfidum existere coegit: Iratus namqꝫ Bituito regi Aruernorum: qꝫ tum suam: tum etiam allobrogũ gentem: se etiam tum in prouincia morante ad. Q. Fabii successoris sui dextram confugere hortatus esset: per colloquii simulationem accersitum hospitioqꝫ exceptum uinxit: ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factũ senatus neqꝫ probare potuit: neqꝫ rescindere uoluit: ne remissus in patriam Bituitus bellum renouaret. Igitur eũ Albam custodiæ causa relegauit.

Cnæum autem domitium. Pari perfidia domiti9 decepit Bituitũ Aruernorum regem quem ad colloquium inuitatum & fide data hospitio susceptum uinciri: & contra hospitii iura Romã deportari q̃primum imperauit: hac ira commotus qꝫ audisset hunc regem allobroges & suos hortatum fuisse ut in quinti fabii successoris eius fidem se omnes tuto cõmitterent: ne igitur tanta in Fabium gloria transiret perfidia usus est. Senatus uero etsi factum domitii minime probaret: ueritus tamen ne si in patriam remitteretur Bituitus iniuriæ memor bellum renouaret: Albam custodiendum relegauit: Aruernorum populi sunt galliæ transalpinæ.

❡ Cnæum &c. Autem.i.sed: cupiditas nimiæ gloriæ coegit Cnæum domitium uiꝝ summi generis & magni animi existere perfiduꝫ. Namqꝫ iratus Bituito regi Aruernorum populorum galliæ: qꝫ hortatus esset tum.i.simul suam gentem.i. regionis suæ: tum etiam allobrogum qui uicini sunt: confugere ad dextram.i.fidem Quinti Fabii successoris sui.i.domitii se scilicet domitio: morante etiam tum.i.tunc adhuc agente in prouincia: uinxit sup. eum accersitum per simulationem colloquii: & exceptum hospitio: tanq̃ amicum: accurauit deportandum Romam naue. Cuius factum senatus neqꝫ potuit probare.i. approbare: neqꝫ uoluit rescindere.i.reprobare & irritum iudicare ne Bituitus remissus in patriam renouaret bellum. Igitur relegauit eum Albam causa custodiæ.

## De Quinto Seruilio Cæpione. Capitulum. DCCCCLXXXI.

Viriathi etiam cædes duplicem perfidiæ accusatiõem recepit: in amicis: qꝫ eorum manibus interemptus est in Quinto Seruilio Cæpione consule qꝫ is sceleris huius auctor impunitate promissa fuit uictoriamqꝫ non meruit sed emit.

Ascen. Viriathi etiam cædes. Perfidia quantopere populo Romano displicuerit ex hoc exemplo cognosci potest: qꝫ n non solum oderit illam in amicos: uerum etiam in hostes: ut hoc loco in uiriathuꝫ. fuit autem Viriathus teste Plinio de uiris illustribus genere lusitanus ob paupertatem primo mercenarius: deinde alacritate uenator audacia latro: ad postremum dux belli aduersus Romanos sumpsit: eorumqꝫ imperatorem claudium unimanum: deinde. C. Nigidium oppressit: pacem a populo maluit integer petere q̃ uictus: & cum aliam dedisset & arma

retinerentur bellum renouauit. Cæpio cum uincere aliter non posset duos satellites pecunia corrupit qui uiriathum uino sopitum peremerunt Quæ uictoria quia empta erat: a senatu non probata. Abbreuiator. T. Liuii. Quin. Fabius inquit proconsul rebus in hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriatho æquis conditionibus facta. Viriathus a proditoribus consilio Seruilii Cæpionis interemptus est: & ab exercitu eius multum deploratus ac nobilissime tumulatus: uir duxq; maximus per quattuordecim annos quibus cum Romanis bellum gessit frequentius superior. Horosius lib.v. Viriathus cu; per.xiiii.annos romanos duces atq; exercitus protriuisset insidiis suorum interfectus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus q percussores eius indignos præmio iudicarunt: sunt qui dicant: quod & Valerius sentire uidetur: conuenisse cum Cæpione satellites: fore ut ab omni scelere belli soluerentur si Viriathus de medio tolleretur: quare & Cæpio necis auctor qui non uirtute sed perfidia uictoriam quæsierat: & Viriathi Satellites qui corrupti dominum suum occiderant grauiter sunt accusati. Duplicem accusationem Scilicet Cæpionis & satellitum quoniam utriq; usi sunt perfidia.

¶ Viriathi &c. Cædes uiriathi.s.ducis natione lusitani: recepit duplicē accusationem perfidiæ: alteram sup. in amicis q interemptus est in manibus eorum: & sup. alteram in quinto Seruilio Cæpione consule: q is fuit auctor huius sceleris.s.perfidiæ amicorum Viriathi: impunitate promissa.s. eius interfectoribus: & non meruit uictoriam sed emit.

## Externa. De Carthaginensibus. Capitulum. DCCCCLXXXII.

VErum ut ipsum fontem perfidiæ contemplemur Carthaginenses Xātippum Lacedæmonium cuius optima opera primo punico bello usi fuerant: & quo iuuante Attilium Regulum ceperāt: simulantes sese domum reuehere ī alto merserūt. Quid tanto facinore petentes? An ne uictoriæ eorum socius superesset? Extat nihilominus & quidem cū opprobrio quem sine ulla gloriæ iactura inuiolatum reliquissent.

¶ Verum ut contemplemur ipsum fontem perfidiæ.i.ut loquamur de illis quorum proprium est exercere perfidiam Carthaginenses merserunt in alto.i.mari: Xantippum lacedæmoniu; cuius optima opera usi fuerant primo bello punico.s.gesto a pœnis contra Romanos. & quo sc; xantip; iuuante ipsi ceperant Attilium Regulum consulem Romanum: simulantes se reuehere sup. eum domum: sup. suam: hoc est lacedæmona. Quid petētes tanto facinore.i.iniquo facto sup. fecerunt illud: hoc est quam ob rem putemus carthagineñ. id fecisse? An ne socius uictoriæ eorum superesset.i. superstes esset? q.d. id uero simile esse: nihilo tamen minus ipse xantippus extat.s.in fama & memoria hominum socius uictoriarum: & quidem cum opprobrio.i.dedecore Carthagineñ. quem Carthagineñ reliquissent.i.relinquere potuissent inuiolatum sine ulla iactura.i.amissione aut diminutione gloriæ.s.partæ in Romanos.

VErum ut ipsum fontem. Satis constat Carthaginenses primo punico bello ductu & auspiciis. M. Attilii reguli sæpius superatos ad eam necessitate; demum fuisse redactos: ut ab Lacedæmoniis auxilia peterent quia aliter uires romanas ulterius ferre non possent: Lacedæmon igitur Xantippum belli peritissimum duce; cum trecentis equitibus in eorum auxilium miserunt: qui Hasdrubali Carthaginensium duci coniunctus Romanum ducem cu; uirtute non posset: arte & insidiis peruertere cogitauit: itaq; cum ad prælium utrinq; acies instructæ constitissent iamq; pugna esset accensa: pœni simulato metu in fugam conuertuntur. locauerat Xantippus milites in insidiis: Romanus igitur effuse fugientem hostem non prius insequi destitit q̄ ex improuiso præcipitatur in insidias: ubi cæsi multi & Attilius captus est Carthaginemq; ductus: post tantam igitur uictoriam arte Xantippi comparatam Carthaginenses: hæc illi præmia retulerunt: q summa perfidia usi redeuntem in patriam simulati: honoris gratia cum multis militibus comitari in alto mari submerserunt: digna profecto relata gratia. Ipsum fontem. Bene appellauit Carthaginenses perfidiæ fontem: qui etiam benemeritis perfidiæ præmia decernant. Xantippum. Fuit hic Xantippus teste Macrobio saturnaliu; li. primo periclis filius. Reuehere. Simulabant illum honoris gratia lacedæmona usq; uelle comitari Quid tanto facinore petentes. Quid sibi petierunt ex hac perfidia Carthaginenses: ut non esset qui eorum laudibus & gloriæ quam ex Romanorum uictoria pepererant posset obstare: quod tamen non sunt consecuti: quis enī est qui nō intelligat xantippi arte & igenio superatos fuisse Romāos Carthaginensesq; detestabili scelere dānados?

## De Hannibale. Ca. DCCCCLXXXIII.

HAnnibal porro nucerinos hortatu suo cum binis uestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos: uapore & fumo balnearū strangulando & Acerranorum senatum eadem ratione extra mœnia euocatum: in profundum puteorū abiiciendo: nonne bellum aduersus populum ro. & Italiam professus aduersus ipsam fidem acrius gessit: mendaciis

HAnnibal. Cum nucerinos obsideret Hannibal: eos data fide uocauit ad colloquium: conuenitq; ut cu; binis uestimentis abire possent: sed cum extra mœnia uenissent oppidani eos omnes sicco balneo perfidus pœnus inclusit: fumoq; & uapore crudeliter necauit: Eade; perfidia usus in acerranos dicit quos extra mœnia accitos uiolata fide in profundum puteorū precipitari iussit. De acerranis non sentit cum liuio: qui eos e manibus hostium euasisse dicit. pœnus inquit Acerras primum ad uoluntariam deditionē conatus pellicere: postquā

& fallacia quasi praeclaris artibus gaudens: Quo euenit ut alioqui insignem nominis sui memoriã relicturus in dubio maior ne an peior uir haberi deberet: poneret.

¶ Hannibal porro strangulando.i.suffocando uapore & fumo: hoc est in uapore fumo balnearum: Nucerinos egressos hortatu suo: quia eos in fidem receperat: cum binis uestimentis: urbem.s.Nuceriam cinctã muris inexpugnabilibus: & abiiciendo i profundum puteorum senatum.i.coetũ senatorum Acerranorũ euocatum eadem ratiõe.i.hortatu eius: extra moenia.s.Acerrana: nõne professus bellum aduersus populum Romanum & Italiam.s.reliquam: gessit bellum acrius aduersus ipsam fidem: gaudens mẽdaciis & fallacia quasi preclaris artibus: q.d.utiq3 Quo euenit ut ipse relicturus.i.qui fuisset relicturus alioqui.i.alio quouis modo: memoriam nominis sui insignem.i.praeclaram: poneret in dubio an deberet haberi.i.aestimari uir maior an peior.

De Violentia & Seditione. Titu. VII.
De populo Romano. Capitulum DCCCCLXXXIIII.

SEd ut uiolentiae & seditiõis tam togatę q̃ etiã armatę facta referãtur. L. Equitium q se Gracchi filiũ simulabat: tribunatumq; aduersus leges cum. L. Saturnino petebat: a Mario quintum cõsulatum gerente in publicam custodiam ductum: populus claustris carceris cõuulsis raptum humeris suis per summam animorum alacritatem portauit.

¶ Idemq;. Q. Metellum censorem q: ab eo tanq̃ Gracchi filium in censum recipere nolebat lapidibus prosternere conatus est: affirmantem tantummodo tres filios. T. graccho fuisse: e quibus unum in sardinia stipendia merentem: alterum infantem pręneste: tertium post patris mortem natum Romae decessisse: nec oportere clarissimae familiae ignotas sordes inseri: cum interim improuida concitatae multitudinis temeritas pro imprudentia & audacia aduersus consulatum & censuram tetẽdit principesq; suos omni petulantiae genere uexauit.

Tribunus pl. M. Fuluius retulit ad populum. i. ad consultationem & iu dicium populi de Tusculanis. i. quid censeret de eis faciendum: q̄ diceret Veliternos & priuernates rebellaturos: consilio eorum. s. tusculanorū: qui. s. tusculani cum uenissent romam cū coniugibus ac liberis obsiti squalore: ut qui ad miserationem mouere uolebant: accidit ut reliquis tribubus se cutis. i. cum reliquæ tribus secutæ essent sententiam salutarem. s. de abso lutione tusculanorū eo q̄ nō satis constaret fides criminationis: sola Pollia sup. tribus iudicaret oportere eos uerberatos publice percuti securi: & mul titudinem imbellem & ita expertem consilii: uenire. i. uendi sub corona. i. sub hasta plurimum offerenti. Ob quam causam tribus Pollia (Sunt ta men qui falso populia legant) in qua. s. tribu tusculani recepti postea in ci uitatem. i. donati ciuitate potuerunt plurimum: quia plurimi erant ad eam redacti: & ita multa habuerant in ea suffragia: neminem pro non aliquem non aliquem fecit unq̄ candidatum polliæ tribus. i. petitorem magistratus magistratuum: ne ullus honor perueniret ad eam. s. tribum polliam: suffra giis suis: uidelicet tusculanorum: quæ. s. tribus pollia: ademerat illis. s. tuscu lanis: uitam. s. in adultis: & armipotentibus: & libertatem. s. imbelli multi tudine: q̄tum fuit in ipsa uero. i. sed & senatus & consensus omnium ap probauit saltem per dissimulationem illam ultionem tanq̄ iustam.

## De ultione Romanorum in Adrianum præfectū. Capitulum. DCCCCXCVI.

Cum etiam Adrianus ciues Romanos q Vti cæ consistebant sordido imperio uexasset: ic circoq; ab his uiuus esset exustus: nec quæstio ulla in urbe hac de re habita: nec querela uersata est.

Cum etiam Adrianus. s. præfectus urbis apud Vticam agens: uexasset ciues Ro. qui consistebant Vticæ. i. in ea urbe prouinciæ aphricanæ: impe rio sordido. i. auaro & hominibus liberis indigno: & esset exustus ab eis. s. ciuibus romanis uiuus iccirco. i. propter sordidum imperiū: nec ulla quæ stio. i. inquisitio habita est in urbe. s. roma de hac re: nec querela est uersa ta. i. agitata a populo aut patribus tanq̄ indigna de qua quæstio fieret.

## Externa.
## De reginis Tomyri: & Beronice. Ca. DCCCCXCVII.

Claræ ultionis utraq; regina: & Tomyris q̄ ca put Cyri abscissum i utrem humāo sanguine repletum demitti iussit: exprobrans illi insatia bilem cruoris sitim: simulq; pœnas occisi ab eo filii sui exigens. Et Beronice quæ Laodices insidiis interceptū sibi filium grauiter ferens: armata currum conscendit: persecutaq; satellitem regiū crudelis operis ministrum nomine Ceneum quoniam hasta nequicq̄ petierat: saxo ictum prostrauit: ac super eius corpus actis equis inter infesta contrariæ partis agmina ad domum in qua inter fecti pueri corpus occultari arbitrabatur perrexit.

¶Clarae ultionis.s.actiuae sup.fuit.i.claram ultionem fecit utraq3 regina s. Tomyris (quod potius dicā q̄ Thamyris) regina Scythiae: quae iussit caput Cyri regis Persarum abscissum.i.postq̄ callide uictus erat: demitti in utrē.i.saccū ex corio repletū sanguine humano: exprobrans illi.s.Cyro: insatiabilem sitim cruoris: dicens satia te sanguine quem sitisti: simulq3 exigens ab eo poenas filii occisi.s.reginae occisi ab eo.s.Cyro. Et Beronice.s.regina ponti uxor Mithridatis regis & filia & soror: ut Oliuerius declarat: quin etiā mater: unde beatissima a Plynio praedicatur: quae.s.Beronice: &.i.etiam sup.dicta est Laodice: (Sic Oliuerius sentit: ordo tamen probat aliorū lectionē quae est: Et Beronice quae & Laodices &c. ut sit insidiis laodicis &c.) grauiter ferens filiū.s.suū ariaratē minorem: interceptū sibi insidiis.s.fratris sui Mithridatis: conscendit currum armata: & persecuta satellitem regium.s.a mithridate qui se pro rege gerebat missū ministrum crudelis operis.i.interfectionis ueri haeredis regni nomine Ceneum.i.qui minister dicebatur Ceneus: prostrauit sup.eum ictum saxo: quoniam petierat.i.inuaserat sup.eum.nequicq̄.i.frustra: hasta: quia non poterat eum pertingere: ac equis.s.currum trahentibus actis sup corpus eius.s.Cenei: perrexit ad domum (unde licet appropriatis praepositionem subdere) in qua arbitrabatur corpus pueri interfecti occultari: perrexit dico inter agmina contrariae partis.s.fratris a quo satelles ille submissus fuerat: infesta.i.ita instructa: ut uim inferant occursuris.

ipso rege trucidauit: in qua uictoria & illud memorabile fuit: q neq3 nūtius tantae cladis quidem superfuit: caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum conici regina iubet: cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine inquit quem sitisti: cuius q3 insatiabilis semper fuisti. Sitim: Cupiditatē: qua satiari non poterat: Tomyris: haec regina fuit Scytharū: Massagetharū: de qua multa tradit Herodotus. ¶Et Beronice. Beronice cui & Laodice nomen fuit: Mithridatis superioris regis Ponti eius qui cum romanis aduersus Aristonicum pauloante bellum gesserat: repentinaq3 morte subtractus fuerat: filia Mithridatis uero regis secundi & hostis populi Romani soror Ariaratti Capadociae regi nupsit: quae per Gordium insidiis Mithridates ipsius beronices frater interfici iussit mortuo Ariarate filii duo supstites fuerūt: cum igitur nicomedes bithiniae rex capadociam caede regis quasi uacuā occupasset mithridates regni auidus ficta pietate ut nepotes in paternum regnum restitueret arma aduersus nicomedem sumpsit: sed ubi comperit laodicem siue beronicem sororem nicomedi nupsisse: simulata pietas: in uerā conuertitur: quare pulso ex capadocia nicomede. Ariarati qui maior natu erat paternum regnū reddidit: quē deinde haud ita multo post facti poenitens occidit: cum uero minor alter qui & ipse ariarates dictus est ab amicis ex asia reuocatus regnare uideretur: ipse quoq3 eiusdem ut uulgo creditur mithridatis opera per insidias trucidatur cuius caedis dolore perculsa mater iunctis iugalibus equis oblita sexus: arma corripuit: nec prius praecipitem ceneum regis satellitem persequi destitit: q̄ cum eum hasta nequisset saxo prostrauit: superq3 iacentis cadauer indignabunda currum egit: & inter hostilia tela nullo fratris qui tunc hostis erat timore perculsa domum in qua caesi pueri corpus seruari putabat irrupit: eiq3 maternas lachrymas & funeris officium praestitit. Infesta agmina: hostilia fratris agmina.

## De morte Iasonis. Ca. DCCCCXCVIII.

Iasonem thessalum persarum regi bellum inferre parantem an satis iusta ultio absumpserit ambiguae existimationis est. Tassillo enim gymnasiarcho a quibusdam iuuenibus pulsatum se cōquesto permisit. ut aut tricenas ab iis dragmas exigeret: aut denas plagas singulis iponeret: quo posteriore uindicta uso qui uapulauerant Iasonem interfecerunt: animi non corporis dolore poenae modum aestimantes. Caeterum paruo irritamento ingenui pudoris maxime rei expectatio subruta est: quoniam opinione Graeciae tantum in spe Iasonis q̄tum in effectu Alexandri reponebatur.

¶Iasonem &c. Ambiguae aestimationis est an ultio satis iusta absumpserit.i.de medio uiuentium sustulerit Iasonem thessalum: non quidem argonautarum principem: sed alterum qui multo post natus est: parantem inferre regi persarum bellum Enim.i.quia: ipse permisit Tassillo (sunt q Taxillo scribant) gymnasiarcho.i.pricipi gymnasii: cōquesto se pulsatū a quibusdā iuuenib9: ut aut exigeret ab iis dragmas tricēas.i.a singulis triginta aut iponeret.i.infligeret singulis denas plagas.i. ictus: quo.s. Tassillo uso posteriore uindicta.i.plagas iferēte: sup.iuuenes q uapulauerāt.i.percussi fuerant: interfecerunt Iasonem.s.regem suum: aestimantes.i. appretiantes & pensitantes modum.i.mensurā poenae: dolore animi idest illata animis

Iasonem thessalum. Hic Iason thessalorum rex apud omnes maximi nominis & aestimationis fuit adeo ut nemo dubitaret quin persarum regem fuisset subacturus: nisi antea fuisset interceptus: q̄ persis qd instituerat bellum inferret: nam forte ita accidit ut thassill9 gymnasiarchus qui a rege in deliciis quodam modo habebatur a lascinia quadam iuuentute pulsaretur: qui ubi ad regem querelam detulit: rex duarum ultionum illi optionem dedit: ut uel a singulis iuuenibus a quibus pulsatus fuerat triginta dragmas exigeret uel decem singulis plagas infligeret: quod posterius ultionis genus maluit: & ita ingenuos adolescentes seruilibus plagis affecit: qd illi grauiter ferētes in regem a quo pulsationis iniuriam accepisse existimabant ultionis iram conuerterunt: & nimio dolore concitati regē obtruncarūt: incertum est inquit an iusta fuerit horum adolescentum uindicta an crudeles qui ex parua causa tantum regem sustulerunt. Gymnasiarcho: principi gymnasii. Animi non corporis dolore. Adolescentes inquit non dolore quem ex plagis senserant: sed pudore quodam commod ignominiosam iniuriam ferre non potuerunt. Caeterum paruo irritamento: magna inquit expectatione graecia tota frustrata est quae hunc Iasonem nō minus q̄ Alexandrum

persas aliquando superaturum sperabat. Maximae rei expectatio. Vt persas totumq; oriêtem subigeret.

iniuria: non dolore corporis. Caeterū. i. sed expectatio maximae rei: uidelicet uictoriae de persis per Iasonem obtinendae: subruta. i. subuersa est: pario irritamento pudoris ingenui. i. inflictione decē plagarū dicit maximae rei (Et est antithesis honesta) quoniam tantum reponebat in spe Iasonis s. habita de Iasone: q̃tum in effectu Alexandri. s. magni qui tam Persidē & oēs circūiacētes nationes usq; ad indos superarat: opinione Graeciae. i. secundum opinionem quam graecia de Iasone conceperat.

¶ De improbe dictis aut factis. Cap. XI.

Nunc quatenꝰ uitae: professus ē ab operis initio Valerius se uirorū illustriū facta simul ac dicta memoratu digna hoc opere complexurū ut habeāt homines quarū uirtutum gloriam prosequi: quorū item uitiorum opprobria fugere debeāt ut igitur qd pollicitus est exequatur de improbe dictis & factis dicere aggreditur: ut his cognitis hoies ab eis deterreāt.

Vnde potiusq̄ a Tullia: Nota ē historia Liuius auctor lib. i. caeso p insidias Tarquinio prisco & i eius locū Seruio Tullo tanaquilis arte substituto duo supererāt Tarquini filii quorū Tullus ueritus ne idem sibi qd & socero eueniret forte cōtingeret utrūq; sibi generū asciuit erant aūt illi filiae duae natura longe dispares. Sed forte ita accidit: ne duo uiolenta ingenia matrimonio iūgerentur: nā ex fratribus alter mitioris: ferocioris alter erat igenii: fortuna credo fuit po. Ro. q̄ diutius regnāte Seruio Romanū firmaret imperiū: augebatur ferox Tullia nihil acrimoniae in uiro esse: neq; ad cupiditatem: neq; ad audaciam tota in alterum tarquinium uersa eum mirari: eum uirum dicere regio sanguine ortum. Spernere sororem quae uirum nacta muliebri cessaret audacia contrahit celerter similitudo eos: ut malum malo fiat aptissimum: sed initium turbandi omnia a foemina ortum est ea secretis uiri alieni assuefacta sermonibus: nullis uerborum contumeliis parcere de uiro ad fratrē de sorore ad uirum & se rectius uiduam & illum caelibē fuisse futurum. Quā cum impari iungi aut elāguescere aliena ignauia dicebat: & si sibi eum quo digna esset uirum dedissent dii domi se prope diem uisuram fuisse regnum quod apud patrem uiderat celeriter adolescentē suae temeritatis implet Arūs Tarquinius & tullia maior prope continuatis funeribus: haec maritum ille uxorē sustulit: cum domos uacuas nouo matrimonio fecissent: iunguntur nuptiis magis non phibēte Tullo q̄ approbante. Tum uero indies infestior Tulli senectus: infestius coepit esse regnū. Iam enim a scelere aliud spectare mulier scelus: nec nocte nec interdiu uirum conquiescere patiebatur: monebat ut potius habere q̄ sperare regnum uellet: meminisset se tarquinii filium esse cui Romanum debebatur imperiū: nec prius destitit q̄ illū stimulis uelut furiis ad arripiendum patri regnum incendit: quibus ille instinctus circuire & prensare minorum gentiū patres coepit admonebat eos paterni beneficii ac pro eo gratiam repetebat: alliciebat donis iuuenes igentia pollicebatur. Idēq; socero struit insidias & cum agendae rei tempus uisum est stipatus agmine armatorum in forum irrumpit regiam sedē occupat: multa in socerum grauiter inuectus quae populo regem inuisum reddere possent: cui concionanti cum superuenisset Seruius & ab eo quaesiisset quid ita ausus esset. Ille ferociter respondit se patris sui tenere sedem: orta deinde ab utrisq; fautoribus contentione: factoq; populi concursu in curiam apparebat regnaturum qui uicisset: tunc Tar-

## Dicta improba aut facta scelerata. Ti. XI.

Nunc (quatenus uitae humanae tum bona tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus prosequimur) dicta improba & facta scelerata referantur.

¶ Nunc. i. deinceps dicta improba. i. improbanda: & facta scelerata referantur. s. a nobis: quatenus. i. quantum nos prosequimur imaginibus exēplorum substitutis. i. statim illatis: tum. i. simul bona. s. in quouis genere bonorum: tum etiam mala uitae humanae.

## De Tullia Seruii filia. Cap. DCCCCXCIX.

Vnde autem potius q̄ a Tullia ordiar quia tēpore uetustissimum: cōscientia nefarium: uoce monstri simile exemplum est. Cum carpento ueheretur: & is qui iumēta agebat succussis frenis cōstitisset: repentinae morae causam requisiuit: & ut comperit corpus patris Seruii Tulli occisi ibi iacere: supra id duci uehiculum iussit: quo celerius in complexū interfectoris eius tarquinii superbi ueniret. Qua tam impia tamq; probrosa festinatione nō solum se aeterna īfamia: sed ipsum etiam ui cū coguomine sceleris cōmaculauit.

¶ Vnde autem ordiar potius. s. improbe dicta ac facta: q̄ a Tullia. s. Seruii regis Romanorum filia. q. d. a nullo ac nulla. Quia exemplum sup. eius aut de ea: est uetustissimum quantum ad res domesticas tempore: nefariū conscientia: quia contra pietatem a deo & a natura institutam: & simile monstri uoce. i. narratione aut locutione. Cum. i. quando sup. Tullia ueheretur carpento. i. uehiculo rotato: & is qui agebat iumenta constitisset frenis succussis. i. clam ad se tractis ne procederent iumenta: ipsa requisiuit causam morae. i. immorationis repentinae. i. subito ortae: & ut. i. postq̄ comperit ex gubernatore: corpus Seruii Tulli patris. s. sui hoc est Tulliae occisi iacere ibi. s. ante carpentum: iussit uehiculum duci supra id. s. corpus patris: quo. i. ideo ut ipsa ueniret celerius in complexum interfectoris eius. s. Tarquinii superbi. Qua festinatione tam impia & tam probrosa: ipsa Tullia non solum maculauit se aeterna infamia: sed etiam maculauit ipsum uicum cognomine sceleris: quia dicitur uicus Sceleratus.

quinius necessitate iam ipsa cogente ultima audere multo & ætate & uiribus ualidior medium arripit Seruium elatum e curia in inferiorem partem per gradus deicit: deinde ad cogendum senatum in curiam redit. fit fuga regis apparitorum cq3 comitum: ipse prope exiguis cum semianimis regio comitatu domum se reciperet peruenissetq3 ad summum cyprium uicum ab his qui missi a Tarquinio fugientem consecuti erant interficitur: creditur quia non abhorret a cætero scelere admonitu tulliæ id esse factū: carpento (id certe quod satis constat) in forū inuecta nec reuerita cœtū uirorū præsentiū euocauit uirū e curia regēq3 prima appellauit: a quo facessere iussa ex tanto tumultu cū domū rediret peruenissetq3 ad cypriū uicū flectere carpentū in dexterā iussit aurigā: ut in collē exquiliarū ueheretur: restitit pauidus & frenos inhibuit is qui iumenta agebat iacentēq3 dominæ Seruiū trucidatū ostendit fœdū inhumanūq3: deinde traditur scelus monumentoq3 locus est quem sceleratum uicum appellant: quo amens agitantibus sororis uiriq3 cæsorū furiis tullia per patris corpus carpentū egisse fertur: partēq3 sanguinis ac cædis paternæ cruento uehiculo cōtaminata ipsa respersaq3 tulisse ad penates suos: uiriq3 sui: quibus iratis malū regni principiū: similes deinde exitus sequerētur. Quia tēp ore uetustissimū: reddit rōnem cur inspere a tullia uelit qa exemplū sit uetustissimū. Conscientia nepharium: Quia id cogitare quasi nephas sit. Carpento: Vehiculi genus est. Succussis frenis: pressis & inhibitis. Quo celerius in complexū Liuius hoc in reditu fuisse dicit: Impia & probrosa: scelerata & uituperosa q̄ per patris corpus carpentum agi iusserit. Externa infamia: qa tam impium facinus oblitterari nunq̄ poterit ipm uicum sceleris cognomine. Quia sceleratus uicus dictus est.

De Fimbria. Cap.M.

Non tam atrox. C. fimbriæ est factū & dictū: sed si per se æstimetur utrumq3: audacissimum id egerat: ut Scæuola in funere. C. marii iugularetur quem postq̄ ex uulnere recreatum comperit: accusare apud populum instituit. Interrogatus deinde qd de eo secus dicturus esset: cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset? respondit se obiecturum illi q parcius corpore telum recepisset. Licentiā furoris ægre reipu. gemitu prosequendam.

¶Non. &c. Et dictum & factum Caii Fimbriæ non sup. fuit tam atrox ut ipsius Tulliæ: & ideo si conferatur ad factum tulliæ mitius uideatur: sed si utrūq3 æstimetur per se. i. seorsum ab altero: sup. factum eius est audacissimum: nam ipse egerat id ut Scæuola uir integerrimus iugularetur in funere: quasi mittendus in inferias Caii Marii: quem. s. Scæuolam postq̄ comperit recreatum ex uulnere. s. suscepto in funere marii: instituit accusare apud populum: Interrogatus deinde quid dicturus esset. s. coram populo: de eo. s. Scæuola: secus. s. ac bonum: cui laudatio non possit reddi satis digna pro sanctitate morum? Respondit se obiecturum illi q recepisset corpore telum parcius. i. non satis profunde. Licentiam. i. o licentiā3 furoris prosequendam ægre. i. difficulter gemitu reipu. quia licet tota resp. gemat non tamē satis digne gemuerit aut reip. ægræ. s. in animo ciuium.

De Lucio Catilina. Ca.M.I.

Lucius uero Catilina in senatu. M. Cicerone incendium ab ipso excitatum dicente: sentio inquit: & quidem illud si aqua non potuero ruina extinguam: Quem quid aliud existimemus q̄ cōscientie stimulis actum simulachrum a se inchoati parricidii peregisse?

¶Lucius uero Catilina (Marco Cicerone dicente idest cum marcus Cicero diceret in Senatu incendium scilicet urbis excitatum ab ipso scilicet Catilina: inquit sentio idest ita esse concedo: & quidem extinguam scilicet illud incendium quod excitatum a me dixit Cicero. ruina scilicet urbis: si non potuero scilicet extinguere aqua: quia ædificia incensa si aqua extingui nequeunt diruuntur ne uicinis noceant: sed per allusionem ad ædificia

Non tā atrox: Hic est fimbria q occiso Valerio cuius legatus fuerat exercitū sibi uēdicauit hic post mortem C. Marii cum i syllanos atq3 senatum supra modum saeuiret iusserat scæuolam integerrimum & sanctissimum uirū in. C. Marii tumulo tanq̄ uictimam iugulari: quo ad locu3 ducto cū ministri altius uulnus nō intulissent ille a uulnere recreari quodāmodo uidebatur. Fimbria hoc audito q. s. letale uulnus nō admisisset illi diē dixit ad populum. res pfecto nō solū improba: sed etiam ridiculosa: quærētibus ergo ex eo qd nā obiiceret uiro integerrimo: lentius i lū respondit recepisse telū. De hoc Fimbria plinius i fine breuiter sic tradit: fimbria a sylla pgami oppressus corrupto exercitu desertus semet occidit. Non tam atrox: Sunt q uelint hoc nomen a græco deducere τρωγω quod est comedo ide dedu ci trox quasi comestibile: a uero priuatiuum est nō comestabile: hoc est crudū & acerbu3: ergo atrox crudele & acerbum: sed non usq3 quaq3 græcis ita dandū est ut nihil nobis relinquatur: ergo ab atro magis atrox ē deriuari puto Vt scæuola: de hoc scæuola Lucanus li. ii. Te quoq3 neglectum uiolatæ scæuola dextræ. Ante ipm penetrale deæ semp q3 calentes: Mactauere focos paucū: sed lessa senectus. Sanguinis effudit iugulo flāmisq3 pepercit. Aegræ reipu. tristis & afflictæ reip. Atrox

Lucio uero Catilina. Salustius Catilina inquit lege plaucia interrogatus erat a. L. paulo: postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi sicut iurgio lacessitus foret in senatum uenit: tum. M. Tullius consul siue timens præsentia3 siue commotus: ita orationem habuit luculentam atq3 utilem reip. quam postea edidit scriptam: sed ubi ille assedit Catilina ut erat paratus ad dissimulanda omnia dimisso uultu uoce supplici postulare a patribus cœpit ne quid de se temere crederent: ea se familia ortum: ita se ab adolescentia dicebat uitam instituisse: ut omnia bona in spe haberent: nec existimarent sibi patricio uiro cuius ip sius atq3 maiorum plurima beneficia in ple

bē essent perdita rep. opus eē cū eā seruaret M. Tarquilinus ciuis urbis Romae: ad haec maledicta alia cū adderet: obstrepere omnes hostē & parricidā uocare. Tū ille furibūdus inquit: quādoquidē ego circūuentus ab inimicis praeceps agor incēdiū meum ruina uestra extinguā: deinde se ex curia domū proripuit. Incendiū excitatū. Perturbationē urbis cōiuratione suscitatā: Si aqua non potuero Persistat in translatione quia incendiū dixerat qd̄ aqua extinguitū. Cōsciētiae stimulis. Quia sui sceleris conscius erat stimulis quibusdam agitabatur: nam ut inquit ille neq̨ enim cōsistere mentē crimina saeua sinūt. Conati parricidii. Parricidii eitā de parentibus: q̄ de patria dicitur unde & parricidae saepe dr̄r a Valerio q caesarē interfecerūt quasi parentem patriae. aliud intellexit Catilina: unde author. Quem. s. Catilinam quid aliud existimemus peregisse. s. animo: q̄ actum. i. impulsum stimulis conscientiae. i. ruinae quam (ut ipse sibi conscius erat) urbi parauerat peregisse. s. animo aut minacibus uerbis simulachrū. i. fantasticam apparen. tam animo eius obuersantem parricidii. i. patriae excidii inchoati a se. q. d. nihil.

## De Magio Chilone. Ca. M. II.

Consternatum etiam Magii Chilonis amentia pectus qui. M. Marcello datum a cęsare spiritum sua manu eripuit: uetus amicus & pompeianę militiae comes: indignatus aliquos sibi amicorū ab eo preferri. Vrbem enim a mytilenis quo se contulerat repetentem in atheniensium portu pugione cōfodit: protinusq̨ ad irritamenta uesaniae suae trucidanda tetendit, amiciciȩ hostis: diuini beneficii interceptor publicaeq̨ religionis qd̄ ad salutem clarissimi ciuis recuperandam attinuit acerba lues.

Consternatū etiā. P. Ma. Chilonis. De morte. M. Marcelli Seruius sulpitius ad Ciceronē epistola. Etsi scio nō io cūdissimū nunciū. Ad decimū inquit Kal. Iunii cum ab epidauro pyrrhi naui aduectus essem ibi marcellū collegā nostrū cōueni eūq̨ ibi diē consumpsi: ut cū eo essem: postero die cū ab eo digressus essem eo consilio ut athenis in boeotiam irē reliquāq̨ iurisdictionem absoluerē: ille uti aiebat supra malas italiam uersus nauigaturus erat: pstridie eū ab athenis proficisci in animo haberem circiter horā decimā noctis posthumius familiaris meus ad me uenit & mihi nunciauit. M. Marcellum collegam nostrum post coenae tempus a publio Magio chilone familiari eius pugione percussum esse: & duo uulnera accepisse: unum in stomacho: alterum in capite secundum aurem: sperare tamen eum uiuere posse. Magium seipsum interfecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nunciaret & rogaret ut medicos cogerem: coegi & e uestigio eo sum profectus prima luce cum non longe a pyreo abessem: puer acidini obuiam mihi uenit cum codicillis in qbus erat scriptum pauloante lucem Marcellum diem suum obiisse: ita uir clarissimus ab homine teterrimo accerbissima morte est affectus: & cui inimici propter dignitatem pepercerant: inuentus est amicus qui ei mortem afferret & reliqua. Datum a caesare spiritum: Confecto bello ciuili quod inter Caesarem atq̨ Pompeium suscitatum erat: Caesar rerum potitus multos sibi aduersos qui Pompeium secuti fuerant in patriam restituit in gratiamq̨ recepit inter quos & Marcum Marcellum pro quo senatus uniuersus intercesserat supplexq̨ a caesare petierat ut sibi uir tātus cōdonaretur: cuius precibus fatigatus caesar senatui concessit qd̄ fratri Marcelli denegauerat: nam Marcelli frater saepius ad Caesaris pedes prouolutus suppliciter petierat a Caesare: ut ignosceret fratri illumq̨ in gratiam reciperet: quod nunq̄ a Caesare impetrare potuerat: restituto itaq̨ Marcello caesari multi gratias egerunt inter quos Cicero qui orationem habuit locuētissimam: marcellus uero & ipse in patriam redire recusabat: malebatq̨ exul ubiq̨ q̄ in patria sine libertate uiuere: tandem consiliis & praecibus amicorum uictus caesaris munus quod illi amplum & honorificum offerebat ut restitutis sibi omnibus bonis suis in patriam cum summa dignitate rediret accepit. Datum spiritum. Quia quantum in caesare fuit illum uita donauit: & reditum in patriam concessit. Indignatus aliquos sibi praeferri. Grauiter & iniquo animo ferebat marcellum & alios multos a Caesare fuisse restitutos: se uero neglectū & praetermissum ne tanti muneris cōpos fieret marcellus i atheniensi portu illum pugione transfixit: deinde poenitentia siue desperatione ductus aut furore concitatus sibi ipsi quoq̨ mortem intulit. Amicitiae hostis. Exaggerat hoc factum dicens eum amicitiae: & religionis iura in acerba marcelli morte uiolasse Diuini beneficii interceptor: hoc ad assentationem dictum est: beneficium a Caesare datum diuinum appellando. Acerba lues publicae religionis: Ruina: & aspera pestis publicae religionis: nam haec chilonis impietas qua usus est in marcellum: ad remp. pertinere uidebatur: quia uniuersa ciuitas pro marcelli salute magnopere laborasset.

Consternatū. Ordo est. Pectus etiā Magii Chilonis ciuis romani: & partes cesarianas secuti: consternatū est. i. stupefactū amētia. i. stoliditate & impotentia animi ob aemulationē. Qui. s. Magius eripuit sua manu spiritū. s. uitalē datum a Caesare. s. Iulio: eus sup. uetus amicus sup. Marcelli: & comes. i. sectator militiae Pōpeianae: ut ēt Marcellus: idignatus aliquos amicorum praeferri sibi ab eo. s. caesare: qui Marcellū propter honestissimos intercessores in gratiā receperat pterito magio. Eni. i. quia: ipse Magius confodit pugione ipm Marcellū in portu atheniēn: repetentē urbē. i. redeūtē in patriam a mytilenis quo Magius cōtulerat se: & ita uterq̨ alteri obuiā factus est: & ipse magius ductus poenitentia: tetendit. i. accelerauit protinus ad irritamēta suae uesaniae trucidanda. i. ad seipm uesania uexatum trucidandū: eus sup. hostis amicitiae: quia aegre tulit reconciliatum caesari marcellū: interceptor. i. impeditor ne ad consūmationē perduceretur: beneficii diuini. i. a diuo Caesare in marcellū collati: & acerba lues. i. pnicies aut labes: publicae religionis. i. charitatis patriae in marcellum ob sanctitatem eius: quod. i. q̄ res attinuit ad salutē clarissimi uiri recuperandam. Quādocūq̨ enim quis aliquid facit ob mandatū diuinū aut uirtutē hominum eo nomine ne ob praetermissum officium deus offendatur: tunc respectus habetur religionis. Vnde Senatus populusq̨ Romanus noscens Marcellum zelo reip. contra Caesarem stetisse: pro eo intercessit.

## De.C.Turanio. Cap.M.III.

Hanc crudelitatem cui nihil adiici posse uidetur.C.Turanius atrocitate parricidii superauit. Namq; triumuirum partes secutus proscripti patris sui prætorii & ornati uiri latebras ætatem notasq; corporis quibus agnosci posset centurionibus edidit:qui eum persecuti sunt. Senex de filii magis uita & incrementis q̄ de reliquo spiritu suo sollicitus an incolumis esset & an imperatoribus satisfaceret interrogare eos cœpit:e quibus unus ab illo inquit quem tantopere diligis demonstratus nostro ministerio filii indicio occideris:protinusq; pectus eius gladio traiecit. Collapsus ita q; est infelix:auctore cædis q̄ ipsa cęde miserior.

Hanc &c. Caius Turanius (aut ut Oliuerius legit Tuditanus) superauit atrocitate parricidii.i.cædis patriæ ab eo procuratæ:hanc crudelitatē s.Magii cui nihil uidetur posse adiici:cum sit grauissimum talem uirū etiā amicum sola æmulatione trucidasse:Namq; sup. Turanius secutus partes triumuirum.s.Antonii Lepidi & Augusti:edidit.i.expresse indicauit centurionibus latebras patris sui proscripti:uiri prætorii.i.qui aliquando prætor fuerat: & ornati scilicet scientia & uirtute:& ætatem & notas.i.insignia corporis quibus posset agnosci.s.a centurionibus:qui sunt persecuti eum.s.patrem Turanii. Senex.i.pater depræhensus magis sollicitus de uita filii & incrementis filii scilicz ad honorem & gloriam:q̄ de reliquo spiritu suo.i.parte uitæ reliqua:cœpit interrogare eos.s.centuriones an sup.filius esset incolumis: & an satisfecerat aut iam tum satisfaceret imperatoribus.s.triumuiris:e quibus.s.centurionibus unus inquit: tu occideris nostro ministerio sed indicio filii demonstratus ab illo quem diligis tantopere:& sup.cēturio traiecit protinus pectus eius s. patris gladio. Itaq; infœlix scilicet pater collapsus est eus miserior authore cædis:uidelicet filio:q̄ ipsa cæde. quam innocens obiit.

Hanc crudelitatē. Chilonis impietatē omnium maximam extimassem nisi Tuditanus eam atrocitate facti superasset & reuera hac impietate maior nulla esse potuit:quid enim crudelius aut magis impiū q̄ a filio parentes: ut hostibus gratificarentur occidi? cum enim illum hostibus indicarit:occidisse uidetur:hic igit̄ Tuditanus latentem patrem a triumuiris ꝓscriptum cum amissis interfectoribus quæreretur non solum indicauit:sed eius quoq; uultus:& oris liniamenta:& ætatis tempus quibus cognosci posset ministris aperuit ex quo factum ē ut qui ab amicis occultabatur ab impio filio ꝓderetur. Notas corporis: Signa & liniamenta corporis. Senex de filii magis uita. Hoc ad exaggerandam filii impietatez dicit q; etiam in media cæde pater de filii salute sollicitus esset:& tam pium patrē filius sceleratus prodere non dubitauerit: Incremētis. Bonorum accessionibus & augmentis itaq; est ifœlix: Maior iquit illi miseria fuit q; indicatus esset a filio q̄ q; interficeretur. Auctore cædis.s.filio miserior propter filiuz qui cædis paternæ fuisset auctor idicio suo neq; enim ipsi tam acerba mors uidebatur q̄ filii proditio.

## De filio Tullii Annalis. Ca.M.IIII.

Huius facti acerbitatē.L.Tullius Annalis sortitus cum in campum ad quæstoria comitia filii descendens:proscriptum se cognosceret ad clientem suum confugit:sed ne fide eius tutus eē posset: scelere nefarii iuuenis effectum est:siquidem per ipsa uestigia patris militibus ductis occidendum eum in conspectu suo obiecit:bis parricida consilio prius:iterum spectaculo.

Cuius.s.tam dicti facti acerbitatem Lucius Tullius Annalis sortitus: quia similem aut maiorem passus est:cum descendens in campum.s. Martium ad comitia quæstoria filii.i.in quibus filius quæsturam petierat: cognosceret se proscriptum .s.a triumuiris:confugit ad clientem suum: ut in eius domo tutus lateret:sed effectum est scelere iuuenis.s.filii eius nefarii i.detestandi & indigni qui nominetur:ne.s.pater esset tutus fide eius scilicet clientis qui quod in se fuit patrono fidem præstitisset. Siquidem.i.quoniam militibus ductis.s.a filio:per ipsa uestigia patris filius sup.obiecit eū s.patrem suum occidendum in conspectu suo:eus sup.parricida bis:prius i.priori (ut dicunt) uice:consilio:quia patrem indicauerat:iterum.i.secūda uice (si mō liceat ita dicere) spectaculo:qa sustinuit cædē patris uidere.

Huius facti hoc simile est superiori sed in hoc differunt:q; Tuditanus tantum latentis patris indicator:hic etiam paternæ cædis spectator:non enim sibi satis fuit cædis ministros ad latentem patrem duxisse nisi ante oculos patrem occidi uidisset:bis ergo parricida cōsilio & spectaculo. Ad quæstoria comitia. Vt filius quæstor crearetur suaq; præsentia quoad posset filio suffragaretur. Sed ne fide eius tutus esse posset. Quam a filio non potuit cliente fidem ē consecutus ut occultaretur:quam tutam esse impietas filii non permisit qui eum prodidit Bis parricida. Et cum patrem prodidit & cū occidi spectauit.

## De uxore Vitii Sallassi. Ca.M.V.

De Virius quidem Sallassus proscriptus parū amari exitus:quem latentem uxor interficien

De uitius quidem Sallassus. Crudelitatem uxoris expertus est uitius iste qui a triumuiris proscriptus cuz s.d p it. cas uxoris ædes profugisset ab ea non est admissus quare uehementi indignatione commotus ne in persequentiuz manus perueniret sibi gladio pectus transfixit:postesq; crudelissimæ coniugis sanguine aspersit:uxor igitur uirum nō prodidit sed suis manibus quodammodo iugulauit:nam idem ē auctorem:& actorem cædis esse. Nec parū amari. Liptote est: ac si diceret amarissimi.

Quanto enim leuius est. Ac si diceret idẽ sce lus esse uidetur alicui mortis causam atq; ipsam mortem inferre.

dum: quid dicam: tradidit: an ipsa iugulauit? Quanto enim leuius est scelus cui tantummodo manus abest?

¶ Nequidem. i. non etiam aut non saltem Vitius Sallassus (ubi alii legũt uetius Fallassus) proscriptus. s. ab iisdem: sup. fuit exitus parum amari: im mo multum amari. Quem latentem uxor: quid dicam an tradidit interficiẽdum an ipsa iugulauit. q. d. cum eum prodiderit aut excluserit occasionaliter eum iugulauit. Enim. i. quia: quãto leuius sup. est scelus eius cui manus abest tantummodo: cum sup. cætera: ut conscius & indicium adsint. q. d. minimo.

Externa. De duobus fratribus filiis regis. Capitulum. M. VI.

ILlud autem facinus quia externum tranquilliori affectu narrabitur. Scipione Aphricano patris & patrui memoriam gladiatorio munere cartnagine noua celebrante: duo regii filii nuper patre mortuo in harenam processerunt: pollicitiq; sunt ibi se de regno præliaturos: quo spectaculũ illud illustrius pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset ut uerbis q̃ ferro diiudicare mallent: uter regnare deberet: ac iam maior natu consilio eius obtemperaret iunior corporis uiribus fretus in amentia perstitit initoq; certamine pertinacior impietas fortunæ iudicio morte mulctata est.

ILlud autem facinus. Scipio a castulone carthaginem ad uota soluenda ilius munusq; gladiatorium qd mortis causa patris patruiq; parauerat edẽdum rediit gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo lanistis comparare mos est seruorum qui uenalem sanguinẽ habent uoluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit: nam alii missi ab regulis sunt ad speciem insiti gente uirtutis ostendẽdam: alii ipsi professi se pugnaturos in gratiam ducis alios æmulatio certamenq; traxit ut quas disceptando controuersias finire nequiuerant: eo ut uoluerant pacto ferroq; decernerent: neq; obscuri generis homines erant: sed clari illustresq; corbis & orsua patrueles fratres de principatu ciuitatis ferro se certaturos ꝓfessi sunt. Corbis maior erat ætate. Orsuæ pater priceps proxime fuerat a fratre maior post eius mortem accepto pricipatu cũ uerbis disceptare Scipio uellet ac sedare iras negatum id ambo dicere cõibus cognatis nec aliorum deorum hominum ue q̃ martem se iudicem habituros esse robore maior minor flore ætatis ferox mortem in certamine q̃ ut alter alterius imperio subigeret: præoptantes cum dirimi a tanta rabie nequiret insigne spectaculum exercitui præbuere documentumq; q̃tum cupiditas imperii malum inter mortales esset maior usu armorũ & astu facile stolidas uires iunioris superauit. Duo regis filii. Dissentit a Liuio Valeri⁹ hoc loco non enim fratres sed patruelis fratres fuisse dicit Liuius. Gladiatorio munere in ludis funebribus adhibebantur gladiatorum paria inter se ad sanguinem uel ad mortem usq; certantium ut supra diximus: itaq; eiusmodi ludi celebriores habebantur quo plures gladiatores occubuissent. Carthagine noua. Ciuitas est hispaniæ quæ noua dicta est ad differentiam ueteris quæ fuit in affrica. Fortunæ iudicio. Quia fortuna uoluit ut maior in quo iustitia pietasq; illustrior erat uictor existeret.

¶ Illud autem facinus. s. quod sequitur narrabitur affectu trãquilliori q̃a externum: externa autem nos minus afficiunt. Scipione Aphricano celebrãti Carthagine noua quæ est in hispania: memoriam patris & patrui. s. P. & Cnæii scipionum in hispania interemptorum: munere gladiatorio (qd propter effusionem sanguinis diis inferis & manibus occisorum gratissimum esse credidit misera gentilitas. Illud autem genus dimicandi in harena: ubi par pari opponebatur dictum est munus propterea q; ex eo quasi muneris loco uoluptatem captabat populus) duo filii regii: patre mortuo nuper. i. pauloante: alii tamen non fratres sed e fratribus genitos dicunt: processerunt in harenam. i. locum dimicandi harena ne sanguine fuso lubricus fiat sparsum: & polliciti sunt se præliaturos. i. concertaturos ibi uidelicet in harena: quo. i. ideo ut facerent illud spectaculum illustrius sua pugna. Cum scipio monuisset eos ut mallent diiudicare. i. discernere uerbis. s. disceptando de iure suo q̃ ferro. i. armis uter. s. eorũ deberet regnare. (Alii legunt ut uerbis discernere q̃ ferro dimicare mallent sed sic non cõgruit qd additur uter regnare deberet cum uerbo dimicare: dereliqui ergo ut inueni) ac maior natu obtemperaret iam consilio eius s. Scipionis: aut q; prudentior erat aut q; melius de iure suo sperabat cum senior esset: iunior fretus uiribus corporis perstitit in amentia. s. sua. i. maluit ferro q̃ uerbis rem discernere: & eo certamine inito impietas pertinacior uidelicet iunioris mulctata est. i. punita morte: iudicio fortunæ: quæ in tali dimicatione multum potest: non q; res aliqua sit fortuna: sed q; fortuito euenire solet ut iustior causa interdum succumbat: unde talis concertatio ab ecclesia non probatur:

De Mithridate. Cap. M. VII.

MIthridates autem multo sceleratius: q non cũ fratre de paterno regno sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: i quo qui aut ho

MIthridates. Mithridatis factũ multo sceleratius qui non cum fratre: sed cum patre de regno certauit: cũ enim regnandi libidine nimia esset incensus præmaturam: & celerem patris mortem cupiebat: quam cum illi clam inferre non posset nec palam auderet: occupata regni parte

mines ullos adiutores inuenerit:aut deos inuocare ausus sit pro admiratione habetur.

¶Mithridates autem sup.egit sceleratius multo:qui non gessit bellum.i. non concertauit de paterno regno cum fratre:ut superiores fecerunt: sed cum ipso patre de dominatione.i.tyrannide non enim uiuo patre uerum regnum eo inuito possidere poterat:in quo.s.bello habetur pro admiratione qui.i.quomodo mithridates scilicet iunior:aut inuenerit ullos adiutores aut ausus sit inuocare deos:cum dii malis artibus & turpibus nedum nephandis inceptis auxilium non praestent:licet interdum ultionem differendo malos regnare permittant. Quod audire deberent christiani qui in re pessima se cruce muniunt:aut oratione aut sacrificio:cum ad talia deus surdas habeat aures: Scimus enim quia deus peccatores (presertim ad peccata pertinenda) non exaudit.

## De Sariastre filio Tigranis regis. Capi.M.VIII.

Vanq̃ quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur:cum Sariaster aduersus patrem suum Tigranem armeniae regem ita cum amicis consenserit ut omnes dextris manibus sanguinem emitterent:atque eum inuicem sorberent? Vix ferrent pro salute parentis tã cruenta cõspiratione foedus faciẽtem.

¶Quanq̃ quid.i.ad quid miremur hoc.s.facinus mithridatis quasi inusitatum illis gentibus.q.d.frustra:cum Sariaster ita cõsenserit cũ amicis.i. ita conuleauerit & coniurationem firmauerit aduersus patrem suum Tigranem regem armeniae:ut omnes emitterent dextris manibus sanguinem atque sorberent eum inuicem.i.alter alterius. quod magis mirandum est. Quia.s.armenii uix ferrent.i.paterentur sup.filium facientem foedus tam cruenta conspiratione pro salute parentis:ut nunc contra eam fecit.

bellum indixit. Sed pater morte praeuentus sceleratam filii cupiditatem adimpleuit. In quo quis:aut homines ullos:simile iquiter õ: sive uel certe miraculi erit si quis in euismodi bello quod filius aduersus patrem suscepit inueniri potuerit:qui aut auxilia praestare:aut deos inuocare ausus fuerit. Pro admiratione habetur loco miraculi ducitur.

Vãq̃ quid hoc. Quasi dicat bellum quod cum patre habuit mithridates non tam uidetur admirandum: cum & sariaster idem fecerit in tygranẽ eius patrem armeniae regem:hic sariaster: ut tradit Pluta.in uita Pompeii:post pulsum e prouincia mithridatem qui ad tygranem in armeniam profugerat a patre defecit & Pompeium in armenia uocauit illique uenienti occurrit ad fluuium araxem uinctis copiis: urbes & oppida patris cum Pompeio pariter expugnat. Sed tygranes audito aduentu pompeii cognitaque defectione filii cõlcato cum amicis consilio:hisque in regiam arcem & collocatis ad pompeium supplex confugit:fretus illius hũanitate ac suauissimis moribus erroribus ueniam petiit: qua impetrata ut diximus in ca.de humanitate cum illũ Pompeius in dextera parte:filium in sinistra iuxta se collocasset atque inter illos regnum partitus esset:impius filius sariaster id aegre tulit:a Pompeio inuitatus ad coenam respõdit non sibi opus esse Pompeio:se romanorum alium inuenturum cui carior esse possit. quibus uerbis iratus Pompeius illum in uincula conici & ad triumphum reseruari iussit. Valerius uero dicit hunc in patrem: conspirasse cum amicis detestabili:coniuratione humano.s.sanguine facta.constat tamẽ illũ a Pompeio in triumphum fuisse ductum. Inusitatum illis gentibus. Quasi apud alias nationes non idem fieri consueuerit. Dextris manibus sanguinem emitterent. Haurirent e dextris suis sanguinem:nam ut testis Hero.apud barbaras nationes execrationis & iurisiurandi mos fuit:ut e dextris manibus sanguinem haustum uino permixtum biberent cum hac execratione:ut quicunque a foederis lege & coniuratione defecisset execrabilis esset. Conspirationis igitur aduersus tygranem factae filius se socium & principem praebuit. Inuicem soluerent. Confusum admixtumque sanguinem ex eorum dextris haustum combiberent quod & Catilina in coniuratione sua fecisse dicitur. Vix ferrent pro salute patris. Qui uestigium aliquod humanitatis haberent non sustinerent pro salute patris hanc fieri execrationem quam aduersus patrem sariaster fecisse dicitur. Tam cruenta conspiratione. Quae humano sanguine sanciebatur.

## De Seiano in Tiberium cõiurato. Cap.M.IX.

Ed quid ego ista consector:aut quid in his immoror:cum unius parricidii cogitatiõe cũcta scelera superata cernam? Omni igitur impetu mentis omnibus indignationis uiribus ad id lacerandum pio magis q̃ ualido affectu rapior. Quis enim amicitiae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum:profundo execrationis debitae satis efficacibus uerbis adegerit? Tu uidelicet efferãtę barbariae immanitate truculentior habenas Romani impe

Ed quid ego ista consector? Hoc exemplum totum est in assentatiõe positum & aperta nimis atque impudens assentatio quae non sine lectoris fastidio legi possit. Coniurationem enim quam aduersus tiberium ausus est moliri seianus cunctis reip.calamitatibus dicit non solum conferendam:sed etiam esse praeferendam. Sueto.in uita Tiberii: Seianum inquit res nouas molientem q̃uis iam & natalem eius publice celebrari & imagines aureas coli passim uideret uix tandem & astutia magis ac dolo q̃ principali auctoritate subuertit:nam priore ut a se per speciem honoris dimitteret collegã sibi assumpsit in quinto consulatu quem longo interuallo absens ob idipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribunitiae potesta

tis deceptum inopinantem criminatus est pu denda miserandaqȝ oratione cum inter alia patres conscriptos praecaretur:mitterent alterum e consulibus qui senem se & solum in conspectum eorum cum aliquo praesidio p duceret. Sic quoqȝ diffidēs tumultumqȝ metuens Drusum nepotem suum quem in uinculis adhuc Romae continebat solui si res posceret duciqȝ constituit praeceperat. Aptatis etiam nauibus ad quascumqȝ regiões meditaretur fugam speculatus ex altissima rupe identidem signa quae ne nuncii morarent̄ tolli procul:ut quicquid factum praesentiret mandauerunt. Verum & oppressa cōiuratione Seiani nihilo securior aut constātior per ix. proximos menses non egressus est uilla q̄ uocat̄ iouis. Hanc igitur coniurationē detestatur Valerius:quam dicit per assentationē ad humani generis euersionem excidiumqȝ pertinuisse:extincto enim imperatore Tiberio a quo genus humanum regeretur:id a tanto imperatore desertum periturum esse uidebatur Sed quid ego ista confector:quasi se ipsum reprahendit Valerius:q dum in alieni exemplis narrandis intentus est:detestandam aduersus Tiberium Seiani coniurationem praetermittat:quae atrocitate facti cuncta scelera superasse uideatur. Omni igitur impetu mentis:Quandoquidem hoc superat omnia scelera totis habenis ad id lacerādum ipellor. Impetu:impulsu & ardore mētis. Pio magis q̄ ualido. Potenti:quia impares sunt rei tantae uires ingenii mei:nec mihi tanta est dicendi copia quae parem huic facto detestationem reddere posset. Quis enim amicitiae fide:Non satis dignis uerbis hoc Seiani scelus uituperari posse dicit q amicitiae fide uiolata gēus humanū in discrimē occidendo imperatorem adducere uoluerit. Genus humanum:Quia in uno imperatore totius generis humani salus sit reposita. In profun.i baratro. Tu uidelicet efferatae:Apostrophat ad Seianum quem omnibus barbaris dicit esse crudeliorem:qui Romanum imperium uoluerit intercipere:quod si factū fuisset:totus terrarum orbis confusus perturbatusqȝ fuisset:ac propemodum euersus. Vrbē a Gallis captam:postq̄ magnitudine & atrocitate criminis inuectus est in Seianum:nūc per comparationem illius impietatem exaggerat:dicit enim omnes clades Romanoruȝ ab hostibus acceptas cum hoc tanto scelere non posse conferri:quod quantum i eo fuit non modo referre:uerūetiam superare omnes Romānae urbis calamitates uoluerit. Vrbem a Gallis captam:Nota est historia quo modo Brēno duce galli fuso fugatoqȝ apud Alliam exercitu romano urbem ceperunt:& totam praeter capitolium flamma ferroqȝ uastarunt Et trecentorum iclytae gētis. Trecenti & sex fabii aduersus Veientes suis opibus suisqȝ sumptibus gerendum bellū susceperunt:qui apud Cremeram per insidias cae

rii quas prĩceps parēsq; noster salutari dextera cōtinet: capere potuisti? Haud te compote furoris in suo statu mundus mansisset. Vrbem a gallis captam:& trecentorum inclytae gentis uirorum strage foedatam alliēsem diem:& oppressos in hispania Scipiones:& trasimenū lacum & cānas:bellorumq; ciuilium domestico sanguine manantes furores amentibus propositis furoris tui repraesētare & uincere uoluisti. Sed uigilarūt oculi deorum:sidera suum uigorem obtinuerunt:arae:puluinaria:templa praesenti numine uallata sunt:Nihil quod pro capite Augusti ac patria excubare debuit:torporem sibi permisit:& in primis auctor:& tutela nostrae incolumitatis Iuppiter:ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur:diuino consilio prouidit. Itaq; stat pax:ualent leges:sincerus priuati ac publici officii tenor seruatur. Qui autem haec uiolatis amiciciae foederibus tentauit subuertere:omni cum stirpe sua populi romani uiribus obtritus:etiam apud inferos si tamen illuc receptus est:quae meretur supplicia pendit.

¶ Sed quid ego confector ista.s.externa:gentibus illis solita & in quibus parum iacturae res totius uniuersi fecerit:aut quid immoror in his:cū cernam cuncta scelera superata cogitatione.i.cōceptu & proposito unius parricidii.s.Seiani in tiberium(cum tamen uulgo in titulo habeatur de quodam qui Octauianum &c.cum non Octauianum sed Octauiū a doctis appellatum const.et )Igitur ego rapior omni impetu mentis:& omnibus uiribus indignationis ad laceraudum.i.acerrime detestanduȝ:id.s.parricidiū affectu magis pio.s.in patrem patriae q̄ ualido:quia non ualente tantopere ipsum dilacerare quantum uelit:& quantum meruit. Quis enim adeo est profundo debitae execrationis uerbis satis efficacibus.i.potentibus conatū i.eum qui conatus est utpote Seianum:sepelire in tenebris cruentis genus humanum.& hoc fide amiciciae extincta.s.per caedeȝ tiberii a perfido Seiano factam.q.d.nullus:uidelicet tu(quem ut nefandum hon ineȝ nō nominant )o Seiane truculentior.i.dirior:immanitate barbarae efferatae.i.ferali feritate furentis:potuisti capere.i.inuadere:habenas.i.gubernacula romani imperii:quas princeps & parens noster.s.Tiberius Caesar :continet dextera salutari.i.salutifera:?Certe mundus haud.i.non mansisset i suo statu.i.periisset:te compote furoris.i.si exequi potuisses parricidium quod p furorem concepisti. Tu uoluisti repraesentare.i.iterum exhibere & innouare saltem in ualore:& uincere:immo etiam superare:amentibus propositis furoris tui:Vrbem.s.romam captam a Gallis.i.malum quod tūc passa est:& foedatam strage trecentorum uirorum inclytae gentis.s.fabiae apud cremeram occisae:& diem alliensem infaustam:propter stragem romanorum a Gallis acceptam:& scipiones.s.fratres duos Cn.& Publiuȝ oppressos in hispania a poenis fraude celtiberorum:& lacum trasimenum:& cānas.i.loca apud quae Hannibal imanem romanorum stragem edidit:& furores bellorum ciuilium:ut Marii & Syllae:caesaris & Pompeii. Augusti & percussorum Caesaris:manantes sanguine domestico. Sed oculi deoruȝ uigilarunt:quia deleta est coniuratio:& Seianus ad supplicium tractus:& Iuuenalis late docet.sydera obtinuerunt suum uigorem:inter quae Caesaris astrum fingebatur repositum:arae puluinaria.s.in templis diis pro salute principis posita ut in illis dii excubarent templa.s.deorum uallata.i.munita sunt numine.s.deorum praesenti.s.per inuocationeȝ:unde licet uni

bẽ essent perdita rep. opus eẽ eũ eã seruaret M. Tranquillinus ciuis urbis Romae: ad haec maledicta alia cũ adderet: obstrepere omnes hostẽ & parricidã uocare. Tũ ille furibũdus inquit: quãdoquidẽ ego circũuentus ab inimicis praeceps agor incẽdiũ meum ruina uestra extinguã: deinde se ex curia domũ proripuit. Incendiũ excitatũ. Perturbationẽ urbis cõiuratione suscitatã: Si aqua non potuero Persistit in translatione quia incendiũ dixerat qd aqua extinguit. Cõsciẽtiae stimulis. Quia sui sceleris conscius erat stimulis quibusdam agitabatur: nam ut inq̃: ille neq3 enim cõsistere mentẽ crimina saeua sinũt. Conati parricidii. Parricidiũ tã de parentibus: q̃ de patria dicitur: unde & parricidae saepe dĩr a Valerio q caesarẽ interfecerũt quasi parentem patriae.

aliud intellexit Catilina: unde author. Quem. s. Catilinam quid aliud existimemus peregisse. s. animo: q̃ actum. i. impulsum stimulis conscientiae. i. ruinae quam (ut ipse sibi conscius erat) urbi parauerat: peregisse. s. animo aut minacibus uerbis simulachrũ. i. fantasticam apparen. tam animo eius obuersantem parricidii. i. patriae excidii inchoati a se. q. d. nihil.

De Magio Chilone. Ca. M. II.

Consternatum etiam Magii Chilonis amentia pectus qui. M. Marcello datum a cęsare spiritum sua manu eripuit: uetus amicus & pompeianę militiae comes: indignatus aliquos sibi amicorũ ab eo preferri. Vrbem enim a mytilenis quo se contulerat repetentem in atheniensium portu pugione cõfodit: protinusq; ad irritamenta uesaniae suae trucidanda tetendit, amicicię hostis: diuini beneficii interceptor publicae q; religionis qd ad salutem clarissimi ciuis recuperandam attinuit acerba lues.

Consternatũ etiã. P. Ma. Chilonis. De morte. M. Marcelli Seruius sulpitius ad Ciceronẽ epistola. Etsi scio nõ iocũdissimũ nunciũ. Ad decimũ inquit Kal. Iunii cum ab epidauro pyrrhi naui aduectus essem ibi marcellũ collegã nostrũ cõueni eũq3 ibi diẽ consumpsi: ut cũ eo essem: postero die cũ ab eo digressus essem eo consilio ut athenis in boeotiam irẽ reliquãq3 iurisdictionem absoluerẽ: ille uti aiebat supra malas italiam uersus nauigaturus erat postridie cũ ab athenis proficisci in animo haberem circiter horã decimã noctis posthumius familiaris meus ad me uenit & mihi nunciauit. M. Marcellum collegam nostrum post coenae tempus a publio Magio chilone familiari eius pugione percussum esse: & duo uulnera accepisse: unum in stomacho: alterum in capite secundum aurem: sperare tamen eum uiuere posse. Magium seipsum intersecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nunciaret & rogaret ut medicos cogerem: coegi & e uestigio eo sum profectus prima luce cum non longe a pyreo abessem: puer acidini obuiam mihi uenit cum codicillis in qbus erat scriptum pauloante lucem Marcellum diem suum obiisse: ita uir clarissimus ab homine tetetrimo accerbissima morte est affectus: & cui inimici propter dignitatem pepercerant: inuentus est amicus qui ei mortem afferret & reliqua. Datum a caesare spiritum: Confecto bello ciuili quod inter Caesarem atq3 Pompeium suscitatum erat: Caesar rerum potitus multos sibi aduersos qui Pompeium secuti fuerant in patriam restituit in gratiamq3 recepit inter quos & Marcum Marcellum pro quo senatus uniuersus intercesserat supplexq3 a caesare petierat ut sibi uir tãtus cõdonaretur: cuius precibus fatigatus caesar senatui concessit qd fratri Marcelli denegauerat: nam Marcelli frater saepius ad Caesaris pedes prouolutus suppliciter petierat a Caesare: ut ignosceret fratri illumq3 in gratiam reciperet: quod nunq̃ a Caesare impetrare potuerat: restituto itaq3 Marcello caesari multi gratias egerunt inter quos Cicero qui orationem habuit loculẽtissimam: marcellus uero & ipse in patriam redire recusabat: malebatq3 exul ubiq3 q̃ in patria sine libertate uiuere: tandem consiliis & praecibus amicorum uictus caesaris munus quod illi amplum & honorificum offerebat ut restitutis sibi omnibus bonis suis in patriam cum summa dignitate rediret accepit. Datum spiritum. Quia quantum in caesare fuit illum uita donauit: & reditum in patriam concessit. Indignatus aliquos sibi praeferri. Grauiter & iniquo animo ferebat marcellum & alios multos a Caesare fuisse restitutos: se uero neglectũ & praetermissum ne tanti muneris cõpos fieret marcellus in atheniensi portu illum pugione transfixit: deinde poenitentia siue desperatione ductus aut furore concitatus sibiipsi quoq3 mortem intulit. Amicitiae hostis. Exaggerat hoc facinus dicens eum amicitiae: & religionis iura in acerba marcelli morte uiolasse Diuini beneficii interceptor: hoc ad assentationem dictum est: beneficium a Caesare datum diuinum appellando. Acerba lues publicae religionis: Ruina: & aspera pestis publicae religionis: nam haec chilonis impietas qua usus est in marcellum: ad remp. pertinere uidebatur: quia uniuersa ciuitas pro marcelli salute magnopere laborasset.

Consternatũ. Ordo est. Pectus etiã Magii Chilonis ciuis romani: & partes cesarianas secuti: consternatũ est. i. stupefactũ amẽtia. i. stoliditate & impotentia animi ob aemulationẽ. Qui. s. Magius eripuit sua manu spiritũ. s. uitalẽ datum a Caesare. s. Iulio: ens sup. uetus amicus sup. Marcelli: & comes. i. sectator militiae Põpeianae: ut ẽt Marcellus: idignatus aliquos amicorum praeferri sibi ab eo. s. caesare: qui Marcellũ propter honestissimos intercessores in gratiã receperat p̃terito magio. Eni. i. quia: ipse Magius confodit pugione ipm Marcellũ in portu atheniẽsi: repetentẽ urbẽ. i. redeũtẽ in patriam a mytilenis quo Magius cõtulerat se: & ita uterq3 alteri obuiã factus est: & ipe magius ductus poenitentia: tetendit. i. accelerauit protinus ad irritamẽta suae uesaniae trucidanda. i. ad seipm uesania uexatum trucidandũ: ens sup. hostis amicitiae: quia aegre tulit reconciliatum caesari marcellũ: interceptor. i. impeditor ne ad consũmationẽ perduceretur: beneficii diuini. i. a diuo Caesare in marcellũ collati: & acerba lues. i. pnicies aut labes: publicae religionis. i. charitatis patriae in marcellum ob sanctitatem eius: quod. i. q̃ res attinuit ad salutẽ clarissimi uiri recuperandam. Quãdo cũq3 enim quis aliquid facit ob mandatũ diuinũ aut uirtutẽ hominum eo nomine ne ob praetermissum officium deus offendatur: tunc respectus habetur religionis. Vnde Senatus populusq3 Romanus noscens Marcellũ zelo reip. contra Caesarem stetisse: pro eo intercessit.

## De.C.Turanio. Cap.M.III.

HAnc crudelitatem cui nihil adiici posse uidetur.C.Turanius atrocitate parricidii superauit.Namq; triumuirum partes secutus proscripti patris sui prætorii & ornati uiri latebras ætatem notasq; corporis quibus agnosci posset centurionibus edidit:qui eum persecuti sunt.Senex de filii magis uita & incrementis q̃ de reliquo spiritu suo sollicitus an incolumis esset & an imperatoribus satisfaceret īterrogare eos cœpit:e quibus unus ab illo inquit quem tantopere diligis demonstratus nostro ministerio filii indicio occideris:protinusq; pectus eius gladio traiecit.Collapsus itaq; est infelix:auctore cædis q̃ ipsa cęde miserior.

¶Hanc &c.Caius Turanius (aut ut Oliuerius legit Tuditanus) superauit atrocitate parricidii.i.cædis patriæ ab eo procuratæ:hanc crudelitaté s.Magii cui nihil uidetur posse adiici:cum sit grauissimum talem uirú etiá amicum sola æmulatione trucidasse:Namq; sup.Turanius secutus partes triumuirium.s.Antonii Lepidi & Augusti:edidit.i.expresse indicauit centurionibus latebras patris sui proscripti:uiri prætorii.i.qui aliquando prætor fuerat: & ornati scilicet scientia & uirtute :& ætatem & notas.i.insignia corporis quibus posset agnosci.s.a centurionibus:qui sunt persecuti eum.s.patrem Turanii.Senex.i.pater depræhensus magis sollicitus de uita filii & incrementis filii scilicȝ ad honorem & gloriam:q̃ de reliquo spiritu suo.i.parte uitæ reliqua:cœpit interrogare eos.s.centuriones an sup.filius esset incolumis: & an satisfecerat aut iam tum satisfaceret imperatoribus.s.triumuiris:e quibus.s.centurionibus unus inquit : tu occideris nostro ministerio sed indicio filii demonstratus ab illo quem diligis tantopere:& sup.cēturio traiecit pretiosus pectus eius s.patris gladio.Itaq; infœlix scilicet pater collapsus est ens miserior authore cædis:uidelicet filio:q̃ ipsa cæde . quam innocens obiit.

HAnc crudelitatē.Chilonis impietatē omnium maximam extimassem nisi Tuditanus eam atrocitate facti superasset & reuera hac impietate maior nulla esse potuit:quid enim crudelius aut magis impiū q̃ a filio parentes: ut hostibus gratificarentur occidi ? cum enim illum hostibus indicarit:occidisse uidetur:hic igit Tuditanus latentem patrem a triumuiris ꝓscriptum cum amissis interfectoribus quæreretur non solum indicauit;sed eius quoq; uultus:& oris liniamenta:& ætatis tempus quibus cognosci posset ministris aperuit ex quo factum ē ut qui ab amicis occultabatur ab impio filio ꝑderetur.Notas corporis:Signa & liniamenta corporis.Senex de filii magis uita.Hoc ad exaggerandam filii impietateȝ dicit q̧ etiam in media cæde pater de filii salute sollicitus esset:& tam pium patré filius sceleratus prodere non dubitauerit:Incremētis.Bonorum accessionibus & augmentis itaq; est infœlix:Maior iquit illi miseria fuit q̧ indicatus esset a filio q̃ q̧ interficeretur. Auctore cædis.s.filio miserior propter filiuȝ qui cædis paternæ fuisset auctor idicio suo neq; enim ipsi tam acerba mors uidebatur q̃ filii proditio.

## De filio Tullii Annalis. Ca.M.IIII.

CVius facti acerbitaté.L.Tullius Annalis sortitus cum in campum ad quæstoria comitia filii descendens:proscriptum se cognosceret ad clientem suum confugit:sed ne fide eius tutus eē posset: scelere nefarii iuuenis effectum est:siquidem per ipsa uestigia patris militibus ductis occidendum eum in conspectu suo obiecit:bis parricida consilio prius:iterum spectaculo.

¶Cuius.s.tam dicti facti acerbitatem Lucius Tullius Annalis sortitus: quia similem aut maiorem passus est:cum descendens in campum.s.Martium ad comitia quæstoria filii.i.in quibus filius quæsturam petierat: cognosceret se proscriptum .s.a triumuiris:confugit ad clientem suum: ut in eius domo tutus lateret:sed effectum est scelere iuuenis.s.filii eius nefarii i.detestandi & indigni qui nominetur:ne.s.pater esset tutus fide eius scilicet clientis qui quod in se fuit patrono fidem præstitisset.Siquidem.i.quoniam militibus ductis.s.a filio:per ipsa uestigia patris filius sup.obiecit eū s.patrem suum occidendum in conspectu suo:eius sup.parricida bis:prius i.priori (ut dicitur) uice:consilio:quia patrem indicauerat:iterum.i.secūda uice (si mō liceat ita dicere) spectaculo:qa sustinuit cædē patris uidere.

CVius facti hoc simile est superiori sed in hoc differunt:q̧ Tuditanus tantum latentis patris indicator:hic etiam paternæ cædis spectator:non enim sibi satis fuit cædis ministros ad latentem patrem duxisse:nisi ante oculos patrem occidi uidisset:bis ergo parricida cōsilio & spectaculo.Ad quæstoria comitia.Vt filiꝰ quæstor crearetur suaq; præsentia quoad posset filio suffragaretur.Sed ne fide eius tutus esse posset.Quam a filio non potuit cliente fidem ē consecutus ut occultaretur:quam tutam esse impietas filii non permisit qui eum prodidit Bis parricida.Et cum patrem prodidit & cū occidi spectauit.

## De uxore Vitii Sallassi. Ca.M.V.

DE Vitius quidem Sallassus proscriptus parū amari exitus:quem latentem uxor interficien

DE uitius quidem Sallassus . Crudelitatem uxoris expertus est uitius iste qui a triumuiris proscriptus cuȝ ad p ... eas uxoris ædes profugisset ab ea non est admissus quare uehementi indignatione commotus ne in persequentiuȝ manus perueniret sibi gladio pectus transfixit:postea q; crudelissimæ coniugis sanguine aspersit:uxor igitur uirum nō prodidit sed suis manibus quodammodo iugulauit:nam idem ē auctorem:& actorem cædis esse.Nec parū amari.Liptote est: ac si diceret amarissimi.

Quanto enim leuius est. Ac si diceret idē sce lus esse uidetur alicui mortis causam atq; ip sam mortem inferre.

Illud autem facinus. Scipio a castu lone carthaginem ad uota soluenda lus munusq; gladiatorium qd mor tis causa patris patruiq; parauerat edēdum rediit gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo lanistis compa tare mos est seruorum qui uenalem sangui nē habent uoluntaria omnis & gratuita ope ra pugnantium fuit: nam alii missi ab regulis sunt ad speciem insiti gente uirtutis ostendē dam: alii ipsi professi se pugnaturos in gra tiam ducis alios aemulatio certamenq; tra xit ut quas disceptando controuersias finire nequiuerant: eo ut uoluerant pacto ferroq; decernerent: neq; obscuri generis homines erant: sed clari illustresq; corbis & orsua pa trueles fratres de principatu ciuitatis ferro se certaturos ꝓfessi sunt. Corbis maior erat aetate. Orsuae pater priceps proxime fuerat a fratre maior post eius mortem accepto pri cipatu cū uerbis disceptare Scipio uellet ac sedare iras negatum id ambo dicere cōibus cognatis nec aliorum deorum ho minum ue q̄ martem se iudicem habituros esse robore maior minor flore aetatis ferox mortem i cer ta mine q̄ ut alter alterius imperio subigeret: praeoptantes cum dirimi a tanta rabie nequi rent insigne spectaculum exercitui praebuere documentumq; q̄tum cupiditas imperii ma lum inter mortales esset maior usu armorū & astu facile stolidas uires iunioris supera uit. Duo regis filii. Dissentit a Liuio Valeri⁹ hoc loco non enim fratres sed patruelis fra tres fuisse dicit Liuius. Gladiatorio munere in ludis funebribus adhibebantur gladiato rum paria inter se ad sanguinem uel ad mor tem usq; certantium: ut supra diximus: itaq; eiusmodi ludi celebriores habebantur quo plures gladiatores occubuissent. Carthagi ne noua. Ciuitas est hispaniae quae noua di cta est ad differentiam ueteris quae fuit in affrica. Fortunae iudicio. Quia fortuna uo luit ut maior in quo iustitia pietasq; illustrior erat uictor existeret.

dum: quid dicam: tradidit: an ipsa iugulauit? Quanto enim leuius est scelus cui tantummodo manus abest?

Nequidem. i. non etiam aut non saltem Vitius Sallassus (ubi alii legūt uetius Fallassus) proscriptus. s. ab iisdem: sup. fuit exitus parum amari: im mo multum amari. Quem latentem uxor: quid dicam an tradidit interficiē dum an ipsa iugulauit. q. d. cum eum prodiderit aut excluserit occasionali ter eum iugulauit. Enim. s. quia: quāto leuius sup. est scelus eius cui manus abest tantummodo: cum sup. caetera ut conscius & iudicium adsint. q. d. minimo.

## Externa. De duobus fratribus filiis regis. Capitulum. M. VI.

Illud autem facinus quia externum tranquil liori affectu narrabitur. Scipione Aphricano patris & patrui memoriam gladiatorio mune re carthagine noua celebrante: duo regii filii nuper pa tre mortuo in harenam processerunt: polliciti q; sunt ibi se de regno praeliaturos: quo spectaculū illud illustrius pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset ut uer bis q̄ ferro diiudicare mallent: uter regnare deberet: ac iam maior natu consilio eius obtemperaret iunior cor poris uiribus fretus in amentia perstitit initoq; certami ne pertinacior impietas fortunae iudicio morte mulcta ta est.

Illud autem facinus. s. quod sequitur narrabitur affectu trāquilliori qa externum: externa autem nos minus afficiunt. Scipione Aphricano celebrā ti Carthagine noua quae est in hispania: memoriam patris & patrui. s. P. & Cnaeii scipionum in hispania interemptorum: munere gladiatorio ( qd propter effusionem sanguinis diis inferis & manibus occisorum gratissi mum esse credidit misera gentilitas. Illud autem genus dimicandi in hare na: ubi par pari opponebatur dictum est munus propterea q̄ ex eo quasi muneris loco uolupt atem captabat populus ) duo filii regii: patre mortuo nuper. i. paulo ante: alii tamen non fratres sed e fratribus genitos dicunt: processerunt in harenam. i. locum dimicandi harena ne sanguine fuso lu bricus fiat sparsum: & polliciti sunt se praeliaturos. i. concertaturos ibi uide licet in harena: quo. i. ideo ut facerent illud spectaculum illustrius sua pu gna. Cum scipio monuisset eos ut mallent diiudicare. i. discernere uerbis. s. disceptando de iure suo q̄ ferro. i. armis uter. s. eorū deberet regnare. ( Alii legunt ut uerbis discernere q̄ ferro dimicare mallent sed sic non cōgruit qd additur uter regnare deberet cum uerbo dimicare: dereliqui ergo ut inueni ) ac maior natu obtemperaret iam consilio eius s. Scipionis: aut q̄ prudentior erat aut q̄ melius de iure suo sperabat cum senior esset: iunior fretus uiribus corporis per stitit in amentia. s. sua. i. maluit ferro q̄ uerbis rem discernere: & rae certamine inito impietas pertinacior uidelicet iunioris mulctata est. i. punita morte: iudicio fortunae: quae in tali dimicatione multum potest: non q̄ res aliqua sit fortuna: sed q̄ fortuito euenire solet ut iustior causa interdum succumbat: unde talis concertatio ab ecclesia non probatur.

## De Mithridate. Cap. M. VII.

Mithridates autem multo sceleratius: q non cū fratre de paterno regno sed cum ipso patre bel lum de dominatione gessit: i quo qui aut ho

Mithridates. Mithridatis factū mul to sceleratius qui non cum fratre: sed cum patre de regno certauit: cū enim regnandi libidine nimia esset incensus praematuram: & celerem patris mortem cu piebat: quam cum illi clam inferre non pos set nec palam auderet: occupata regni parte

mines ullos adiutores inuenerit:aut deos inuocare au sus sit pro admiratione habetur.

¶ Mithridates autem sup.egit sceleratius multo:qui non gessit bellum.i. non concertauit de paterno regno cum fratre:ut superiores fecerunt : sed cum ipso patre de dominatione.i.tyrannide non enim uiuo patre uerum regnum eo inuito possidere poterat:in quo.s.bello habetur pro admiratio ne qui.i.quomodo mithridates scilicet iunior:aut inuenerit ullos adiutores aut ausus sit inuocare deos:cum dii malis artibus & turpibus nedum nephandis inceptis auxilium non praestent:licet interdum ultionem differendo malos regnare permittant. Quod audire deberent christiani qui in re pessima se cruce muniunt: aut oratione aut sacrificio:cum ad talia deus surdas habeat aures: Scimus enim quia deus peccatores (presertim ad peccata pertinenda) non exaudit.

## De Sariastre filio Tigranis regis. Capi.M.VIII.

Q Vanq̃ quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur:cum Sariaster aduersus patrem suum Tigranem armeniae regem ita cum amicis conspirauerit ut omnes dextris manibus sanguinem emitterent:atq; eum inuicem sorberent? Vix ferrent pro salute parentis tã cruenta cõspiratione foedus facientem.

¶ Quanq̃ quid.i.ad quid miremur hoc.s.facinus mithridatis quasi inusitatum illis gentibus.q.d.frustra:cum Sariaster ita cõsenserit cũ amicis.i. ita coniurauerit & coniurationem firmauerit aduersus patrem suum Tigranem regem armeniae:ut omnes emitterent dextris manibus sanguinem atq; sorberent eum inuicem.i.alter alterius. quod magis mirandum est. Quia.s.armenii uix ferrent.i.paterentur sup.filium facientem foedus tam cruenta conspiratione pro salute parentis:ut nunc contra eam fecit.

bellum indixit. Sed pater morte preuentus sceleratam filii cupiditatem adimpleuit. In quo quis:aut homines ullos:similem sequitur õ ssint:uel certe miraculi erit siquis in eiusmodi bello quod filius aduersus patrem suscepit inueniri potuerit:qui aut auxilia praestare:aut deos inuocare ausus fuerit. Pro admiratione habetur loco miraculi ducitur.

Q Vãq̃ quid hoc. Quasi dicat bellum quod cum patre habuit mithridates non tam uidetur admirandum : cum & sariaster idem fecerit in tygranẽ eius patrem armeniae regem:hic sariaster : ut tradit Pluta.in uita Pompeii:post pulsum e prouincia mithridatem qui ad tygranem in armeniam profugerat a patre defecit & Pompeium in armenia uocauit illiq; uenienti occurrit ad fluuium araxem uinctis copiis : urbes & oppida patris cum Pompeio pariter expugnat. Sed tygranes audito aduentu pompeii cognitaq; defectione filii cõuocato cum amicis consilio:hisq; in regiam arcem & collocatis ad pompeium supplex confugit:fretus illius humanitate ac suauissimis moribus erroribus ueniam petiit: qua impetrata ut diximus in ca.de humanitate cum illũ Pompeius in dextera parte:filium in sinistra iuxta se collocasset atq; inter illos regnum partitus esset:impius filius sariaster id aegre tulit:a Pompeio inuitatus ad coenam respõdit non sibi opus esse Pompeio:se romanorum alium inuenturum cui carior esse possit quibus uerbis iratus Pompeius illum in uincula conici & ad triumphum reseruari iussit. Valerius uero dicit hunc in patrem : conspirasse cum amicis detestabili:coniuratione humano.s.sanguine facta.constat tamẽ illũ a Pompeio in triumphum fuisse ductum. Inusitatum illis gentibus. Quasi apud alias nationes non idem fieri consueuerit. Dextris manibus sanguinem emitterent. Haurirent e dextris suis sanguinem:nam ut testis Hero.apud barbaras nationes execrationis: & mirum ãdi mos fuit:ut e dextris manibus sanguinem haustum uino permixtum biberent cum hac execratione:ut quicunq; a foederis lege & coniuratione defecisset execrabilis esset. Conspirationis igitur aduersus tygranem factae filius se socium & principem praebuit. Inuicem soluerent. Confusum admixtumq; sanguinem ex eorum dextris haustum combiberent quod & Catilina in coniuratione sua fecisse dicitur. Vix ferrent pro salute patris. Qui uestigiũ aliquod humanitatis haberent non sustinerent pro salute patris hanc fieri execrationem quam aduersus patrem sariaster fecisse dicitur. Tam cruenta conspiratione. Quae humano sanguine sanciebatur.

## De Seiano in Tiberium cõiurato. Cap.M.IX.

S Ed quid ego ista consector:aut quid in his immoror:cum unius parricidii cogitatiõe cũcta scelera superata cernam? Omni igitur impetu mentis omnibus indignationis uiribus ad id lacerandum pio magis q̃ ualido affectu rapior. Quis enim amiciciae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum:profundo execrationis debitae satis efficacibus uerbis a degerit? Tu uidelicet efferatę barbariae immanitate truculentior habenas Romani impe

S Ed quid ego ista consector ? Hoc exemplum totum est in assentatiõe positum & aperta nimis atq; impudens assentatio quae non sine lectoris fastidio legi possit. Coniuratione enim quam aduersus tiberium ausus est moliri seianus cunctis reip.calamitatibus dicit non solum conferendam:sed etiam esse praeferendam. Sueto.in uita Tiberii: Seianum inquit res nouas molientem q̃uis iam & natalem eius publice celebrari & imagines aureas coli passim uideret uix tandem & astutia magis ac dolo q̃ principali auctoritate subuertit:nam prius ut a se per spem honoris dimitteret collegã sibi assumpsit in quinto consulatu quem longo interuallo absens ob idipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribunitiae potesta

tis deceptum inopinantem criminatus est pudenda miserandaq; oratione cum inter alia patres conscriptos præcaretur: mitterent alterum e consulibus qui senem se & solum in conspectum eorum cum aliquo præsidio perduceret. Sic quoq; diffidẽs tumultumq; metuens Drusum nepotem suum quem in uinculis adhuc Romæ continebat solui si res posceret duciq; constituit præceperat. Aptatis etiam nauibus ad quascunq; regiões meditaretur fugam speculatus ex altissima rupe identidem signa quæ ne nuncii morarent tolli procul: ut quicquid factum præsentiret mandauerunt. Verum & oppressa cõiuratione Seiani nihilo securior aut constãtior per ix. proximos menses non egressus est uilla q̃ uocat iouis. Hanc igitur coniurationem detestatur Valerius: quam dicit per assentationẽ ad humani generis euersionem excidiumq; pertinuisse: extincto enim imperatore Tiberio a quo genus humanum regeretur: id a tãto imperatore desertum periturum esse uidebatur. Sed quid ego ista consector? quasi se ipsum repræhendit Valerius: q dum in alienis exemplis narrandis intentus est: detestandam aduersus Tiberium Seiani coniurationem prætermittat: quæ atrocitate facti cuncta scelera superasse uideatur. Omni igitur impetu mentis: Quandoquidem hoc superat omnia scelera totis habenis ad id lacerãdum ipellor. Impetu: impulsu & ardore mẽtis. Pio magis q̃ ualido. Potenti: quia impares sunt rei tantæ uires ingenii mei: nec mihi tanta est dicendi copia quæ parem huic facto detestationem reddere posset. Quis enim amicitiæ fide: Non satis dignis uerbis hoc Seiani scelus uituperari posse dicit q amicitiæ fide uiolata gẽus humanũ in discrimẽ occidendo imperatorem adducere uoluerit. Genus humanum: Quia in uno imperatore totius generis humani salus sit reposita. In profun. i. baratro. Tu uidelicet efferate: Apostrophat ad Seianum quem omnibus barbaris dicit esse crudeliorem: qui Romanum imperium uoluerit intercipere: quod si factũ fuisset: totus terrarum orbis confusus perturbatusq; fuisset: ac propemodum euersus. Vrbẽ a Gallis captam: postq̃ magnitudine & atrocitate criminis inuectus est in Seianum: nũc per comparationem illius impietatem exaggerat: dicit enim omnes clades Romanorum ab hostibus acceptas cum hoc tanto scelere non posse conferri: quod quantum i eo fuit non modo referre: uerũ etiam superare omnes Romanæ urbis calamitates uoluerit. Vrbem a Gallis captam: Nota est historia quomodo Brẽno duce galli fuso fugatoq; apud Alliam exercitu romano urbem ceperunt: & totam præter capitolium flamma ferroq; uastarunt. Et trecentorum iclytæ gẽtis. Trecenti & sex fabii aduersus Veientes suis opibus suisq; sumptibus gerendum bellũ susceperunt: qui apud Cremeram per insidias cæ

rii quas priceps parẽsq; noster salutari dextera cõtinet: capere potuisti? Haud te compote furoris in suo statu mundus mansisset. Vrbem a gallis captam: & trecentorum inclytæ gentis uirorum strage fœdatam alliẽsem diem: & oppressos in hispania Scipiones: & transimenũ lacum & cãnas: bellorumq; ciuilium domestico sanguine manantes furores amentibus propositis furoris tui repræsẽtare & uincere uoluisti. Sed uigilarũt oculi deorum: sidera suum uigorem obtinuerunt: aræ: puluinaria: templa præsenti numine uallata sunt: Nihil quod pro capite Augusti ac patria excubare debuit: torporem sibi permisit: & in primis auctor: & tutela nostræ incolumitatis Iuppiter: ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur: diuino consilio prouidit. Itaq; stat pax: ualent leges: sincerus priuati ac publici officii tenor seruatur. Qui autem hæc uiolatis amicitiæ fœderibus tentauit subuertere: omni cum stirpe sua populi romani uiribus obtritus: etiam apud inferos si tamen illuc receptus est: quæ meretur supplicia pendit.

¶ Sed quid ego consector ista. s. externa: gentibus illis solita & in quibus parum iacturæ res totius uniuersi fecerit: aut quid immoror in his: cũ cernam cuncta scelera superata cogitatione. i. cõceptu & proposito unius parricidii. s. Seiani in tiberium (cum tamen uulgo in titulo habeatur de quodam qui Octauianum &c. cum non Octauianum sed Octauiũ a doctis appellatum constet) Igitur ego rapior omni impetu mentis: & omnibus uiribus indignationis ad laceraudum. i. acerrime detestandũ: id. s. parricidiũ affectu magis pio. s. in patrem patriæ q̃ ualido: quia non ualente tantopere ipsum dilacerare quantum uelit: & quantum meruit. Quis enim adeg erit profundo debitæ execrationis uerbis satis efficacibus. i. potentibus conatũ. i. eum qui conatus est utpote Seianum: sepelire in tenebris cruentis genus humanum. & hoc fide amiciciæ extincta. s. per cædem tiberii a perfido Seiano factam. q. d. nullus: uidelicet tu (quem ut nefandum hoc inerũ nõ nominat) o Seiane truculentior. i. durior: immanitate barbariæ efferatæ. i. ferali feritate furentis: potuisti capere. i. inuadere: habenas. i. gubernacula romani imperii: quas princeps & parens noster. s. Tiberius Cæsar: continet dextera salutari. i. salutifera? Certe mundus haud. i. non mãsisset i suo statu. i. periisset: te compote furoris. i. si exequi potuisses parricidium quod per furorem concepisti. Tu uoluisti repræsentare. i. iterum exhibere & innouare saltem in ualore: & uincere: immo etiam superare: amentibus propositis furoris tui: Vrbem. s. romam captam a Gallis. i. malum quod tũc passa est: & fœdatam strage trecentorum uirorum inclytæ gentis. s. fabiæ apud cremeram occisæ: & diem alliensem infaustam: propter stragem romanorum a Gallis acceptam: & scipiones. i. fratres duos Cn. & Publiũ oppressos in hispania a pœnis fraude celtiberorum: & lacum transimenum: & cãnas. i. loca apud quæ Hannibal imanem romanorum stragem edidit: & furores bellorum ciuilium: ut Marii & Syllæ: cæsaris & Pompeii. Augusti & percussorum Cæsaris: manantes sanguine domestico. Sed oculi deorũ uigilarunt: quia deleta est coniuratio: & Seianus ad supplicium tractus: & Iuuenalis late docet. sydera obtinuerunt suum uigorem: inter quæ Cæsaris astrum fingebatur repositum: aræ puluinaria. s. in templis diis pro salute principis posita ut in illis dii excubarent templa. s. deorum uallata. i. munita sunt numine. s. deorum præsenti. s. per inuocationẽ: unde licet uol

gas forte putarit simulacra esse deos tamen prudentiores non tamen satis prudentes:quia uanum erat ante lucem surgere)putabant non deos esse sed deorum domicilia ad quae per inuocationem descendebāt.Nihil.s.numinis aut diuinitatis quod debuit excubare pro capite.i.salute augusti.s.tiberii ac patria.i.pro salute patriae permisit sibi torporem.i.dormitationē quae torpentes facit & in primis.i.praecipue Iuppiter author & tutela incolumitatis nostrae.s.romanae:aut nostri saeculi:prouidit diuino cōsilio ne excellentissima merita sua templa & alia imperii insignia:quae merito & beneficio Iouis Romani assecuti erant collaberentur sup. cum ruina totius orbis.Itaqz.i.& ita:quia dii uigilauerunt pro tiberio & imperio eius:pax s.sub augusto nata:stat.s.in uigore suo:leges ualent:tenor officii priuati ac publici seruatur syncerus.i.integer & incorruptus(Hoc autem boni habet id genus assentationis:q dum per assentationem dicunt principes optimos esse:tacite ut tales sint admonent)autem.i.sed:is sup.uidelicet Seianus qui tentauit subuertere dicta haec.s.bona:obrutus uiribus popu.Ro. cum omni stirpe sua pependit(legam pendit)q̄a dicit meretur q̄si adhuc penderet)exoluit supplicia quae meretur:etiam apud inferos:si tamen receptus est illuc.i.ad sedes inferorum.Nam miseri mortales credebant deteriorem conditionem illorum qui non reciperentur ab inferis:ut manes sepultorum:& qui hic iusta non essent assecuti:tales enim ut.ui.aene.dicit. Centum errant annos:ex aegyptiaca haeresi.

si omnes ad unum fuerunt:quae familia penitus extincta fuisset:ni unus qui per aetatē arma ferre non poterat Romae relictus eaz propagasset:de quibus Ouidius li. Fastorū secundo.Haec fuit illa dies in qua Veientibus armis Tercentū Fabii ter cecidere duo: Vna domus uires & onus susceperat urbis: Sumūt Gentiles arma professa manus:ubi ad eandem sententiam facientia continuo & caetera sequuntur.Ex hac igitur familia ut diximus unus tantum superfuit a quo ducit originem.Qu.ille Fabius maximus:de quo Ennius & alii.Vnus qui nobis cunctādo restituit rez.Vnde & Oui.Nam puer impubes & adhuc nō utilis armis Vnus de Fabia gēte relictus erat.Scilicet ut posses olīz tu maxime nasci:Cui res Cunctando restituenda foret.Alliensem diem.Quiiter nefastos dies connumeratus est:eo q bis eo die romāi clade fuissent afecti & ab Allia fluuio dictus:ubi Romanus exercitus a Gallis fusus turpiter fuerat atqz fugatus.Oppressos in Hispania Scipiones.Cn.&.P.fratres:qui Celtiberorum perfidia decepti:cum duobus consularibus exercitibus in Hispāia caesi fuerūt de quibus satis supra dictum ē. Trantimenum lacum:Apud quem Hannibal Cn.flaminium cum exercitu deleuit.Et cānae:Vbi Paulus aemylius cū Terentio Varrone cum ingenti clade fuere superati:ut saepius dictum est.Sed uigilarunt oculi deorum:Respicit ad id quod Iulius Caesar in sydus dicitur esse translatus.Arae puluinaria templa:Acsi diceret cuncta numina omnisqz diuinitas tūc pro imperatoria salute uigilauit.Et in primis auctor Iuppiter.Recte Iouem separatis caeteris diis taq̄ patrem regemqz hominum:sic & Virg.de Priamo.Forsitan & priami fuerint quae fata requires:Nec excellen.me.sua.quia regnante Augusto pax fuit in toto orbe terrarum:in quo statu & Tiberius acceperat imperium:quod mortalibus Iuppiter concessisse uidetur.Itaqz stat pax:quia Numinis clementia omnia placata & quieta seruantur.Qui aut est hoc tentauit:Dicit Seianum cum uniuersa stirpe esse deletum.Et quas meruerat:Conspirationis poenas dedisse.

## De morte non uulgari. Ti.XII.

HVmanae autem uitę conditionem praecipue primus & ultimus dies cōtinet:quia plurimū interest quibus auspiciis inchoetur:aequo fine claudatur:ideoqz eum demum felicē iudicamus cui & accipere lucem prospere:& reddere placide contigit.Medii temporis cursus prout fortuna gubernaculum rexit:modo aspero:modo tranquillo motu peragitur:sp̄e semper minor dum & cupide uotis extenditur:& fere sine ratione cōsumitur.Namqz si eo bene uti uelis:etiam paruum amplissimum efficies numerum annorum multitudine operum superando:alioqui quid attinet inerti mora gaudere:si magis exigas uitam q̄ approbes?Sed ne longe euager eorum mentionem faciam:qui non uulgari genere mortis absumpti sunt.

¶Humanae &c.Autem.i.sed:primus & ultimus dies humanae uitae continet praecipue conditionem.i.qualitatem:hoc est felicitatem aut infelicitatem sup.eius:quia interest.i.refert plurimum quibus auspiciis.i.initiis:& quibus syderibus seu quo horoscopo ac facie caeli secundum astrologos inchoetur(unde Iuuenalis.Distat enim quae syderate excipiant:primos incipientem Edere uagitus & adhuc a matre rubentem Causa est:plus et-

¶De morte non uulgari. Ti.XII.

HVmanae autem uitae conditionem. Dicturus De hominum morte nō uulgari:praefatur quodāmodo & humanae uitae conditionem ex ortu & occasu hominum cognosci ut eum uere felicez dicamus qui natus optimis auspiciis uitaz honestissime finierit:sed quuz uita qua fruimur breuis sit dicit memoriam nostri faciendam esse q̄ maxime longam uirtute & rerum gestarum gloria:ne uitae cupiditate ducti malimus in ocio & lāguore diutius uiuere:q̄ breue temporis spatium factis illustrare. Primus dies:Quo sydere nascatur quispiam Et ultimus:Quo genere mortis extinguat.Praecipue:Quasi dicat non negauerim caeteros quoqz dies ad considerationem uitae cōferre:sed praecipue notandus est primus uitae dies:quo sit sydere natus:naz si benigno fuerit ortus plurimum ualet ad reliquum uitae tempus feliciter exigendum.Et red.pla.contra iuxta illud Solonis:quod ab Oui.sumptū est:sed scilicet ultima semper Expectanda dies hoi est:diciqz beatus:ante obitum nemo supremaqz funera debet. Medii autem temporis cur.Medium inquit uitae spatium pro fortunae libidine uersatur:ut mō sit amaritudine:modo sit iocunditate respersum. Prout for.gu.rexit.Non sine ratione guber

naculum dixit:nam ut inquit Lactantius Firmianus de falsa religione fortunae simulacrum cum copia & gubernaculo fingebatur tanq̃ ea esset quae opus tribueret:& humanarum rerum regimen obtineret:cui opinioni & Virg.assentire uidetur:qui fortunaʒ omnipotentem appellet:& historicus qui ait. Sed profecto fortuna in omni re dominatur: est autem fortuna ut ab eodem Lactantio diffinitur:accidentium rerum subitus atq; inopinatus euentus:Cic.tamen li.de diuinatione fortunam penitus tollit cum dicat nihil esse tam contrarium rationi & constantiae q̃ fortunam ut ne in deum quideʒ cadere posse uideatur:ut sciat quid casu & fortuitu futurũ sit:si enim sit illud certe eueniet:si certe eueniet nulla est fortuna. Spe semper minor q̃a. homines se diutius esse uicturos sperãt:sed. uitae cursus spe semper breuior esse solet: sed duplici ratione fit breuis:& q̄ sibi lõgiorem uitaʒ unusquisq; praesumit:& q̄ sine ratione transigitur a multis. Nam etsi eo bene uti uelis. Si bene uiuendi rationem homines sequerentur:uitae cursus quantumlibet breuis longissimus efficeretur. Danda est igitur opera cũ uirtute uiuatur. Inerti mora: Ignauae uitae longitudine. Magis exigas. Magis uitae longitudinem optes q̃ uirtute & recte factis uitam illustres.

Tullus Hostilius ful.ictus. Post multa bella confecta cum homines qui sub uulgo eum statum rerum rege Numa fuerat requirerent:unam.s.opẽ aegris corporibus relictam esse credẽtes:si pax ueniaq; diis immortalibus esset impetrata: regis Numae cõmẽtarios adiuit: hunc igitur ea cõmentaria uolutantem tradunt cum ibi quedam occulta solennia & sacrificia Ioui elicio facta inuenisset:operatum his sacris se abdidisse:sed non rite initum & curatum id sacrũ esse:nec solum ei nullam oblatam caelestiuʒ speciem:sed ira Iouis sollicitata:praua iam religione fulmine ictum cum tota domo flagrasse:regnauit autem annis.xxxii. cuius tẽporibus ferunt Bizantium ciuitatem q̄ nunc Constantinopolis dicitur:fuisse conditã Diony. Alicarnaseus de hoc incendio duas affert opiniones:& dicit succensam domum alios putare per fulmen ob quorundam sacrorum intermissionem:plures tamen humanis insidiis esse factum id opus ascribentes Marcio qui post eum regnum obtinuit:sed hanc opinionem paulo post multis rationibus confutat. Ut columen urbis:Id est rex sustentaculũ urbis Romanae:nam columen a columna dictum est:sicut enim columna domum sustinet:sic & reges suas urbes & oppida sustinere uidentur.

Vix uerisimile.dicturus de duarũ foeminarum morte non uulgari: ostendit mirum esse uim tantaʒ in eripiẽdo ipsi repentinum & inopinatum habuisse

enim fati ualet hora benigni (Quam si te ueneris cõmẽde epistola marti) & quo fine claudatur (quod certe plurimum refert:quia qualem te inuenio talem te iudico:unde preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Mors autem peccatorum pessima:sed fere qualia sunt media talis ẽ finis) ideoq; nos iudicamus demum.i.solum eum felicem cui contigit &.i.simul accipere lucem.i.ingredi uitam hanc prospere.i.benigno aspectu syderuʒ aut potius fauore deorum:sed rex Iuppiter omnibus idẽ:& reddere.s.deo a quo tanq̃ depositariam accepimus sup.uitam placide:cursus medii temporis peragitur modo aspero:modo tranquillo motu prout.i.secundum q̄ fortuna rexit gubernaculum:quod de rebus fortunae concedi potest: sed eas neq; felicem:neq; uere miserum pariunt exitum. peragitur inquam eas semper minor spe:dum.i.quandoquidem extenditur cupide uotis: semper uidelicet plura cupiendo:& consumitur fere.i.quasi totus sine ratione.i.debita aestimatione. Nam si uelis uti eo.s.cursu medii temporis uitae:bene.i.decenter tu efficies paruum numerum annorum amplissimum superando sup.eum:multitudine operum (quia licet in paruo tempore multa operari & si quis preuentus fuerit ut multi sicut instituerat operari nequiuerit: deus uoluntatem pro effectu coronabit:& ita ut recte dixit Seneca:non refert q̃ diu sed q̃ bene uixeris) alioqui.i.aliter quid attinet.s.ad rem.i.quid utilitatis habet:gaudere mora.i.productione uitae:inerti.i.ignaua minus industria.q.d.nihil:si.i.dummodo tu exigas.i.insolenter petas aut turpiter expellas magis uitam q̃ approbes.s.tibi decenter concessam:nihil enim ẽ tẽpore praeciosius:cuius praetium bonis operibus approbatur. Sed ne euager longe:faciam mentionem eorum qui absumpti sunt.i. extincti aut sublati:non uulgari.i.insueto genere mortis.

## De Tullo Hostilio. Cap.M.X.

Tullus Hostilius fulmine ictus cum tota domo conflagrauit. Singularem fati sorte:qua accidit ut columen urbis in ipsa urbe raptum:ne supremo quidem funeris honore a ciuibus decorari posset:cęlesti flãma in eam conditionem redactum:ut eosdem penates & regiã:& rogum & sepulchrũ haberet.

¶ Tullus hostilius rex Romanus:conflagrauit cuʒ tota domo.i.familia: ictus fulmine. Singularem.i.o singularem sortem fati.i.mortis: quae accidit ut columen urbis.i.rex ipse raptum.s.a morte:in ipsa urbe: nequidem.i.non saltem posset decorari a ciuibus supraemo honore funeris:redactuʒ caelesti flamma in eandem (legerem in eam) conditione ut haberet eosdẽ penates & regiam scilicet dum uiueret:& rogum & sepulcrum scilicet in funere post fata.

## De duabus mulieribus. Ca.M.XI.

Vix uerisimile est in eripiendo spiritu idẽ gaudium potuisse qd fulmen:& tamen idem ualuit. Nuntiata enim clade que ad lacum Trasimenum inciderat:mulierum duarum altera sospiti filio ad ipsam portam facta obuia:in complexu eius expirauit:altera cum falso mortis filii nuntio moesta domi sederet:ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum:quas dolor non extinxerat:laetitia cõsumpsit.

¶ Vix ueresimile est gaudium posse idem.i.eundem effectum:in eripiendo spiritu.i.in subito necando:quod fulmen.s.potuit in domum Tulli regis: & tamen ualuit idem. Enim.i.quia:clade.i.calamitate & strage romanoruz quae inciderat in conflictu cum poenis apud Transimenum.s.lacum transimenum montem altera duarum mulierum.s.romanarum facta obuia filio sospiti.i.saluo:quem interemptum crediderat:ad ipsam portam expirauit in complexu eius.altera cum sederet domi moesta falso nuntio.i.ob falsuz nuntium mortis filii.i.quem acceperat de morte filii:est exanimata.i.primata uita ad primum conspectum eius.Genus.i.o genus casus.s.in mortem inusitatum:quia sup.laetitia consumpsit quas dolor non extinxerat.

## De.M.Iuuentio Talua consule.Cap.M.XII.

Sed minus miror q̄ mulieres.M.Iuuētius Talua consul collega Tiberii Gracchi consulis: iterum cum in Corsica:quam nuper subegerat sacrificaret:receptis litteris decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus intento illas animo legens:caligine orta ante foculum collapsus mortuus humi iacuit.Quē quid aliud q̄ nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia aut Carthago excidenda traderetur.

¶ Sed minus miror q̄ mulieres.s.prae nimio gaudio extinctae sint.q.d.cuz idem contingerit uiris:nam.M.Iuuentius Talua consul : collega Tiberii Gracchi iterum consulis:cum sacrificaret in Corsica.s.prouincia non procul ab italia:quam subegerat nuper.i.paulo ante:litteris nuntiantibus supplicationes.s.deorum:ut nos dicimus rogationes aut processiones decretas ei.i.ad honorem eius ab senatu ob res bene gestas ab eo: receptis.s. a tabellario publico:legens illas animo intento:collapsus ante foculū i quo ignis ad sacrificium aptus fouebatur:caligine.s.oculorum orta.s.subito p̄ nimia laetitia:iacuit humi:id est super humum:mortuus.Queꝫ quid aliud putemus sup.passum aut quid aliud pro quo alio putemus enectum q̄ nimio gaudio.q.d.nil aut nullo.En (ironicos) sup.uirum dignuꝫ:cui Numantia aut Carthago bellicosissima utraqꝫ urbs traderetur.s.merito excidenda:cum pro tam leui gaudio ipse extinctus sit.

## De Quinto Catulo Cap.M.XIII.

Aioris aliquanto spūs dux.Q.catulus cimbrici triumphi cum mario particeps a senatu datus sed exitus uiolentioris. Namqꝫ ab hoc eodem Mario postea propter ciuiles dissensiones mori iussus recenti calce illito multoqꝫ igni percalefacto cubiculo se inclusum pemit:cuius tam dira necessitas maximus Marianae gloriae rubor extitit.

¶ Maiores &c. Quintus Catulus dux.s.exercitus Romani datus a senatu particeps triumphi Cimbrici.i.de deuictis Cimbris cū Mario:sup. fuit spiritus maioris aliquanto sed exitus uiolentioris. Nāqꝫ iussus postea mori ab hoc eodem Mario propter dissensiones ciuiles:peremit se inclusuz cubiculo illito calce recenti & percalefacto multo igni quia fumus carbonū & uaporum recentum parietum subito necat uix dolorem aliquem sentiē

gaudium:quantam in tullo fulmen obtinuit: fuit autem tempore secundi punici belli post cladem apud Transimenum romanis illatā: cum uarie affecta esset ciuitas foeminarum praecipue & gaudia insignia erant & luctus. nam unam nuntiata clade in ipsa porta sospite filio repente oblato: & in conspectu eius repente expirasse ferunt alteram cui mors filii falso nuntiata erat moestam sedentem domi ad primum conspectū redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Sospiti:saluo & incolumi filio. Exanimata: Hoc loco mortua dicitur:q̄uis teste Seruio:exanimus mortuus: & exanimatus territus dicatur. Vir. Exanimumqꝫ auro corpus uēdebat Achylles. Itē. Exanimata sequens impingeret agmina muris: Genus casus: Genus mortis. Inusitatuꝫ: praeter consuetudinem: nam id rarissimum est:nec uidetur esse naturale q̄ quis gaudio pereat:philosophi dicunt cor a sanguine deseri i nimia laetitia: & quia relaxatus ueniis toto corpore diffunditur:contra uero i metu fieri:ut desertis partibus exterioribus corporis: ac cor sanguis accurrat: & ei laboranti opem ferat:si cor igitur in laetitia deseritur:a morte facile opprimitur.

Ed minus miror q̄ mulieres. Comparat mulieribus.M.Iuuentium cōsulem Gracchi collegam qui nimia & ipse laetitia periisse creditur:nam cū sacra diis exhiberet in Corsica:quaꝫ auspiciis suis atqꝫ ductu subegerat:litterae a senatu reddita tur.quibus illi supplicationes fuisse decretas significabatur sed quum intentiori animo legeret eas:nimio euectus gaudio : ante ipsa deorum altaria ueluti uictima moribundus cecidit. Plynius lib.vii. M.Iuuentius Talua consul quum sacrificaret.s.periit. In corsica. Quam Ligustici sinus aequor alluit teste Solino. Sacrificaret: Propter rem feliciter gestā diis uota persolueret. Supplicationes: Scilicet fuisse decretas illi:nam mos erat:ut saepe diximus:q̄ parta uictoria:in omnibus tēplis supplicationes decernerent diis illis quos uictoriae auctores fuisse existimabant: deinde triumphi spes erat imperatori:qui uictoriam fuisset consecutus. nam praecedebant semper supplicationes. sequebatur deide triū phus: Caligine orta. Cum obtenebrati eius essent oculi. En cui: Ironia est:quasi dicat qd si carthaginem euertisset:si Numantiam sustulisset quod Scipio fecit.

Aioris aliquanto spiritus. Plutar.in uita Marii. Catulus inquit luctatius qui Marii collega fuerat: & de cimbris cum eo triumphauerat. item Plinius in principio libri decimiseptimi: Aliquāto praestantior in eodem pallatio quinti catuli q cimbros cum Mario fudit postq̄ Marius pro catulo rogantibus dixit eum mori oportere inclusus domi accensis carbonibus sese suffocauit. Beatus Augustinus de ciuitate dei lib.

Valerius maximus

tii. Catulus inquit:hausto ueneno sese e manibus inimicorum subtraxit. Lucius florus: Catulus inquit se ignis haustu ludibrio hostium exemit. fuit autem hic catulus. C. Marii collega in quarto consulatu aduersus cimbros & senones in quo bello uictoriae dux & auctor fuisse creditur:nā post caesos hostes cum Marii milites pecunias diripuissent spolia & tubae & signa in castra catulis delata fuerunt: quae apud se catulus diligentissime seruari uoluit:ut appareret eū uictoriae auctorem extitisse: & cum inter milites Marii atq; catuli de uictoria contentio eēt oborta in haec pacta conuenerunt ut legati parmensium:qui tum aderant de re ista iudicarēt: hi ducti per cadauera hostium a militibus conspexerunt iaculis militum catuli barbarorum corpora eē perforata: digno scebantur ex inscriptis litteris:quae nomen catuli in telis designabant:uerum famam & gloriam totam Mario propter primam uictoriam & nomen imperii tribuebant. Recenti calce illito. Noua calce asperso & uncto:eodē ferme genere mortis. Mantuae legi sponsum & sponsam fuisse consumptos cubiculo noua calce illito carbonis igne correpto. tes. Cuius. s. Catuli necessitas tam dira:quia ad id genus mortis cōpulsu fuit:extitit maximus rubor gloriae Marianae. s. in bello ciuili.

Qua tempestate. Cornelius merula q̄ pulso cinna consule in eius locū fuerat substitutus post reditum Marii atq; Cinnae ubi uidit e manibus eorum elabi non posse in templo iouis cuius flamen erat succisis uenis sibi mortem ipse consciuit:focos etiam & aras suo sanguine repersit. Au. de ciuitate dei li.iii.ca.xvii. Merula inquit flamen dialis praecisis uenis ioui etiam suo sanguine litauit:florus uero Merula inquit flamē dialis in capitolio iouis ipsius oculos uenarum cruore respersit. Qua tempestate. Quo tempore in qua significatione Salustius frequenter ponit licet & pro calamitate accipi possit. dicimus etiam tempestatem teste seruio uentos:auras:serenitatem: Vir. Dii maris & terrae tempestatumq; potentes tempestatum dixit ut uult Seruius uentorū:& aurarum temporum serenitatis: unde & alibi unde haec tam clara repente tempestas. Ludibrio. Ignominiae & illusioni.

Acer & animosus. Non minus fortiter uitam finiuit. Herennius q̄ Cornelius:cū. L. opimius consul. C. gracchum agrarias leges contra senatus auctoritatem ferre molientem sustulisset: Herēnius Siculus qui & aruspex & familiarissimus Gracchi fuerat damnatus q; cū Graccho sensisse diceretur:cum duceretur in carcerem sic carceris posti caput illisit ut uitam in aditu ipso reliquerit suam & sic morte non uulgari quod imminebat suppliciū effugit. Eo nomine in carcerem duceretur in poste. Ea cā quod contra senatus decretum cū graccho sensisse diceretur. Ignominiae aditu concidit in ipso carceris aditu ubi ignominiose periturus erat. A manu carnificis citerior. Ac si diceret parum abfuit quin in carcerem trusus necaretur a lictore.

Consimili impetu. C. Licinius macer repetundarū postulatus ex asia cum dicturus causam uidisset Cic. in accusationem esse paratum : desperata causa & salute in Menianum ascendit & Ciceroni nunciari iussit oratione non esse opus quoniam iudicium morte praeuenisset : & ita sumpto sudario quod secum gestabat sibi spiritum intercludit:ne damnato illo eius quoq; bona subhastarentur:fuit autem hic Licinius qui Cice. conferebatur in eloquētia declamator eximius ut in Senecae declamationibus ui

## De Lucio Cornelio Merula Cap. MXIIII.

Qua tempestate reip. L. quoq; cornelius Merula consularis & flamen dialis:ne ludibrio insolentissimis uictoribus esset in Iouis sacrario uenis incisis contumeliosae mortis denunciationem effugit:sacerdotisq; sui sanguine uetustissimi foci maduerunt.

Qua tempestate. i. tempore calamitoso reip. Lucius quoq; Cornelius Merula supple uir consularis. i. qui aliquando consul fuerat & flamen. i. sacerdos dialis. i. iouis qui & dius dicitur:ne esset ludibrio uictoribus insolentissimis. i. superbia petulantissimis Mario & Cinnae uenis. s. suis incisis in sacrario. i. sacrorum repositorio iouis. i. ad iouem capitolinum pertinenti:effugit denuntiationem mortis cōtumeliosae: & foci uetustissimi. i. iouis capitolini:maduerunt sanguine sacerdotis sui.

## De Herennio Siculo Cap. M.XV.

Age Dionysius syracusanus Ci. tusculanarū libro quinto siue quaestiōe quinta: Duo inquit dequadraginta annis tyrānus syracusanorū fuit Dionysius: cum quinq3 & uiginti natus annos dominatum occupasset: qua pulchritudine urbem quibus autem opibus praedictam seruitute oppressam tenuit ciuitatem? At qui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus summam fuisse eius in uictu temperantiā in rebus gerendis uirū acrē industriū: eūdem tamen maleficum natura & iniustū: ex quo omnibus bene ueritatem intuentibus uideri necesse est esse miserrimum. ea. n. ipsa quae concupierat ne tum quidem cum omnia posse censebat consequebatur qui cū eēt bonis parentibus atq3 hōesto loco natus: & si id quidē alius alio modo tradit: abūdaretq3 aequalium familiaritatibus & consuetudine propinquorum: haberet etiam more graeciae quosdam adolescentes amore coniunctos: credebat eorum nemini: sed iis quos ex familiis locupletum seruos delegerat: quibus nomen seruitutis detraxerat: ipsis & quibusdam conuenis: sed feris barbaris corporis custodiam committebat: ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat: quin etiam ne tonsori collum committeret tondere filias suas docuit: ita sordido ancillari quoq3 artificio regiae uirgines ut tōstriculae tondebāt barbam & capillum patris: etenim ab his ipsis cum iam eēnt adultae ferrum remouit instituitq3: ut candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adurerent: cum duas uxores haberet aristomachem ciuem suam Doridem aūt locrensem sic noctu ad eas uentitabat ut omnia specularetur & perscrutaretur ante & cum fossam latam cubiculari lecto circūdedisset: eiusq3 Fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum cum fore cubiculi clauserat detorquebat. Idemq3 cum in cōmunibus suggestis consistere non auderet: concio

Age Dionysius Tyrānus Syracusanorū q̄. i. q̄tum longa fabula sup. est tormenti huiusce. i. huiuscemodi. Qui peregit dominationē. i. tyrānidē: annorū duodequadraginta, idest trigintaocto in hūc modū. Nam amicis sūmotis. s. ab aula sua: substituit in locū eorū homines gentiū ferocissimarū & praeualidos seruos electos e familiis locupletū: quibus committeret. i. crederet: latera sua. Edocuit quoq3 filias suas tondere. i. radere barbā: metu tonsorū: quarum ipsarū. i. earūdem filiarū manibus nō ausus cōmittere ferrū. i. cultrū rasoriū aut nouaculam postq̄ appropinquabant aetati adultae. i. maturae uiro: instituit ut. s. filiae adurerent sibi. s. instituenti patri Dionysio uidelicet barbā & capillos (Sunt qui habent non captam. i. contractam manibus: quod alii non inepte deleuerunt) putaminibus idest ut dicunt testis: iuglandium. i. glandiū iouis: qui dulces sunt etiam hominibus sunt qui amigdalas putent: aut nucum candentium. i. incensarum putaminum. n. nucum eo q pinguia faciliter incenduntur tenuemq3 calorem: sed lenem flāmam emittunt tali ministerio non ineptam: flammq3 in carbones uertūtur: unde Carbone candente Cicero usas dicit. Nec egit se maritū securiorē q̄ patrem idest non minus timuit uxores q̄ filias: Enim idest quia p

se alligatus eodem tempore matrimoniis duarum.s.uxorum Aristomaches syracusanae & doridus locrensis neutrius complexum petiit.i.adiit unq̃ nisi excussae.i.scrutatae & inuestigatae an ferrum haberet atq; cinxit etiam lectum cubicularẽ.i.quo incubuit aut qui in cubiculo erat fossa lata quae tamen in non cubiculo erat sed cubiculum cum lecto ambibat perinde q̃ si castra.i.sicut castra cingeret in quem scilicet lectum recipiebat se ponte ligneo: quem scilicet subtraxit cum ipse.i.propriis manibus obserasset claustro.i.sera & uectibus claudendi usum habentibus: diligenter forem interiorem.i.ab interiori parte (forte legendum sit interius: ut respõdeat ad illud extrinsecus) forem cubili: opertam.i.densissime munitam & clausam extrinsecus.i.ab exteriore parte a custodibus.s.corporis sui.

nari ex alta turri solebãt atq; is cum pilam ludere uellet (studio.n.illo delectabatur) tunicamq; poneret adolescentulo quem amabat tradidisse gladium dicitur: hic cum quidam familiaris iocans dixisset: huic certe uitam tuam cõmittis: arrisissetq; adolescẽs utrũq; iussit interfici: alterum qui uiam demonstrasset interimendi: alterum qui id risu approbasset: hinc facile intelligi potest q̃ miser fuerit tyrannus iste tanta suspitione plenus. Quam longa fabula. Scilicet est quia si omnia quae de huius tyranni metu & suspitione tradunt essent hoc loco referenda longa fabula: hoc est narratione opus esset. Duodequadraginta. Id est trigintaocto quasi demptis duobus de quadraginta. Fortissimorum gentium homines: Thraces uidelicet quos constat fortissimos semper fuisse. Ex familiis locupletum Diligebat ex familiis ciuium suorum locupletum seruos robustissimos quosq; eosq; libertate donatos ad sui corporis tutelam praeficiebat & barbaris iisdemq; seruis magis q̃ amicis aut propinquis salutem suam cõmittebat. Tonsorum quoq; metu. De hoc idem Tullius officiorum li.ii. quid enim inquit censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum qui cultros metuens tonsoris candente carbone sibi adurebat capillum. Candentium iuglandium. Iuglandes teste Nonio sunt agrestes. Macrobius conuiuiorum li.ii. Nux ista iuglans inquit secundum nonnullorum opinionem a iuuando & glande dicta existimatur. Gabius uero bassus lib. de significatione uerborum hoc refert. Iuglans arbor dicta est perinde ac iouis glans: nam id arboris genus nuces habet quae sunt suauiore sapore q̃ glans est: hunc fructum ãtiqui illi egregium glandiq; similem ipsamq; arborem deo dignam existimabant iouis glandem appellauerunt: quae nunc litteris interlisis iuglans nominatur: de quarum specie Pli.li.xv. multa dicit. Ad harum igitur similitudinem rex ut quidam uolunt ferreas nuces fieri iusserat quas incendi primo deinde barbae admoueri faciebat: dissentit in hoc a Cice. qui non iuglandibus: sed candenti carbone solitum esse dixit capillos adurere. Nec securiorem se maritum. Quemadmodum filiabus pater: ita & uxoribus uir parum fidebat. Neutrius. Antiq; dixit: nunc uero neutrae diceremus. Cubicularem lectum pro cubiculo in quo lectus erat fossa circumdedit. Forem cubiculi. Non satis habuit fossa cubiculum cinxisse nisi & ostium firmo claustro. Forem id est aditum. Iuglans

## De similitudine formę Capitulum.XV.

DE similitudine autem oris & totius corporis altiore doctrina praediti subtilius disputant eorumq; alii in ea sunt opinione ut existimẽt illam origini & cõtextui sanguinis respondere. Nec paruum argumentum ex caeteris animalibus trahunt: quae fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant certam hanc esse naturae legem: sed species mortaliũ prout fortuita fors conceptionis obtulit attribui atq; ideo plaerunq; ex speciosis deformes & ex robustis inualidos partus edi. Verum quoniam ista quęstio in ambiguo uersatur pauca inter alienos conspectae similitudinis exẽpla referemus.

¶De similitudine &c. Autem.i.sed: praediti.i.prae caeteris dotati aut doctati altiore doctrina.s.q̃ nos: aut fere alii: disputant subtilius de similitudine oris.i.faciei & totius corporis: & alii eorum.s. praeditorum doctrina: sunt in ea opinione ut existiment: illam.i.similitudinem respondere origini & contextui sanguinis: nec.i.& non: & trahunt ex caeteris animalibus argumentum non paruum.i.approbationem magnam: quae.s.animalia nascuntur fere similia gignentibus. Alii negant hanc legem naturae esse certam: sed sup. asserunt species mortalium attribui.s.unicuiq; prout.i.secundum q̧ fors conceptionis fortuita.i.casualis obtulit.s. unicuiq; atq; ideo: sup. asserunt aut dicunt partus deformes edi plaerunq;.i.frequenter ex speciosis: & inualidos ex robustis quod nisi quandoq; cõtingeret: utili edicto prohiberetur impotentibus & deformibus generare: quo cauto statim om

De similitudine formae. Ca.XV.

DE similitudine autem oris. Dicturus de similitudine formae breuiter praefatur & ostendit uariam esse philosophorum de re ista sententiam q̧ alii dicãt a lege naturae datum esse ut nonnulli diuersis parẽtibus orti sibi spẽ uultus & oris similiSimi inueniantur: alii potius casu & fortuita conceptionis sorte euenire contendũt & quoniam lis ista adhuc sub iudice manet: dicit se quoq; huius rei causam praetermissurum & exempla pauca subiecturum. Altiore do. profundiori scientia: ut philosophia causarũ omnium indagatrice. Eorum alii sunt inquit philosophorum nonnulli qui hoc a lege naturae prouenire dicant ut omne generans generatum sibi simile creet & a sanguine similitudinem nasci uolũt quod a caeteris animalibus probant dicentes ut in brutis uidemus catulis catulos similes procreari: sicut & homines sibi similes liberos saepissime generare. Contextui: compositioni sanguinis ut filii parentibus a quibus originem ducũt similes inueniantur. Respondere Consentire. Vir. & dictis respondent caetera matris. horum autem philo. opinionem sequitur Solinus i ca. de homine. dicit.n. iam uero qui defixum animum referat ad similitudinem causas q̃tum artificis naturae ingenium deprachendet. Inter id.n. id genus spectat & per sobolem in familiã transitus faciunt sicut plaerunq; paruuli modo neruos modo cicatrices modo qualescun

q; originis suas notas ferunt ut i lepidis quo rum tres interuulsa tamen serie ex eadem do mo obducta membrana oculo similes geniti reperiuntur: uel in bizantio nobili pictore q cum matrem haberet adulterio ex aethiope conceptam qui nihil patri comparandum reddidisset ipse in aethiopem auum degenerauit. Alii negant hanc esse naturae legem Hanc similitudinem non a lege naturae ut origini sanguinis respondeat sed a fortuita quadam sorte & casu proue nire dicunt quod uidetur eē probabilius quia uidemus: dissimilimos a parētibus nasci a formosis deformes: a ualidis imbecilles: phisici uero dicunt id plerūq; accidere ut in conceptione mulier ad alicuius imaginem adiecerit animum & cum in eum tota fuerit intenta similitudinem eius partum siue conceptum inde contrahere: quod probant ex muliere quadam quae cum pudica semper habita fuisset aethiopem tamen peperit cuius rei causam cum maritus diligentius inuestigasset qui stupri iam suspectam uxorem habere coeperat cognouit a physicis q̄ tempore conceptionis uxor eum aethiopē que; in cubiculo depictum habuerat conspexisset & in eum tota fuisset intenta conceptus inde similitudinem duxerat. Quod idem sentire uidetur Plinius naturalis historiae libro septimo cum dicat Similitudinum quidem in mente reputatio & in qua credantur multa fortuita pollere: uisus: auditus: memoriaq;: haustae imagines sub ipso conceptu cogitatio etiā utrius libet animo subito transuolans effingere similitudinem aut miscere existimatur ideoq; plures in homine q̄ in caeteris om nibus animalibus differentiae quoniam uelocitas cogitationum animiq; celeritas & ingenii uarietas multiformes notas imprimit cum caeteris animantibus immobiles sint animi & similes omnibus singulisq; in suo cuiq; genere. Fortuna sors. Prout casus concipienti mulieri imaginem aliquam obtulerit. Inter alienos qui diuersis parentibus nati sunt & uidetur la tenter his assentire qui in fortuito casu similitudinem ponunt. Partus editur Paritur: in qua significatione Iuuenalis po suit: Si mulier uitulum uel si bos ederet: agnum.

nes formosi & ualidi ederentur. Verum quoniam ista quaestio uersatur: in ambiguo: nos referemus pauca exempla similitudinis conspectae iter alie nos.i.diuersi sanguinis aut generis.

Magno Pompeio. Duos dicit infimae conditionis homines pompeio per similes ut si eadē pompeii & illoru; fuisset fortuna merito pro pompeio salutari potuissent. Solinus tamen de memorabili bus mundi horum alterius tantum mētionē facit. Dicit.n.inter. Cn. pompeium & G. Vi bium humili loco natum tantus error extitit de paribus lineamentis ut romani ubibi pō peii nomen ubibi uocabulo pompeio cogno minarent. plinius uero eode; libro utrūq; cō memorat: dicit.n. M. pompeio ubibius quādā e plaebe & publicius etiam seruitute libera tus indiscreta prope specie fuere similes: il lud os probum reddentes ipsumq; honorē eximiae frontis. Ingenuae stirpis. Solinus di cit humili loco natum Plini. plaebe natum.

Quod quidem fortuitum: Hanc for tunae ludificationem ut sordidae cō ditionis homines Pompeius habe ret sibi persimiles dicit ei fuisse quasi haere ditariam quoniam pater eius menogene; co cum longe sibi similem sortitus esset: a quo etiam Strabonis cognomē accepisse dicitur: na; menogenes Stra. coquus ille uocabatur. Ludibrium: Dedecus & ludificatio: nam tur pe uidebatur esse clarissimis uiris a sordido genere hominum specie repraesentari. Meno genis qui & Stra. dicebatur e quo pompeii magni pompeius pater cognominatus est te ste Pli. eodem li. nam talis inquit campā quo q; eius menogenis coci sui cognomen impo suit Strabonis a specie oculorum nomen ha bēdis uitium imitat. fuit alter Strabo perspi cacissimi uisus homo quem supra diximus perspexisse centum & triginta quinq; milia passuum solitum exeuntē a carthagine clas sem punicam numerumq; nauium manife stissime ex lybitana specula notare.

De Vibio ingenuo & Publicio libertino simili bus Pompeio magno. Cap.M.XXXIIII.

Magno pompeio Vibius igenuae stirpis & Pu blicius libertinus ita similes fuerunt: ut pmu tato statu & pompeius in illis: & illi in pōpe io salutari possent certe quocunq; aut uibius aut Publi cius accesserant ora hominum in se obuertebant. uno quoq; spēm amplissimi ciuis in personis mediocribus annotante.

Magno &c. Vibius stirpis ingenuae: & Publicius libertinus.i. libertinae conditionis: fuerunt ita similes pompeio Magno ut statu permutato: quia pompeius princeps erat urbis illi ignobiles: &.i. simul pompeius posset sa lutari in illis.i. illi pro pompeio: & illi in pompeio.i. pompeius loco alterius illorum: Certe quocūq; aut Vibius aut Publicius accesserant ipsi sup. ob uerterant in se ora hominum admirantium similitudinem eorum cu; Pom peio: unoquoq;.s. hominum annotante in personis mediocribus.i. medio cris conditionis: speciē ciuis amplissimi: ut qui magni agnomen meruerit.

De Menogene patre pompeii. Cap.M.XXXV.

Quod quidem fortuitum ludibrium quasi here ditarium ad eum penetrauit: Nam pater quo q; eius eousq; Menogenis coci sui similis esse uisus est. ut uir & armis prępotens & ferox animo sordi dum eius nomen repellere a se non ualuerit.

Quod quidem ludibrium fortuitum.i. illusio casu orta penetrauit ad eū s. pompeium magnum quasi haereditarium.i. a patre acceptum. Nam pa ter quoq; eius uisus est esse similis Menogenis coci sui eousq; ut uir &.i. simul armis praepotens & ferox animo.s. pater pompeii magni non potue

nit repellere a se nomen eius.s.coci sui sordidum quia sordidi hominis aut a uitio corporis maioribus eius inditum: agnominatus enim est ab illo strabo.

## De Cornelio Scipione cognomento Serapione. Cap.M.XXXVI.

Ximiæ uero nobilitatis adolescens Cornelius Scipio cum plurimis & clarissimis familiæ suæ cognominibus abundaret in seruilem Serapionis appellationem uulgi sermone impactus ē: q huiusce nominis uictimario persimilis erat. Nec illi aut morum probitas: aut respectus tot imaginum quo minus hac contumelia aspergeretur opitulata est.

Eximiæ &c. Vero.i.sed Cornelius Scipio adolescens nobilitatis eximie cum abundaret plurimis & clarissimis cognominibus familiæ suæ: nã Scipionũ alius dictus aphricanus: alius Asiaticus: alius numantinus & aphricanus: alius Nasica &c. impactus est sermone uulgi in appellationẽ seruilem Serapionis serui: q.i.quia: erat persimilis uictimario.i.uictimarum curatori: huiusce nominis.s.Serapionis. Nec aut probitas morum: aut respectus tot imaginum.i.clarorum uirorum quorum imagines in stemmate suo habebat: est opitulata ei: quo minus.i.ut non aspergeretur hac contumelia ut.s.uictimarii nomen acciperet.

## De Lentulo & Metello similibus histrionibus. Cap.M.XXXVII.

Enerosissimus consulatus collegio Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in scæna propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt: sed alter ex quodam sæcularium cognomen spintheris traxit: alter nisi nepotis a moribus accepisset: pãphili retiarii cui simillimus esse ferebatur habuisset.

Generosissimus &c. Consulatus fuit generosissimus collegio Lẽtuli & Metelli.i.cum Lentulus & Metellus collegæ essent: qui ãbo spectati sunt propemodum.i.ualde in scæna.i.theatro cum scænici agerentur ludi illis p̄sentibus: propter similitudinem histrionum qui ludos uarios agebant: sed alter.s.Lentulus traxit cognomen Spintheris ex quodam sæcularium.s.ludorum actori: q̃q̃ Oliuerius secularii legat: & alii assectarum: nam Plynius a mimo nomen iortitum uult. Metellus nisi accepisset sup. cognomen a moribus nepotis qui pius dictus erat. habuisset sup. cognomen aut agnomẽ Pamphili Retiarii.i.certantis cum Mirmillone rete quod manibus gestabat: cui.s.retiario ipse ferebatur simillimus.

## De.M.Messala simili Menogeni & Curione simili Burbuleio. Cap.M.XXXVIII.

T.M.Messala consularis & censorius menogenis: Curioq; omnibus honoribus abundans Burbuleii: ille propter parem corporis motũ:

Ximiæ uero nobilitatis. Nec istud fortunæ ludibrium nobilissimus adolescens Cornelius Scipio subterfugere potuit: quin Serapionis cuiusdam uictimarii appellatione fuerit notatus: q eisdem lineamentis corporis & oris par esset illi. unde Ply. eodem lib. vii. Scipioni in seruo Serapione uictimarii negociatoris uili mancipio: non illi ualuit generis nobilitas: non morum probitas: nulla deniq; uirtus. Cognominibus Vt Scipionum: quorũ duo Aphricani: unus Asiaticus dicti sunt. Serapionis appellatiõe: quia uulgus eum Serapionem appellabat: eo q illi simillimus erat: erat autem Serapio iste uictimarius: hoc est sacerdotum minister: qui sacrificantibus ministrabat: ut supra dixi. Respectus tot imaginum: q plurimas maiorum suorum statuas haberet.

Enerosissimus consulatus. Lẽtulus ac Metellus consules principesq; romani sic duorum histrionum speciem retulerant: ut cum in scænam prodiissent: illorum nomina non subterfugissent: nisi alter spintheris: alter nepotis cognomina multo antea sortiti fuissent: nam Metellus quia Retiario pamphilo simillimus esset: cuius nomen sordidum non aufugisset: nisi a nepote qui pius cognominatus ē auxiliare non ē accepisset. Ply. sicut Spinter secundarius Retiariusq; Pamphilus collegio Lẽtuli & Metelli consulum. In quo perq̃ infortunæ fortuitum hoc quoq; fuit: duorum simul consulũ ĩ scæna imagies cerni. Spectati sũt. quotiescũq; i scænã cõsules illi pdibant: ut i se oĩum oculos cõuertebãt qđ histrionibus simillimi forent. Ex quodam seculari: Ex quodam mimo qui in ludis sæcularibus histrioniam exercebat: de ludis sæcularibus dictũ est in ca. de institutis. Spinteris fuit non eo histrionis. Lentulo similis: a quo Lentulus cognomen accepit. Alter a moribus nepo.s.Metellus qui pius cognominatus est a nepote optimis moribus instituto. Pamphili retiarii s.pamphili gladiatoris.

T Marcꝰ Messala. De hoc Messala Solinus. Marcus inquit Messala & Mẽogenes e fece uulgari hoc fuerunt uterq; quod singuli: nec alium Messalã putauerunt q̃ Menogenem: nec Menogenem alium putauerunt q̃ Messalam. Hoc idem testatur Plyn. lib. vii. Curioq;. Hic propter gestus & corporis sui motus histrioni Burbuleio pares Burbuleius cognominatus ē. Scænici.i.histrionis: nam Menogenes & Burbuleius fuerunt histriones. Personis excellen. Nam in personis clarissimis hæc similitudo conspecta est. Nõ ob. no. quia apud omnes Romanos nota fuerunt hæc exempla.

Regi Antiocho. Inter regem antiochum & Artenionem similitudo tanta fuisse traditur: ut alter ab altero nec uultu nec uoce decernerentur. ex quo factle reginæ Laodices occultata fraus ut occiso Antiocho Artenionem pro rege simularet: & in regio thoro ueluti ægrotantem collocaret: & aduocato populo illum tanq̃ testaturum ostenderet: a quo & Laodice & liberi diligentissime cõmendarentur: cuius uoce audita populus facile delusus est. Solinus regẽ inquit Antiochum Artenio quidam ex plæbe Syriaca sic æmula facie mentiebatur: ut postmodum Laodice uxor obiecto populari isto tādiu dissimulauerit defunctum maritum: quoad ex arbitratu eius regni successor ordinaretur. Ply. quoq; li. vii. Antiocho inge regi Syriæ e plæbe nomine Arthenio intantum similis fuit: ut Laodice cõiunx regia necato iam Antiocho: munus per eum cõmendationis regniq; successiõis peregerit. Vnus ex æqualibus regiæ stirpis. In hoc dissẽtit a Solino & Plyn. Valerius: q regiæ stirpis Artenionem fuisse dicit: illi uero ex Syriaca plæbe uirum.

Ibream autẽ. Hic Milesius orator insignis: & ĩ tota asia celeberrimus: ideo similis seruo cuidam Tapetas in scæna colligenti fuisse traditur: ut omnes eius fratrem existimarent: quoniam nulla inter eos uultus & corporis erat dissimilitudo: iisdem parentibus nati esse credebantur. Milesius: ab oppido Mileto quod fuit in Ionia: ubi optima uellera tingebantur teste Seruio in tertio Georgicorum Vnde Virgilius Milesia uellera dixit. Concitatæ facundiæ: uehementis in persuadendo eloquentiæ. Cynicorum philosophorum qui Cynici dicebantur quoru; unus fuit Diogenes mordacissimus philosophus: nam cynici dicti sunt quasi canini. Stramenta: Quos Græci tapetas appellant: qui spectatoribus substernebantur ĩ scæna: hic ergo seruus peractis ludis hos tapetas & reliqua scænæ ornamenta colligebat. Totius Asiæ oculi: id est omnium Asiaticorum oculi.

Ascen. ¶ Hibream &c. Ferunt. s. rerum narratores: Hibream Milesium (uulgo Milasium legunt) e mileto secundum Oliuerium Ionio oppido oratorem facundiæ copiosæ. i. abundantis atq; concitatæ idest torrentis more fluentis aut promptæ: fuisse sup. tam similem seruo gymnicorum idest gymnasii instructorum quod Oliuerius quoq; sentit: & tamen paulo post Cynicorum legit & interpraetatur) colligenti stramenta idest tapeta aut tapetas quæ uel qui sternuntur pauimento aut sedilibus spectantium praesertim nobilium quum aulea suspendantur: latine itaq; stramenta a sternendo dici possunt (alii tamen scribunt stragmenta: alii strigmenta) gymnasii unde gymnicorum non Cynicorum seruus dicetur: ut oculi totius Asiæ assignarent. i. aspicerent: & adnotarent eum tanq̃ fratrem germanum. s. Hibreæ: ita. i. intantũ erãt compares lineamentis oris & omnium membrorum.

uterq; scænici nomen coactus est recipere. Abunde sint hæc domesticis quoniam & personis sunt excellentiora & non obscura notitia celebrantur.

¶ At Marcus Messala sup. uir consularis & censorius. i. qui aliquando cõsulatum & censuram gesserat: & Curio abundans omnibus honoribus. i. titulis magistratuum gestorum: uterq; coactus est recipere. s. a populo nomen scænici sup. hominis arti ludicræ intenti: ille. s. Messala Menogenis propter aspectum oris. i. similem aspectum uultus: hic. s. Curio Burbulcii s. histrionis propter parem motum corporis: hæc exempla dicta sint. s. habeantur abunde. i. satis ampliter dicta: domesticis sup. exemplis: quoniam celebrantur: & i. simul: excellentiora sup. cæteris: personis. i. propter personas illustrium uirorum & non obscura notitia.

## Externa.

### De rege Antiocho cui similis Artenio. Capitulum.M.XXXIX.

Regi Antiocho unus ex æqualibus & ipse regię stirpis nomine Artenio: perq̃ similis fuisse traditur: quem Laodice uxor Antiochi interfecto uiro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocauit. Admissumq; uniuersum populum & sermone eius & uultu consimili fefellit: crediderunt q; homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos eius sibi commendari.

¶ Regi &c. Vnus ex æqualibus. i. coæuis sup. Antiochi regis: & i. etiam ipse stirpis regiæ Artenio nomine: traditur fuisse perq̃ similis Antiocho regi. s. syriæ: quem Laodice uxor Antiochi uiro interfecto: collocauit i lectulo: gratia sceleris dissimulandi: perinde quasi. i. acsi sup. collocasset illic ipsum regem ægrum: & fefellit in sermone eius. s. artenionis: & uultu cõsimili. s. sermoni & uultui regis: uniuersum populum admissum. s. ad lectulum: quasi ad regem: & homines aut omnes crediderunt Laodicen. s. reginã & natos. i. filios eius cõmendari sibi ab Antiocho moriente.

### De Hibrea Milesio simili cuidam seruo Gymnicorum. Cap.M.XL.

Hibream autem Milesium copiosæ atq; concitatæ facundiæ oratorem gymnicorum seruo stramenta gymnasii colligenti tam similem feruntur: ut tanq̃ germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarent: ita lineamentis oris & omnium membrorũ cõpares erant.

De quodam prætore romano simili cuidam Siculo. Cap.M.XLI.

Ille uerò (quem in Sicilia prætoris admodū similem fuisse constat) petulantis animi: proconsule enim dicente mirari se quapropter sui tam similis esset: cum pater suus in eam prouinciam nūq̄ accessisset. At meus inquit Romam frequenter accessit. Ioco namq; lacessitam matris suæ pudiciciam inuicem suspicione in matrem eius reiecta. audacius q̄ uirgis & securibus subiecto conueniebat: ultus est.

¶ Ille uero .s. piscator: quem constat fuisse in Sicilia admodum similē prætoris .s. Suræ proconsulis: sup. fuit animi petulantis .i. ad lacessandum procliui. Enim .i. quia: proconsule .s. Sura dicente: se mirari quapropter eēt taʒ similis sui .s. proconsulis qui idem prætor erat: cum pater suus nunq̄ accessisset in eam prouinciam: inquit: at .i. sed meus sup. pater accessit frequenter Romaʒ. q. d. & ita potuit te genuisse corrupta matre tua: probat q̄ petulantis animi fuerit. Nāqʒ .i. quia: ipse ultus est ioco: sed amaro: pudiciciā matris suæ lacessitam .i. petitam contumeliata proconsule: innuerat enim a patre suo illum per adulterium progenitum: suspitiōe .s. adulterii reiecta inuicem .i. uicissim in matrem eius .s. proconsulis: audacius q̄ conueniebat subiecto uirgis & securibus .i. prætori sex lictores cum totidem fascibus habenti.

Ille uero. Solinus hōrum similitudinis meminit: sʒ iocosi: uel ut Valerius dicit petulantis dicti mētionem nullam facit. dicit enim: piscator e Sicilia proconsuli Surræ præter alia etiam rictu oris comparabatur: ita ut in eodem uocis impedimenta & tardatæ sonus linguæ naturalibus offendiculis congruerent. Quod uero de iocoso responso tradit Valerius illud uel certe simile Macrobius in Augustum refert fuisse dictum: dicit enim: Soleo in Augusto magis mirari quos ptulit iocos: q̄ ipse quos protulit: quia maior est patientiæ q̄ facūdiæ laus: maxime cum æquanimiter aliqua etiaʒ iocis mordaciora petulerit: cuiusdam prouincialis iocus asper innotuit: intrauerat romaʒ simillimus Cæsari: & in se omnium ora conuerterat. Augustus perduci hominem ad se iussit: uisumqʒ hoc modo interrogauit: dic mihi adolescens: fuit aliquādo mater tua romæ: negauit ille: nec contētus adiecit sed pater meus sæpe. Ille uero: Quem piscatorem fuisse dicit Solinus. Ioco nāqʒ lacessitam: ex reiectione inquit iocosi dicti in simulatū matris pudiciciam audacter magis q̄ facete ultus est: cum diceret patrem suum Romam sæpius accessisse. Inuicem suspitiōe reiecta: quia pari ratione reiecerat suspitionem impudiciciæ matris in proconsulem: sed hanc iniuriam ultus est audacius q̄ prouinciali homini conueniret: qui proconsulari imperio subiectus esset. Quam uirgis & securibus subiecto: q̄ homini proconsuli subiectus eēt: in quem uirgas experiri & secures parari iubere potuisset proconsul.

De his qui infimo loco nati mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt. Ti.XVI.

De Equitio. Cap.M.XLII.

Sed tolerabilis hæc & uni tantúmodo anceps temeritas: quod sequitur ipudentię genus: nec ferédum ullo modo periculiq; tum priuatim: tum etiam publice late patentis. Nam ut Equitium Firmo piceno mōstrum ueniens relatum iam in huiusce libri superiore parte prætercam cuius in amplectendo. T. Graccho patre euidens mendacium turbulento uulgi errorem amplissima tribunatus potestate uallatum ē:

¶ Sed hæc temeritas .s. piscatoris Siculi: tolerabilis sup. fuit & anceps .i. dubii euentus tantummodo uni .s. ipsi piscatori si secus ac in bonam partē accepisset prætor: sup. illud genus impudentiæ quod sequitur: nec ferendū sup. est ullo modo: & sup. est periculi patentis .i. se extendentis late: tū priuatim: tum etiam publice. quia si se pro filio Gracchi probasset Equitius res priuata hæredum Gracchi iacturam fecisset: & propter seditioneʒ p eo per Saturninum citatam resp. in periculo graui fuit. Nam ut prætereaʒ Equitium monstrum .s. hominis ueniens Firmo .s. oppidulo piceno .i. quod in agro piceno: relatum .i. recitatum iam in superiore parte huiusce libri .s. noni: ca. vii. de seditione in principio: cuius mendacium euidens in amplectendo .i. usurpando Tyberio Graccho patre: uallatum est .i. munitum & protectum sup. cum errore uulgi turbulento .i. seditioso & cōmotionis excitatiuo: amplissima potestate tribunatus .s. Saturnini tribuni plæbis.

¶ De his qui in alienis familiis se inserere uoluerunt. Ti.XVI.

Sed tolerabilis hæc. transitum facit ad eos qui obscuro loco nati se clarissimus familiis inserere uoluerunt: & ne ex abrupto trāsire uideatur: hoc utitur ordine: ut dicat superioris exempli temeritateʒ tolerari posse: quod ad unius dūtaxat periculum pertinuerit: sed impudentiaʒ: de qua dicturus est nullo pacto ferendam: q̄ nō solum priuatos cineres: sed etiam rempu. in discrimen propemodum adduxerit. Vni tantū modo anceps periculosa tātum piscatori Siculo qui proconsuli Surræ temere satis respōdisse uisus est. Nam ut Equitium: ut omittā inquit Equitium qui cum .C. Graccho simillimus esset: in Gracchorum familiam tanq̄ Tiberii filium inserere uoluit: ānitēte Lucio Apuleio Saturnino tribuno plæ. qui grauissimas ex hac re in populo seditiones excitauit ut in ca. de seditione dictum est: ut hunc inquam omittam: uidendum ē quantū resp. periculuʒ itulerit Helophili temeritas & impudentia: qui se iunioris Marii filium mentitus: tantum apud plæbem gratiæ & fauoris consecutus est ob aui memoriam qui septē consulatus gesserat in urbe: ut & multæ ueteranorum coloniæ mu

Helophilus q̄ postea Herophilus dicetur.

nicipia & collegia fere omnia sibi patronum deligerent:praeterea cum imperii fundamenta nōdum satis firma.C.Caesar fecisset:parum abfuit quin rursus excitaretur bellum ciuile per hunc Helophilum:nam Cum Caesar in Hispania deletis.C.& Sexto magni Pompeii filiis:redisset in urbem:& in hortis suis forte sedaret cum Helophilo hoc impudentissimo:omnes quicunq3 ad Caesarem gratulatum de uictoria uenerant:non minus Helophilum q̄ Caesarem salutarūt:adeo se iam plaebi Helophilus iste insinuauerat:quod ubi sensit caesar:metuens id quod futurum erat:ne qua seditio aut coniuratio fieret in populo Helophilum exilio mulctauit:mortuo deinde Caesare reuersus in urbem senatui caedē & insidias machinabatur qua re cognita coniectus in carcerem meritas poenas luit.Firmo Piceno:Firmum oppidū est in agro Piceno:unde fuit Equitius oriundus.Monstrum non homo:sed uerius ob turpissimos mores dici potest.Praeteream:omittā3:& est occupatio color rhetoricus:cum id maxime diximus:quod nos omittere ostendimus.In amplectēdo.T.Graccho hoc est in asserendo & uindicando sibi patre.T.graccho.Turbulento uulgi errore:quia ut diximus cum a Mario quintum consulatum gerente in carcerem coniectus esset eo ꝙ contra leges tribunatum peteret:tantam seditionem in urbe cōcitauit:ut populus carcerem confregerit:illum eduxerit:atq3 etiam humeris susceptum per urbem tanq̄ de senatu triumphans cum summa alacritate portauerit.Amplissima tribuni potestate.Saturnini tribuni pl.qui dum Gracchanas leges suscitaret:quibus populi fauorem & gratiam aucuparetur:equitium in medium protulit:& Gracchi filium asserebat:ut supra dictum est.

## De Herophilo Equario.Cap.MXLIII.

Herophilus Equarius medicus.C.Marium septies consulem auū sibi uendicando ita se extulit:ut colonię se ueteranorum complures & municipia splendida collegiaq; fere omnia patronum adoptarent:quinetiam cum.C.Caesar Cnaeo pompeio adolescente in Hispania oppraesso populum in hortos suos admisisset:proximo intercolumnio pene pari studio frequentiae salutatus est:Quia nisi diuinae Cęsaris uires huic erubescendae procellae obstitissent simile uulnus respublica excepisset:atq; in Equitio acceperat.Caeterum decreto eius extra Italiā relegatus:postq̄ ille cęlo receptus est:in urbem rediit:& consilium interficiendi senatus capere sustinuit:quo nomine iussu patrum necatus in carcere feras prompti animi ad omne moliendum scelus poenas pependit.

Herophilus Equarius medicus hoc est qui equos curabat.Coloniae ueteranorum:Coloniae dicebantur ad quas e maiori ciuitate coloni mittebātur.Solebant autem frequenter Romani ueteranos & emeritos milites ad eiusmodi oppida mittere eorum bona qui sibi rebelles contumacesq3 fuissent:condonare.Municipia:Ciuitates quae propter beneficia fuissent Romana ciuitate donatae.Collegia.s.augurum:pontificum:sacerdotū.Adoptarent:Eligerent.Proximo intercolumnio:Intercolumniu3 dicitur spatium inter duas uel plures columnas:ꝑximo autem ideo dixit:ut ostendat non lōge a Caesare tunc plus esse q herophilū q̄ Caesarem salutabant.Seras:Poenas graues.Vir.Distulit in seram commissa piacula mortem.

Afcen.

Herophilus medicus Equarius:id ē equorum uendicando id est attribuendo sibi quasi iure suo Caium Marium septies consulem auum extulit.i.super reliquos tulit se ita ut complures coloniae ueteranorum.s.militū & municipia splendida:& collegia.i.coetus eiusdem officii aut pontificii:ut augurum.pontificum sacerdotum &c. fere omnia adoptarent sup.eū patronū.Quinetiam cum Caius Caesar Cnaeo Pompeio adolescente quia filio magni:oppresso in hispania:admisisset populum in hortos suos.s.Caesaris:ipse sup.Herophilus salutatus est proximo intercolumnio id est spatio inter duas columnas arborum aut uitium ad uoluptatem derelicto:pene pari studio sequentiae.s.cum Caesare:hoc est paulo miores habuit salutatores & cōgratulatores q̄ Caius Caesar.Quia nisi diuinae uires Caesaris obstitissent huic procellae erubescendae.i.commotioni quam populus excitare parabat extollendo herophilum:resp.excepisset uulnus simile atq3 acceperat in Equitio.i.in seditione excitata propter Equitium.Caeterum.i.sed:Herophilus relegatus decreto eius.s.Caesaris extra italiam:postq̄ ille.s.Caesar est receptus e caelo.i.in caelum:rediit in urbe3:& sustinuit.i.potis fuit aut ualuit capere consilium senatus interficiendi:quo nomine.i.propter quam culpam ipse necatus in carcere iussu patrum.s.conscriptorum:pependit.i.luit aut persoluit sero.i.nimis tarde:poenas animi prompti ad moliendum.i.cum mole & difficultate patrandum si possit omne scelus.

## De quodam qui se fecit filium Octauiae sororis Augusti. Cap.M.XLIIII.

Nec diui quidem Augusti:etiamnū terras regentis excellentissimum numen intētatum ab hoc iniurię genere extitit:cum quidam clarissimae & sanctissimae sororis eius octauiae utero se genitū fingere auderet:propter summam autem imbecillitatē

Nec diui quidem augusti.Inuentus ē inquit impudentissimus homo qui se octauiae augusti sororis & Marci Antonii filium mentiri ausus fuerit:quod ut populo persuaderet:hoc mendacio usus est ut diceret se a nutrice accepisse:ꝙ cum traditus esset ei nutriendus quia imbecilli corpore uideretur permutat:melius sortem fuisse:ut nutrix quem robustiorem haberet filium Octauio & Antonio miserit:se uero pro suo educauerit:quam hominis impudētiam Au

corporis ab eorum datus erat: perinde atq; ipsius filiũ retentum subiecto in locum suum proprio filio diceret: uidelicet ut eodem tempore sanctissimi penates & ueri sanguinis memoria spoliarentur & falsi sordida contagione inquinarent. Sed cum plenis impudentię uelis ad summum audacię gradum fertur. imperio Augusti remo publicę triremis affixus est.

¶ Nec quidem.i.non etiam aut non saltem: cum maxime immune esse deberet: n[illegible] ex[illegible] illentissimum diui Augusti.s.Octauii regentis etiamnũ i.nunc adhuc in typo[illegible] io eius successore: aut diuina curat aut potius tunc ad hæc: terras.i.terrigenas extit.i.emersit intentatum ab hoc genere iniuriæ.s.falsæ assertionis alieni generis & hæreditatis: cum quidam auderet fingere se genitũ utero Octauiæ sororis eius.s.Augusti: clarissimæ & sanctissimæ. s.matronæ: autem.i.sed dicere: se retentum ab eo cui datus erat s.nutriendus: propter summam imbecillitatem: propter quam (ut mentiebatur) nutritius ac nutrix non ausi sunt Octauiæ uerum partum restituere: sed ipsum retinuerunt proprio filio.s.eorum subiecto.i.clam allato ad Octauium in locum suum.i.ipsius mendacis qui talia fingebat. Videlicet ut sanctissimi penates.s.Octauiæ spoliarentur eodem tempore: &.i.simul memoria ueri sanguinis ut non agnoscerent uerum partum: & inquinarentur contagione sordida: falsi.i.suppositi sanguinis. Sed cum talis homo indignus qui nominetur: fertur plenis uelis.i.omni impetu: ad summum gradum audaciæ: affixus est imperio.i.per imperium augusti remo triremis publicæ.i.nauis impellendæ triplici remorum ordine ad remp. pertinentis. Vnde ueteris est moris perniciosos & perditos ad remigium damnare.

De quodam qui se dicebat filium Quiti Sertorii. Cap.M.XLV.

Repertus est etiam qui se diceret esse.Q.Sertorii filium quem ut agnosceret uxor eius nulla ui compelli potuit.

¶ Repertus est etiam qui diceret se esse filium Quinti Sertorii quem ut uxor Sertorii scilicet agnosceret scilicet filium. nulla ui compelli potuit qa reuera non erat.

De Trebellio Calca. Cap.M.XLVI.

Quid Trebellius Calca q̃ asseueranter se Clodium tulit? & quidem dum de bonis eius contendit in centumuirale iudicium adeo fauorabilis descendit: ut uix iustis & æquis sententiis consternatio populi ullum relinqueret locum: in illa tamẽ quęstionẽ neq; calumniæ petitoris nec uiolentiæ plebis iudicantium religio cessit.

¶ Quid Trebellius Calca sup. fecit: q̃.i.q̃tum asseueranter tulit.i.gessit se Clodium.i.iuniorem: hoc est Clodii filium.q.d. asseuerantissime. Et quidẽ i.certe: dum ip'e Trebellius contendit de bonis eius.s.Clodii patris: discẽdit in iudicium centumuirale adeo fauorabilis.i.cum tanto fauore aut tã gratiosus: ut consternatio.i.cõmotio animorum populi illi fauentis: uix relinqueret ullum locum sententiis iustis & æquis.i.ut uix permitteret contra

gustus cum æquo animo ferre non posset remo publicæ triremis affixit. Et nunc terras regentis. Aut per Tyberium eius filium: aut ad illius diuinitatem retulit qua pro romanõ excubabat imperio. Clarissimæ ac sanctissimæ. Hoc non usq;quaq; assentatorium est. nam constat teste Plutarcho in uita antonii: hanc fuisse miræ uirtutis fœminam: q̃ miruz immodum diligeretur a fratre: cui cum neglecta ab Antonio palam eam persuaderi non potuit: ut relicta Antonii domo seorsum habitaret: turpe existimans esse: ut duo Romanorum imperatores ad arma ciuilia concitarentur: alter amoris gratia alter q' pellex sorori anteponeretur: atq; hæc: non uerbis: sed re ipsa comprobarit. nam neq; Antonii domum deseruit: neq; filiorum eius curam remisit: sed diligenter exoluit: non solum cões: sed etiam ex fuluia ante susceptos amicos ẽt Antonii: qui uel petenti magistratus uel cæterarum rerum gratia Romam uenissent: suscipiebat souebat: & si quid opus erat pro illis a Cæsare impetrabat: quinetiam ferunt cum Antonius diuortii libellum misisset: ac etiam qui octauiam domo expellerent: egressam illam cum omnibus Antõii filiis præter maiorem natu: qui tum erat cum patre: plorantem & iniquæ ferentem q' & ipsa una ex causis discordiæ ciuilis putaretur. Perinde atq;: Tanq̃. Plenis uelis: omni impetu: & est translatio sumpta a nauigantibus: nam nullo pudore a tanto facinore deterrebatur: Ad summum auda. gra. Nihil maius audere poterat: q̃ Augustum sibi uendicare auunculuz.

Repertus est etiam. Pari ratione inqt inuentus est qui se Qu. Sertorii filiuz profiteret: peteretq; ut ab ei' uxore tanq̃ a matre reciperetur: a qua non auditus quidem ne dum receptus, neq; enim ui ulla compelli potuit constantis animi fœmina ut hominis monstrum tanq̃ filium cognosceret. Qu. Sertorii. Qui nursia sabinorũ urbe oriũdus: nõ obscuro genere natus orator primus deinde clarissimus imperator tempore bellorum ciuilium fuit: ut supra satis dictum est.

Quid Trebellius calca. Trebellius q̃dem eodem quo superiores impudẽtiæ genere usus clodii se filium asseuarando in eius hæreditatem admitti magnopere contendit: & aduersus istitutos hæredes in iudicium descendit: ubi licet aura populari foueretur ingenti. plus tamen iudicum æquitas ualuit q̃ populi consternatio. Se Clodium tulit. Se Clodii filium dixit: Centumuirale iudicium De quo supra dictum est i ca. de iudiciis ubi & de hasta centũuirali. Adeo fauorabilis. Cum tanto populi fauore. Consternatio. Concitatio qui ueluti mentæ carẽs in trebellii fauorem concitatus esse uidebaẽ. Vix relinqueret locum: Ferme excluderet sen

Valerius, maximus

tentias quæ iuste ferebantur.nam uix pmittebat consternatus populus:ut qui recte sentirent suam possent ferre sententiam Quæstione inquisitione.ubi de bonis Clodii agebatur.Religio cessit. Tanta fuit centumuirorum religio:ut nullo metu nulla plebis concitatione potuerint a iustitia deterreri.

Vito fortius Sylla rerum potito quidam illi non ignotus assaradionis se filium syllæ opibus electi.seq; omnium illius hæredem bonorum constituit q̄ tam diu possedit:donec ad Augustum cæsarem æquissimum imperatorem Romani imperii gubernacula fuere translata: qui cognita hominis iniquitate.uerum assaradionis filium in paternam hæreditatem restituit:eam nato pessimo hominequem in publica custodia perire coegit.Irrupit.Per uim ingressus est.Iustiore principe.i. Cæsare Augusto qui longe iustior fuit Sylla.

eum ut iustum erat sententiam ferri:tamen.i.nihilominus religio.i.iusta obseruatio iurisiurandi ex religione.i.deorum ac conscientiæ metu:iudicantium.i.centumuirum:neq; cessit in illa quæstione.i.inquisitiōe & discepta tione calumniæ.i.cauillationi petitoris:nec uiolentiæ plebis:quia contra Trebellium iudicauit.

## De quodam se Assidionis filium mentiente.Cap.M.XLVII.

Vlto fortius ille qui Cornelio Sylla republica potiente in domum.Cn. Assidionis irrupit:filiumq; eius patriis penatibus expulit:uociferando non illum:sed se assidione esse procreatum. Verum postq̄ a Syllana uiolentia cæsariana æquitas reduxit gubernacula Romāi imperii:iustiore principe obtinente rempublicam i publica custodia spiritū posuit.

¶Multo fortius sup.egit ille:qui Cornelio Sylla potiente repub.i.Romana per dictaturam perpetuam irrupit.i. uiolenter se intrusit in domum Cnæi Assidionis (Oliuerius legit Assaradionis) ciuis Romani:& expulit filium eius.i.Assidionis:penatibus patriis:uociferando non illum sed se esse procreatum Assidione:Verum postq̄ æquitas cæsariana.i.Augusti Cæsaris quod post multos contigit annos reduxit gubernacula Romani imperii a uiolentia Syllana.i.qua sub Sylla & cum Sylla multi usi fuerant:posuit.i.deposuit spiritum.i.animam in custodia publica.i.carcere:principe iustiore.i. Augusto obtinente rempub.

Ascen.

Odem præside reip. imperante Augusto rubria Mediolanē. ditissima fœmina incēdio perierat:& eius bona iam ab hæredibus distracta fuerant:cum interea quædam altera nomine rubria quæ illam mirum in modum referebat:inuenta ē quæ se ueram rubriam summa cu; audacia profiteretur:diceretq; falsum esse quod homines sibi persuaserant incendio extinctam fuisse quare sua sibi bona restitui postulabat:tum forte Augustus Mediolāi præsidia collocabat:ad eum igitur delatum est iudiciū qui cognita mulieris fallacia:q̄q̄ illi & falsi testes adessent:& eius cohortes fuerant: sui tum nefarii propositi spē irritam fecit Augustus.In consimili mendacio. Huius mulieris mendacium simile fuerat eius qui assaradionis bona occupauerat.Repressa Refrenata Peride ac falso credita:quia diceret falso homines credere rubriam incendio periisse.Inferert Immitteret. Tractus eius.Similitudinis & liniamentorum quæ totam rubria; referebant:& tūc ordo erit:fauor tractus eius splendidi testis:nam similitudo plurimum ualet:sed si dixerimus splendidi testes tunc intelligemus nobiles uiros & auctoritate plenos q: testabantur mulierem illam rubria; esse.i.nexpugnabilem Cæsaris constantiam. Quæ non præce:non præcio:non gratia poterat iustitia deduci.

## De muliere se Rubriam mentiente. Cap.M.XLVIII.

Odem pręside reipublicæ in consimili mendacio muliebris temeritas mediolani repressa est.Siquidem cum se pro rubria quędam perinde ac falso credita esset incendio periisse:nihil ad se pertinentibus bonis insereret:nec ei aut tractus eius splēdidi testes:aut cohortis Augusti fauor deesset:propter inexpugnabilem Cæsaris constantiam irrita nefarii propositi abiit.

¶Eodem &c. Temeritas muliebris repressa est mediolani in cōsimili mēdacio eodem.i.Augusto præside reip. Siquidem cum quædam.i.ignobilis mulier:insereret se bonis.i.derelictis a Rubria:nihil pertinentibus ad se:pro Rubria.i.tanq̄ esset Rubria:perinde ac sup.Rubria esset credita falso.i.non uere:periisse incendio:nec aut splendidi testes tractus.i.liniamē torum membrorum eius quæ simila erant cum tractibus membroru; Rubriæ:aut fauor cohortis Augusti:tamen abiit irrita.i.frustrata:nefarii propositi.i.ab affecutione hæreditatis:propter inexpugnabilem constantiam.i.in iustitia:Cæsaris.i.Augusti.

Dem barbarum.Barbarus quidam ob regis ariaratis similitudine; se regem facile mentitus capadociæ re

## De quodam barbaro se pro Ariaratte rege capadociæ ingerente.Cap.M.XLIX.& Vltimum.

Dem barbarum quendam ob eximiam similitudinem Capadociæ regnum affectantem tanq̄ Ariarattes esset:quem a.M. Antōio interē

ptum luce clarius erat:q̄q̄ pene totius orientis ciuitatū & gentium credula suffragatione suffultum caput im perio dementer iminens iusto i pēdere supplicio coēgit.

¶Idem.s.Augustus (ut eius laude opus claudat) coegit Barbarum quendam affectantem regnum Cappadociae tanq̄ esset Ariarattes:ob eximiam similitudinem.s.eius cum Ariaratte:quem.s.Ariarattem erat clarius luce interemptum fuisse a Marco Antonio.s.triumuiro:q̄q̄ suffultum.i. munitum suffragatione credula.i.credularum.s.gentium & ciuitatum pene totius orientis:coegit dico impendere iusto supplicio caput.s.illius immines.i.inhians dementer.i.cum dementia quadam:iperio.s.quod Ariarattes obtinuerat. Et haec in Valerium.


gnum propemodum occupauit:nam asiae ciuitates illum regem uel certe regis filium existimantes imperium ad eum magno fauore deferebant. Augustus uero qui regem ariaratem asiatico bello caesum ab Antonio fuisse cognouerat:asiaticos populos a temeraria credulitate repraessit:& barbarum tanq̄ noua molientem affectati regni poenas dare coegit. Credula suffragatione:quia cum crederent illum uere ariaratem esse:summo fauore prosequebantur & suffragari omni studio nitebantur:ut in pristinum regnum restituerent. Fultum. Munitum & sustentatum. Coegit. Ordo est:idem Augustus coegit barbarū quendam &c.impendere iusto supplicio q̄q̄ caput dementer imminens imperio esset fultum credula suffragatione ciuitatum & gentium totius orientis.

Consūmatum est hoc opus utilissimum tertio Calendas Iañ. Anni.M.DXIII.cum dupli ci cōmentatione:altera historica fide opulentissima:altera familiaritate conspicua: Iodoci Badii Ascensii:Opera ac diligentia Io. Angeli Scinzenzeler:Impensis nobilium mercatorum Ioānis iacobi & fratrum de Lignano. Mediolani Impressum.

Registrum operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ɔ ꝝ A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes sunt quaterni preter P qui est quinternus.



tes. Cuius. s. Catuli necessitas tam dira: quia ad id genus mortis cõpulsu fuit: extitit maximus rubor gloriae Marianae. s. in bello ciuili.

iii. Catulus inquit: hausto ueneno sese e manibus inimicorum subtraxit. Lucius florus: Catulus inquit se ignis haustu ludibrio hostium exemit. fuit autem hic catulus. C. Marii collega in quarto consulatu aduersus cimbros & senones in quo bello uictoriae dux & auctor fuisse creditur: nã post caesos hostes cum Marii milites pecunias diripuissent spolia & tubae & signa in castra catulus delata fuerunt: quae apud se catulus diligentissime seruari uoluit: ut appareret eũ uictoriae auctorem extitisse: & cum inter milites Marii atq; catuli de uictoria contentio eẽt oborta in haec pacta conuenerunt ut legati parmensium: qui tum aderant de re ista iudicarẽt: hi ducti per cadauera hostium a militibus conspexerunt iaculis militum catuli barbarorum corpora eẽ perforata: dignoscebantur ex inscriptis litteris: quae nomen catuli in telis designabant: uerum famam & gloriam totam Mario propter primam uictoriam & nomen imperii tribuebant. Recenti calce illito. Noua calce asperso & uncto: eodẽ ferme genere mortis. Mantuae legi sponsum & sponsam fuisse consumptos cubiculo noua calce illito carbonis igne correpto.

Qua tempestate. Cornelius merula q̃ pulso cinna consule in eius locũ fuerat substitutus post reditum Marii atq; Cinnae ubi uidit e manibus eorum elabi non posse in templo iouis cuius flamen erat succisis uenis sibi mortem ipse consciuit: focos etiam & aras suo sanguine repersit. Au. de ciuitate dei li. iii. ca. xvii. Merula inquit flamen dialis praecisis uenis ioui etiam suo sanguine litauit: florus uero Merula inquit flamẽ dialis in capitolio iouis ipsius oculos uenarum cruore respersit. Qua tempestate. Quo tempore in qua significatione Salustius frequenter ponit licet & pro calamitate accipi possit. dicimus etiam tempestatem teste seruio uentos: auras: serenitatem: Vir. Dii maris & terrae tempestatumq; potentes tempestatum dixit ut uult Seruius uentorũ: & aurarum temporum serenitatis: unde & alibi unde haec tam clara repente tempestas. Ludibrio. Ignominiae & illusioni.

Acer & animosus. Non minus fortiter uitam finiuit. Herennius q̃ Cornelius: cũ. L. opimius consul. C. gracchum agrarias leges contra senatus auctoritatem ferre molientem sustulisset: Herẽnius Siculus qui & aruspex & familiarissimus Gracchi fuerat damnatus q̃ cũ Graccho sensisse diceretur: cum duceretur in carcerem sic carceris posti caput illisit ut uitam in aditu ipso reliquerit suam & sic morte non uulgari quod imminebat suppliciũ effugit. Eo nomine in carcerem duceretur in poste. Ea cã quod contra senatus decretum cũ graccho sensisse diceretur. Ignominiae aditu concidit in ipso carceris aditu ubi ignominiose periturus erat. A manu carnificis citerior. Ac si diceret parum abfuit quin in carcerem trusus necaretur a lictore.

Consimili impetu. C. Licinius macer repetundarũ postulatus ex asia cum dicturus causam uidisset Cic. in accusatorem esse paratum: desperata causa & salute in Menianum ascendit & Ciceroni clari iussit oratione non esse opus quoniam iudicium morte praeuenisset: & ita sumpto sudario quod secum gestabat sibi spiritum interclusit: ne damnato illo eius quoq; bona subhastarentur: fuit autem hic Licinius qui Cice. conferebatur in eloquẽtia declamator eximius ut in Senecae declamationibus ui-

## De Lucio Cornelio Merula Cap. MXIIII.

Qua tempestate reip. L. quoq; cornelius Merula consularis & flamen dialis: ne ludibrio in solentissimis uictoribus esset in Iouis sacrario uenis incisis contumeliosae mortis denunciationem effugit: sacerdotisq; sui sanguine uetustissimi foci maduerunt.

Qua tempestate. i. tempore calamitoso reip. Lucius quoq; Cornelius Merula supple uir consularis. i. qui aliquando consul fuerat & flamen. i. sacerdos dialis. i. iouis qui & dius dicitur: ne esset ludibrio uictoribus insolentissimis. i. superbia petulantissimis Mario & Cinnae uenis. s. suis incisis in sacrario. i. sacrorum repositorio iouis. i. ad iouem capitolinum pertinenti: effugit denuntiationem mortis cõtumeliosae: & foci uetustissimi. i. iouis capitolini: maduerunt sanguine sacerdotis sui.

## De Herennio Siculo Cap. M.XV.

Acer & animosus uitae exitus herennii siculi quo. C. gracchus & aruspice & amico usus fuerat: nam cum eo nomine in carcerem duceretur in poste eius illiso capite in ipso ignominiae aditu concidit: ac spiritum deposuit uno gradu a publico supplicio manuq; carnificis citerior.

Acer &c. Exitus uitae Herẽnii Siculi quo Caius gracchus fuerat usus & aruspice & amico: sup. fuit acer & animosus: nam cum duceretur in carcerem eo nomine. i. eam obrẽ q̃ fuerat aruspex & amicus Caii Gracchi & ita eius facinoris author putabatur: capite eius illiso. i. confracto in poste. concidit in ipso aditu ignominiae. i. cum in carcerem ingredi deberet ubi a spiculatore necem accepturus erat. ac deposuit spiritũ citerior. i. uicinior ad eos qui extra carcerem erant uno gradu. i. passu aut extensione unius pedis in progressu a publico supplicio & manu carnificis: quia si unũ gradum descendisset iam illi carnifex manum iniecisset.

## De Caio Licinio Cap. M.XVI.

Consimili impetu mortis: Ca. Licinius Macer uir pretorius Calui pater repetũdarum reus dũ sniae dicerentur in menianum cõscẽdit: Siquidem cum. M. Ciceronẽ q̃ id iudiciũ cogitabat praetextã ponentẽ uidisset: misit ad eum qui diceret se non damnatum se reum periisse: nec sua bona haste posse

subiici. Ac protinus sudario qđ forte i manu tenebat ore: & faucibus suis coarctatis incluso spiritu: pœnam morte præcurrit: qua cognita re: Cicero de eo nihil pronunciauit. Igitur illustris ingenii orator ab inopia rei familiaris & a crimine domesticæ damnationis inusitato paterni fati genere uindicatus est. Fortis huius mors: illorum perridicula.

¶ Consimili &c. Calus Licinius macer uir prætorius.i. qui aliquando p̄tor fuerat: pater calui.s. licinii reus repetũdarum.s. pecuniarum ablatarum ab asia prouincia: dum sententiæ dicerentur.s. in eum conscendit in Menianum.i. locum iudicii rerum capitalium Siquidem.i. quoniam cum uidisset Marcum Ciceronem qui cogebat.i. cõuocatum tenebat id iudicium.i. eos iudices deponentem prætextam. ut scilicet peroraret: misit ad eum supnuntium qui diceret: se non periisse damnatum sed reum: priusq̃.s. sententia ferretur nec sua bona posse subiici hastæ.i. uendi sub hasta & ut dicunt confiscari. quia indemnatus mortuus fuerit: ac præcurrit protinus pœnam.s. subhastationis bonorum suorum cum ultimo supplicio morte.s. sua spiritu.i. anhelitu incluso ore & faucibus suis coarctatis.i. constrictis sudario.i. sudoris abtersiuo panniculo: quod tenebat forte: quia non ad eum usum in manu.s. sua. Qua re.i. cuius morte cognita. Cicero nihil pronuntiauit de eo.i. non tulit sententiam diffinitiuam. Igitur orator ingenii illustris.i. clari: sc; Catulus uindicatus est.i. liberatus ab inopia rei familiaris: & a crimine damnatiõis domesticæ ut oliuerius accipit: ne mors sua familiæ suæ uitio detur: & ita criminaretur.i. damnaretur & male audiret eo nomine. uel a crimine damnationis domesticæ. i. qua etiam domus eius damnata fuisset: genere fati paterni inusitato. i. quo pater usus non fuerat: aut inusitato aliis &c. Mors huius.s. Catuli fuit fortis: mors illorum.s. quos dicet sup. fuit pridicula.i. multum ridicula immo abominanda ut patebit.

dere licet. Repetũdarũ reus accusatus repetundarũ ex asia. Menianũ. Locum iudicii ab ædibus menii denominatũ: nã cũ ædes suas Catoni & Flacco consulibus menius uẽdidisset: ut locus ẽt ubi iudicia exercerent colũnaz sibi reseruauit: quã etiã tabulatis circũdedit ut inde posset gladiatoriũ munus spectare cũ suis: & ab Edibus menii menianus locus dictus est: ubi iudicia ferebantur: erat aũt tãq̃ basilica eminẽtior. Iudicium cogebat. Iudices cõgregabat. Prætextã ponentẽ Se parantez ad agendũ. Sudario. Velamine: quo sudorem abstergebat. Coarctatis: constrictis & elisis. Igitur illustris ingenii orator. Eloquẽtia q̃uis plurimum ualeret. Licinius tamen inusitato mortis genere & egestatem domesticæ rei: & iudicii ignominiam uitauit Illustris orator. Quia clarissimus fuit orator cuius meminit Cic. libro de oratore. Ab inopia rei familiaris. Quia si damnatus fuisset & eius bona subhastata ad inopiam redacta esset eius familia: Crimine domesticæ damnationis: Sic quoq; genus familiamq; suam a turpitudine futuræ damnationis uendicauit: ut tanta infamia domus notari non posset. Paterni fati Quia pater non hoc genere mortis extinctus fuerat. Vindicatus est. Se liberauit. Illorum. de quibus dicturus sum. Ridicula. Risu digna: sed melius dixisset detestanda.

## De Cornelio Gallo & Tito Aetherio. Capitulum. M.XVII.

Cornelius.n.gallus prætorius & .T.ætherius eques romanus inter usum puerilis ueneris absumpti sunt. Quãq̃ quorsum attinet eorum cauillari fata: quos non libido sua: sed fragilitatis humanæ ratio abstulit? Fine namq; uitæ nostræ uariis & occultis causis exposito interdum immerẽtia supprẽmi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidãt q̃ ipsam mortem accersant.

Cornelius enim Gallus Prætorius & Titus Aetherius eques Romanus absumpti sunt.i. extincti & spiritu ac semine exhausti: inter usum imo abominabilem & sodomitico igne dignum abusum. ueneris puerilis.i. coitus cum pueris Quãq̃.i. uerumtamen: quorsum attinet.i. ad quid tendit cauillari.i. contumeliosa cauillatione persequi fata.i. genera mortis eoruz quos non libido sua (quasi uero soli sint in coitu nimio extincti) sed ratio. id est uis fragilitatis humanæ abstulit. Namq; fine uitæ nostræ.i. humanæ exposito.i. obiecto uariis & occultis causis.i. cum uita nostra tot subiaceat casibus imerentia.i. innocua & quæ nihil de nobis mali meruerunt: occupãt iterdũ titulũ supremi fati.i. dicũtur causa mortis nostræ fuisse: cũ.s. ea immerentia quibus imputatur mors nostra incidunt magis in tempus mortis q̃ accersant.i. acceleranter faciant ipsam mortem. q.d. etiam si in-

Cornelius gallus prætorius & .T. Aetherius. Horum mors non solum obscœnitatis sed abominationis plena ut dum pueris abuterentur in ipsa coitus obscenitate perierint. Quamq̃ & obscœnus poeta dixerit. Dum facerent omnes ut nos moreremur in illo Horum meminit plinius lib. vii. naturalis historiæ: & eos uenere obiisse dicit Quamq̃ quid attinet. Dignus certe reprehensione Valerius: qui tantam turpitudinem excusare quodammodo uelle uideatur: quæ sit oi infamatione dignissima: dicit enim non esse omnium conuitio lacerandos cum non libidine: sed casu potius quedam periisse uideri possint: quia fragilitas humana mille sit subiecta periculis & casibus. ego uero id diuino iudicio potius factum esse crediderim ne tantum scelus impunitũ esset: Fine namq; uitæ: Vult arguere potuisse illis subitam aliis de causis accidere mortem. cuz n. incertus sit uitæ nostræ finis uariisq; casibus expositus non nunq̃ ab instantibus i supremo fato titulum mors ipsa sortitur. illi uero cum in obscœnitate forent: quo tempore uitæ casus instabat obscœnitati mors quidem ascribitur q̃q̃ instantia in ipso exitus tẽpore incidunt magis afferant. Supremi fati titulum. Quia mors denominabitur ab eo qđ quis fecerit: cum subito casu opprimitur.

Accersant Prouocent: ostendit scelestos illos etiam si alteri rei tunc fuissent intenti: tamen mortem euadere non potuisse.

colli non fuissent morituros tunc fuisse: sed nullo pallio foeditatem illam satis texerit: cum etiam si non fuissent mortui: non minus turpius essent dicendis

SVnt & externae: non uulgares quoq3 externorum mortes relatione dignae sũt: qualis comae in primis fuisse traditur: qui Diogenis latronum ducis frater captus cũ ad. P. Rutilium ductus esset: & ex eo quaereretur de genere belli: multitudie seruorum atq3 eorum consiliis sumpto ad respõdendum spacio: sibi ipsi spiritum interclusit maluitq3 fortissimus latro in conspectu consulis & totius exercitus sibi mortẽ inferre q̃ suorũ consiliũ ꝓdere: & iudicio publico damnari. Comae nomen propriũ: ẽ aũt genitiuus a comes: sicut Anchises anchisae: Ad rutiliuz cõsulẽ. Qui ut diximus i ca. de mutatiõe fortunae cõsul i Siciliã missus: ut ꝓuinciã illam seruili bello occupatam reciperet: & a fugitiuo & impetu tutam pacatãq3 redderet: post cõfectũ bellũ ex decẽ legatorũ snia siculis leges imposuit. Ad se colligẽdũ. Ad deliberandũ: uel ad colligẽdũ uires i unũ innixusq3 genibus: Quia humi prouolutus erat more supplicãtiũ Sũmi imperii Cõsulis romãi. Torqueant se miseri. Inuehitur in timidos & uitae cupidos qui necessario moriuntur: & genus mortis ingrũt. Torqueãt. Crucient se de morte solliciti. Trepido. Iuxta illud: Sed timidi ẽ optare necẽ. Vastas altitudines. E quibus se praecipites dẽt. Infirmo uinculo. Bene infirmo. nam uis pua plerũq3 hanc animae & corporis cõiũctionem dissoluit. Enimuero minimo studio. Non est tantopere Exoptanda uita quae sicut in coma uidimus taz facile amittitur.

Externa.

De coma fratre diogẽis ducis latronũ. Ca. M. XVIII.

SVnt & externe mortes dignae annotatu. qualis in primis comae. quem ferũt maximi latronum ducis Diogenis fratrem fuisse. Is enim ad Rutilium consulem Ennam quã praedones tenuerãt in potestatem nostram redactam productus cum de uiribus & conatibus fugitiuorum interrogaretur sumpto tempore ad se colligendum caput operuit innixusq3 genibus compresso spiritu inter ipsas custodum manus inq3 conspectu summi imperii exoptata securitate acquieuit. Torqueãt se miseri quibus extingui q̃ superesse utilius est: trepido & anxio consilio: qua nam ratione uita exeat quaerentes: ferrum acuant: uenena temperent: laqueos apprahendant: uastas altitudines circũspiciant: tanq̃ magno apparatu aut exquisita molitione opus sit ut corporis atq3 animi infirmo uinculo coherens societas dirimatur. Nihil horum Coma sed intra pectus inclusa anima finem sui reperit. Enim uero minimo studio retinendum bonum cuius caduca possessio tam leui afflatu uiolentiae concussa dilabi potuit.

Ascen. ¶ Sũt & .i. etiã mortes externae dignae annotatu .i. quae annotentur: qualis sup. est: i primis sup. mors Comae quez ferũt fuisse fratrẽ diogenis maximi Ducis latronũ. Is .n. productus Ennã .i. in eam urbẽ siciliae quã praedones tenuerant .s. prius: redactã .s. tunc pauloante: in potestatem nostrã .i. Romanam ad Rutiliũ consulem & uictorem: cum interrogaretur .s. ab Rutilio de uiribus & Conatibus fugitiuorũ .s. latronũ: aut eorũ qui ad ipsius partes cõfugerant: tpe sumpto ad colligendum se .i. quasi ad recipiendum spiritum & se parandum ad dicendum operuit .i. inuoluit caput & innixus genibus spiritu .i. anhelitu compresso: acquieuit exoptata securitate extinctus est inter ipsas manus custodum: & in conspectu summi imperii: De cuius morte tanq̃ optanda prosequitur dicens. Miseri quibus utilius est extingui: q̃ superesse .i. quibus utilius sit mori q̃ superuiuere torqueant .i. crucient se: consilio trepido & anxio querentes qua nam ratione uita exeat .i. finiatur acuant: ferrũ .i. mucrones aut alia tela: temperent .i. diluerant uenena: ut cito necent: apprahendant laqueos: circũspiciant altitudines uastas .i. ualde amplas unde se ꝓcipitẽt: tãq̃ opus sit magno apparatu aut molitiõe exq̄sita .i. singulari conamine ut societas corporis atq3 animi in qua uita cõsistit cohaerens uinculo infirmo: dirimatur .i. dissoluatur Coma aut Comes: nihil horuz sup. quaesiuit: sed repperit finem sui: anima sup. sua id est anhelitu inclusa intra pectus ita ut nõ respiraret. sed suffocaretur. Enimuero .i. certe: bonũ .s. uitae nostrae cuius possessio tã caduca potuit dilabi .i. perire. cõcussa tam leui .i. modico afflatu uiolentiae compresso .s. anhelitu: est sup. retinendum .i. dignum ut retineatur minimo studio .i. conamine.

EScHili poetae. Hic primus tragoedio rũscriptor fuit teste Quintiliano. q ait eschylus tragoedias primus i lucem protulit: Horatius quoq3 in poetica personae pallaeq3 reptor honeste Eschylus & modicis istruxit pulpita tignis. Et docuit magnũq3 loqui nitiq3 cothurno. floruit Athenis teste Gellio tempore Milciadis: anno ducentesimo sexagesimo post urbem conditam cuius mors non profecto uulgaris fuit. nam cum in loco aprico sederet expositus soli uel

De Eschilo poeta Cap. M. XIX.

EScHili uero poete excessus quemadmodum non uoluntarius: sic propter nouitatem casus referendus. In Sicilia moenibus urbis in qua morabatur egressus aprico in loco resedit super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capitis: (erat enim capillis uacuum) perinde atq3

lapidi eam illisit.ut fractæ testudinis carne uesceretur: eoq3 ictu origo & principium fortioris tragœdiæ extinctum est.

¶ Eschili &c.Vero.i.sed:queadmodum excessus.s.e uita hac:eschili poetæ.s.tragici:nõ sup.fuit uolũtarius:ut.s.superiorum fere:sic ipse est referendus.i.dignus ut referatur propter nouitatem casus.Egressus moenibus urbis in qua morabatur in sicilia:resedit.i.locum quietus accepit:in loco aprico.i.soli exposito & nulla umbra tecto:super quem aquila ferens testudinem elusa splendore capitis(erat enim uacuum capillis)illisit eam.s.testudinem.i.concham marinam sup.capiti eius.i.demisit eam in caput eius:p inde aeq3 lapidi.i.putans eam deiicere in lapidem:ut uesceretur carne testudinis fractæ(ubi scies in piscibus & pomis quod pulposum est etiam carnem dici)& eo ictu est extinctum principium & origo fortioris tragœdiæ i.Æschulus ipse tragicus:& tragicorum princeps.

De Homero poeta.Cap.M.XX.

Non uulgaris etiam Homeri mortis causa fertur qui in insula:quia quæstionem a piscatoribus positam soluere non potuisset dolore absumptus creditur.

¶ Nõ &c.Causa etiã mortis Homeri.s.poetarũ principis:fertur non uulgaris qui creditur absumptus dolore:in insula.s.Ionia:qa nõ potuisset soluere quæstionẽ propositã a piscatoribus:cũ enim cæcus eẽt & propter poeticam artẽ uim uaticinãdi habere crederetur:& a duce suo percunctaretur quosnam in littore audiret:illeq3 respondisset nautas esse:ad illos perductus q uidnã agerent percunctatus est tum illi rem inquiunt tibi ueram dicemus sed ænigmate perplexã quã dissolues si poteris:uenamur enim in proximis siluis quinis canibus & quicquid capimus amittimus aut perdimus contiauo quod nos effugit retinemus:de uermibus.s.capitis locuti:quos quinq3 digitis persequebantur quam rem cũ tantus uates intelligere non potuit inuestigando extinctus est.Sunt qui dicant unũ ex illis dixisse.In siluas pergo uenatũ cum cane quino:Quod capio perdo quod fugit id teneo.sed tales uersiculi pro captu cuiusq3 possunt fingi:cum cõstet græce locutos qui ænigma proposuerũt.

De Euripide poeta.Cap.M.XXI.

Sed atrocius aliq̃to Euripides finitus est.Ab Archelai enim regis cœna in Macedonia domum hospitalem repetens:canum morsibus laniatus obiit.Crudelitas fati tanto ingenio non debita fuit.Sicut illi excessus illustrium poetarum moribus & operibus indignissimi.

¶ Sed Euripides etiam tragicus poeta:finitus est atrocius aliquanto:repetens enim domum hospitalem in macedonia.i.qua utebatur in macedonia:ab mensa Archelai regis obiit laniatus morsibus canum.Crudelitas fati.i.mortis non fuit debita tanto ingenio:quantum erat Euripidis.Sicut illi.s.sequentes excessus poetarum illustrium.i.clarorum moribus & operibus:sup.fuerunt indignissimi.

ut alii dicũt eẽt aq̃la desup uolitãs illius delusa caluicie:quam lapidem esse putarat:testudinem quam pedibus uncis gestabat:fractura dimisit in caput & clarissimum poetam inaudita morte interemit.Aprico loco.Aperto soli exposito:nã Apricus quasi aphricus hoc est sine frigore.apricis autem locis senes delectantur:ut aprici meminisse senes Elusa splẽdore capitis.Hoc est caluicie quam lapidem esse putauit:& ideo testudinem demisit in caput tanq̃ in lapidẽ:ut fracto testudinis ostraco carne uesceretur.illisit:icussit.Origo &.p. Quia fuit ut dixi tragœdiæ primus inuẽtor:testibus Qu.& Oratio.

Non uulgaris etiam homeri.Cum inter omnes ferme scriptores magna sit de Homeri patria parentibusq3 dissẽsio:de morte tamen conuenit inter eos:q dũ in Ioniam insulam nauigasset.& i piscatores:qui littoribus appulsi sese pediculis expurgabant:forte quedam incidisset:quæsiuit ab eis nunquid haberent:uel ut alii dicunt:quid illic agerent.erat enim teste Cice.tus.v.circa finem cæcus qui obscure satis responderunt:perdidisse quod cœperant:quod uero non cepissent habere uel ut alii dicunt:quod capimus perdimus quod quærimus habemus:significabant autem sese purgare pediculis & ita quos caperent perdere quos non cepissent in uestimentis habere:quod ænigma cum interpretari non posset:nimio dolore confectus migrauit de uita.Honorificẽtissimæ autem a ciuibus sepultus fuit:& in illius sepulchro epigrãma incisum.Conditus hoc tumulo uates diuinus homerus:Heroum cecinit q bene facta ducum.De temporibus & uita tã icerta feruntur ab auctoribus:ut de his tacere satius esse existimẽ q̃ ta3 dubia referre.Quæstionem a piscatoribus posita3.Sequitur opinionem eorum qui dicunt:non interrogatos piscatores quid haberent ultro quæstionem proposuisse.s.uenamur bis quinis catulis qđ capimus perdimus quod quærimus habemus:constat autem ut diximus teste Ci.Homerum fuisse cæcum.

Sed atrocius aliq̃to.De Euripide satis supra dictum est in ca.de fiducia:quod uero ad eius mortem pertinet sic breuiter Gelli.tradit lib.xv.cap.ii.cum in macedonia apud Archelaum regem eẽt:uteretur q3 eo rex familiariter rediens nocte ab eius cœna canibus a quoda3 æmulo immissis dilaceratus ẽ:& ex his uulneribus mors secuta est.sepulchrum autem eius & memoriam eo dignati sunt honore:ut in gloriæ quoq3 loco prædicarent q egregius poeta morte obita sepultus in eorum terra foret quãobre3 cũ legati ad eos ab Atheniensibus missi petiissent ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent trãsferri:maximo consensu macedones in ea re deneganda persisterunt:Archelaus uero rex audita tam indigna morte poetæ q̃primum iussit capillos sibi & barbam resecari in signum doloris.Archelai.Qui Alexandro successerat in partem regni.Crudelitas facti deplorat quodãmodo uarius indignam poetæ mortem & eorum pariter qui sequuntur.

te deorum &.i.simul tantum.i.tantam copiam facundiæ poeticæ: & tam placidum finem uitæ: A quali tamen (si quidem non caste amauit puerum) liberet nos dominus.

## De Anacreonte. Cap. M. XXIIII.

Sicut Anacreonti quoq; quem bis tantum humanæ uitæ modum supergressum: dum passæ uuæ succo tenues & exiles uirium reliquias foueret: unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit.

¶ Sicut sup. attributum crediderim quoq;.i.etiam Anacreonti.s.poetæ lyrico teio patria: quem supergressum bis tantum modum.i.mensuram humanæ uitæ: hoc est bis septuaginta annos: dum foueret tenues & exiles.i.modicas reliquias uirium.s.suarum: succo uuæ passe: racemum uulgus uocat: humor aut forte tumor unius grani pertinacior.i.inherentior perseuerantior q̃ utile erat: in faucibus aridis: absumpsit.i.strangulauit.

## De Milone Crotonitate Cap. M. XXV.

Iungam illos quos & propositum: & exitus pares fecit. Milo crotonitates cũ iter faciẽs quercum in agro cuneis adactis fissam uidisset fretus uiribus accessit ad eam: insertisq; manibus diuellere conatus est quas arbor excussis cũeis in suam naturam reuocata compressit: eumq; cum tot gymnicis palmis lacerandum feris prębuit.

¶ Iungã illos quos & propositum.i.institutio uitæ (uulgo intentio dicit: sed a doctis in eo significato nescio an usq̃ legatur: cum sit corroboratio & auctio) & exitus fecit pares quia talem uitæ exitum assecuti sunt qualem factis suis proposuisse sibi uisi sunt: Milo crotoniates.idest cuius patria erat Croton urbs Italiæ cũ faciens iter.i.deambulans uidisset quercũ in agro fissam cuneis adactis: sunt qui ui uentorum fissam dicant: accessit ad eam.s.quercũ: fretus.i.cõfisus & munitus uiribus & conatus est diuellere.i.in duas partes distrahere manibus iniectis.s.in fissuras quas.s.manus arbor.s.quercus dicta: reuocata in suam naturam.i.pristinũ situm cuneis excussis.s.a Milone partes ambas aliquantulum distrahente: compressit idest conclusit intra fissuram illam & præbuit eum lacerandum feris: quia nemo auxilio uenit & ipse discedere nequiuit cum tot palmis.i.coronis gymnicis.i.quas e gymnasiis uictor reportauerat: non q̃ eas in capite haberet: sed q̃ is esset qui sæpe uiros fortissimos uicerat.

nibus edendis eloquentiã & placidum uitæ finem dedisse. Pli. dicit lib. vii. na. hi. Alexandrum magnum cum thebas raperet iussisse pidarii uatis familiæ penatibusq; parci.

Sicut Anacreõti. Hic Te. eius patria lyrici carminis poeta cuius meminit Oratius li. iiii. odarum. Nõ aliter samio dicunt arsisse batyllo Anacreonta Teiũ qui persæpe caua testudine fleuit amorem. Pa ri rõne Oui. li. tristiũ. ii. Quid nisi cum multo uenerẽ cõtẽnere uino: Præcepit docti Teia musa senis. Hic igit cũ iã exactæ senectutis eẽt: qppe qui secũdũ sæculũ degeret: cũ languiles uires succo passæ uuæ reficeret: unius acino q faucibus inhærens nec demitti nec reuocari posset guttur pmẽte suffocatus obiit. Pli. na. hist. lib. vii. Anacreõ inqt poeta acino uuæ passæ.s. periit. Irẽ ut Fabius senator prætor i lactis haustu uno pilo strãgulatus. Sic Anacreonti. Cũ superiori cõiũgitur crediderim deorũ benignitate tantũ Pindaro fuisse tributum sic crediderim Anacreõti. Humanæ uitæ modum supergressum. Quia secundam iam agebat ætatem Aridis faucibus. Siti & naturali humore carentibus.

Iungam illos quos. Duos subiũgit qui eiusdem propositi & exitus fuerunt. Milonẽ Crotoniẽsem & Polidamum Athletam. De Milone Gelius noctium atticarũ lib. xv. Milo crotoniensis inqt athleta illustris quẽ in chronicis scriptũ e olympiade proxima coronatũ eẽ exitum habuit uitæ miserandũ: cũ iam natu grandis artẽ athleticã deseruisset: iterq; faceret forte solus in locis Italiæ siluestribus quercum uidit proxime uiã patulis in parte media rimis hiantẽ: tum experiri uolens credo etiam tunc an ullæ sibi reliquæ uires adessent immissis in cauernas arboris digitis deducere & rescindere quercum conatus est: ac mediam quidem partem discidit diuellitq;. quercus aũt in duas deducta partes: cum ille quasi perfecto qđ erat connixus manus laxasset cessante ui redit in naturam manibusq; eius retẽtis inclusisq; stricta denuo & cohærens dilacerandum hominem feris præbuit. Solinus de memorabilibus mundi in ca. de homine Milonem quoq; inquit crotoniensem egisse omnia supra q̃ homo ualet: etiam hoc proditur q̃ ictu nudæ manus taurum fecit uictimam eũq; solidum quæ mactauerat die absumpsit solus nõ grauatim super hoc nihil dubium: nam factum elogium extat. Victor ille omnium certaminum obiit. Cice. in catone maiore. Quæ enim uox potest esse contemptior q̃ Milonis crotoniatæ: qui cum senex esset: iam athletas se in curriculo exercẽtes uideret aspexisse lacertos suos dicitur illachrymansq; dixisse: at hi quidem iam mortui sunt. Hunc Milonem tantæ fortitudinis fuisse dicit. Pli. li. vii. na. ut cum constitisset nemo eum uestigio educere posset. Malum tenenti nemo digitum corrigere: cucurrisse mille centum. lx. stadia ab Athenis lacedæmonem biduo. Strabo uero lib. vi. dicit hunc pythagoræ discipulũ fuisse: & cum forte columna quandoq; in philosophorũ contubernio laboraret Milonẽ subeuntẽ saluos reddidisse uniuersos: deindeq; seipsum extraxisse quo membrorum robore fretum uitæ subuersionem ostendisse eo genere mortis quo supra monstratum est. Cuneis adactis: Infixis cuneis: nam cum agrestes quercum scindere uoluissent cuneos adegerant: ut eos in quercu reliquerent. est autem cuneus instrumentum ligneum, quod definit in latitudinem acutam in superiore parte crassum: & obtusum: quo scinduntur arbores. Virgil. Et cuneis scindebant fissile lignum. dicitur etiam cun

neus multitudo in unum collecta.Atq3 ordo militum in modum cunei factus.Gellius uero dicit arborem fuisse paruulis
ramis hiantem non cuneis scissum.In suam naturam reuocata.Cum rediisset in seipsam sicq3 se clausisset ac si solida exti
tisset.Compressit.Constrinxit:ita ut eas educere posset.Tot gymnicis palmis Tot uictoriis quas in gymnasio certando
reportauerat:nam ut diximus athleta fortissimus fuerat qui in omnibus agonibus uictor euaserat.

Ité poli.Pari rõne Polydamas stul
tæ uirium suarũ fiduciæ pœnas non
uulgari morte pepẽdit:quicum aliis
iter faciẽs orta tẽpestate proximã spelũcam
subire coactus cõcussa & labefactata aqua
rũ impetu spelunca cæteris fugiẽtibus cũ rui
tura uideretur solus remãsit fretus uiribus su
is q̄ tantã ruinæ molẽ humeris sustẽtare pos
set:sed opiniõe frustratus ẽ.potẽtior.n.huma
na uirtute ruina illũ temere renitentem obru
it.Dementis fati.stultæ mortis.

¶Possunt.Fortasse quæreret aliqs quid cõ
ferant horũ exempla:hoc uidelicet ut homi
nes intelligant nunq̄ aut raro nimiam corpo
ris fortitudinem cum animi sapientia fuisse
coniunctã: ut quis supra uires humanas for
tis idẽ & sapiẽs fuerit.hæc enim duo i eodẽ
corpore iungi natura negauit:recte igit̃ dixit
ille cũ uiribus corporis sapientiam esse iũgẽ
dã: sic uirũ fortẽ recte haberi posse.Vigorẽ
mentis:Sapientiã q̄ in ingenii uiuacitate cõ
sistit.Vtriusq3 bõi.Sapiẽtiæ & fortitudinis.
Supra humanã fœlicitatẽ.Qui hæc duo cõ
secutus eẽ uideretur & eẽt humana cõditiõe
fœlicior.hoc igitur homini natura negauit.

De Polidamante. Cap.M.XXVI.

Item Polydamas athleta tempestate spelun
cã subire coactus nimio & subito icursu aquę
labefactata ea:ac ruente cæteris comitibus fu
ga periculum egressis solus restitit:tanq̄ humeris suis
totius ruinæ molem sustentaturus.potentiore sed pon
dere oĩ corpore hũano pressus:imbribus petitã latebrã
dementis fati sepulchrum habuit. Peroratio.

¶Possunt hi prębere documentum nimio robore mem
brorum uigorem mentis hebescere quasi abnuente natu
ra utriusq3 boni largitionem:ne supra mortalem sit fœ
licitatem eundem & ualentissimũ esse & sapientissimũ.

¶Item Polydamas(quæ uox dicit multorum domitorem:sed qs hic fue
rit cõmentarii nõ edunt:non enim de polydamante phrygio cuius Persius
meminit intelligi potest)athleta.i.pugil coactus subire.i.subintrare spelũ
cam tempestate.i.propter uiolentiam imbrium & tonitruũ:quã necessita
tem Maro sic applicat.Speluncam dido dux & troianus eandem Conue
niunt)ea.s.spelunca labefacta ac ruente nimio & subito incursu aquæ cæ
teris comitibus egressis periculum fuga.i.per fugam solus.s.polydamas:restitit.i.permansit stans:tanq̄ sustentaturus hu
meris suis:molem.i.pondus:totius ruinæ.i.partem speluncæ ruituræ:sed pressus põ.oppressus pondere potentiore.s.ad
opprimendum omni corpore humano ad resistendum:habuit latebram.i.speluncam petitam:imbribus.i.propter imbres
sepulchrum fati dementis.i.mortis per dementiam initæ:quia nunq̄ aliud sortitus est sepulchrum:Quo circa ut etiam i ru
sticorum uersatur adagio:Optimi natores:optimi scansores:robustissimi quiq3 suis uiribus primi:suis artibus & pereunt
fere unde addit author.Ii scilicet iam dicti:possunt præbere documentum.i.per seipsos docere:uigorem mentis hebescere
i.hebetem fieri & obtundi:nimio robore membrorum :quasi natura abnuente.i.refugiente & recusante sui uni & eidem:
largitionem utriusq3 boni.i.prudentiæ omni & uirium corporis: ne sit supra felicitatem humanam esse & ualentissimum
& sapientissimum.In quam sententiam extant etiam uulgares uersiculi:rara sub imenso prudentia corpore regnat Rarior
exigius conspecta modestia membris.Quod uno uersiculo etiam sic explicatur.Raro breues humiles sunt aut longi sapi
entes.Sed eiusmodi ut authore carent:ita & fide.

De cupiditate uitæ. Ti.XIII.

Erũ qa excessus e uita.Dãnat hoc
capitulo molles & effœminatos ho
mines q uitæ cupiditate ducti cũ ho
neste mori potuerint maluerũt aut turpiter su
peresse:aut ab aliis occidi:q̄ sibiipsis mortẽ i
ferre.Fortuitos.Qui casu quodam contige
runt.ut Tulli & fœminarũ atq3 æschili.Vi
riles:Vt catuli & comæ.Temerarios.Vt
chrotoniatæ & polyda.

Arcus aquilius.Ariobarzães a tigra
ne iussu mithridatis capadocia pul
sus Romã uenit & eodẽ tpe mor
tuo Nicomede filius eius Nicomedes a Mi
thridate pellitur regno:q cũ & ipse supplex
Romã uenisset:decreuit i senatu ut rex uter
q3 restituat in regnũ quã ad rem missi sunt.
Marcus aqlius & Mãlius legati q cũ parato
exercitu cum aduersus Mithridatem infelici
ter pugnassent captus aqlius maluit in serui
tutem regis uenire quam fortiter pugnando
aut sibi mortem inferendo gloriose interi
re.Non quis merito dixerit: uituperat hu

De cupiditate uitæ.Titu.XIII.

Erum quia excessus e uita & fortuitos & uiri
les quosdam etiam temerarios oratione attigi
mus:Subiiciamus nunc existimationi eneruеs
& effœminatos:ut in ipsa comparatione pateat:quanto
non solum fortior sed etiam sapientior mortis interdũ
q̄ uitæ sit cupiditas.

¶Verum quia attigimus oratione.i.narratione excessus e uita.i.migratio
nes hominum ab hoc mundo in alterum ut dicunt:& fortuitos.i.inopina
tos & uiriles.i.fortiter obitos: & quosdam etiam temerarios ut Milonis
& Polydamantis.Subiiciamus nũc existimationi idest iudicio legentiũ:
sup.exitus uitæ eneruеs idest sine uiribus:& effœminatos.i.molles & ef
fractos:Vt pateat in ipsarum comparatione.s.eorum qui fortiter morte
oppetierunt & qui turpiter fugerunt:quanto cupiditas mortis q̄ uitæ sit
interdum non solum fortior:sed etiam sapientior.Iudicio quidem autho
ris qui gentilem sequitur æstimationem.

De Marco Aquilio.Cap. M.XXVII.

Arcus Aquilius cũ sibi gloriose mortẽ cõsciscere

posset: Mithridati maluit turpiter seruire: quē quis non merito dixerit Pontico supplicio q̄ Romano imperio digniorem: quoniam commisit ut priuatum opprobriū publicus rubor existeret.

sus hominis uitæ cupiditatē qui dignior fuisse uidetur ut a mithridate rege ponti suppliciis afficeretur q̄ hūc magistratū regeret quandoquidē suo ipsius dedecore senatus populiq; Romani dignitatem polluerit.

¶Marcus Aquilius legatus in exercitu Romanorū cū posset cōsciscere .i. cōcitare & inferre sibi mortē gloriose .i. cum gloria (errore illo uetere Romanorū cū uera gloria ex iniquo opere non surgat: iniquū autem esse animam eicere quam nobis eius conditor deposito cōmisit nemo sanæ mentis inficias ierit) maluit seruire turpiter .i. se dedere Mithridati .s. regi ponti. Quem quis dixerit nō immerito digniorem supplicio pontico idest cui inferatur a rege pōti supplicium (unde digni dicuntur tam malo q̄ bono: qui alterutrum meruerunt) q̄ imperio Romano .i. qui præsit illi: quoniam cōmisit ut existeret .i. euaderet & fieret opprobrium priuatum .i. in sua persona: & rubor publicus q legatus Romanus imperatorio munere infeliciter functus seruiret: aut ut priuatum opprobrium eius existeret rubor pub. Ascen.

## De Cnæo Carbone. Cap. M.XXVIII.

CNæus quoq; Carbo magnæ uerecundiæ est latinis annalibus: tertio in cōsulatu suo iussu Pōpei in Siciliam ad supplicium ductus petiit a militibus demisse & flebiliter ut sibi aluū leuare prius q̄ expiraret liceret: quo miserrimæ lucis usu diutius frueretur: eousq; moram trahens donec caput eius sordido in loco sedentis abscinderetur. Verba tale flagitium narrantis secum luctantur: nec silentio amica: quia occultari non merentur: neq; relatione familiaria: quia dictu fastidienda sunt.

¶Cnæus quoq; Carbo est ānalibus latinis .s. libris continentibus res gestas & magistratus latinorum & præcipue Romanorum dictis ab annis q per annuos magistratus discernebantur: magnæ uerecundiæ. Qui sup. in tertio consulatu suo ductus in sicilia .s. cū esset in sicilia (nam ut roma in siciliam duceretur nō est uerosimile: non est igitur legendum in siciliam) ad supplicium .s. ultimum iussu Pompeii .s. quinti: petiit demisse .i. abiecte ac humiliter & flebiliter a militibus ut liceret sibi leuare .i. euacuare aluū .s. egerere priusq̄ expiraret: quo idest ut frueretur diutius usu miserrimæ lucis id est uitæ huius: trahens eousq; moram donec caput eius sedentis in loco sordido id est in egestorio: seu super latrinas: abscinderetur (in qua re magis damnanda uidetur crudelis militum acceleratio q̄ miseranda Carbonis præcatio: potuit enim culpa uacare si non auiditate uitæ sed ut honestius caderet nec inter cadēdum aluū leuaret id petierit Verū id author non immerito in eo repræhendit q auiditate ductus cum ad leuandū uentrem secessisset tantam illic moram traxit: ut militibus necessarium pene fuerit illic sedentem obtruncare: quod quia turpe est addit) ipsa uerba sup. mea aut cuiuscunq; narrantis tale flagitium idest turpem pusillanimitatē: luctantur secum: quia dici nolunt & taceri non possunt: utpote: nec amica silentio: quia non merentur occultari: neq; familiaria idest plausibilia relatione idest dum referuntur: aut congrua relationi: quia fastidienda sunt dictu .i. dū dicūtur: Pudet enī talia dicere: sed locus exigit ut dicantur.

CNæus quoq; Carbo. Historia carbonis notata est in ca. de gratitudie ubi ostendimus illum a Qu. Pōp. uictum & morti destinatum cum duceretur ad supplicium uitæ cupiditate motum breue tēpus orasse tantisper dum exoneraret uentrē: de quo Cic. in epistolis familiaribus li. ix. mētionem facit: & eum cum fratre scurram appellat. Sciendum est autem duos fuisse carbones alterum marianæ partis qui cum Mario cinna & sertorio Romā occuparunt & mortuo mario consul factus est cum iuniore mario qui multa fœda in urbe facinora cōmiserunt de hoc carbone nunc loquitur Vale. alterum uirum senatorium syllanæ partis quem carbo superior cum aliis quibusdam senatoribus in curiam uocatum crudelissime trucidauit de quo orosius li. v. Damasippus īquit p̄tor incitante. C. mario consule quintum Scæuolam. C. carbonem. L. domitium in curiam quasi ad consultanduȝ per Antistion uocatos crudelissime occidit corpora interfectorum p carnifices unco tracta atq; in tyberim missa sunt: de fratre huius carbonis diximus supra in ca. de seditiōe. Latinis ānalibus: Chronicis po. Romanaȝ chronicas græci dicūt quos annales latini uocant. sunt autem libri in quibus annua gesta: & magistratus describebantur & sæpe pro historiis ponuntur. Virgilius Et uacat annales nostrorum audire laboruȝ. Demisse: suppliciter & demisso uultu: Morātia. Adeo uitæ cupidus erat ut etiam in exonerando uentre diutius imoraretur adeo ut eo ipso loco in quo sordido sederet ab iratis militibus occideretur. Vix uerba tale flagitiū Hoc inquit flagitium nec dicendum propter turpitudinem: nec tacendum propter repræhensionem esse uidebatur: res igitur secum luctatur quodāmodo: & certat quæ hinc tacēda: inde dicenda sit. Nec silentio amica: quia nullo modo tacendum sit cum reprachensionem mereatur: Relationi fami. quia propter turpitudinem uidebatur occultandum. Chronicæ. Annales.

## De Bruto. Capitulum. M.XXIX.

VID Brutus exiguum & infœlix momentum

QVid brutus exiguū. Hic ille decius brut⁹ ē q Bruti Cæsaris īterfectoris ptes secutus cū deuictis illius pṫbus fugiēs in latebras se cōtulisset: Terē

ti9ei⁷ amic9 psecutorib9 latebras explorātib9 ultro se obtulit brutū professus: ut illū a morte liberaret: cuius uoce cognita Brut⁹ iste eductus: & iussus ceruicē extendere gladio nō solū retraxit: sed ēt iurauit ita uiuam: dabo fati cunctationē erūnosa3: nō potuit planius ostēdere uitæ cupiditatē: sunt qui dicāt hunc esse Deciū illū brutū ad quē Ci. librū scripsit de q̄onibus tusculanis & de paradoxis. Seneca tñ in epistola. lxxxi. huic attribuit q̄ de carbone dicta sunt: dicit eni3 mors illa q̄ in catone gloriosa ē in bruto turpis & erubescēda. hic ē eni brutus q cū peteretur mortis moras quæreret ad exonerādum uētrē secessit: & euocatus ad mortē iussusq3 pbere ceruicē. pbeo inquit ita ut uiuā. Ita uiuā. Iurantis ē. Dabo cūctationē fati erūnosam. Tādiu mortē prorogabo quoad uerba pnūciauero: nā iurauit se tā diu uicturū quousq3 illa iusiurādi uerba pferret: possumus hoc loco facere distinctionē: ut dixerit brutus: ita ut uiuā dabo. Cunctationē uero fati erūnosa3 sint auctoris uerba. O iurādi stolidā fidē. Est moræ detestatio: uel certe Valerius inuehit in brutū qui in ipso mortis articulo uitæ iusiurandū dederit. Stolidā fidē. Bene stolidā q iurauerit se uicturū cū paulopost eēt moriturus. Sed hos tu furores: Ostēdit hāc demētiā hominū a nimia uitæ dulcedine nasci quia naturaliter insitus sit homini uiuēdi appetitus: qui plerūq3 rationem expugnat quæ iubet sic uitam amari ut mortem non timeamus.

uitæ quanto dedecore emit. qui a Furio quem ad eū occidendum Antonius miserat. comprahensus non solū ceruicem gladio subtraxit: sed etiam constantius eam præbere admonitus: ipsis his uerbis iurauit. Ita uiuam: dabo. Cunctationem fati erumnosam. O iurandi stolidam fidem. Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subiicis: sanæ rationis modum expugnando: quæ uitam diligere: mortē nō timere præcipit.

Quid Brutus. s. Decius alterius Bruti q Cæsarē cū Cassio pcussit partes secutus: sup. fecit: quāto dedecore emit exiguū & infelix momētum uitæ. Qui cōpræhensus a Furio quē Antonius. i. triūuir: miserat ad occidendū eū: nō solū subtraxit: gladio ceruicē. s. suā: sed ēt admonitus. s. a pcussore ut mitius caderet uno ictu necē accipiēdo: pbere eā. s. ceruicē suā: constantius. i. firmiore aio & ita expectatiorē: iurauit his ipsis uerbis: dabo s. ceruicē meā cōstanter: ita uiuā. i. ita mihi cōtingat uiuere ut uerū dico & ceruicē cōstantius pbebo. hoc aūt cōfirmauit iuramēto aut nesciēs qd diceret: qa cū iā mori deberet stultū erat per uitā iurare: sed qa ea nihil charius habuit per eā iurauit: aut iō iurauit ut tanqp dū iuraret uitā prorogaret: unde addit author subaudiendo more suo o cunctationē idest dilationem fati. s. mortis erūnosam: qa ex ea cognita est pusilanimitas Bruti. O stolidā fidē iurandi quia per id iurauit qd in ptāte nō habuit: hoc est p uitam. Sed tu oi moderata dulcedo spūs retinendi: tu subiicis. i. clam iters hos. s. huiusmodi furores: expugnādo modū rōnis sanæ: q. s. sana ratio pcipit uitam diligere: sed mortē si moriendum sit non timere. frustra enim timetur quod si bene fiat malum non est: & euitari non potest. Sunt qui legant: præcipis: ut referantur ad dulcedinem: quod si est legam morte3 uero timere præcipens: quam lectionem ideo probem q perstās in apostrophe subdat' in secunda persona Eadem Xersem &c. coegisti: ut sit sensus & ordo: quæ scilicet dulcedo uitæ præcipis: expugnando modum sanæ rationis diligere uitam: uero pro sed timere mortem cum sana ratio dictet: non timendam sed prudenter expectandam mortem.

De Xerse rege. Cap. M. XXX.

Eadem Xersem regem. Cum Xerses græciæ bellum illaturus innumerosum exercitum comparasset illum in patenti campo ut forte recenseret de superiori loco conspiciens in eam cogitationem uenit ut diceret intra centum annos eorum neminē fore superstite3: & breuissimæ hominis uitæ conditionem secum ipse cogitans dicitur illachrymasse & q̄uis asiaticæ iuuentutis uicem dolere uideretur: suam tamē potius deplorat. Opum magnitudine. Plus opibus q̄ sapientia ualebat: Xerses qui mortalem hominum conditionem defleret. quis enim est tam insipiens qui non intelligat se natum esse mortalem: flere autem quod datum est a natura stultum est. Quam ai sensu cōsilio & prudentia.

Eadem Xersem regem pro totius asiæ armata iuuentute q intra centum annos esset obitura profundere lachrymas coegisti. Qui mihi ī specie aliēa reuera suam conditionem deplorasse uidetur: opum magnitudine q̄ altiore animi sensu felicior. Quis enim etiam mediocriter prudens mortalem se natum fleuerit?

Eadem. s. tu o dulcedo uitæ: coegisti xersem regem. s. persarum profundere lachrymas pro iuuentute totius asiæ armata q esset obitura itra cētum annos (ubi imperiti dicerent infra centum annos: quod hic forte posset dici sed in alio sensu: ut sit non peruenturi sint ad centum annos) qui. s. xerses uidetur mihi deplorasse suam conditionem: uidelicet miserā & mortalem ac breui morituram: in specie aliena. felicior magnitudine opū q̄ altiore sensu ai. i. pudētia aut pspicacitate igenii. Quis eni ēt. i. saltē mediocriter prudēs fleuerit se natū mortalē. q. d. nemo: quasi uero naturæ necessitate simus mortales & nō uitio primi parētis quo beneficiū imortalitatis amisimus: sed illud authorem huius operis latuit.

De Custodia uitæ. Ti. XIIII.

Eferā nūc eos: hoc cu3 supiori recte coniungitur. nam ad uitæ cupiditatem pertinere uidetur munire nos diligentiori custodia aduersus domesticos alios ue nobis suspectos: hoc autem regibus &

Quam exquisita custodia usi sint quibus suspecti domestici fuerunt. Titu. XIIII.

Eferam nūc eos quibus aliquos suspectos habentibus exquisitior sui custodia quæsita est.

Nec a miserrimo sed ab eo qui inter paucos foelicissimus fuisse creditur incipiam.

¶ Referam nüc eos qbus habẽtibus aliquos suspectos custodia sui ẽ q̃sita exquisitior.i.accuratior & diligẽtior.s.q̃ caeteris aut q̃ par fuerit. Nec incipiam a miserrimo:sed ab eo( externo tamen uidelicet Masinissa:unde domestica non ponit exempla uel q̄ defuerint uel q̄ idigna Romãis putauerit)qui creditur fuisse felicissimus inter paucos.s. felices.

principibus utplurimũ euenire solet quorum uita semp sollicita est:timẽt enim ne a suis uel alienis petantur insidiis:& ideo semp aduersus hos diligentiori utũt sui corporis custodia:quod fecisse tradit Masinissa rex Numidarũ qui q̄q̃ latẽ haberet imperiũ amicos cõplures filios plus q̃ quinquaginta:suã tamen salutẽ maluit canũ:q̃ hominum fida custodia munire:qppe qui plus fidei canum q̃ filiorũ pietati:aut amicorum charitati cõfideret.constat autẽ canes hominibus esse fidelissimos:& testibus Solino & Pli.li.viii.Dominos suos aequaliter omnes diligere sicut multis exemplis patet.nã in epiro domini percussorẽ in coetũ agnitũ latratu canis prodidit.Iasone lītio interfecto canis ipsius aspernatus cibũ inedia obiit.Lisimachi regis canis flãmae se iniecit accẽso rogo domini & pariter igni absumptus est:Garamantũ regẽ ducenti canes ab exilio reduxerũt praeliãtes aduersus resistentes Colophonii & Castabalensis canibus in bella ductis primas acies instruebant Apio Iunio.P.Sicinio cõsulibus:dãnatũ deo.iui canis eũ abigi nõ potuit cõmitatus in carcerẽ mox percussum eiulatu prosecutus est:cũq3 ex miseratione po.Ro.potestas ei cibi fieret ad os defuncti escam tulit:ultimo inde deiectũ in tyberim cadauer innatans sustentare conatus ẽ multaq3 alia canina fidelitatis exẽpla cõmemorat Plinius quae consulto praetermitto ne forte fastidiant homines:sed constat q̄ canes soli nomina sua recognoscunt & iterum meminerunt.Inter paucos felicissimus Constat Masinissam post coniunctam cum po.Ro.societatem & amicitiam omnia habuisse secunda inter felicissimos cõnumerari merito possit.

## De Masinissa rege.Cap.M.XXXI.

Masinissa rex Numidarum & po.Romão amicissimus parum fidei in pectoribus hominũ reponens:salutem suam custodia canum uallauit. Quo tam late patens imperium? quo tãtus liberorum numerus? quo deniq3 tam arcta beniuolentia cõstricta romana amicicia:si ad haec tuenda nihil canino latratu ac morsu ualentius duxit?

Masinissa rex parum fidei.Custodia canum. Legitur & Euander secum semp habuisse canes Vi.Gressum q3 canes comitantur herilem. Tantus liberorum numerus:Quos quinquaginta fuisse diximus in capitulo de gratis.Valentius duxit.Potentius existimauit & uituperat sine dubio hoc loco Masinissam Valerius.Qui plus canibus q̃ fidis liberorum pectoribus credere uoluerit.

¶ Masinissa rex Numidarum & amicissimus Populo Romano reponens in pectoribus hominum parum fidei.i.fiduciae aut fidelitatis:uallauit salutem suam custodia canũ3. Ascen.

Quo id est ad quid sup.utile fuit illi.imperium patens tam late? Quo sup.pertinuit tantus numerus liberorũ3:uidelicet quinquaginta? Deniq3 quo id est quid utilis fuit amicitia Romana constricta tam arcta beniuolentia? si nihil duxit id est iudicauit ualentius idest potentius & efficacius ad tuenda idest protegenda:haec scilicet dicta quae habuit & cum uita amisisset:latratu canino? q.d.nihil dicendo autẽ latratu extenuat subsidium canũ:quasi non aliã opẽ q̃ latrando afferre possint.

## De Alexandro pheraeo.Cap.M.XXXII.

Hoc rege infelicior Alexãder:cuius praecordia hinc amor hinc metus torserunt.Nam cum infinito ardore coniugis thebes teneretur:ad eãdem ex epulis in cubiculum ueniens:barbarum cõpũctum notis threiciis stricto gladio iubebat anteire: nec prius se idem lecto committebat q̃ a stipatoribus diligẽter esset scrutatus.Supplicium irato deorum numine compositum:nec libidini nec timori posse sperare.Cuius timori eadem & causa & finis fuit:alexandrum enĩ thebe pelicatus ira mota interemit.

¶ Hoc rege &c.Alexãder.s.Pheraeus pherae urbis asiae princeps:sup.fuit infelicior hoc rege uidelicet Masinissa.Cuius.s.Alexandri praecordia .i.intimas affectiones aut affectionum sedes torserunt hinc idest ex una parte amor. hinc idest ex altera parte metus. nam cum teneretur infinito ardore Thebes coniugis scilicet suae ueniens ad eandem ex epulis in cu

Hoc rege infelicior Alexãder.Hic fuit Alexander pheraeus cuius meminit Cicero officiorum libro secundo q.u:Alexandrum inquit pheraeum quo animo uixisse arbitramur: qui ut scriptum legimus:cum uxorem thebẽ admodum diligeret tamen ad eam ex epulis in cubiculum ueniens barbarum stricto gladio iubebat anteire praemittebatq3 de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres:& ne quod in uestimentis telum occultaretur diligenter exquirerent nec eum tamen fefellit opinio.ab ea enim ipse per pellicatus suspitionem interemptus est.O miserum qui fideliorẽ & barbarum & stigmaticum putaret q̃ coniugem.Infelicior igitur fuit ipse Masinissa Alexander:Non macedo.sed pheraeus a pheraea ciuitate denominatus cui imperauit.est autem ciuitas Asiae:Huius uero Alexandro idem Cicero rhetoricorum libro secundo mentionem facit.Coniunctum notis.Damnatum & stigmatibus notatum.nam quia fugitiuus fuerat notas illi candenti ferro inusserat herus Valerius maximus.

Threiciis aūt iō dixit: qa thraces seruis suis fugitiuis has notas iprimere solēt. Supplicium. Dicit hoc suppliciū a diis imortalibus fuisse iniunctū ut libidine pariter ac metu semper agitaretur: ut neutro tēperare posset. Cuius timori. Suspitio inqt timoris pricipium dedit & finē: nā qa suspectā habebat uxorem ad eā nunq̄ sine metu accedebat: uxor uero pelli catus suspitione uirū occidit & ita finē timo ri dedit. Pellicatus. Adulterii ē enim pellex q̄ cū alieno uiro concubuit & dicit pellex uxoris eius quo cū rē habet a pelliciendo dicta. Herodotus dicit nō suspitiōe. sed ira ex re ip sa comperta thebē occidisse maritū qđ duobus egregie idolis fratribus suis rex iste scelestissimus abuteret. A qbus re cognita. nā in uiti regiae libidini obtēperabant per sororem ad regis caedē hortatis atq̄ēt coactis rex sōno die quadā opp̄ssus p insidias occisus ē.

AGe Dionysius syracusanus Ci. tusculanarū libro quinto siue quaestiōe quinta: Duo inquit dequadraginta annis tyrānus syracusanorū fuit Dionysius cum quinq̄ & uiginti natus annos dominatum occupasset: qua pulchritudine urbem q̄bus autem opibus praeditam seruitute oppressam tenuit ciuitatem? At qui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus summam fuisse eius in uictu temperantiā in rebus gerendis uirū acrē industriū: eūdem tamen maleficum natura & iniustū: ex quo omnibus bene ueritatem intuentibus uideri necesse est esse miserrimum. ea. n. ipsa quae concupierat ne tum quidem cum omnia posse censebat consequebatur qui cū eēt bonis parentibus atq̄ hōesto loco natus: & si id q̄dē alius alio modo tradit: abūdaretq̄ aequalium familiaritatibus & consuetudine propinquorum: haberet etiam more graeciae quosdam adolescentes amore coniunctos: credebat eorum nemini: sed iis quos ex famulis locupletum seruos delegerat: quibus nomen seruitutis detraxerat: ipsis & quibusdam conuenis: sed feris barbaris corporis custodiam committebat: ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat: quinetiam ne tonsori collū committeret tondere filias suas docuit: ita sordido ancillari quoq̄ artificio regiae uirgines ut tōstriculae tondebāt barbam & capillum patris: et enim ab his ipsis cum iam eēnt adultae ferrum remouit instituitq̄: ut candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adurerent: cum duas uxores haberet aristomachem ciuem suam Doridem aūt locrensem sic noctu ad eas uentitabat ut omnia specularetur & perscrutaretur ante & cū fossam latam cubiculari lecto circūdedisset: eiusq̄ fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum cum fore cubiculi clauserat detorquebat. Idemq̄ cum in cōmunibus suggestis consistere non auderet: concio

biculū iubebat barbarū. s. satellitē: compunctū. i. signatū notis threiciis. i. quibusdā stigmatis qbus thraces tanq̄ ad insigne fortitudinis se pūgunt: unde non accedo ad mentem Oliuerii q crimine conuictū sic notatū autumat: gladio stricto. i. euaginato nec idē. s. Alexander cōmittebat se prius lecto: q̄. s. lectus esset scrutatus. i. excussus & disquisitus diligenter a stipatoribus. i. a satellitibus. n. dense comitantibus. Supplicium. i. o supplicium co mpositū idest latenter illatū numine deorū irato. i. offenso in illū: cum ipse sua prouidentia & libera uolūtate se id facere crederet: suppliciū inquā uidelicet nec posse impare libidini: ut coniugem si malam putet deferat aut deleat: nec timori ut eam si bonam censeat non timeat. Cuius timori fuit eadem causa & finis: Thebe enim mota. i. cōmota ira pellicatus: hoc est q Alexander pellicem haberet interemit Alexandrū: aut saltē fratres thebes consilio eius: ut Oliuerius recitat.

## De Dionisio Tyranno Syracusanorum. Capitulum. M. XXXIII.

AGe dionysius syracusanorū tyrannus huiusce tormenti q̄ longa fabula? Qui duodequadraginta annorum dominationem in hunc modum peregit. Sūmotis amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines & a familiis locupletum electos praeualidos seruos: quibus latera sua committeret substituit. Tōsorum quoq̄ metu tōdere filias suas edocuit: quarum ipsarum postq̄ adultae aetati appropinquabant manibus ferrum non ausus committere instituit ut candētium iuglandium aut nucum putaminibus barbam sibi & capillos adurerent. Nec securiorem se maritum egit q̄ patrem. duarū. n. eodem tempore Aristomaches syracusanę & locrēsis doridis matrimoniis alligatus neutrius unq̄ nisi excussae complexum petiit. Atq̄ etiam cubicularem lectum perinde quasi castra lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat: cum forē cubiculi extrinsecus a custodibus opertam interiorem claustro ipse diligenter obserasset.

Age Dionysius Tyrānus Syracusanorū q̄. i. q̄tum longa fabula sup. est tormenti huiusce. i. huiuscemodi. Qui peregit dominationē. i. tyrānidē: annorū duodequadraginta, idest trigintaocto in hūc modū. Nam amicis sūmotis. s. ab aula sua: substituit in locū eorū homines gentiū ferocissimarū & p̄ualidos seruos electos e familiis locupletū: quibus committeret. i. crederet: latera sua. Edocuit quoq̄ filias suas tondere. i. radere barbā: metu tonsorū: quarum ipsarū. i. earūdem filiarū manibus nō ausus cōmittere ferrū. i. cultrū rasoriū aut nouaculam postq̄ appropinquabant aetati adultae. i. maturae uiro: instituit ut. s. filiae adurerent sibi. s. instituenti patri Dionysio uidelicet barbā & capillos (Sunt qui habent non captam. i. contrectam manibus: quod alii non inepte deleuerunt) putaminibus idest ut dicunt testis: iuglandium. i. glandiū iouis: qui dulces sunt etiam hominibus sunt qui amigdalas putent: aut nucum candentium. i. incensarum putamina. n. nucum eo q pinguia faciliter incenduntur tenentq̄ calorem: sed latam flāmam emittunt tali ministerio non ineptam: statimq̄ in carbones uertuntur: unde Carbone candente Cice. usus dicit. Nec egit se maritū securiorē q̄ patrem idest non minus timuit uxores q̄ filias: Enim idest quia p

se alligatus eodem tempore matrimoniis duarum.s.uxorum Aristomaches syracusanæ & doridis locrensis neutrius complexum petiit.i.adiit unq̃ nisi excussæ.i.scrutatæ & inuestigatæ an ferrum haberet atq; cinxit etiam lectum cubicularé.i.quo incubuit aut qui in cubiculo erat fossa lata quæ tamen in non cubiculo erat sed cubiculum cum lecto ambibat perinde q̃ si castra.i.sicut castra cingeret in quem scilicet lectum recipiebat se ponte ligneo:quem scilicet subtraxit cum ipse.i.propriis manibus obserasset claustro.i.sera & uectibus claudendi uim habentibus:diligenter forem interiorem.i.ab interiori parte(forte legendum sit intertus:ut respódeat ad illud extrinsecus) forem cubili:opertam.i.densissime munitam & clausam extrinsecus.i.ab exteriore parte a custodibus.s.corporis sui.

nari ex alta turri solebat.atq; is cum pilam ludere uellet(studio.n.illo delectabatur) tunicamq; poneret adolescentulo quem amabat tradidisse gladium dicitur:hic cum quidam familiaris iocans dixisset:huic certe uitam tuam cómittis:annuissetq; adolescés utrumq; iussit interfici:alterum qui uiam demonstrasset interimendi:alterum qui id risu approbasset:hinc facile intelligi potest q̃ miser fuerit tyrannus iste tanta suspitione plenus. Quam longa fabula. Scilicet est quia si omnia quæ de huius tyranni metu & suspitione traduntur essent hoc loco referenda longa fabula:hoc est narratione opus esset. Duodequadraginta. Id est trigintaocto quasi demptis duobus de quadraginta. Fortissimorum gentium homines: Thraces uidelicet quos constat fortissimos semper fuisse. Ex familiis locupletum Diligebat ex familiis ciuium suorum locupletum seruos robustissimos quosq; eosq; libertate donatos ad sui corporis tutelam præficiebat & barbaris iisdemq; seruis magis q̃ amicis aut propinquis salutem suam cómittebat. Tonsorum quoq; metu. De hoc idem Tullius officiorum li.ii.quid enim inquit censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum qui cultros metuens tonsoris candente carbone sibi adurebat capillum. Candentium iuglandium. Iuglandes teste Nonio sunt agrestes. Macrobius conuiuiorum li.ii. Nux ista iuglans inquit secundum nonnullorum opinionem a iuuando & glande dicta existimatur. Gabius uero bassus lib.de significatione uerborum hoc refert. Iuglans arbor dicta est perinde ac iouis glans:nam id arboris genus nuces habet quæ sunt suauiore sapore q̃ glans est:hunc fructum átiqui illi egregium glandiq; similem ipsamq; arborem deo dignam existimabant iouis glandem appellauerunt:quæ nunc litteris interlisis iuglans nominatur:de quarum specie Pli.li.xv.multa dicit. Ad harum igitur similitudinem rex ut quidam uolunt ferreas nuces fieri iusserat quas incendi primo deinde barbæ admoueri faciebat:dissentit in hoc a Cice.qui non iuglandibus:sed candenti carbone solitum esse dixit capillos adurere. Nec securiorem se maritum. Quemadmodum filiabus pater:ita & uxoribus uir parum fidebat. Neutrius. Antiq; dixit:nunc uero neutræ diceremus. Cubicularem lectum pro cubiculo in quo lectus erat fossa circumdedit. Forem cubiculi. Non satis habuit fossa cubiculum cinxisse nisi & ostium firmo claustro. Forem id est aditum.

Iuglans

## De similitudine formę Capitulum.XV.

DE similitudine autem oris & totius corporis altiore doctrina præditi subtilius disputant eorumq; alii in ea sunt opinione ut existimét illam origini & cótextui sanguinis respondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt:quæ fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant certam hanc esse naturæ legem:sed species mortaliú prout fortuita fors conceptionis obtulit attribui atq; ideo plærunq; ex speciosis deformes & ex robustis inualidos partus edi. Verum quoniam ista quęstio in ambiguo uersatur pauca inter alienos conspectæ similitudinis exépla referemus.

¶De similitudine &c. Autem.i.sed:præditi.i.præ cæteris dotati aut doctati altiore doctrina.s.q̃ nos:aut fere alii:disputant subtilius de similitudine oris.i.faciei & totius corporis: & alii eorum.s.præditorum doctrina: sunt in ea opinione ut existiment:illam.s.similitudinem respondere origini & contextui sanguinis:nec.i.& non: & trahunt ex cæteris animalibus argumentum non paruum.i.approbationem magnam:quæ.s.animalia nascuntur fere similia gignentibus. Alii negant hanc legem naturæ esse certam:sed sup.asserunt species mortalium attribui.s.unicuiq; prout.i.secundum q fors conceptionis fortuita.i.casualis obtulit.s.unicuiq; atq; ideo: sup.asserunt aut dicunt partus deformes edi plærunq;.i.frequenter ex speciosis: & inualidos ex robustis quod nisi quandoq; contingeret:uni edicto prohiberetur impotentibus & deformibus generare:quo cauto statim om

De similitudine formæ. Ca.XV.

DE similitudine autem oris. Dicturus de similitudine formæ breuiter præfatur & ostendit uariam esse philosophorum de re ista sententiam q alii dicát a lege naturæ datum esse ut nonnulli diuersis parétibus orti sibi spé uultus & oris similitudini inueniantur:alii potius casu & fortuita conceptionis sorte euenire contendút & quoniam lis ista adhuc sub iudice manet:dicit se quoq; huius rei causam prætermissurum & exempla pauca subiecturum. Altiore do. profundiori scientia:ut philosophia causarú omnium indagatrice. Eorum alii sunt inquit philosophorum nonnulli qui hoc a lege naturæ prouenire dicant ut omne generans generatum sibi simile creet & a sanguine similitudinem nasci uolút quod a cæteris animalibus probant dicentes ut in brutis uidemus catulis catulos similes procreari:sicut & homines sibi similes liberos sæpissime generare Contextui:compositioni sanguinis ut filii parentibus a quibus originem ducút similes inueniantur. Respondere Consentire. Vir. & dictis respondent cætera matris. horum autem philo.opinionem sequitur Solinus i ca.de homine.dicit.n.iam uero qui defixum animum referat ad similitudinem causas q̃tum artificis naturæ ingenium deprachendet. Int.id ē n.id genus spectat & per sobolem in familiā transitus faciunt sicut plærunq; paruuli modo neruos modo cicatrices modo qualescum

q3 originis suas notas ferunt ut i lepidis quo rum tres interuulsa tamen serie ex eadem domo obducta membrana oculo similes geniti reperiuntur: uel in bizantio nobili pictore q cum matrem haberet adulterio ex aethiope conceptam qui nihil patri comparandum reddidisset ipse in aethiopem auum degenerauit. Alii negant hanc esse naturae legem Hanc similitudinem non a lege naturae ut origini sanguinis respondeat sed a fortuita quadam sorte & casu proue nire dicunt quod uidetur eē probabilius quia uidemus: dissimillimos a parētibus nasci a formosis deformes: a ualidis imbecilles: phisici uero dicunt id pleriūq3 accidere ut in conceptione mulier ad alicuius imaginem adiecerit animum & cum in eum tota fuerit intenta similitudinem eius partum siue conceptum inde contrahere: quod probant ex muliere quadam quae cum pudica semper habita fuisset aethiopem tamen peperit cuius rei causam cum maritus diligentius inuestigasset qui stupri iam suspectam uxorem habere coeperat cognouit a physicis q tempore conceptionis uxor eum aethiopē quē in cubiculo depictum habuerat conspexisset & in eum tota fuisset intenta conceptus inde similitudinem duxerat. Quod idem sentire uidetur Plinius naturalis historiae libro septimo cum dicat Similitudinum quidem in mente reputatio & in qua credantur multa fortuita pollere: uisus: auditus: memoriaq3: haustae imagines sub ipso conceptu cogitatio etiā utriuslibet animo subito transuolans effingere similitudinem aut miscere existimatur ideoq3 plures in homine q̄ in caeteris omnibus animalibus differentiae quoniam uelocitas cogitationum animiq3 celeritas & ingenii uarietas multiformes notas imprimit cum caeteris animantibus immobiles sint animi & similes omnibus singulisq3 in suo cuiq3 genere. Fortuna sors. Prout casus concipienti mulieri imaginem aliquam obtulerit. Inter alienos qui diuersis parentibus nati sunt & uidetur latenter his assentire qui in fortuito casu similitudinem ponunt. Partus editur Paritur: in qua significatione Iuuenalis posuit: Si mulier uitulum uel si bos ederet: agnum.

nes formosi & ualidi ederentur. Verum quoniam ista quaestio uersatur: in ambiguo: nos referemus pauca exempla similitudinis conspectae iter alienos. i. diuersi sanguinis aut generis.

Magno Pompeio. Duos dicit infimae conditionis homines pompeio persimiles ut si eadē pompeii & illorum fuisset fortuna merito pro pompeio salutari potuissent. Solinus tamen de memorabilibus mundi horum alterius tantum mētionē facit. Dicit. n. inter. Cn. pompeium & G. Vibium humili loco natum tantus error extitit de paribus lineamentis ut romam ubiū pōpeii nomen ubii uocabulo pompeio cognominarent. plinius uero eodē libro utrūq3 cōmemorat: dicit. n. M. pompeio ubius quidā e plaebe & publicius etiam seruitute liberatus indiscreta prope specie fuere similes: illud os probum reddentes ipsumq3 honoré eximiae frontis. Ingenuae stirpis. Solinus dicit humili loco natum Plini. plaebe natum.

Vod quidem fortuitum: Hanc fortunae ludificationem ut sordidae cōditionis homines Pompeius habere: sibi persimiles dicit ei fuisse quasi haereditariam quoniam pater eius menogenē coeum longe sibi similem sortitus esset: a quo etiam Strabonis cognomē accepisse dicitur: nā3 menogenes Stra. coquus ille uocabatur. Ludibrium: Dedecus & ludificatio: nam turpe uidebatur esse clarissimis uiris a sordido genere hominum specie repraesentari. Menogenis qui & Stra. dicebatur e quo pompeii magni pompeius pater cognominatus est teste Pli. eodem li. nam talis inquit campū quoq3 eius menogenis coci sui cognomen impofuit Strabonis a specie oculorum nomen habētis uitium imitat. fuit alter Strabo perspicacissimi uisus homo quem supra diximus perspexisse centum & triginta quinq3 milia passuum solitum exeuntē a carthagine classem punicam numerumq3 nauium manifestissime ex lybitana specula notare.

## De Vibio ingenuo & Publicio libertino similibus Pompeio magno. Cap. M. XXXIIII.

Magno pompeio Vibius īgenuae stirpis & Publicius libertinus ita similes fuerunt: ut permutato statu & pompeius in illis: & illi in pōpeio salutari possent certe quocunq3 aut uibius aut Publicius accesserant ora hominum in se obuertebant. unoquoq3 spēm amplissimi ciuis in personis mediocribus annotante.

Magno &c. Vibius stirpis ingenuae: & Publicius libertinus. s. libertinae conditionis: fuerunt ita similes pompeio Magno ut statu permutato: quia pompeius princeps erat urbis illi ignobiles: &. i. simul pompeius posset salutari in illis. i. illi pro pompeio: & illi in pompeio. i. pompeius loco alterius illorum: Certe quocūq3 aut Vibius aut Publicius accesserant ipsi sup. obuerterant in se ora hominum admirantium similitudinem eorum cū3 Pompeio: unoquoq3. s. hominum annotante in personis mediocribus. i. mediocris conditionis: specié ciuis amplissimi: ut qui magni agnomen meruerit.

## De Menogene patre pompeii. Cap. M. XXXV.

Vod quidem fortuitum ludibrium quasi hereditarium ad eum penetrauit: Nam pater quoq3 eius eousq3 Menogenis coci sui similis esse uisus est. ut uir & armis prepotens & ferox animo sordidum eius nomen repellere a se non ualuerit.

Quod quidem ludibrium fortuitum. i. illusio casu orta penetrauit ad eū s. pompeium magnum quasi haereditarium. i. a patre acceptum. Nam pater quoq3 eius uisus est esse similis Menogenis coci sui eousq3 ut uir &. i. simul armis praepotens & ferox animo. s. pater pompeii magni non potue

nit repellere a se nomen eius.s.cöel sui sordidum quia sordidi hominis aut a uitio corporis maioribus eius inditum: agnominatus enim est ab illo strabo.

## De Cornelio Scipione cognomento Serapione. Cap.M.XXXVI.

EXimiæ uero nobilitatis adolescens Corneli us Scipio cum plurimis & clarissimis fami liæ suæ cognominibus abundaret in seruilem Serapionis appellationem uulgi sermone impactus ē: q̄ huiusce nominis uictimario persimilis erat. Nec illi aut morum probitas: aut respectus tot imaginum quo minus hac contumelia aspergeretur opitulata est.

¶ Eximiæ &c. Vero.i.sed Cornelius Scipio adolescens nobilitatis eximie cum abundaret plurimis & clarissimis cognominibus familiæ suæ: nā Sci pionū alius dictus aphricanus: alius Asiaticus: alius numantinus & aphri canus: alius Nasica &c. impactus est sermone uulgi in appellationē ser uilem Serapionis serui: q̄.i. quia: erat persimilis uictimario.i. uictimarum curatori: huiusce nominis.s. Serapionis. Nec aut probitas morum: aut re spectus tot imaginum.i.clarorum uirorum quorum imagines in stemma te suo habebat: est opitulata ei: quo minus.i. ut non aspergeretur hac con tumelia ut.s. uictimarii nomen acciperet.

EXimiæ uero nobilitatis. Nec illud fortunæ ludibrium: ut clarissimus ado lescens Cornelius Scipio subterfu gere potuit: quin Serapionis cuiusdam uicti marii appellatione fuerit notatus: q̄ iisdem liniamentis corporis & oris par esset illi. un de Ply. eodem lib. vii. Scipioni in seruo Sera pione uictimarii negociatoris uili mancipio: non illi ualuit generis nobilitas: non m orum probitas: nulla deniq; uirtus. Cognominibus Vt Scipionum: quorū duo Aphricani: unus Asiaticus dicti sunt. Serapionis appellatiōe: quia uulgus eum Serapionem appellabat: eo q̄ illi simillimus erat: erat autem Serapio iste uictimarius: hoc est sacerdotum mini ster: qui sacrificantibus ministrabat: ut supra dixi. Respectus tot imaginum: q̄ plurin as maiorum suorum statuas haberet.

## De Lentulo & Metello similibus histrionibus. Cap.M.XXXVII.

GEnerosissimus consulatus collegio Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in scæna propter simili tudinem histrionum propemodum spectati sunt: sed alter ex quodam sæcularium cognomen spin theris traxit: alter nisi nepotis a moribus accepisset: pā phili retiarii cui simillimus esse ferebatur habuisset.

¶ Generosissimus &c. Consulatus fuit generosissimus collegio Lētuli & Metelli.i. cum Lentulus & Metellus collegæ essent: qui ābo spectati sunt propemodum.i. ualde in scæna.i. theatro cum scænici agerentur ludi illis p̄ sentibus: propter similitudinem histrionum qui ludos uarios agebant: sed alter.s. Lentulus traxit cognomen Spintheris ex quodam sæcularium.s. lu dorum actori: q̄q̄ Oliuerius secularii legat: & alii assectarum: nam Plynius a mimo nomen sortitum uult. Metellus nisi accepisset sup. cognomen a mo ribus nepotis qui pius dictus erat. habuisset sup. cognomen aut agnomē Pamphili Retiarii.i. certantis cum Mirmillone rete quod manibus gesta bat: cui.s. retiario ipse ferebatur simillimus.

GEnerosissimus consulatus. Lētulus ac Metellus consules principesq; ro mani sic duorum histrionum spēm referebant: ut cum in scænam prodiissent: il lorum nomina non subterfugissent: nisi al ter spintheris: alter nepotis cognomina mul to antea sortiti fuissent: nam Metellus quia Retiario pamphilo simillimus esset: cuius nomen sordidum non ac fugisset: nisi a nepo te qui pius cognominatus ē auxiliare nomē accepisset. Ply. sicut Spinter secundarius Re tiariusq; Pamphilus col egio Lētuli & Me telli consulum. In quo perq̄ infortunæ for tuitum hoc quoq; fuit: duorum simul consu lū i scæna imagies cerni. Spectati sūt. quotie scūq; i scænā cōsules isti pdibant: ut i se oium oculos cōuertebāt q̄d histrionibus si millimi forent. Ex quodam seculari: Ex quo dam mimo qui in ludis sæcularibus histrio niam exercebat: de ludis sæcularibus dictū est in ca. de institutis. Spinteris fuit non en hi strionis. Lentulo similis: a quo Lentulus co gnomen accepit. Alter a moribus nepo.s. Me tellus qui pius cognominatus est a nepote optimis moribus instituto. Pamphili retiarii s. pamphili gladiatoris.

## De.M.Messala simili Menogeni & Curione simi li Burbuleio. Cap.M.XXXVIII.

AT.M.Messala consularis & censorius meno genis: Curioq; omnibus honoribus abundans Burbuleii: ille propter parem corporis motū:

AT Marc9 Messala. De hoc Messa la Solinus. Marcus inquit Messala & Mēogenes e fece uulgari hoc fue runt uterq; quod singuli: nec alium Messalā putauerunt q̄ Menogenem: nec Menogenem alium putauerunt q̄ Messalam. Hoc idem te statur Ply. lib. vii. Curioq;. Hic propter ge stus & corporis sui motus histrioni Burbu leio pares Burbuleius cognominatus ē. Scæ nici.i. histrionis: nam Menogenes & Burbu leius fuerunt histriones. Personis excellen. Nam in personis clarissimis hæc similitudo conspecta est. Nō ob. no. quia apud omnes Romanos nota fuerunt hæc exempla.

Valerius maximus

REgi Antiocho. Inter regem antiochum & Artemonem similitudo tanta fuisse traditur: ut alter ab altero nec uultu nec uoce decernerentur. ex quo factū est reginæ Laodices occultata fraus ut occiso Antiocho Artemonem pro rege simularet: & in regio thoro ueluti ægrotantem collocaret: & aduocato populo illum tanq̄ testaturum ostenderet: a quo & Laodice & liberi diligentissime cōmendarentur: cuius uoce audita populus facile delusus est. Solinus regē inquit Antiochum Artemo quidam ex plæbe Syriaca sic æmula facie mentiebatur: ut postmodum Laodice uxor obiecto populari isto tādiu dissimulauerit defunctum maritum: quoad ex arbitratu eius regni successor ordinaretur. Ply. quaq3 li. vii. Antiocho inqt regi Syriæ e plæbe nomine Arthemio intantum similis fuit ut Laodice cōiunx regia necato iam Antiocho: munus per eum cōmendationis regniq3 successiōis peregerit. Vnus ex æqualibus regiæ stirpis. In hoc dissentit a Solino & Plyn. Valerius: q᷑ regiæ stirpis Artemonem fuisse dicit: illi uero ex Syriaca plæbe uirum.

HIbream autē. Hic Milesius orator insignis: & i tota asia celeberrimus: ideo similis seruo cuidam Tapetas in scæna colligenti fuisse traditur: ut omnes eius fratrem existimarent: quoniam nulla inter eos uultus & corporis erat dissimilitudo: iisdem parentibus nati esse credebantur. Milesius: ab oppido Mileto quod fuit in Ionia: ubi optima uellera tingebantur teste Seruio in tertio Georgicorum. Vnde Virgilius Milesia uellera dixit. Concitatæ facundiæ: uehementis in persuadendo eloquentiæ. Cynicorum philosophorum qui Cynici dicebantur quorū unus fuit Diogenes mordacissimus philosophus: nam cynici dicti sunt quasi canini. Stramenta: Quos Græci tapetas appellant: qui spectatoribus substernebantur i scæna: hic ergo seruus peractis ludis hos tapetas & reliqua scænæ ornamenta colligebat. Totius Asiæ oculi: id est omnium Asiaticorum oculi.

uterq; scenici nomen coactus est recipere. Abunde sint hæc domesticis quoniam & personis sunt excellentiora & non obscura notitia celebrantur.

¶ At Marcus Messala sup. uir consularis & censorius. i. qui aliquando cōsulatum & censuram gesserat: & Curio abundans omnibus honoribus. i. titulis magistratuum gestorum: uterq3 coactus est recipere. s. a populo nomen scænici sup. hominis arti ludicræ intentis: ille. s. Messala Menogenis propter aspectum oris. i. similem aspectum uultus: hic. s. Curio Burbulei s. histrionis propter parem motum corporis: hæc exempla dicta sint. i. habeantur abunde. i. satis ampliter dicta: domesticis sup. exemplis: quoniam celebrantur: & i. simul: excellentiora sup. cæteris: personis. i. propter personas illustrium uirorum & non obscura notitia.

Externa.

De rege Antiocho cui similis Artenio. Capitulum. M.XXXIX.

REgi Antiocho unus ex æqualibus & ipse regię stirpis nomine Artenio: perq̄ similis fuisse traditur: quem Laodice uxor Antiochi interfecto uiro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocauit. Admissumq; uniuersum populum & sermone eius & uultu consimili fefellit: crediderunte homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos eius sibi commendari.

¶ Regi &c. Vnus ex æqualibus. i. coætaneis sup. Antiochi regis: & i. etiam ipse stirpis regiæ Artenio nomine: traditur fuisse perq̄ similis Antiocho regi. s. Syriæ: quem Laodice uxor Antiochi uiro interfecto: collocauit i lectulo: gratia sceleris dissimulandi: perinde quasi. i. ac si sup. collocasset illic ipsum regem ægrum: & fefellit in sermone eius. s. artenionis: & uultu cōsimili. s. sermoni & uultui regis: uniuersum populum admissum. s. ad lectulum: quasi ad regem: & homines aut omnes crediderunt Laodicen. s. reginā & natos. i. filios eius cōmendari sibi ab Antiocho moriente.

De Hibrea Milesio simili cuidam seruo Gymnicorum. Cap. M.XL.

HIbream autem Milesium copiosæ atq; concitatæ facundiæ oratorem gymnicorum seruo stramenta gymnasii colligenti tam similem fuerunt: ut tanq̄ germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarent: ita lineamentis oris & omnium membrorū cōpares erant.

Ascen. ¶ Hibream &c. Ferunt. s. rerum narratores: Hibream Milesium (uulgo Milasium legunt) e mileto secundum Oliuerium Ionio oppido oratorem facundiæ copiosæ. i. abundantis atq3 concitatæ idest torrentis more fluentis aut promptæ: fuisse sup. tam similem seruo gymnicorum idest gymnasii instructorum quod Oliuerius quoq3 sentit: & tamen paulo post Cynicorum legit & interpretatur) colligenti stramenta idest tapeta aut tapetas quæ uel qui sternuntur pauimento aut sedilibus spectantium præsertim nobilium quum aulea suspendantur: latine itaq3 stramenta a sternendo dici possunt (alii tamen scribunt stragmenta: alii strigmenta) gymnasii unde gymnicorum non Cynicorum seruus dicetur: ut oculi totius Asiæ assignarent. i. aspicerent: & adnotarent eum tanq̄ fratrem germanum. s. Hibreæ: ita. i. intantū erāt compares lineamentis oris & omnium membrorum.

## De quodam prætore romano ſimili cuidam Siculo. Cap.M.XLI.

ILle uero (quem in Sicilia prætoris admodū ſimilem fuiſſe conſtat) petulantis animi: pro conſule enim dicente mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet: cum pater ſuus in eam prouinciam nū q̃ acceſſiſſet. At meus inquit Romam frequenter acceſſit. Ioco namq; laceſſitam matris ſuæ pudiciciam inuicem ſuſpicione in matrem eius reiecta. audacius q̃ uirgis & ſecuribus ſubiecto conueniebat: ultus eſt.

¶Ille uero .ſ. piſcator: quem conſtat fuiſſe in Sicilia admodum ſimilē prætoris .ſ. Suræ proconſulis: ſup. fuit animi petulantis .i. ad laceſſandum procliui. Enim .i. quia: proconſule .ſ. Sura dicente: ſe mirari quapropter eēt taʒ ſimilis ſui .ſ. proconſulis qui idem prætor erat: cum pater ſuus nunq̃ acceſſiſſet in eam prouinciam: inquit: at .i. ſed meus ſup. pater acceſſit frequenter Romaʒ. q.d. & ita potuit te genuiſſe corrupta matre tua: probat ꝙ petulantis animi fuerit. Nāqʒ .i. quia: ipſe ultus eſt ioco: ſed amaro: pudiciciā matris ſuæ laceſſitam .i. petitam contumelia: a proconſule: innuerat enim a patre ſuo illum per adulterium progenitum: ſuſpitiōe .ſ. adulterii reiecta inuicem .i. uiciſſim in matrem eius .ſ. proconſulis: audacius q̃ conueniebat ſubiecto uirgis & ſecuribus .i. prætori ſex lictores cum totidem faſcibus habenti.

## De his qui infimo loco nati mendacio ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt. Ti. XVI.

## De Equitio. Cap.M.XLII.

SEd tolerabilis hæc & uni tantūmodo anceps temeritas: quod ſequitur īpudentię genus: nec ferēdum ullo modo periculaq; tum priuatim: tum etiam publice late patentis. Nam ut Equitium Firmo piceno mōſtrum ueniens relatum iam in huiuſce libri ſuperiore parte prætercam cuius in amplectendo. T. Graccho patre euidens mendacium turbulento uulgi errorem ampliſſima tribunatus poteſtate uallatum ē:

¶Sed hæc temeritas .ſ. piſcatoris Siculi: tolerabilis ſup. fuit & anceps .i. dubii euentus tantummodo uni .ſ. ipſi piſcatori ſi ſecus ac in bonam partē accepiſſet prætor: ſup. illud genus impudentiæ quod ſequitur: nec ferendū ſup. eſt ullo modo: & ſup. eſt periculi patentis .i. ſe extendentis late: tū priuatim: tum etiam publice. quia ſi ſe pro filio Gracchi probaſſet Equitius res priuata hæredum Gracchi iacturam feciſſet: & propter ſeditioneʒ ꝓ eo per Saturninum citatam reſp. in periculo graui fuit. Nam ut prætereaʒ Equitium monſtrum .ſ. hominis ueniens Firmo .ſ. oppidulo piceno .i. quod in agro piceno: relatum .i. recitatum iam in ſuperiore parte huiuſce libri .ſ. noni: ca. vii. de ſeditione in principio: cuius mendacium euidens in amplectendo .i. uſurpando Tyberio Graccho patre: uallatum eſt .i. munitum & protectum ſup. cum errore uulgi turbulento .i. ſeditioſo & cōmotionis excitatiuo: ampliſſima poteſtate tribunatus .ſ. Saturnini tribuni plæbis.

ILle uero. Solinus horum ſimilitudinis meminit: ſʒ iocoſi: uel ut Valerius dicit petulantis dicti mētionem nullam facit. dicit enim: piſcator e Sicilia proconſuli Surræ præter alia etiam rictu oris comparabatur: ita ut in eodem uocis impedimenta & tardatæ ſonus linguæ naturalibus offendiculis congruerent. Quod uero de iocoſo reſponſo tradit Valerius illud uel certe ſimile Macrobius in Auguſtum refert fuiſſe dictum: dicit enim: Soleo in Auguſto magis mirari quos ptulit iocos: q̃ ipſe quos protulit: quia maior eſt patientiæ q̃ facūdiæ laus: maxime cum æquanimiter aliqua etiaʒ iocis mordaciora pertulerit: cuiuſdam prouincialis iocus aſper innotuit: intrauerat romaʒ ſimillimus Cæſari: & in ſe omnium ora conuerterat. Auguſtus perduci hominem ad ſe iuſſit: uiſumqʒ hoc modo interrogauit: dic mihi adoleſcens: fuit aliquādo mater tua romæ? negauit ille: nec contētus adiecit ſed pater meus ſæpe. Ille uero: Quem piſcatorem fuiſſe dicit Solinus. Ioco nāqʒ laceſſitam: ex reiectione inquit iocoſi dicti in ſimulatū matris pudiciciam audacter magis q̃ facete ultus eſt: cum diceret patrem ſuum Romam ſæpius acceſſiſſe. Inuicem ſuſpitiōe reiecta: quia pari ratione reiecerat ſuſpitionem impudiciciæ matris in proconſulem: ſed hanc iniuriam ultus eſt audacius q̃ prouinciali homini conueniret: qui proconſulari imperio ſubiectus eſſet. Quam uirgis & ſecuribus ſubiecto: q̃ homini proconſuli ſubiectus eēt: in quem uirgas experiri & ſecures parari iubere potuiſſet proconſul.

¶De his qui in alienis familiis ſe inſerere uoluerunt. Ti. XVI.

SEd tolerabilis hæc. tranſitum facit ad eos qui obſcuro loco nati ſe clariſſimis familiis inſerere uoluerunt: & ne ex abrupto trāſire uideatur: hoc utitur ordine: ut dicat ſuperioris exempli temeritateʒ tolerari poſſe: quod ad unius dūtaxat periculum pertinuerit: ſed impudentiaʒ: de qua dicturus eſt nullo pacto ferendam: ꝙ nō ſolum priuatos cineres: ſed etiam rempu. in diſcrimen propemodum adduxerit. Vni tantūmodo anceps periculoſa tātum piſcatori Siculo qui proconſuli Surræ temere ſatis reſpōdiſſe uiſus eſt. Nam ut Equitium: ut omittā inquit Equitium qui cum .C. Graccho ſimillimus eſſet: in Gracchorum familiam tanq̃ Tiberii filium inſerere uoluit: āniteēte Lucio Apuleio Saturnino tribuno plæ. qui grauiſſimas ex hac re in populo ſeditiones excitauit: ut in ca. de ſeditione dictum eſt: ut hunc inquam omittam: uidendum ē quantū reſp. periculuʒ itulerit Helophili temeritas & impudentia: qui ſe iunioris Marii filium mentitus: tantum apud plæbem gratiæ & fauoris conſecutus eſt ob aui memoriam qui ſeptē conſulatus geſſerat in urbe: ut & multæ ueteranorum coloniæ mu Helophil9 q̃ poſtea Herophilus dicetur.

nicipia & collegia fere omnia sibi patronum deligerent:praeterea cum imperii fundamenta nōdum satis firma.C.Caesar fecisset:parum absuit quin rursus excitaretur bellum ciuile per hunc Herophilum:nam Cum Caesar in Hispania deletis.C.& Sexto magni Pompeii filiis:redisset in urbem:& in hortis suis forte sedaret cum Helophilo hoc impudentissimo:omnes quicunq3 ad Caesarem gratulatum de uictoria uenerant:non minus Helophilum q̄ Caesarem salutarūt:adeo se iam plaebi Helophilus iste insinuauerat:quod ubi sensit caesar:metuens id quod futurum erat:ne qua seditio aut coniuratio fieret in populo Helophilum exilio mulctauit:mortuo deinde Caesare reuersus in urbem senatui caedē & insidias machinabatur qua re cognita coniectus in carcerem meritas poenas luit.Firmo Piceno:Firmum oppidū est in agro Piceno:unde fuit Equitius oriundus.Monstrum non homo:sed uerius ob turpissimos mores dici potest.Praeteream:omittam:& est occupatio color rhetoricus:cum id maxime diximus:quod nos omittere ostendimus.In amplectēdo.T.Graccho hoc est in asserendo & uindicando sibi patre.T.graccho.Turbulento uulgi errore:quia ut diximus cum a Mario quintum consulatum gerente in carcerem coniectus esset eo q̄ contra leges tribunatum peteret:tantam seditionem in urbe cōcitauit:ut populus carcerem confregerit:illum eduxerit:atq3 etiam humeris susceptum per urbem tanq̄ de senatu triumphans cum summa alacritate portauerit.Amplissima tribuni potestate.Saturnini tribunipl.qui dum Gracchanas leges suscitaret:quibus populi fauorem & gratiam aucuparetur:equitium in medium protulit:& Gracchi filium asserebat: ut supra dictum est.

## De Herophilo Equario.Cap.MXLIII.

HErophilus Equarius medicus.C.Marium septies consulem auū sibi uendicando ita se extulit:ut coloniç se ueteranorum complures & municipia splendida collegiaq3 fere omnia patronum adoptarent:quinetiam cum.C.Caesar Cnaeo pompeio adolescente in Hispania oppraesso populum in hortos suos admisisset: proximo intercolumnio pene pari studio frequentiae salutatus est: Quia nisi diuinae Cęsaris uires huic erubescendae procellae obstitissent simile uulnus respublica excepisset:atq3 in Equitio acceperat.Caeterum decreto eius extra Italiā relegatus:postq̄ ille cęlo receptus est:in urbem rediit:& consilium interficiendi senatus capere sustinuit:quo nomine iussu patrum necatus in carcere feras prompti animi ad omne moliendum scelus poenas pependit.

HErophilus Equarius medicus hoc est qui equos curabat.Coloniae ueteranorum:Coloniae dicebantur ad quas e maiori ciuitate coloni mittebātur.Solebant autem frequenter Romani ueteranos & emeritos milites ad eiusmodi oppida mittere eorum bona qui sibi rebelles contumacesq3 fuissent:condonare.Municipia: Ciuitates quae propter beneficia fuissent Romana ciuitate donatae.Collegia.s.augurum: pontificum:sacerdotū.Adoptarent:Eligerent.Proximo intercolumnio:Intercolumniu3 dicitur spatium inter duas uel plures columnas: proximo autem ideo dixit:ut ostendat non lōge a Caesare tunc plus esse q herophilū q̄ Caesarem salutabant.Seras:Poenas graues.Vir.Distulit in seram commissa piacula mortem.

Ascen.

¶Herophilus medicus Equarius:id ē equorum uendicando id est attribuendo sibi quasi iure suo Caium Marium septies consulem auum extulit.i.super reliquos tulit se ita ut complures coloniae ueteranorum.s.militū & municipia splendida:& collegia.i.coetus eiusdem officii aut pontificii:ut augurum.pontificum sacerdotum &c. fere omnia adoptarent sup.eū patronū.Quinetiam cum Caius Caesar Cnaeo Pompeio adolescente quia filio magni:oppresso in hispania:admisisset populum in hortos suos.s.Caesaris:ipse sup.Herophilus salutatus est proximo intercolumnio id est spatio inter duas columnas arborum aut uitium ad uoluptatem derelicto:pene pari studio sequentiae.s.cum Caesare:hoc est paulo miores habuit salutatores & cōgratulatores q̄ Caius Caesar.Quia nisi diuinae uires Caesaris obstitissent huic procellae erubescendae.i.commotioni quam populus excitare parabat extollendo herophilum:resp.excepisset uulnus simile atq3 acceperat in Equitio.i.in seditione excitata propter Equitium.Caeterum.i.sed: Herophilus relegatus decreto eius.s.Caesaris extra italiam:postq̄ ille.s.Caesar est receptus e caelo.i.in caelum:rediit in urbe3:& sustinuit.i.potis fuit aut ualuit capere consilium senatus interficiendi:quo nomine.i.propter quam culpam ipse necatus in carcere iussu patrum.s.conscriptorum:pependit.i.luit aut persoluit sero.i.nimis tarde:poenas animi prompti ad moliendum.i.cum mole & difficultate patrandum si possit omne scelus.

## De quodam qui se fecit filium Octauiae sororis Augusti. Cap.M.XLIIII.

NEc diui quidem Augusti:etiamnū terras regentis excellentissimum numen intētatum ab hoc iniuriç genere extitit:cum quidam clarissimae & sanctissimae sororis eius octauiae utero se genitū fingere auderet:propter summam autem imbecillitatē

NEc diui quidem augusti.Intentatus ē inquit impudentissimus homo qui se octauiae augusti sororis & Marci Anto.ni filium mentiri ausus fuerit:quod ut populo persuaderet:hoc mendacio usus est ut diceret se a nutrice accepisse:q cum traditus esset ei nutriendus quia imbecilli corpore uideretur permutatam eius sortem fuisse:ut nutrix quem robustiorem haberet filium Octauio & Antonio miserit:se uero pro suo educauerit:quam hominis impudētiam Au

corporis ab eo cui datus erat: perinde atq; ipsius filiũ retentum subiecto in locum suum proprio filio diceret: uidelicet ut eodem tempore sanctissimi penates & ueri sanguinis memoria spoliarentur & falsi sordida contagione inquinarentur. Sed cum plenis impudentię uelis ad summum audacię gradum fertur. imperio Augusti remo publicę triremis affixus est.

¶ Nec quidem. i. non etiam aut non saltem: cum maxime immune esse deberet: tamen excellentissimum diui Augusti. s. Octauii regentis etiamnũ i. nunc adhuc in tyberio eius successore: aut diuina cura: aut potius tunc ad hęc terras. i. terrigenas exiit. i. emersit intentatum ab hoc genere iniurię. s. falsę assertionis alieni generis & hęreditatis: cum quidam auderet fingere se genitum utero Octauię sororis eius. s. Augusti: clarissimę & sanctissimę. s. matronę: autem. i. sed dicere: se retentum ab eo cui datus erat s. nutriendus: propter summam imbecillitatem: propter quam (ut mentiebatur) nutritius ac nutrix non ausi sunt Octauię uerum partum restituere: sed ipsum retinuerunt proprio filio. s. eorum subiecto. i. clam allato ad Octauium in locum suum. i. ipsius mendacis qui talia fingebat. Videlicet ut sanctissimi penates. s. Octauię spoliarentur eodem tempore: & i. simul memoria ueri sanguinis ut non agnoscerent uerum partum: & inquinarentur contagione sordida: falsi. i. suppositi sanguinis. Sed cum talis homo indignus qui nominetur: fertur plenis uelis. i. omni impetu: ad summum gradum audacię: affixus est imperio. i. per imperium augusti remo triremis publicę. i. nauis impellendę triplici remorum ordine ad remp. pertinentis. Vnde ueteris est moris perniciosos & perditos ad remigium damnare.

## De quodam qui se dicebat filium Quinti Sertorii. Cap. M.XLV.

Repertus est etiam qui se diceret esse. Q. Sertorii filium quem ut agnosceret uxor eius nulla ui compelli potuit.

¶ Repertus est etiam qui diceret se esse filium Quinti Sertorii quem ut uxor Sertorii scilicet agnosceret scilicet filium. nulla ui compelli potuit qa reuera non erat.

## De Trebellio Calca. Cap. M.XLVI.

Quid Trebellius Calca q̃ asseueranter se Clodium tulit: & quidem dum de bonis eius contendit in centumuirale iudicium adeo fauorabilis descendit: ut uix iustis & ęquis sententiis consternatio populi ullum relinqueret locum: In illa tamẽ quęstionẽ neq; calumnię petitoris nec uiolentię plebis iudicantium religio cessit.

¶ Quid Trebellius Calca sup. fecit: q̃. i. q̃tum asseueranter tulit. i. gessit se Clodium. i. iuniorem: hoc est Clodii filium. q. d. asseuerantissime. Et quidẽ i. certe: dum ipse Trebellius contendit de bonis eius. s. Clodii patris: discẽdit in iudicium centumuirale adeo fauorabilis. i. cum tanto fauore aut tã gratiosus: ut consternatio. i. cõmotio animorum populi illi fauentis: uix relinqueret ullum locum sententiis iustis & ęquis. i. ut uix permitteret contra

gustus cum ęquo animo ferre non posset remo publicę triremis affixit. Et nunc terras regentis. Aut per Tyberium eius filium: aut ad illius diuinitatem retulit qua pro romano excubabat imperio. Clarissimę ac sanctissimę. Hoc non usq;quaq; assentatorium est. nam constat teste Plutarcho in uita antonii: hanc fuisse mirę uirtutis fœminam q̃ miruz immodum diligeretur a fratre: cui cum neglecta ab Antonio palam eam persuaderi non potuit: ut relicta Antonii domo seorsum habitaret: turpe existimans esse: ut duo Romanorum imperatores ad arma ciuilia concitarentur: alter amoris gratia alter q pellex sorori anteponeretur: atq; hęc non uerbis: sed re ipsa comprobarit. nam neq; Antonii domum deseruit: neq; filiorum eius curam remisit: sed diligenter exoluit: non solum cões: sed etiam ex fuluia ante susceptos amicos et Antonii: qui uel petenti magistratus uel cęterarum rerum gratia Romam uenissent: suscipiebat souebat: & si quid opus erat pro illis a Cęsare impetrabat: quinetiam ferunt cum Antonius diuortii libellum misisset: ac etiam qui octauiam domo expellerent: egressam illam cum omnibus Antonii filiis pręter maiorem natu qui tum erat cum patre: plorantem & iniquę ferentem q & ipsa una ex causis discordię ciuilis putaretur. Perinde atq;: Tanq̃. Plenis uelis: omni impetu: & est translatio sumpta a nauigantibus: nam nullo pudore a tanto facinore deterrebatur: Ad summum auda. gra. Nihil maius audere poterat: q̃ Augustum sibi uendicare auunculuz.

Repertus est etiam. Pari ratione inquit inuentus est qui se Qu. Sertorii filiuz profiteretur: peteretq; ut ab eius uxore tanq̃ a matre reciperetur: a qua non auditus quidem ne dum receptus. neq; enim ui ulla compelli potuit constantis animi fœmina ut hominis monstrum tanq̃ filium cognosceret. Qu. Sertorii. Qui nursia sabinorũ urbe oriũdus: nõ obscuro genere natus orator primus deinde clarissimus imperator tempore bellorum ciuilium fuit: ut supra satis dictum est.

Quid Trebellius calca. Trebellius quidem eodem quo superiores impudẽtię genere usus clodii se filium asseuarando in eius hęreditatem admitti magnopere contendit: & aduersus institutos hęredes in iudicium descendit: ubi licet aura populari foueretur ingenti. plus tamen iudicum ęquitas ualuit q̃ populi consternatio. Se Clodium tulit. Se Clodii filium dixit: Centumuirale iudicium De quo supra dictum est in ca. de iudiciis ubi & de hasta centumuirali. Adeo fauorabilis. Cum tanto populi fauore. Consternatio. Concitatio qui ueluti mente carẽs in trebellii fauorem concitatus esse uidebat. Vix relinqueret locum: Ferme excluderet sen

pium luce clarius erat:q̄q̄ pene totius orientis ciuitatū & gentium credula ſuffragatione ſuffultum caput im perio dementer iminens iuſto ipēdere ſupplicio coegit.

¶Idem.ſ.Auguſtus (ut eius laude opus claudat) coegit Barbarum quen dam affectantem regnum Cappadociæ tanq̄ eſſet Ariarattes:ob eximia3 ſimilitudinem.ſ.eius cum Ariaratte:quem.ſ.Ariarattem erat clarius luce in teremptum ſup.eſſe a Marco Antonio.ſ.triumuiro:q̄q̄ ſuffultum.i.muni/ tum ſuffragatione credula.i.credularum.ſ.gentium & ciuitatum pene to/ tius orientis:coegit dico impendere iuſto ſupplicio caput.ſ.illius imminēs i.inhians dementer.i.cum dementia quadam:iperio.ſ.quod Ariarattes ob tinuerat. Et hæc in Valerium.

gnum propemodum occupauit:nam aſiæ ci uitates illum regem uel certe regis filium exi ſtimantes imperium ad eum magno fauore deferebant.Auguſtus uero qui regem ariara tem aſiatico bello cæſum ab Antonio fuiſſe cognouerat:aſiaticos populos a temeraria credulitate repræſſit:& barbarum tanq̄ no/ ua molientez affectati regni pœnas dare coe git.Credula ſuffragatione:quia cum crede/ rent illum uere ariaratem eſſe:ſummo fauo re proſequebantur & ſuffragari omni ſtudio nitebantur:ut in priſtinum regnum reſtitue/ rent.Fultum.Munitum & ſuſtentatum.Coe git.Ordo eſt:idem Auguſtus coegit barbarū quendam &c.impendere iuſto ſupplicio q̄q̄ caput dementer imminens imperio eſſet ful tum credula ſuffragatione ciuitatum & gen tium totius orientis.

Conſūmatum eſt hoc opus utiliſſimum tertio Calendas Iañ. Anni.M.DXIII.cum dupli ci cōmentatione:altera hiſtorica fide opulentiſſima:altera familiaritate conſpicua: Iodo/ ci Badii Aſcenſii:Opera ac diligentia Io. Angeli Scinzenzeler:Impenſis nobilium merca/ torum Ioānis iacobi & fratrum de Lignano. Mediolani Impreſſum.

Regiſtrum operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & ꝯ ꝶ A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes ſunt quaterni preter P qui eſt quinternus.